HRABANI MAVRI,

ABBATIS Primùm FVLDENSIS;

ORDINIS S. BENEDICTI;

postea

ARCHIEPISCOPI MOGVNTINI

OPERVM

Quotquot reperiri potuerunt;

TOMVS SECVNDVS

Nunc primùm in lucem editus.

Continens Commentaria in Pentateuchum, siue Quinque Libros Moysis.

PERMISSV SVPERIORVM.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumptibus Antonij Hierati, sub signo Gryphi.

ANNO M. DC. XXVI.

HRABANI MAVRI MOGVNTINENSIS ARCHIEPISCOPI, VIRI ARCANARVM LITERARVM PERITISSIMI COMMENTARIORUM IN GENESIM LIBRI IV.

TOMVS SECVNDVS.

FRECVLPHVS EPISCOPORVM INFIMVS, VENERABILI ABBATI MAVRO & Consacerdoti, in CHRISTO Dei Filio, Salutem.

Novit mi dilectissime, tua charitatis beneuolentia, in occiduo littore Oceani, quamuis nullis suffragantibus meritis, pastoralem me suscepisse curam: vbi populum famem passum verbi salutaris reppeni: sed minime suam sentientem inediam. Non enim spirituales esuriendo desiderabat dapes, quarum suauitatis gustum necdum expertus erat: quem primum lacte alendum, non solido censui cibo. Igitur annuente Domino, escam iam ambiunt contingere: & quamuis adhuc paruuli, panem sibi dari deposcunt: sed vt eis frangatur, & in viscera eorum salubriter traijciatur, absque discrimine strangulationis, vestro indigemus solatio, maxime autem in Pentatheucho. Qui scilicet legislatoris libri, humiliter deposcimus, vt ita vestro succincte dilucidentur studio, vt priorum perscrutando conferatis tractatorum labores: & velut ex pratis vernantibus, amœnisque flores mellifluos carpendo, apum more in alueareum congestos, nobis fauum cum melle odorifero porrigere non negligatis. Ergo itaque, modo opus hoc compendiosum fieri flagitamus: vt primum sensus literæ, ac deinde spiritualis intelligentiæ accurate succisa prolixitate pandatur: & singulorum nomina autorum, in fronte notentur pagellæ: ex quibus præsentes decerpseritis sententias. Insuper precamur obnixe, vt quicquid spiritus sanctus, qui loquebatur olim in viris Deo deditis, & adhuc loquitur & loquetur, vestro beneuolo & deuoto inspirauerit animo, sub nullo reticeatis silentio: sed literam prænominis vestri primam seorsum annotetis: vt eminentius etiam de proprio gaudere valeamus pariter dono. His quoq; prælibatis, vt fuerimus odoribus respersi, dapibusque refecti, vertetur occasus noster in orientem: & regio contigua axi occiduo, fiet Iudæa, nostrique Britonum vicini, erunt Israelitæ. Ergo si aliquas excusationis prætendere tentaueris occasiones, ne tantæ molis opus ingentisque laboris subeas, & respondere nisus fueris, cur non proprio sudore eos legendo perlustro libros, ex quibus hæc fieri mando: & quæque libuerint, decerpendo colligam. Ad hæc vestræ charitatis vigilantia intendat: quoniam nulla nobis librorum copia vt hæc facere possimus, suppeditat: etiam si paruitas obtusi sensus nostri vigeret, dum in episcopio nostra paruitati commisso, nec ipsos noui veterisq; testamenti canonicos reppeni libros: multo minus horum expositiones: nec etiam hoc vestram prudentiam latet, quod multo suauius ab esuriente hic sumitur cibus, qui cum flagrantia pretiosorum pigmentorum, tempore opportuno, ab aliquo rationabiliter est conditus: quam ille, qui inerti colligitur labore: & quando iam hora vescendi est, tum primum diuersæ species teruntur mortario, coquuntur igne: sicq; semicocta famelico anxio apponantur: quæq; immature sunt confectæ, non gratum saporem percipientibus præstant. Quapropter ea, quæ mea paruitas vestræ iniungit fraternitati, qui fiduciam de tua dilectione simul & obedientia habeo, vt ocyus tanti operis studium adhibeas, fiducialiter impero. Bene frater valeas, nostrique assidue memor fias.

REVERENDISSIMO ATQVE SANCTISSIMO PATRI FRECVLPHO, DEI DONO EPISCOPO, HRABANVS PECCATOR, IN CHRISTO SALVTEM

MAGNORVM virorum conamen antiquitus fuit, ut inuicem scribendo, sua prouocarent studia, & exercerent ingenia. Quod licet eorum exemplo moderno tempore agere decreueris, tamen mirandus in hoc es, quod conuenientem personam ad istud conamen non quaesieris: cum tam vilem atq; inhabilem ad hoc officium hominem elegeris, cui nec scientiae opes, nec eloquentiae facultas vires tribuunt. maxime cum in deserto rurali opere magis institutus sim, victum propriis manibus quaerere, quam urbana facundia libros condere. Iniunxisti enim mihi negotium ultra virtutem meam: ut Pentateuchum Moysi perlectis sanctorum Patrum [illegible] quoq; dictis, simul sensum literae, ac spiritualis intel[illegible]ntiae in volumine digererem. & ea quae ab aliis exposita non inuenirem, proprio labore enucleare curarem. Verum haec quantum meam possibilitatem excedant, tu melius nosti, cum in difficillimo loco conuersans, propter curam gregis dominici, ne ei necessaria desint, tantum occupatus sim, ut nec aliorum dicta perlegere, nec propria excogitare licea[t]. Sed quia tuae charitati aliquid denegare non audeo, nec etiam tuae sanctitati inobediens esse velim, arctius huic me operi mancipaui: ut quantum valerem, tuae satisfacerem voluntati: non quod mihi, sed quod aliis utile sit, considerans. Feci enim sicut postulasti: & sanctorum Patrum libros, in quibus rebar aliquid de sententiis legis expressum esse, quantum licuit perlegi: & sin[g]ula secundum opportunitatem loci, prout mihi satis esse videbatur, superaddi[di], eorum nominibus ante in pagina pronotatis. [S]i quid vero gratia diuina indigno mihi elucidare dignata est, in locis necessariis [s]imul eum nota [illegible] nominis mei interposui: quatenus sciret [lec]tor, quae ex [illegible] tradition[e] haberet, & quae ex paruitate [illegible] [illegible] sermone rustico, tamen ut credo, sensu catholico exp[illegible] inueniret. Vnde frater sancte [illegible] depr[illegible] quod [illegible] postulatione [illegible] [illegible] pia intenti[illegible] [illegible] examines: & si [illegible] correctione opus sit, fiat [illegible] hoc mihi aestimare non tar[illegible] [illegible] in var[iis] occupationibus detentus forsitan incaute [illegible] admon[it]ione conuenientius corrigere studeas: [illegible] seminat [illegible] gaudeas, & qui metit, fructumq; pariter congregen[t] [in se]mpiternum. Lege ergo veterum libros, & legis Dei intentius mediator existe, doctorumq; sicut tibi iniunctum est, [illegible] strenue perage: & primum ex libro Geneseos, per rerum inuisibilium creationem, inuisibilium mediteris [illegible] ac de machina corporalis mundi, spiritualem ex ipsa re intelligentiam: sicq; deinde per Patrum historicam generationem, sanctae eccl[esia]e mysticam edisce faecunditatem, moralisq; in[illegible] sufficienter instructus, per Patriarcharum de loco in lo[cum] transmigrationem, nostram in hoc mundo considera p[ere]g[rinat]ionem: [qui]bus haereditas non in praesenti, sed in fu[tur]a vita promittitur: quia Deus Deorum videbitur in Sion. [illegible] eo quoq; [illegible] ut commissum sibi opus ea mente accipias, qua tibi directum est: & tam tuis quam etiam tuorum [u]tilitati [illegible] accommodes nec tamen [illegible] finibus tuis illud placuerit, praestare [illegible] deneges, ut tuae dilectionis affectus ac n[o]stri laboris [illegible] plurimorum. Dei si voluntas sit, consulas utilitati, quatenus magis pro expenso talento lucro mercedem accipiamus, quam detento atque in terram defosso, damnum pro parcitate nostra sentiamus. Beatitudinem tuam omni tempore bene valentem, diuina gratia custodiat sancte pater, memorem nostri.

ELENCHVS CAPITVM.

CAPITA LIBRI PRIMI.

SECVNDI LIBRI CAPITA.

De

CAPITA LIBRI TERTII.

CAPITA LIBRI QVARTI.

HRABANI MAVRI, MOGVNTINENSIS ARCHIEPISCOPI, ENARRATIONVM IN GENESIM,

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

De Creatione Cæli & Terræ.

A IN PRINCIPIO *creauit Deus cælum & terram*. Plurima super rerum natura philosophi Græcorum disputauerunt: sed nullus apud eos sermo fixus haberi & stabilis. prior semper a sequente de[illegible]cto. Aliqui enim homines tria principia omnium, Deum & exe[illegible] ... & materiam, [illegible] Plato d[illegible] ... pu[illegible] que eius: & ea incorrupta, & inc[r]eata, & [illegible] ... esse ... [illegible] Aristoteles ver[illegible] ... principia ... materiam & speciem ... cum his, quod ... [illegible] ... putasse. Ex qu[illegible] ... mundum ... quæstio fit. ... mundos, [illegible]

[illegible]

... terra, et ampe ... [illegible] ... mentum est ... In princ[ipio] ... cœlum & terram Deus fecit. ... dies ... principium. Deus autem, ... ad explendum op[illegible] ... bene dictum est ... *in principio* ... *Deus* ... Propheta. *Initio terram tu fundasti Domine*. ... creasse ... pariter ... probabiliter ... *in principio* ... *omnia in cælo & terra*. Sed ...

[illegible]

A vel abysso locus remanet, vbi sole non egetur, quod Dominus Deus illuminat, & cuius lucerna est agnus. Et merito *inanis erat ac vacua terra*: cum adhuc tota abysso, id est, immensa profunditate tegebatur aquarum. Merito *tenebræ super faciem erant abyssi*: cum necdum lux, quæ has fugaret, creata est. Non autem audiendi sunt, qui reprehendentes Deum, dicunt tenebras eum ante lucem creasse: quia non Deus tenebras in aquis vel aere fecit vllas, sed ordine distincto prouidentiæ suæ, prius aquas cum cœlo creauit ac terra: & has postmodum cum voluit ipse, lucis gratia venustauit. Quod eum vsque modo, & in aqua ipsa, & in aere per quotidianum solis accessum ac discessum facere videmus. Neque enim aquas nisi à Deo factas credere fas est. Quod & si hic scriptura palam non dicit, palam significat tamen, cum has à Deo illustratas, atque ad iussum eius ordinatas insinuat. Sed psalmus dicit aperte. *Et aquæ*

Psalm. 148 *quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini: quia ipse dixit, & facta sunt.* Vbi notandum, quod cum cœlo in principio duo mundi huius elementa, aqua videlicet & terra, nominatim facta memorantur: quibus tamen duo reliqua fuisse

B constat indita: ignem videlicet in ferro & lapidibus, quæ terræ visceribus tantum condita latebant. Aerem vero in ipsa terra, cui esse permixtus ex eo cognoscitur, quia cum fuerit humectata, & temporem solis acceperit, mox vapores exhalat largissimos. Ignem quoque ardentem: terræ interioribus insitum, calidi aquarum fontes produnt. Quæ cum per certa quædam metalla in profundo aquarum transcurrunt, non solum calidæ, sed & feruentes in superficiem terræ emanant. Non enim hæc, vt quidam disputant, informiter inuicem mixta: sed ipsis, quibus & nunc est finibus vndique versum circumscripta: sed his tunc erat tota, qualis adhuc sub imo maris profundo ex parte remanet. Aquæ autem vniuersam eius superficiem, in tantam tegebant altitudinem: vt ad illos vsque locos pertingerent, vbi nunc aquæ super fundamentum cœli ex parte residentes, nomen Dei creatoris cum cœlis cœlorum laudare non desinunt. Adhæc, tantum est informitas illa ma-

C teriei, de qua mundum factum esse testatur scriptura, quæ in Dei laudibus dicit: *Qui fecisti mundum de materia informi.* Nam cuncta quæ vnque aquis & terra videre solemus in mundo, vel de ipsis exordium naturæ, vel simpliciter de nihilo. Ipsa autem terra & ipsæ aquæ non tamen sortitæ fuor materiæ informis, quia prius quam in lucem exirent, vnde formositatem haberent non. Quod autem inconueniens si mundanæ materiæ fuere tenebræ primordia? vt accedente luce melius quod factum est redderetur: & tanquam proficientis hominis, quod postea futurum erat, hoc modo significaretur affectio, exponen-

2. Cor. 4. te Apostolo, ac dicente: *Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen splendere, ipse illuxit in cordibus nostris.* Vnde alibi di-

Ephes. 5. cit: *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*, illo videlicet, qui, cum tenebræ essent super faciem abyssi, dixit: *Fiat lux, & facta est lux, & spiritus Dei ferebatur super aquas.* Non est opinandum pueriliter, quod spiritus creator, de

Sap. 1. quo scriptum est, *Quia spiritus Domini repleuit orbem terrarum*: positione loci, his quæ erant creanda superferretur. Sed intelligendum potius quia virtute diuina præcellebat creaturis, habens in propria potestate quando aquis vtrumque

D lustraret abyssum: quando in locum eas secerneret vnum, vt appareret arida: quando & quomodo creaturas cæteras pro suo nutu disponeret, in similitudinem videlicet hominis, cuius voluntas his quæ fabricanda sunt rebus, solet superferri. Quod si ad ipsam quoque distinctionem superioris cœli pertinet, in quo mox perfecte omnia disposita, spiritus sancti præsentia illustrabat. Non autem vt inferioribus, hoc est, huius mundi creaturis, bonæ primordia conditionis ex tempore ad perfectum deducere intendebat. Nam & ideo Moyses iam breuiter superioris mundi fecit mentionem: quia de mundo hoc, in quo homo factus est, ad instructionem generis humani sermonem facere instituerat: sufficere credens, si omnem creaturæ spiritualis & inuisibilis statum atque ornatum, vno cœli nomine, quod in principio factum dicit, comprehenderet. Corporalem vero visibilem & corruptibilem creaturam latius ex ordine describeret, id est, tacitis eis quæ altiora quærimus, & fortiora scrutatu sunt hominum: illa potius quæ esse ora à Deo præcepta siue permissa, hominibus cogitanda proponeret.

E Vnde etiam consulte de casu præuaricationis angeli, & sociorum eius penitus reticuit: quia hoc nimirum ad statum inuisibilis illius ac spiritualis creaturæ pertinet. Cuius superioris & inuisibilis creaturæ, sanctus Ambrosius in libro

Ambros. Hexameron secundo ita meminit: Arbitramur enim quia si fuit quippiam ante institutionem sensibilis huius & corruptibilis mundi, profecto in luce fuit. Neque enim dignitas angelorum, nec non militiæ, vel si quid est nominatum, aut incomprehensibile, aut aliqua rationabilis virtus, vel ministrator spiritus degere possit in tenebris, sed in luce & lætitia decentem, sibi habitum possidebat. Bene autem cum in principio Deum, id est, in filio patrem fecisse cœlum & terram prædiceret, etiam sancti spiritus intulit mentionem, addendo: *Et spiritus Dei ferebatur super aquas*: vt videlicet totius sanctæ trinitatis in creatione mundi virtutem cooperatam esse signaret.

Capvt II.

Vbi lux primum fieri iubetur.

F

Et *dixit Deus. Fiat lux, & facta est lux.* Congruit operibus Dei, vt mundi ornatum à luce inciperet, cum ipse

1 Tim. 6 sit lux vera, *lucem quoque habitans inaccessibilem*: cuius beatissima visione mox creati in cœlis cœlorum angeli iam perfrui cœperant. Apte huic quoque seculo ornando, primam materialis gratiam lucis donauit: vt esset vnde cætera, quæ creantur, apparerent. Quod autem dixisse Deus fiue vt lux fieret, sicut alia quæque perhibetur, non nostro more per sonum vocis corporeum intelligendum est: sed altius intelligendum, dixisse Deum vt fieret creatura, quia per verbum suum omnia, id est, per vnigenitum filium fecit. De

Ioh. 1 quo manifestius euangelista Iohannes. *In principio*, inquit, *erat verbum: & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum: omnia per ipsum facta sunt.* Quod ergo ait, omnia facta per verbum Dei Iohannes, hoc est, quod Moyses ait: *Quia dixit Deus fiat lux: dixit, fiat firmamentum: dixit, fiat cætera creatura.* Hoc quod psalmus adiuncta & spiri-

G tus sancti persona dicit. *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiri-*

Psal. 32. *tu oris eius omnis virtus eorum.* Si autem quæritur, quibus in locis iubente Deo facta sit lux, cum adhuc abyssus omnem terræ amplitudinem contegeret, patet profecto, quia in superioribus eiusdem terræ partibus, quas & nunc diuina lux solis illustrare consueuit, tunc principalis illa lux emicuit. Nec mirandum si nobis diuina operatione lucem in aquis posse resplendere fieri, cum & hominum operatione constet eas sæpius illustrari: nautarum videlicet, qui in profundo maris dimersi, emisso ex ore oleo, perspicuum sibi hoc ac lucidum reddunt. Si enim homo talia per oleum sui oris potest, quantam Deus per spiritum oris sui lucem creare posse credendus est? præsertim cum multo rariores quam modo in terris videre solemus, aquæ in principio fuisse factæ credendæ sunt, prius quam in locum essent vnum, vt appareret arida, congregatæ. *Et vidit Deus lucem, quod esset bona.* Non velut incognitam ante repente lucé videns laudauit, quia bonam didicit: sed eam quam laudabilem se facturum nouerat, iam factam hominibus laude dignam ac mirandam

H esse declarauit. Verum quia non totas mundi tenebras luce missa dispulit: hoc enim superni est seculi, ex æqua perpetua luce perfrui: sed ab vna illum parte illustrans, aliam reliquit obscuram, recte subditur: *Et diuisit lucem ac tenebras.* Diuisit namque eas, non solum qualitatis, sed & locorum distantia: lucem videlicet in superiore orbis parte diffundendo, in qua humana erat conuersatio futura: inferiora vero eius priscis in tenebris remanere sinendo. *Appellauitque lucem diem & tenebras noctem.* Appellauit autem dictum est, quia sic distinxit omnia, & ordinauit, vt & discerni possent, & nomina accipere. Sic enim dicimus: ille pater familias ædificauit illam domum, id est, ædificari fecit, & multa talia per omnes libros diuinarum scripturarum inueniuntur. Hoc ad intellectum nostrum dictum est. Qua enim lingua appellauit Deus lucem diem, & tenebras noctem, vtrum Hebræa, an Græca, an Latina, an alia aliqua, & sic omnia quæ vocauit, quæri potest, qua lingua vocauerit. Sed apud Deū purus intellectus est, sine strepitu & diuersitate linguarum.

A *[Fact]aque est vespere & mane dies vnus.* Factum est vespere, id est, occidente paulatim luce post expletum spatium diurnæ longitudinis, atque inferiores mundi partes subeunte: quod nunc vsitato solis circuitu noctibus agi solet factum, & mane redeunte eadem paulatim supra terras, atque alium diem inchoante, & huc vsque dies expletus est vnus, viginti scilicet & quatuor horarum. Cuius commendatione verbi, scriptura vigilanter admonet, vt lucem quæ facta est, inferiora orbis occasu suo lustrasse dicamus. Nam si non hoc faceret, sed magis facto vespere paulatim tota periret, ac rursum mane paulatim in se creata resurgeret, non iam in mane diei sequentis, sed potius in vespera primi, vnum diceret esse diem perfectum. Vnde nunc magis vesperam & mane, quam noctem ac diem factam dicere maluit: vt insinuaret tunc primariæ lucis actum esse circuitum, quod nunc circuitu solis, die noctuque geri constat: præter hoc solummodo, quod post creata sidera, nox quoque sua tametsi minore quam dies, luce perfunditur: triduo autem illo primo, tenebrosa prorsus & obscura manebat. Decebat namque omnibus modis, vt dies à luce B incipiens, in mane diei sequentis esset protelatus: quatenus insinuaretur opera eius, qui est lux vera, & in quo tenebræ non sunt vllæ, à luce inchoata: & in luce cuncta esse completa.

Capvt III.

Firmamentum die secundo factum, & diuisio aquarum supra & infra firmamentum.

Dixit quoque Deus: *Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum: diuisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum: & factum est ita: vocauitque Deus firmamentum cælum: & factum est vespere & mane, dies secundus.* Hic nunc cœli, in quo fixa sunt sidera, creatio describitur: quod in medio constat firmamentum esse aquarum. Nam suppositas ei esse aquas, & ipsi in aere terrisque videmus. Superpositas C autem, non solum huius scripturæ autoritate, sed & Prophetæ verbis edocemur, qui ait: *Extendens cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius.* Psal. 103

In medio ergo aquarum firmamentum esse constat sidereum cœlum: neque aliquid prohibet, vt esse de aquis factum credatur. Quia enim crystallini lapidis quanta firmitas, quæ sit perspicuitas nouimus ac puritas, quem de aquarum congregatione certum est esse procreatum, quid obstat credi, quod idem dispositur naturarum in firmamentum cœli substantiam solidaret aquarum? Si quem vero mouet, quomodo aquæ, quarum natura fluitare semper atque ad ima delabi, super cœlum consistere possint, cum eius rotunda videtur esse figura, meminerit scripturæ dicentis de Deo. *Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum:* & intelligat, quia qui in- Iob. 26 cœlum ligat aquas ad tempus, cum vult vt non pariter decidant, nullo firmioris substantiæ D crepidine sustentatas, sed vaporibus solummodo nubium retentas: ipse etiam potuit aquas super rotundam cœli sphæram, ne vnquam delabantur, non vaporali tenuitate, sed soliditate suspendere glaciali. Sed etsi liquentes ibi aquas sistere voluit, nunquid maioris hoc miraculi est, quam quod ipsam *terram* etiam (vt scriptura dicit) *appendit in nihilo*? Nam & vndæ, siue rubri maris, siue fluuii Iordanis, cum ad transitum Israeliticæ plebis in altum erectæ Ibidem. murorum instar figuntur, nonne euidens dant indicium, quod etiam supra rotunditatem cœli volubilem, fixa possint statione manere? Sane qualescunque ibi aquæ sint, esse tamen eas ibi, quod scriptura sancta dixit, nulli dubitandum reliquit.

Quid sit autem dicere Dei: *Fiat hoc*, vel illa creatura: iam supradictum est. Dixit enim, vt fieret, cum in coæterno sibi verbo, vnigenito videlicet filio, cuncta creanda disposuit. Cum ergo audiuimus. *Dixit DEVS, fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.* Intelligamus, quod in verbo Dei erat, vt fieret, in quo faciendum intus ante omne tempus præuidit, quicquid futurus ex tempore D[eus] . Cum ergo audiuimus, *Et fecit* E *Deus firmamentum, diuisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum. & factum est ita.* intelligamus factam cœli aquarumque creationem ac dispositionem, non excessisse præscriptos sibi in verbo Dei terminos, iuxta illud Psalmistæ: *Præceptum posuit & non præteribit.* Quod ę- Psal. 48. que de creaturis, quæ sequentibus quatuor diebus factæ referuntur, intelligendum est. Vbi vero adiunctum audiuimus: *Et vidit Deus, quod esset bonum:* intelligamus in benignitate spiritus eius, non quasi cognitum postea quam factum est placuisse, sed potius in ea bonitate placuisse, vt maneret vbi placebat, vt fieret.

Notandum enim, quod huius verbi adiectio, hoc in loco in Hebraica veritate non habetur. Et mirandum, quare inter omnia, quæ creasse Devs legitur, hic solummodo, id est, in secundi diei operibus, probatio diuinæ visionis minime addatur: quæ tamen ipsa cum cæteris quæ fecit, Deo bona esse visa demonstrantur, cum F in sequentibus dicitur: *Viditque DEVS cuncta, quæ fecit, & erant valde bona.* Nisi forte, sicut quidam Patrum exponunt, intelligere nos in hac scriptura voluit, non esse bonum duplicem numerum, qui ab vnitate diuidat, & præfiguret fœdera nuptiarum. Vnde & in arca Noe, omnia animalia quæcunq; bina ingrediuntur, immunda sunt: & impar numerus esse mundus ostenditur. De his sane, quæ hactenus exposita sunt, id est, de creatione diei primi & secundi, in historia sancti Clementis ita refertur dixisse Apostolum Petrum: In principio, cum fecisset Deus cœlum & terram, tanquam domum vnam, ipsa quæ ex corporibus mundi reddita est vmbra his, quę intrinsecus clausa fuerant, tenebras ex se dedit. Sed cum voluntas Dei introduxit lucem, tenebræ illæ, quæ ex vmbra corporum factæ fuerant, continuo deuoratæ sunt. Tum deinde lux in diem, tenebræ deputantur in noctem. Iam vero aqua, quæ erat intra mundum in medio primi illius cœli terræq; spatio, quasi gelu concreta, & crystallo solidata distenditur: Et huiusmodi firmamento velut intercluduntur me- G dia cœli ac terræ spatia: idque firmamentum cœlum conditor appellauit, antiquioris illius vocabulo nuncupatum. Et ita totius mundi machinam, cum vna domus esset, in duas diuisit regiones. Diuisionis autem hæc fuit causa: vt superna regio angelis habitaculum, inferior vero præberet hominibus. Hæc nostro operi paucis inserere libuit: vt quantum huc Patrum sensui concurdet, lector agnoscat.

Capvt IV.

Vbi aquæ à terra separatio fieri iubetur, & terra germinare die tertia.

Dixit vero Deus: *Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum vnum, & appareat arida.* Subducuntur aquæ quæ inter cœlum & terram vniuersa compleuerant, & vnum congregantur in locum: vt & lux quæ præterito biduo a- H quas clara lustrabat, clarius puro in aere splendesceret, & terra quæ latebat appareret: quæq; contecta aquis limosa manebat & inualida, harum abscessu redderetur arida, & suscipiendis apta germinibus.

Si quis vero quærit, vbi congregatæ sint aquæ, quæ omnes terræ partes ad Cœlum vsque cooperuerant, sciat potuisse, vt terra ipsa longe lateque iussu creatoris subsidens, alias partes præberet concauas, quibus confluentes aquæ reciperentur: vt appareret arida, ex his partibus, vnde humor excederet vt arida fieret. Potest etiam non absurde credi, rariores (sicut & supra commemorauimus) primarias fuisse aquas, quæ velut nebula terras tegerent, congregatione autem esse spissatas, quæ datis sibi locis, capi possent apparente arida in reliquis. Bene autem, cum multam constet esse materiam, in locum vnum tamen congregatas dicit aquas: quia videlicet cuncta hæc iugi vnda atque continua, Oceano ac mari iunguntur magno. Sed si qui lacus in semetipsos videntur esse circumscripti, & hos ferunt occultis quibusdam perforatos cauernis, in mare suos euoluere meatus. Nam & fossores

hoc

A hoc puteorum probant, quia telluris omnis [illegible] venas, aquis est repleta manantibus, quæ trahunt ex mari principium. *Et vocauit DEVS aridam terram: congregationesque aquarum appellauit maria.* Prius quidem ad distinctionem aquarum, totam hanc solidiorem mundi partem appellauit terram, cum diceret: In principio creauit DEVS cælum & terram: terra autem erat inanis & vacua. At nunc postquam formatam mundus incipit, & aquis suum in locum recedentibus, terræ facies apparet, ad distinctionem partis eius, quæ adhuc aquis premebatur: cætera portio, quam aridam esse dicebat, terræ nomen accepit. Inde dictum est Latine, quod animantium pedibus teratur. Congregationes aquarum appellantur maria, videlicet proxima sui parte. Nam & apud Hebræos cunctæ aquarum congregationes siue sallæ siue sint dulces, appellari dicuntur maria. Et apte, qui prius propter continuationem omnium, quæ in terris sunt aquarum, in locum vnum eas dixit congregatas,
B nunc & earum coogregationes pluraliter nominat: & hæc appellari maria pluraliter dicit videlicet propter multiplices earum sinus qui diuersa pro regionum vocabulis, & ipsi nomina sortiuntur.

Et vidit Deus quod esset bonum. Necdum terra germinabat, necdum vel ipsa vel aquæ animantia viua produxerant: & tamen videre dicitur Deus, quod esset bonum recedentibus aquis apparuisse aridam, quia videlicet æque æstimator vniuersitatis præuidens quæ futura sunt, quasi perfecta iam laudat, quæ adhuc primi operis exordia sunt. Nec mirum, apud quem rerum perfectio, non in consummatione operis, sed in suæ est prædestinatione voluntatis. *Et ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, & afferentem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens vnumquodque sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum, factumque est vespere & mane dies tertius.* Patet
C ex his Dei verbis, quia verno tempore mundi est perfectus ornatus.

In hoc enim solent herbæ virentes apparere in terra, & ligna pomifera itare. Simulque [illegible] ndum, quod non prima herbarum arborumque germina de semine, sed prodiere de terra. Nam ad vnam conditoris iussionem, terra quæ arida apparebat, repente herbis compta, & nemoribus est vestita florentibus: atque hæc continuo, sui quæque generis poma ex sese ac semina produxerunt. Oportebat enim, vt forma quæque rerum ad imperium Domini primo perfecta procederet: quomodo & homo ipse, propter quem omnia facta sunt in terra, perfectæ, hoc est iuuenilis ætatis plasmatus esse, credendus est.

CAPVT V.

Vbi luminaria fieri iubentur, & facta sunt die quarto.

D

DIxit autem DEVS: *Fiant luminaria in firmamento cæli.* Decenti satis ordine mundus ex materia informi congruam procedit ad formam. Postquam enim ante omnem huius seculi diem, cælum & terram & aquam Deus creauit, hoc est superiorem illum & spiritualem cum suis incolis mundum, & informem materiam totius huius mundi,
Eccli. 18. iuxta quod scriptum est: *Qui viuit in æternum creauit omnia simul.* Primo huius seculi die lucem fecit: quæ cæteras creaturas speciei capaces redderet. Secundo firmamentum cæli, superiorem videlicet huius mundi partem in aquarum medio solidauit. Tertio in inferioribus mare terramque suis decreuit finibus: aeremque suis in locis cedente aqua diffudit. Oportuit ergo, vt eodem quo creata sunt ordine, profectum caperent elementa amplioris ornatus, id est, quarto die cælum luminaribus insigniretur: quinto aer & mare: sexto terra suis impleretur animantib. Nam quod die tertia terra herbis est arboribusq; vestita, non ad ornatum eius, sed ad ipsam vt ita dixerim figuræ eius superficiem pertinet.

Dixit autem DEVS, Fiant luminaria in firmamento cæli. & diuidant diem ac noctem ea videlicet diuisione, quæ in [illegible]
E tibus expl[illegible] vt sol qui [illegible] luna vero & stellæ noctem illustr[illegible]. Hoc enim [illegible] aug mentum primariæ lucis accessit, vt etiam luminosa nox procederet, vel lunæ vtique splendore vel [illegible] tum, vel vtroque irradiata: quæ catenus nil præter tenebras nouerat antiquas. Nam & si nobis sæpissime nox tenebrosa videatur & cæca, [illegible] licet [illegible] bulis turbinibus aere qui terræ proximus est, superiora tamen illa spatia, quæ æthereis nomine censentur, & à turbulent[illegible] aere vsque ad sidereum pertingunt cælum, semper ob sid[illegible] circumeuntium fulgorem redduntur lucida. Sed & hæc diuini mune[illegible] exorta sidera cum additamento lucis mundo att[illegible] vt distinctio quoque temporum labentium per ea posset dinosci. Vnde sequitur: *Et sint in signa, & tempora, & dies & annos:* quia nimirum priusquam sidera fierent, non erat [illegible] quibus ordo temporum [illegible] indicus. non erat vnde meridiana hora dinosceretur, antequam sol medium cæli conscenderet [illegible] orbem non vnde cæteræ diei noctisque signarentur horæ, donec astra polum
F æquali intra se sorte die noctuque diuiderent. Sunt [illegible] luminaria in signa & tempora & dies & annos: non [illegible] à conditione eorum temporum cœperunt, quæ cunsta[illegible] cœpisse à principio, quo fecit DEVS cælum & terram: vel dies & annos, qui originem sumpsisse noscuntur, ex quo dixit Deus *Fiat lux: Et facta est lux.* Sed quia ortus eorum siue transitus, temporum ordo dierumque annorumque signatur. Nam totum illud tridiuum superius indiscreto cursus sui processu transierat, nullam penitus dimensione [illegible] habens horarum: vtpote quia lumine primario adhuc generaliter omnia replente, nullumque caput habente, quod nunc [illegible] sole [illegible] quam ardentiores illuxerant: nulla sub caute vel arbore, remotior vmbra fugebat.

Sed excepta annotatione temporis sunt luminaria in signa, insigna huius vitæ vsibus necessaria, quæ vel naui
G in gubernando, vel in desertis Æthiopiæ arenolis, quique viantes obseruant, vbi leuissimo ventorum pulsu, cuncta mox cum inuenta fuerint, itinerantium vestigia complanantur. Ideoque non minus illis in regionibus euntes quam qui in mari nauigant, nocte dieque signis egent siderum. Sunt item in signa, quia nonn[illegible] aeris quoque qualitas, quæ sit ventura, horum contemplatione prouidemus. Sequitur: *Vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram. Et factum est ita.* Semper quidem luminaria in firmamento cæli lucent, vt diximus, & proxima eis loca claro lumine perfundunt: sed temporibus oportunis illuminant terram. Namque aliquoties nebulosus obsistit aer, ne vel lunæ, cum plena est, vel stellarum lumen terris appareat: sed & ortus sui lunam stellasque maiore lumine, ne terras illuminent, impedit. Vnde & nomen latine accepit, quod solus, obtusis stellis vna cum luna, per diem terris fulgeat. *Fecit DEVS duo magna luminaria.* Luminaria magna
H possumus accipere, non tam aliorum comparatione, quam suo munere: vt est cælum magnum, & mare magnum. Nam & magnus sol, qui complet orbem terrarum suo calore, vel luna suo lumine: quæ in quacunque parte fuerint cæli, illuminant omnia, & æque spectantur à cunctis. Exemplum magnitudinis eorum euidens: quod omnibus hominibus, vrbis ipsorum idem videtur. Nam si longe positis minor videretur, & propius constitutis maior refulgeret, proderet exiguitatis indicium. *Luminare maius vt præesset diei: & luminare minus, vt præesset nocti. & stellas, & posuit eas in firmamento cæli.*

Luminare maius est sol, non solum forma sui qualiscunque est corporis, sed etiam magnitudine luminis: quia & ipsum luminare minus & stellas illustrare creditur. Maius est & virtute ardoris: quia mundum calefacit exortum, cum præteritis ante eius creationem diebus, nihil omnino caloris habuisset. Quod autem æqualis vniuique magnitudinis luna cum sole cernitur, ex eo fieri dicunt, quod ille multo longioquius à terris, atque altior quam luna incedat: ideoque magnitudo eius quanta sit, nequaquam nobis qui in terris degimus, valeat dinosci. Omnia enim longius posita, solent breuiora videri. *Et luminare, inquit, minus vt præesset nocti: & stellas, & posuit eas in firmamento cæli.* Quia & si

A lunam omni mense, si aliquoties & stellas maiores in die videri contingat, nequaquam eas diei, sed nocti solummodo lucis solatium aliquod afferre certissimum est. *Vt lucerent super terrã & præessent diei ac nocti, & diuiderent lucẽ ac tenebras.* Hæc & de luminaribus magnis & stellis intelligi possunt: ea tantum distinctione, vt quod dictum est, *Et præessent diei*: ad solem specialiter, quod subiunctum, *& noctis*, ad lunam & stellas pertineat. Quod vero subinfertur, *Et diuiderent lucem ac tenebras*, omnibus æque sideribus conueniat: quæ vbicunque incedunt, lucem secum circumferunt: vbi autem absunt, tenebrosa cuncta relinquunt. Si nunc quærat aliquis, quale potuerit esse lumen diurnum ante creationem siderum? non ab re est credi, quod tale fuerit quale videmus quotidie, mane appropinquante scilicet solis ortu, sed necdum terris apparente: quando lucet quidem obtutis stellarum radiis dies, sed minime adhuc sol ortus refulget. Vnde nulla tunc esse discretio temporum, præter diei solum & noctis poterat. Creatis autem factisque sideribus dictum est: *Vt sint in signa & tempora, & dies & annos.*

B Cœperunt namque discerni temporum vices: ex quo sol die quarto mundi nascentis, à medio procedens orientis, æquinoctium vernale suo consecrauit exortu. Et quotidianis profectibus ad alta cæli culmina scandendo, rursumque à solstitiali vertice ad infima paulatim descendendo, nec mora ab infimis, hybernisque locis æquinoctiales gyros repetendo, discretis temporibus quatuor notissimis, diebusque præfinitis, anni spacium compleuit. Sed & luna vespere plena apparens, ea quæ in celebrationem Paschæ seruanda erant tempora, primo suo præfixit ascensu. Ipsa est nanque hora, quã non solum antiquus ille populus Dei, sed & nos hodie primum in agendo Pascha sequimur: cum æquinoctii die transacto, plena vespere luna, hoc est, quartadecima, in faciem cœli prodierit. Nam mox post, vt dominicus dies aduenerit, aptum hoc celebrandæ resurrectionis dominicæ tempus instabit: completo ad literam quoq;

Psal. 103. Prophetæ verbo, qui dixit: *Fecit lunam in tempora, sol cognouit occasum suum.* Stellæ quoque, excepto eo, quod supra diximus, quia vel sua specie, quæ sit futura qualitas aeris, vel suo cursu quota sit vigilia noctis ostenditur, sunt in signa

C & tempora: quia hæ in cælum venientes, æstiua tempora, illæ designant hyberna. Sunt & in dies, quia illæ vernis diebus solem, illæ comitantur autumnalibus. Sunt & in annos, quia quæ nunc (verbi gratia in æquinoctio verno matutino oriuntur, ipsæ omnibus annis in eodem æquinoctio in cæli faciem veniunt: quæ nunc in solstitio vespere vel mane, hæ semper in illo eisdem horis oriuntur. Sed & quædam sunt stellæ, quas planetas, id est, errantes vocant Astrologi, quæ maiores annos suo circuitu faciunt, quæ ad eundem cæli locum redeant. Nam stella quæ Saturni dicitur, triginta annis, quæ Iouis duodecim annis, quæ Martis 2. fere annis solaribus circuitu cœli expleto, ad eadem loca siderum, quibus fuerant antea, redit. Luna quoque cum duodecies spatia sui cursus peregerit, annum facit communem, id est, dierum 354. Et vt anno solari possit eius concordare circuitus, tertio quoque vel secundo anno, tertiumdecimum addidit mensem: quem embolismum vocant annum calculatores: & fit dierum trecentorum octogintaquatuor. *Et vidit Deus quod esset bonum.*

D Necessario sancta scriptura multoties repetit, quod vidit Deus bona esse quæ fecit: vt hinc informaretur pietas fidelium: non pro humano sensu, qui sæpe etiam bonis rebus offenditur, quarum causas atque ordinem nescit de creatura visibili atque inuisibili iudicare: sed laudanti Deo credere & cedere. Tanto enim quisque facilius aliquid proficiendo cognoscit, quanto religiosius, antequam cognosceret, Deo credidit. Vidit ergo Deus, quod essent bona, quæ fecit: quoniam quæ facienda placebant vt fierent, facta placuere, vt manerent: quantum cuique rei existendi siue manendi, a tanto fabricatore fuerat constituenda mensura. *Factumq; est vespere & mane dies quartus.*

Hæc est vespera illa memoranda, in qua populus Dei in Ægypto in celebrationem Paschæ, agnum obtulit: hoc mane, quod primum post excussum longæ seruitutis iugum, cœpti libertatis itinere vidit. Scriptum est enim, dicente Domino ad Moysen: *Mensis iste vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Decima die mensis huius, tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas: & seruabitis eum vsque ad quartumdecimum diem mensis huius: immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam*, & cætera.

E Exod. 12. Qua etiam vespera ad consummanda Paschæ legalis sacramenta, Dominus noster etiam agni typice mysteria nobis sui corporis & sanguinis celebranda initiauit: quo lucescente mane, quasi agnus immaculatus suo nos sanguine redimens, à dæmoniacæ dominationis seruitute liberauit. * Quæ videlicet lunæ plenissimæ dies, in creatione quidem mundi, quarta processit. At in tempore Dominicæ passionis, altioris gratia sacramenti, in quintam sabbati incidit. vt videlicet Dominus sexta sabbati crucifixus, sabbato ipso in sepulchro quiesceret, ac primam sabbati sua resurrectione consecraret: & nobis quoque in ea, in qua & lux facta est, resurgendi à mortuis ac lucem perpetuam intrandi, fidem spemque donaret.

* Quæ vi decima luna, plenissima die.

F

Capvt VI.

Vbi ex aquis animalia iubentur educi die quinto, & ipsa animalia benedicuntur.

Dixit etiam Devs: *Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamento cæli.* Post ornatam quarta die cæli faciem luminaribus, ornantur consequenter quinta inferiores mundi partes, aqua videlicet & aer, his quæ spiritu vitæ mouentur. Quia & hæc elementa quadam quasi cognatione, & sibi ad inuicem & cælo copulantur. Sibi quidem quia natura aquarum aeris qualitati proxima est. Vnde exhalationibus earum pinguescere probatur, ita vt & nubila contrahat, & possit volatus auium sustinere, attestante Scriptura: *Quia subito aer cogetur in nubes, & ventus transiens fugabit eas.* Iob. 37. Denique per noctes etiam serenas rorat, cuius roris guttæ mane in herbis inueniuntur.

G Cælo autem hoc modo iniunguntur, quoniam adeo vicinus est ei aer iste, vt & ipse nomen nonnunquam eius acceperit: sicut volantia cæli cognominat scriptura, quæ volare constat in aere. Et Dominus ipse turbis, quæ tempus sui aduentus, de virtutum ostensione non cognouerant, loquitur dicens: *Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis, nimbus venit. Et ita fit. Et cum austrum flantem: dicitis, quia æstus erit. Et fit. Hypocritæ, faciem cæli & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probastis?* Vbi certum est quia faciem cæli, non aliam quam variantem hunc statum aeris appellat. Luc. 12.

Dixit ergo Deus: Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamento cæli. Et ne forte, quia sunt aquarum animantia, quæ non repando, sed natando, vel pedibus ambulando incedunt: sunt inter volantia, quæ ita pennas habent, vt omni vsu volandi careant: putaret quisquam aliquod genus volatilium, siue aquatilium animantium in hoc Domini verbo esse prætermissum: vigilanter adiungitur: *Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas, & omne volatile secundum genus suum.*

H Nullum igitur genus exceptum est, vbi cum cetis grandibus creata est omnis anima viuens, eorum, quæ produxerant aquæ, in species suas diuersas, hoc est, & reptilium, & natatilium, & volatilium, sed & eorum, quæ nullo apta incessui, fixa cautibus inhærent: vt sunt plurima concharum genera. Quod autem dictum est. Et volatile super terram sub firmamento cæli: nil rationi veritatis obsistit: Quandoquidem & si immenso interiacente spatio, sub sidereo tamen cælo volant aues, quæ super terram volant, quomodo tanquam nos homines in terra positi, sub cœlo ac sub sole constituti esse veraciter & recte dicimur, attestante Scriptura, quæ ait: Quia *erant in Hierusalem habitantes Iudæi viri religiosi, ex omni natione, quæ sub cælo est:* Actu. 2. Et *quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole?* Eccl. 1. Sane iuxta aliam translationem, mouet nonnullos quod dictum est: *Et volatilia secundum firmamentum*, id est, iuxta firmamentum cæli. Sed intelligendum est, quod ideo dictum sit volare

aues

[illegible]

E

[illegible]

B

[illegible]

F

[illegible] ... tempore [illegible] ... & tamen [illegible] ... illos.

C

CAPVT VII.

Vbi de terra animalia produci iubentur die sexto, & Dominus hominem fieri iubet, qui statim factus, ab ipso Domino benedicitur.

DIXIT quoque DEVS. *Producat terra animam viuentem* [illegible] ... *bestias* [illegible] ... di tum si [illegible] is cæl [illegible] ... us [illegible] ... & ipsa [illegible] ... natura [illegible] communet [illegible] ... de illis [illegible] ... imbre, niues, grandines, & cætera humi [illegible] ... consequens [illegible] ... etiam terram suis animantibus, huic est ex se ge [illegible] ... lent.

Nam [illegible] ipsa præ [illegible] habet cognationem cum aquis: [illegible] quæ [illegible] ... & [illegible] igatione, non solum [illegible] ... Petro attestan- [illegible] ... *aliter erant [illegible] & terra de aqua, & per* [illegible] ... *verbo*. [illegible] ergo [illegible] ... DEVS [illegible] & reptilia, & [illegible] terræ: quia non [illegible] ... vel [illegible] ... sicut [illegible] exc- [illegible] ... bus [illegible] ... hensum. Nunnne [illegible] ... terræ [illegible] ... continentur. No [illegible] ... hominum, an [illegible] ... Vbi [illegible] conditio de [illegible] cætero- [illegible] ... cerdorum, [illegible] ... N [illegible] ... indomitæ mentis inter bestias esse an [illegible] ... s; iuxta antiquam sane translationem, [illegible] ... : *Educat terra omnem animam viuam* [illegible] ... *terra*. [illegible] ... est [illegible] videlicet [illegible] ... nt, quæ [illegible] exceptis bestiis & reptilibus [illegible] ... cura humana, seu quæ sunt [illegible] ... *VS bestias terræ iuxta species suas*, [illegible] ... Notanda trans-

D

[illegible] ... qui m [illegible] ... qualiter [illegible] ... ditor [illegible] ... on [illegible] ... ex [illegible] ... ad condi [illegible] ... autem [illegible] ... [illegible] unitas sanctæ [illegible] ... adem indi- [illegible] ... natione [illegible] ... : *Et ait Deus, fiat. Et fa*[illegible] ... Non [illegible] manifestius [illegible] ... dicitur. [illegible] ... *& si* [illegible] ... & [illegible] doceri [illegible] ... retur [illegible] ... Dei [illegible]. Vbi vero [illegible] cœpit expecta[illegible] ... & euidenter dogma [illegible] ... In [illegible] num quod dicit, *Faciamus*: vna ostenditur [illegible] operatio personarum. In eo vero quod [illegible] *ad imaginem & similitudinem nostram*: vna & æqualis [illegible] eiusdem sanctæ Trinitatis indicatur. Quomodo enim [illegible] vna in [illegible] similitudo, si minor Patre Filius, si minor [illegible] Filio Spiritus sanctus: si non consubstantialis eiusdem potestatis et [illegible] gloria totius Trinitatis, aut quomodo diceretur *Faciamus*, si [illegible] in vna Deitate personarum cooperatrix virtus non esset? Neque enim Angelis a Deo dici poterat: *Faciamus ad imaginem & similitudinem nostram*: [illegible] ... ratio sinit vt Dei & Angelorum vnam esse eandemque imaginem siue similitudinem credamus. In quo autem sit homo factus ad imaginem & similitudinem Dei, testatur Apostolus, cum nos [illegible] admoneat, vt [illegible] quam in [illegible] parente perdidimus, per gratiam eius [illegible] conditoris recuperemus in nobis. *Renouamini*, inquit, *spiritu mentis vestræ & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est* [illegible] ... *& sancti*[illegible] *veritatis*. Creatus est ergo Adam [illegible] ... humo de terra [illegible] ... Deum, vt esset iustus, [illegible] ... ctus, & verus, [illegible] ... humiliter & [illegible] ... gra[illegible] sui [illegible] ... conditoris, qui æternaliter ac perfecte iustus, sanctus [illegible] ... existit. Qui quoniam hanc pulcherrimam [illegible] diuinæ in se imaginis peccando corrupit, corruptam [illegible] se prosapiam generis humani procreauit, venit [illegible] Adam, id est, Dominus ipse [illegible] ... ex vir- gine, creatus incorruptibi[illegible] atque incommutabiliter, ad

G

H

Ephes. 4.

imagi

A [illegible] id [illegible] o- imaginem [illegible] ac si- militudinem exemplis [illegible] est e- nim nouus homo veraciter secundum [illegible] crea- tus [illegible] ita vetus de Adam carnis [illegible] ceperit, ve [illegible] de illo vitij fordentis [illegible] haereret. * Cuius exem- pla pro capite nostro sequi, cuius adhaerere donis, cuius ob- temperare mandatis, hoc est, imaginem DEI quam in ve- teri homine perdidimus, recuperare in nouo. Non ergo secundum corpus, sed secundum intellectum mentis, ad imaginem DEI conditus est homo. quanquam & in ipso corpore habeat quandam proprietatem, quae hoc indicet, quod erecta statura factus est, vt hoc ipso admoneretur, non sibi terrena esse sectanda, velut pecora, quorum volu- ptas omnis ex terra est. Vnde [illegible] aluum [illegible] prona atque prostrata sunt: iuxta quod quidam poetarum pulcherrime ac verissime dicit:

Rem sime [illegible] in nouo homine pro capite nostro imaginem Dei quam in veteri perdidimus homine perdidit in quantum possumus, exempla eius sequamur, adhaerentes donis obtemperemus mandatis.

Ouidius Meta. I.

Pronaque cum spectent animalia caetera terram,
Os homini sublime dedit, caelumque videre:
Iussit & erectos ad sidera tollere vultus.

B Congruit ergo & corpus eius animae rationali, non secun- dum lineamenta figurasque membrorum, sed potius se- cundum id, quod in caelum erectum est, ad intuenda quae in corpore ipsius mundi superna sunt. sicut anima rationa- lis in ea debet erigi, quae in spiritualibus natura maxime excellunt: *vt quae sursum sunt sapiat, non quae super terram.* Be- ne autem additur *Et praesit piscibus maris & volatilibus caeli, & be- stiis vniuersae terrae, omnique reptili quod mouetur in terra.* Quia ni- mirum in hoc maxime factus est homo ad imaginem Dei, in quo irrationalibus animantibus antecellit, capax vide- licet rationis conditus: per quam & creata in mundo quae- que recte gubernare, & eius qui cuncta creauit posset a- gnitione perfrui. In quo honore positus si non intellexe- rit vt bene agat, eisdem ipsis animantibus insensatis, qui- bus praelatus est comparabitur, sicut & Psalmista testatur.

Colos. 3.

C *Et creauit DEVS hominem ad imaginem suam: & ad imaginem DEI creauit illum.* Quod prius dixerat, *ad imaginem suam*, con- firmationis gratia reiterauit, addendo: *Ad imaginem DEI creauit illum:* vt diligentius insinuaret nobis, quales a Deo facti simus, & speciem recipiendae Dei imaginis arctius no- stris mentib. * infigeret: ne qui imagine Dei ambulamus, vane conturbemur thesaurizantes in incerto diuitiarum: sed expectemus potius Dominum, lugentes quando veniamus & pareamus ante faciem eius: *cum quia cum apparuerit similes ei e- rimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* Quod autem nunc di- citur: *Ad imaginem DEI creauit eum*, cum superius sit, *Facia- mus ad imaginem nostram*, significat quod non id agat illa pluralitas personarum, vt plures Deus credamus, sed Pa- trem, & Filium, & Spiritum sanctum, propter quam Tri- nitatem dictum est: *Ad imaginem nostram*: vnum Deum ac- cipiamus propter quod dictum est: *ad imaginem DEI. Mas- culum & foeminam creauit eos.* Plenius in sequentibus vnde

inculcaret

D & quomodo protoplastos fecerit DEVS exponitur. Sed nunc breuitatis causa creati referuntur, vt sexti diei ope- ratio, ac si primi dedicatio cum caeteris explicetur, ac sic ex- tempore liberius & hoc & alia praetermissa, quae erant re- latu digna dicantur.

Masculum autem vnum, & foeminam in primis creauit Deus viuum non vt animantia caetera quae in singulis gene- ribus non singula sed plura creauit: vt per hoc humanum genus arctiore ad inuicem copula charitatis constringeret, quod se ex vno omnium parente ortum esse meminisset. Cu- ius causa vnionis scriptura sacra, cum dixisset, *Et creauit Deus hominem ad imaginem suam, ad similitudinem Dei creauit eum, sta- tim quasi adiungeret: Masculum & foeminam creauit eos*, noluit ad- d [illegible] ad imaginem Dei creauit eos. Et foeminam enim ad i- maginem Dei creata est, secundum id quod & ipsa habe- b [illegible] mentem rationabilem: sed addendum de illa hoc non putauit scriptura: quod propter vnitatem etiam coniun- [illegible], in illa intelligendum reliquit: imo in omni quod [illegible] um est, genere humano intelligendum esse signa- [illegible] enim h [illegible] nunc [illegible] quantum ratione v

[illegible] *super terram* [illegible] memorantur [illegible] habeat [illegible] vniuersae benedictio [illegible] ait. *Crescite & multiplicamini & replete terram* [illegible] Haec enim [illegible] non [illegible] enda. Si [illegible] genus humanum [illegible] diabolo [illegible] sunt nuptiae, quas [illegible] it. Sed [illegible] Deus [illegible] quod neu [illegible] alius potest [illegible] nanque ac [illegible] noster, qui [illegible] tentis [illegible] coniunctione terram [illegible] seculi assumpsit [illegible] inexperient, [illegible] virginitati [illegible] haberet. *Et dominamini piscibus maris* [illegible] *super terram.* Merito quaeritur [illegible] homo dominatum in pisces & volucres & [illegible] terrae [illegible] perceperit, vel quo [illegible] h [illegible] homini, si nunquam [illegible] quae [illegible] scriptura huius declarat [illegible] herbarum [illegible] & arborum tum [illegible] tionem concessa. Nisi forte dicendum [illegible] bat Deus hominem, & inorum [illegible] rum, quem immortalem ipse [illegible] primordialibus [illegible] possis [illegible] mentum vel [illegible] Nec quaesitu indignum est, qui non etiam nunc [illegible] clis homo dominatum [illegible] fuo conditori subiectus esse noluit, perdidit dominium eorum, quae suo conditori subiecta erat. Denique in testimonium primae creationis, legimus [illegible] sanctis atque humiliter Deo [illegible] seruientibus & aues ubique [illegible] & rictus cessisse bestiarum, & venenum nocere non potu- isse serpentum.

F

G

CAPVT VIII.

Vbi Adam escarum accepit potestatem.

H DIXIT Deus: *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quae habent in semetipsis sementem generis sui: vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terrae, omnique volucri, & vniuersis, quae mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, ad vescendum.* Iam hic patet quod [illegible] tum hominis nil noxium protulit terra, nullam herbam venenatam, nullam arborem sterilem. Cum manifeste dictum sit, quod omnis herba & vniuersa ligna [illegible] hominibus ac volatilibus, terrae quoque animantibus cun- ctis in escam, patet quia nec ipsae aues raptu infirmiorum alitum viuebant, nec lupus insidias explorabat ouilia cir- cum, nec serpenti puluis panis [illegible] cum [illegible] ter herbis virentibus ac fructibus [illegible]. Sane inter haec non praetereunda nascitur quaestio [illegible] modo & immortalis [illegible] tus sit [illegible] & nihilominus acceperit communiter terrenam [illegible] alimoniam. In quo intuendum nob [illegible] est [illegible] in mortalis caro, quam in prima conditione Adam ac[illegible] primus, alia quam nos in resurrectione per CHRISTVM accepturos esse speramus. Ita q [illegible]

A [illegible] resurrectio [illegible] Dei, vt necem [illegible] o nostra [illegible] surrectio [illegible] halia [illegible] ctalis [illegible] ex [illegible] ata [illegible] gente [illegible] cruce de ligno [illegible] perfecte immortal [illegible] nulla requiret. Sic [illegible] mortalis & mo [illegible] cond [illegible] hominum [illegible] incorruptibilitatem [illegible]

B [illegible] Ingo [illegible] necessis [illegible] mortis inuenitur. Si vero incorruptibilis & immortalis in fine erit caro nostra ad similitudinem [illegible] sublimitatis, vt in eodem statu permaneat, ne [illegible] corporalibus egeat: quippe in vita spirituali nulli erunt qui egere possint. Nam quod Angeli cum Patriarchis manducasse leguntur, non indi [illegible] causa, sed benignitatis agebant: vt videlicet hæc [illegible] hominibus, quibus apparebant, cong [illegible] nos quoque [illegible] necessitate, sed vt veram [illegible] receptisse carnem monstrarent. *Et factum est ita,* [illegible] vt terra vel a [illegible] cedendi de [illegible] volatilibus cœli, & animantibus ter[illegible] *vidique Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona.*

C [illegible] dictum, [illegible] bona [illegible] *cuncta* [illegible] quatede [illegible] Et vidit Deus [illegible] cætera [illegible] bat Deus [illegible] perfectione [illegible] Homo [illegible] bonus erat [illegible] illud dice[illegible] Deus et iu na[illegible] turarum optimus conditor [illegible] iustissimus ordinator [illegible] sunt delinquen[illegible] semper tamen [illegible] vniuersitas pulchra sit. *[illegible] vespere & mane dies sextus. Igitur perfecti sunt cœli & terra & omnis ornatus eorum.* Senarium numerum constat esse perfectum: qui [illegible] implectur, sexta vide[illegible]

D [illegible] quæ sunt duo, & dimidia quæ [illegible] tria. Vnum enim & duo & tria sex faciunt, quale in [illegible] numeris [illegible] quam præter quam hic inuenies: [illegible] decadibus [illegible] & octauum numerum. Sex ergo diebus perfecit Deus omnem ornatum cœli & terræ, vt quia omnia in mensura & numero, & pondere constituit, ipso etiam numero, in quo operaretur, sua opera doceret esse perfecta.

Capvt IX.

Orbis consummatio die septimo.

Compleuitque D E V S die septimo opus suum quod fecerat. In [illegible] dicitur: *Quæ consummauit DEUS in die sexto opera sua [illegible]*: quod [illegible] omnino quæstionis af[illegible] descriptione quæ in [illegible] sunt [illegible] Sextum quæ [illegible] nostra ed[illegible] compleuisse [illegible] opus suum quod fecerat, in [illegible] commemoratur [illegible] ipsum septimum [illegible] compleuisse fatemur: qui [illegible] actionem [illegible] tura [illegible]

[illegible] mentis [illegible] quorum circumito vnita dehinc [illegible] finem vsque procurrent. Nam [illegible] reuolutione temporum, octauus [illegible] computatur dies. *Compleuit igitur die septimo Deus opus suum* [illegible] quia diem quoque [illegible] in quo [illegible] addidit [illegible] primum quem sabbatum dici [illegible] quod [illegible] præ cæteris benedictione & [illegible] donauit, vt [illegible] docent. Vnde etiam [illegible] & consummatione [illegible] quia post septimam [illegible] octaua in [illegible] nuncupatur: videlicet quia septem soli præcesserunt. Dictum est enim in titulo psalmi, *In finem in hymnis pro octaua psalmus David.* [illegible] totus sequentis psalmi textus docet, in quo [illegible] iudicis timens propheta exclamat: *Domine ne in furore tuo arguas me, &c.* Sed & dies dominica [illegible] tamen & ipsa [illegible] est in titulo alterius psalmi: quia [illegible] primum [illegible] creauit [illegible] illa est in qua primum prodixit D E V S: *Fiat lux, &* [illegible] Quem quidem psalmum de resurrectione dominica scriptum probat ipse, quin eo loquitur, dicens: *Propter miseriam inopum* [illegible] *pauperum, nunc exurgam dicit Dominus.* Post autem recte accipi, compleuisse Deum die septimo opus suum quod fecerat [illegible] Neque [illegible] Salomon [illegible] templum [illegible] summum Dei opus est [illegible] glori[illegible] hoc [illegible] rum: *amen dico vobis, quod* [illegible] *& transiens ministrabit illis.* Quæ [illegible] ipse, qui debitum præparat, qui [illegible] operatum. Sed his an en verbis omnibus nil aliud intimatur, quam quod Sanctos suos Dominus in æternum benedicit & sanctificat, id est, visione suæ gloriæ post opera bona, quæ donauit, remunerat. *Et requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.* Nun quasi lassus ex nimio labore Deus instar humanæ fragilitatis completa mundi fabrica requieuit: sed requieuisse ab vniuerso opere suo dicitur, quia nullam creaturam vltra instituere aliquam cessauit. Solet namque scriptura sæpe nomine requiei, cessationem operis siue sermonis indicare. Sicut in Apocalypsi [illegible] sanctis animalibus. *Et requiem,* inquit, *non habebant die ac nocte dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens:* pro eo, vt diceret non cessabant hæc semper decantare. Nam [illegible] & vnica sanctis est requies in cœlo, laudem summæ Trinitati quæ Deus est, indefessa voce dicere. Potest vero altius intelligi requieuisse Deus ab omnibus operibus suis, non cum opus habuisset [illegible] operibus suis in quibus requiesceret: quippe cuius [illegible] sine initio ac termino semper est vera: sed sola bonitatis suæ causa fecisse opera quæ in ipso requiescerent. Quod è contrario facilius intelligitur, cum meminerimus humanam indigentiam pro hoc maxime laboribus quotidianis insistere, vt in operibus suis requiem percipere possit, dicente ei Domino: *In sudore vultus tui vesceris pane.* D E V S autem, qui ante creationem mundi æternaliter in seipso perfectam habebat requiem, ipse etiam creato mundo, non in operibus, quæ fecit, sed ab omnibus operibus, quæ fecit requieuit: vtpote nil habens necessitatis in creaturis requiescere suis: quin potius creaturis rationabilibus ipse requiem præstans: cunt in seipso perfecte semper requiescat, eoque bono beatus sit, quod ipse sibi est. *Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illum.* Illa videlicet benedictione, & sanctificatione, quam populo suo in lege plenius intimat dicens: *Memento vt diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem sabbatum Domini Dei tui est: non facies omne opus.* Et paulo post. *Sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo, idcirco benedixit Dominus diei septimo, & sanctificauit eum.* Quæ profecto benedictio & sanctificatio diei septimi in tempore maioris benedictionis ac [illegible] cationis facta est. Nam sicut per crebras [illegible] lege victimas, sanguis

E F Psal. 6 Psal. 11 Luc 12. G Apoc 4. H Gen. 3 Exod. 20

domi-

A dominicæ passionis, qui semel erat pro salute mundi effundendus, signabatur: ita etiam per requiem diei septimi, quæ post opera sex dierum semper celebrari solebat, præfigurabatur magnus ille dies sabbati, in quo Dominus semel in sepulchro erat requieturus. Completis ac perfectis in die sexto omnibus operibus suis, quibus mundum quem in die sexto perfecerat, iam perditum restaurabat. In qua etiam die quasi antiqui recolens operis, aperto sermone declarauit saluationem se iam mundi perfecisse.
Matth. 27 *Cum enim accepisset acetum, dixit: consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum.* Sed & hæc sanctificatio & benedictio septimi diei, & requies in illa die post opera sua valde bona designauit. Quod nos singuli post opera bona, quæ in nobis ipse operatur, & velle & perficere, ad requiem tendimus vitæ cœlestis, in qua æterna eius sanctificatione
Gregor. & benedictione perfruamur. Vnde bene idem dies septimus vesperam habuisse non scribitur: quia nimirum perpetuam nostram in illo requiem designat. Denique in septenario numero, summa perfectionis accipitur. Vt enim
B humanæ rationis causas de septenario numero taceamus, quæ asserunt, quod idcirco perfectus sit, quia ex primo qui diuidi potest, & primo qui diuidi non potest, existat: certissime scimus quod septenarium numerum scriptura sacra pro perfectione ponere consueuit. Vnde & septimo die Dominum requieuisse ab operibus asserit. Hinc est etiam quod septimus dies in requiem hominibus, id est, in sabbato datus est. Hinc est quod iubileus annus, in quo plenaria quies exprimitur, septem hebdomadibus consummatur: qui monade addita nostræ adunationis impletur. Hinc est enim quod perfectione septiformis gratiæ implendi, duodecim sunt Apostoli electi. A septenario quippe numero in duodenarium surgitur. Nam septenarius suis in se partibus multiplicatus, ad duodenarium tendit. Siue enim quatuor per tria, siue tria per quatuor ducantur, septem in duodecim vertunt. Vnde sancti Apostoli, qui Trinitatem in quatuor mundi partibus prædicare mittebantur duodecim sunt electi, vt etiam numero per-
C fectionem ostenderent, quam vita & voce prædicarent. *Et benedixit*, inquit, *diei septimo, & sanctificauit illum. Quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit*, id est, completo mundi ornatu, cessauerat ab instituendis vltra nouis rerum generibus. Neque enim huic sententiæ contrarium
Ioan. 5. debet illud æstimari, quod dicit ipse: *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor*: respondens videlicet eis, qui propter requiem Dei, scripturæ huius autoritate antiquitus commendatam, sabbatum ab eo non conseruari querebantur. Cessauerat enim septimo die à condendis generibus creaturæ: quia vltra iam non condidit aliqua genera noua. Deinceps autem vsque nunc, operatur eorundem generum administrationem, quæ tunc instituta sunt: non vt ipso saltem die septimo potentia eius à cœli & terræ omniumque rerum, quas condiderat, gubernatione cessaret: alioquin continuo dilaberentur.

CAPVT X.

Allegorica expositio de sex dierum opere.

D HVC vsque de primordio mundi nascentis iuxta sen-
Iudæor. sum literæ dixisse sufficiat. Secundum allegoriam autem ita potest accipi: quod in principio Deus fecit cœlum & terram. Principium Christus est, sicut ipse in euangelio
Ioan. 8 ait: *Ego sum principium, qui & loquor vobis.* In hoc igitur principio fecit Deus cœlum, id est, spirituales, qui cœlestia meditantur & quærunt. In ipso fecit & carnales, qui terrenum hominem necdum deposuerunt. *Terra autem erat inanis & vacua*: Terra scilicet carnis nostræ inanis erat & vacua, priusquam acciperet doctrinæ formam. *Et tenebræ erant super faciem abyssi.* Quia delictorum cæcitas & ignorantiæ profunda obscuritas, corda nostra tegebat. Spiritus autem Dei super cor nostrum, tenebrosum, & fluidum quasi super aquas iam superferebatur: in quo subsistentes requiesceremus, cuiusq; viuificaremur flatu, & cuius vnda ablueremur. *Dixit quoq; Deus: Fiat lux*, id est, illuminatio credulitatis appareat. Prima enim die lucem fidei dedit, quia prima in conuersione fides est. Vnde & ipsum primum in præceptis [illegible] *Dominus Deus [illegible] Deus* E
vnus est. Propter ipsam fidem ipse Dominus [illegible] ter in mundo apparere voluit. [illegible] Deu[illegible] næ suæ gratiam diuisit iustos, id est, [illegible]os [illegible] catoribus tanquam [illegible] tenebris istos vocans [illegible] ctem. Nam quia lucis nomine [illegible] ell[illegible] ur, audi Apostolum: *Fuistis* inquit *aliquando tenebræ, nunc autem lux in Do-* Ephes. 5.
mino. Deinde secunda die disposuit. De[illegible] firmamentum, [illegible] est, solidamentum sanctarum [illegible] F[illegible] enim in Ecclesia, scripturæ di[illegible], quia cœlum plicabitur sicut [illegible]. [illegible] eius que [illegible] firmamentum aquas, id est, cœlestes populos [illegible] qui nó opus habent hoc [illegible] firmamentum, vt [illegible] tes, audiant verbum Dei. Vident enim eum sempe[illegible] diligunt: sed superposuit ipsum firmamentum legis suæ super infirmitatem inferiorum populorum, vt sibi suscipientes cognoscant, qualiter discernant inter carnalia & spiritualia, quasi inter aquas superiores & inferiores. Post hæc die tertia, collegit in vnum aquas inferiores salsas, hoc est, F
homines infideles, qui cupiditatum tempestate & tentationum carnalium fluctibus quatiuntur, & in seipsis quasi amaritudo includuntur. Segregauit ab eis aridam, populum scilicet fontem fidei sitientem: obsixitq; dehinc superborum limites: & coercuit eos ne turbulentis iniquitatum suarum fluctibus aridam, id est, animam sitientem Deum, conturbent: liceatque ei germinare bonorum operum fructus secundum genus diligens proximum in [illegible] subsidiis necessitatum carnalium, habens in se semen secundum similitudinem, vt ex sua infirmitate compatiatur ad [illegible] subueniendum indigentibus: producens & lignum [illegible] robore & fructiferum, id est, beneficium ad eripiendum [illegible], qui iniuriam patitur de manu potentis, & præbet [illegible] protectionis vmbraculum valido robore iusti iudicii. De[illegible] quarta die, emicuerunt luminaria firmamento legis [illegible], id est, Euangelistæ, Doctores & scripturæ sanctæ disputantes cohærentes, & omnibus inferioribus lumen sapientiæ monstrantes. Produxit etiam simul & cætera [illegible] in siderum turba, id est, diuersarum virtutum in [illegible] numerositas: quæ in huius vitæ obscuritate tanquam in nocte refulgentes, diuidant in hoc firmamento scripturæ sensibilia & intelligibilia, quasi inter lucem perfectorum & G
tenebras paruulorum, & sunt in signis virtutum & miraculorum. Sunt etiam in tempora & annos: quia prædicatores propriis temporibus viuunt & transeunt: *Verbum autem Domini manet in æternum.* Quare autem primo terra ger- Esa. 40
minauerit, deinde facta sunt luminaria: nisi quia post opera bona venit illuminatio lucis, ad contemplandam speciem supernæ virtutis? Inter hæc die quinta facta sunt reptilia animarum viuarum: homines scilicet renouati in vitam per baptismi sacramentum. Facta sunt & volatilia, id est, sanctæ animæ ad superna volantes. Post hæc sexta die, producit terra animam viuam, quando nostra caro abstinens ab operibus mortuis, viua virtutum germina parturit, secundum genus scilicet suum, id est, vitam imitando sanctorum, sicut ait Apostolus: *Imitatores mei estote.* Secun- Philip. 3.
dum nostrum quippe genus viuimus, quando in opere bono sanctos viros quasi proximos imitamur. Deinde pro- H
ducit terra bestias, homines in potentia rerum, siue ferocitate superbiæ: similiter & pecora, fideles in simplicitate vitæ viuentes. Serpentes quoq; innoxios, sanctos scil. viros, astutiæ viuacitate, bonum à malo discernentes, & in quantum fas est reptando scrutantes terrena, per quæ intelligant sempiterna: non illos venenosos, qui se in huius mundi terrenis cupiditatibus collocant. Post hæc fecit Deus hominem ad imaginem suam, perfectum scil. virum, qui non quemlibet sanctorum virorum imitando, sed ipsam veritatem contemplabiliter intuendo operatur iustitiam, vt ipsam intelligat & sequatur, ad cuius imaginem factus est secundum veritatem. Iste etiam accipit potestatem piscium maris, & volantium cœli, pecorumque, ferarum quoque atque repentium: quia spiritualis quisque ef[illegible]tus, & *Deo similis factus*, secundum Apostolum *iudicat omnia: ipse autem* 1. Cor. 2
iudicatur a nemine. Quod vero sequitur. *Masculum & feminam fecit eos*, spirituales in ecclesia & obedientes ostendit quia sicut viro subdita est mulier, sic spirituali & perfecto viro

obediens

A 1. Thess. 4. obediens est, is qui minus perfectus est, sicut Apostolus ait: *Rogamus vos fratres, vt cognoscatis eos qui in vobis laborant & præsunt vobis in Domino.* Dicitur enim eis: *Crescite & multiplicamini* siue in linguis, siue in spiritualibus intelligentiæ gradibus, vt dominentur rationis intellectu omnium carnalium perturbationum, quasi insensibilium animantium. Omnis autem herba seminalis, & omne lignum fructuosum, quod *hominibus datum est in escam, fideles sunt de oblationibus suis sanctorum necessitatibus communicantes. Vnde Apostolus ait: *Nam si in spiritualibus participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis.* Hæc sunt fructifera ligna. In istis ergo gradibus, tanquam in quibusdam diebus, vespera est ipsa perfectio singulorum operum, & mane inchoatio sequentium. Post hæc itaque istorum quasi sex dierum opera bona, valde sperat homo quietem mentis constitutus in spirituali paradiso, quo significatur vita beata, vbi fons est sapientiæ, diuisus in quatuor partes virtutum. vbi edat ligni vitæ gratiam: vbi vtiles disciplinas morum, quasi fructus lignorum carpat. Est namque paradisus vita beatorum. Quatuor flumina, quatuor virtutes. Ligna eius, omnes vtiles disciplinæ bonorum fructus, mores piorum, lignum vitæ, ipsa bonorum omnium mater sapientia est: de qua scriptum est Salomone dicente: *Lignum vitæ est his qui apprehendunt eam, & qui tenuerit eam beatus est.* Lignum scientiæ boni & mali, transgressio est mandati experimento. Hactenus sex dierum opera, qualiter in ecclesia spiritualiter intelligantur explicata sunt: deinde quid in figuram seculi significent, subijciendum est. Sed diebus cum summauit Deus omnia opera sua: & in septimo requieuit. Sex ætatibus humanum genus in hoc seculo per successiones temporum, Dei opera insinuant. Quarum prima est ab Adam vsque ad Noe, secunda à Noe vsque ad Abraham, tertia ab Abraham vsque ad Dauid, quarta a Dauid vsque ad transmigrationem Babylonicæ. Quinta deinde vsque ad humilem aduentum Domini nostri Iesu Christi, sexta quæ nunc agitur, vsque quo mundus finiatur: donec excelsus veniat ad iudicium, septima vero intelligitur in requie sanctorum, quæ scilicet non habet vesperam: quia eam iam terminus nullus claudet. Pergamus ergo breuiter per has omnes mundi ætates, & replicantes ordinem temporum, eorum mysticæ differentias distinguamus. Primo namque seculo factus est tanquam lux homo in paradiso: in qua ætate filios Dei in lucis nomine, diuisit Deus a filijs hominum quasi à tenebris, fitque huius diei vespera diluuium. Secundum seculum factum est quasi firmamentum inter aquam & aquam, arca voque illis quæ natauit inter pluuiam & maria. huius vespera, fuit confusio linguarum. Tertium seculum factum est, quando separauit populum suum à gentibus per Abraham, discernens eum quasi aridam ab aquis, vt proferret germen herbarum atque lignorum, id est, sanctos & fructum sanctarum scripturarum, huius vespera fuit peccatum & malitia pessimi regis Saul. Inde quartum seculum cœpit à Dauid, quando constituit Deus luminaria in firmamento cæli, id est, splendorem regni tanquam excellentiam solis, & in lunæ specie obtemperatore, tanquam synagogam, & stellas principes eius: cuius ætatis fit vespera in peccatis regum, quibus gens illa meruit captiuari in Babyloniam. Porro quinto seculo id est, in transmigratione Babyloniæ, facta sunt quasi animalia in aquis, & volatilia cæli: quia tunc Iudæi inter gentes tanquam in mari viuere cœperunt: nec habebant stabilem locum tanquam volantes aues. Huius diei quasi vespera, est multiplicatio peccatorum in populo Iudæorum, quando ita excæcati sunt, vt etiam Dominum Iesum non possent cognoscere. Iam sextum seculum fit in aduentu Domini nostri Iesu Christi. Nam sicut in illa sexta die primus homo Adam de limo terræ ad imaginem Dei formatus est: sic & in ista seculi ætate sexta, secundus Adam, id est, Christus in carne de Maria virgine natus est: ille in anima viuente, hic in spiritu viuificante. Et sicut in illa die fit anima viua, sic in isto seculo vitam desiderant æternam: & sicut in illa sexta die serpentium & ferarum genera terra produxit: ita in hac sexta ætate seculi, gentes vitam appetentes æternam ecclesia generauit. Quem etiam sedium vas ostensum Petro manifestauit: & quemadmodum in illa

B

C

D

August. Act. 10.

die creatur masculus & fœmina, sic in ista seculi ætate manifestatur Christus & ecclesia. Et sicut præponitur homo in die illa pecoribus, serpentibus, & cæli volatilibus: ita Christus in hac ætate gentibus, populis & nationibus, vt ab eo regantur vel carnali concupiscentiæ dediti sicuti pecora, vel terrena curiositate obscurati quasi serpentes, vel elati superbia quasi aues. Et sicut in illo die pascitur homo & animalia, quæ cum illo sunt herbis seminalibus, & lignis fructiferis, & herbis virentibus: sic ista ætate spiritualis homo qui bonus minister est Iesu Christi, cum ipso populo spiritualiter pascitur sanctarum scripturarum alimentis, & lege diuina ad concipiendam fœcunditatem rationum atque sermonum, tanquam herbis seminalibus: partim ad vtilitatem morum conuersionis humanæ, tanquam lignis fructiferis: partim ad vigorem fidei, spei, & charitatis in vitam æternam, tanquam herbis virentibus, quæ nullo æstu tribulationum arescunt, sed sic spiritualibus cibis, id est his alimentis pascitur, vt multa intelligat: carnalis autem, id est, paruulus in Christo, tanquam pecus Dei, vt multa credat quæ intelligere necdum potest: tamen eosdem cibos omnes habent. Huius autem ætatis quasi vespera, vtinam nos non inueniat. Illa est enim de qua dominus dicit: *Putas, veniens filius hominis inueniet fidem super terram:* Post istam vesperam fiet mane, cum ipse Dominus in claritate venturus est. Tunc requiescent cum Christo ab omnibus operibus suis, hi quibus dictum est. *Estote perfecti sicut pater vester, qui in cælis est.* Tales enim faciunt opera bona valde. Post talia enim opera, speranda est requies in die septimo qui vesperam non habet. Sequitur hinc recapitulatio vniuersæ conditæ creaturæ.

E

F

Luc. 18.

Matt. 5.

Capvt XI.

Recapitulatio totius creationis, & de eius mystico intellectu.

Ista sunt generationes cæli & terræ quando creata sunt. Hac conclusione scriptura sancta tangit eos, qui mundum sine initio semper fuisse affirmant, vel qui factum à Deo quidem putant verum ex materia quam non fecerit Deus, sed coæterna ipsi atque absque initio fuerit creatori. Dicit enim generationes cæli & terræ, ipsum ordinem diuinæ institutionis, quo innatus eorum per opera sex dierum ad illam vsque perfectionem, quæ superius est designata, peruenit: iuxta quod in Decalogo legis suæ dixit ipse conditor: *Sex enim diebus fecit Deus cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt.* Quod vero sequitur: *In die quo fecit Dominus Deus cælum & terram, & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis, priusquam germinaret,* nequaquam memoratæ Dei sententiæ videri debet aduersum: sed aperte intelligi, quia diem hoc loco scriptura pro omni tempore illo posuit, quo primordialis creatura formata est. Neque enim in vno quolibet sex dierum, cælum factum, vel sideribus illustratum, & terra est separata ab aquis atque arboribus, & herbis consita: sed more sibi solito scriptura diem pro tempore posuit: quomodo & Apostolus cum ait: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* non vnum specialiter diem, sed totum significat tempus hoc, quo in præsenti vita pro æterna salute laboramus. Et Propheta non de vno specialiter die, sed de plurimo tempore diuinæ gratiæ dicit: *In illa die audient surdi verba libri.* Cæterum difficile intellectu est, quomodo in vno die fecerit Dominus cælum & terram, & omne virgultum agri, omnemque herbam regionis: nisi forte dixerimus, quod in materia informi omnis pariter creatura sit facta, iuxta hoc quod scriptum est: *Qui viuit in æternum, creauit omnia simul.* Rerum quippe substantia simul creata est, sed simul per species formata non est: & quod simul extitit per substantiam materiæ, non simul apparuit per speciem formæ. Cum enim simul factum cælum terramque describitur, simul spiritualia atque corporalia, simul quicquid de cælo oritur, simul factum quicquid de terra producitur, indicatur. Hinc in superioribus quoque scriptum est. *Creauit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creauit illum, masculum & fœminam creauit eos.*

G

Exod. 20.

2. Cor. 6.

H

Esa. 29.

Greg. Eccl. 18.

Gen. 1.

A [illegible]dam enim Eua facta describitur, & iam homo masculus & fœmina perhibetur. Sed quia ex Adæ latere erat procul dubio fœmina processura, in illo iam commemoratur per substantiam, à quo fuerat producenda per formam. Considerate tamen hæc & in minimis possumus, vt ex minimis maiora pensemus. Herba namque cum creatur, necdum in illa fructus, necdum futurum semen ostenditur. Inest vero et etiam cum non apparet fructus & semen, quia simul nimirum sunt in radicis substantia, quæ non simul prodeunt per temporis incrementa. Sed hanc vtique creationem materiæ, ante omnem diem huius seculi fecit cum in principio cælum creauit & terram: quando & si terra erat inanis & vacua & tenebræ super abyssum, in ipsis tamen terræ & abyssi, id est, aquarum natura, quasi per substantiam seminalem, simul condita latebant, quæ postmodum ex huius opere creatoris non simul erant producenda. Ideoque si hoc dicimus, ad eundem reuoluitur memorata quæstio: vt appellationem diei pro significatione temporis positam intelligamus, illius videlicet, quo hæc Deus in principio

B simul cuncta creauit. *In die*, inquit, *quo creauit Dominus Deus cælum & terram & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis priusquam germinaret*. Quod si in die quem dicit, tempus intelligimus illud designa-[illegible] quando ante omnem huius [illegible] diem facta sunt [illegible] simul, facile patet sensus, quod & herba omnis & arbor in ipsius terræ substantia sit [illegible] facta, priusquam visibiliter [illegible] germinarent ex terra. Sin autem appella[illegible] arbitramur, pro significatione [illegible] temporis illius, in quo [illegible] per sex dies factus & ornatus est: possumus intelligere, quia nunc apertius scriptura voluerit explicare, quomodo supra dixerit: *Q[illegible] protulit terra herbam virentem & afferentem [illegible] genus suum, lignumque faciens fructum iuxta genus suum.* Non enim sic in primordio rerum hæc terra produxit, quomodo nunc [illegible] altuerit aquam, [illegible] disponente Deo terra vlt[illegible] sed nu[illegible] tota prorsus opere conditoris tunc antequam aliquid

C [illegible] terra crescendo [illegible] pente cum promine[illegible], & colles erant herbis & arboribus [illegible], habentibus congruam altitudinem staturæ, [illegible] ramorum, spaciatem foliorum, copiam [illegible] quoniam non paulatim ex terra oriendo vel germinando, & accessu incrementorum proficiendo, sed [illegible] cœperunt. Nam & hunc magis [illegible] quoque videntur verba iuuare, quibus [illegible]: *Non enim pluerat Dominus Deus super terram, & homo non erat, qui operaretur terram: sed fons ascendebat e terra, irrigans vniuersam superficiem terræ.* Quis enim non videat, quod [illegible] de prima creatione terræ, quando [illegible] inanis & vacua, & tenebræ super faciem abyssi? Non quod opus erat de pluuia non descendente in terram, [illegible] nec ipsa adhuc accipere pluuiam,

* aeri & [illegible] aeri dare poterit, [illegible] quod locus [illegible] adhuc a-[illegible] nec fons ascendebat de terra ad [illegible] eam potuit, quandiu tota tegebatur abyssis. [illegible] restat intelligi, quod non die dicit supra [illegible]: *die quo creauit Dominus Deus cælum & terram*

D [illegible] sit intimatum [illegible] sex dierum primordium in quo [illegible] mundi est creata [illegible]. Vbi recte commemo-[illegible] non pluisse Deus super terram, & hominem non [illegible] qui operaretur terram, vt intelligamus quantum [illegible] germinando in hodierna distaret. Nam modo & [illegible] pluuias [illegible] sponte germinet & industria [illegible] cultuque hominum multa in hortis atq ac nemoribus pro-[illegible]. Sed longe [illegible] prima herbarum & arborum est perfecta creatio, in qua nutu summi opificis imperio, terra quia arida apparebat absque pluuia & absque opere humano repente est longe lateque [illegible] fructuum ex-pleta generibus. *Sed fons*, inquit, *ascendebat e terra, irrigans vniuersam superficiem terræ.* De hoc fonte & ascensu eius [illegible] dictum, primo videamus, quia primæua germinante [illegible] cuius præsentia [illegible] sine vlla irriga-[illegible] in Deo iubente facta est. Huius autem [illegible] erat irrigatio, post vestitam herbis ac ligni

terram, superuenit. Quod ipsis etiam scripturæ [illegible] probatur, quæ postquam verbo præteriti temporis perfecti dicit: *Quia creauit Dominus Deus cælum & terram & omne virgultum agri omnemque herbam regionis*, subiunxit mox verbo temporis præteriti plusquam perfecti: *Non enim pluerat Dominus Deus super terram, & homo non erat qui operaretur terram*, ostendens quod ante creationem virgultorum & herbarum, pluuiam Deus non miserat. Quid vero postea factum sit, statim verbo præteriti temporis imperfecti subnexuit, dicens: *Quia fons ascendebat e terra irrigans vniuersam superficiem terræ*: in ipsa declinatione verbi significans, non hoc semel, sed sæpius esse gestum, dum non ait, ascendit, sed ascendebat. Dum ergo ascendisse dicitur fons e terra, qui vniuersam eius superficiem rigaret, merito quo ordine ascenderit quæritur. Neque aliquid obstat credi, quod ita per vices ad irrigandum eam ascenderit ac redierit, quomodo vsque hodie solet Nilus ad irriganda Ægypti plana annuatim ascendere, quomodo irrigabat aliquando Iordanis [illegible] Pentapolim, de

Gen. 13. qua scriptura ait: *quia vniuersa irrigabatur sicut paradisus Domini & sicut Ægyptus, antequam subuerteret Dominus Sodomam & Gomorram* quomodo (teste Augustino sancto) de quorundam fontium mira vicissitudine perhibetur, certo annorum in-

F teruallo sic eos inundare, vt totam [illegible] regionem irrigent, cum alio tempore ex altis puteis ad potandum sufficientem præbent aquam. Cum sit ergo incredibile [illegible] ex vno abyssi capite, alterna mutatione [illegible] fonte atque [illegible] ente, tunc vniuersa terra rigata est. Quod si, inquit [illegible] abyssi magnitudine ea parte excepta quæ mare dicitur, & euidenti amplitudine, atque [illegible] finibus terras ambit, in ea sola parte quam reconditis finibus terra continet, vnde se omnes fontes diuersis [illegible] distribuunt, & suis quique locis erumpunt, fontem voluit scriptura appellare, non fontes, propter naturæ vnitatem, eumque per innumerabiles vias aut totum atque vnarum ascendentem de terra, & vbique dispersis quasi crinibus, irrigantem omnem faciem terræ: Nec continua specie tanquam maris aut stagni, sed sicut videmus ire aquas per alueos fluminum flexusque riuorum, & eorum excessu [illegible] quis

G non accipiat nisi qui contentioso spiritu [illegible] Possunt etiam ita dicta intelligi, omnis terra [illegible] irrigata, quemadmodum dicitur, omnis vestis [illegible] colorata, etiamsi non continuatim, sed maculatim [illegible] quia tunc in nouitate terrarum, & si non omnia [illegible] tamen plana fuisse credibile est, quia latius possent erumpentia fluenta dispergi atque distendi. Quapropter de istius fontis magnitudine & multitudine, qui siue [illegible] habuit [illegible] eruptionem, siue propter aliquam in terra occultis finibus vnitate, vnde omnes aquæ [illegible] fontium magnorum atque paruorum, vnus fons [illegible] est, per omnes dispertitiones suas ascendens de terra, & irrigans omnem faciem terræ, siue etiam quod est credibilius quia non ait: Vnus fons ascendebat de terra, sed ait: *Fons autem ascendebat*, pro numero plurali posuit singularem: vt sic intelligamus fontes multos per vniuersam terram loca, vel regiones propriæ irrigantes: sicut dicitur miles, & multi intelliguntur: sicut dicta est locusta & rana in plagis, quibus Ægyptii percussi sunt, cum esset innumerabilis locustarum numerus & ranarum, iam diutius non laboremus. Cum ergo dictum

H esset, creasse Deum herbas & virgulta, necdum pluuia descendente, neque homine existente qui operatur terram, consequenter hominis creatio subinfertur ac dicitur: *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.* Hic itaque latius hominis factura describitur, qui in die quidem sexto factus est: sed ibi breuiter est commemorata creatio, quæ hic plenius exponitur. Quia videlicet in corporis & animæ substantiam factus sit, e quibus de limo corpus formatum, anima vero de nihilo sit Deo inspirante creata: sed & fœmina de eius latere sit dormientis condita. In qua videlicet sententia, vitanda est paupertas sensus carnalis, ne forte putemus Deum vel manibus corporeis de limo formasse corpus hominis, vel faucibus labiisve inspirasse in faciem formati, vt viuere posset, & spiraculum

Iob 10. vitæ habere. Nam & Propheta cum ait: *Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me*: tropica hoc locutione magis quam

pro-

A propria, id est, extra consuetudinem qua solent homines operari locutus est. Spiritus enim est Deus, nec simplex eius substantia compages membrorum corporalium esse composita, nisi ab ineruditis creditur. Formauit igitur de limo Deus hominem, quem verbo suo de limo fieri iussit. *Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem*, id est, substantiam animæ ac spiritus, in qua viueret, creauit. Nam ita recte intelligitur inspirasse Deum in faciem hominis, spiraculum quo viueret creasse, sicut supra intellectum est: *Vocauit Deus lucem diem*: pro eo positum, quod est vocari ab hominibus fecit. Bene autem in faciem inspirasse dicitur Deus homini, vt fieret in animam viuentem: quia nimirum sensus omnes corporis per quos intus ei spiritus ea quæ foris sunt contemplatur, magis in facie vigent, visus videlicet, auditus, olfactus, gustus & tactus. Vtpote quia pars cerebri anterior, vnde ieri sus omnes distribuuntur, ad frontem collocata est. Nam & tangendi sensus, qui per totum corpus effunditur, etiam ipse ab eadem anteriore parte cerebri ostenditur habere

B viam suam, quæ retrorsum per verticem atque ceruicem, ad medullam spinæ deducitur. Congruit autem huic sententiæ, quod supra dictum est: *Ad imaginem Dei creauit illum, masculum & fœminam creauit eos*. Quod enim dictum est: *Ad imaginem Dei creauit illum*: non nisi in anima, quod additum: *masculum & fœminam*, non nisi in corpore factum, recte intelligitur. Non enim audiendi sunt qui putant animam partem Dei esse. quia si hominis anima pars Dei esset, nec a se ipsa, nec ab aliquo decipi, nec ad aliquid male faciendum, siue patiendum vlla necessitate compelli, nec in melius vel deterius mutari omnino potuisset. Flatus autem ille Dei qui hominem animauit, factus est ab ipso, non de ipso: quia nec hominis flatus hominis pars est. nec homo eum facit de seipso, sed ex aereo anhelitu sumpto & efflato. Deus vero potuit & de nihilo & viuum ratione animamque: quod non potest homo: quamuis nonnulli existiment, non tunc animatum primum hominem, quando Deus in eius faciem sufflauit, & factus est homo in animam viuentem: sed tunc accepisse spiritum sanctum. Quodlibet autem horum credibilius ostendatur, animam tamen non esse partem Dei,

C nec de substantia & natura eius creatam siue prolatam, sed ex nihilo factam, dubitare fas non est. Mystice autem sic intelligitur: *Istæ generationes cœli & terræ quando creata sunt, in die quo fecit Dominus cœlum & terram*, & cætera. Huius diei

Idem. nomine secundum prophetiam, omne tempus huius vitæ significatur, in quo cœlum & terra facta sunt, id est, in quo creaturæ visibiles disponuntur, administrantur, atque existunt. Sed quid sibi vult, quod nunc nominatis cœlo & terra adiecit, *virgultum agri & herbam regionis*, & tacuit cætera quæ sunt in cœlo & in terra, vel etiam in mari: nisi quia per virgultum agri inuisibilem creaturam demonstrat intelligi, sicut est anima. Dicta autem virgultum, propter vigorem vitæ, herba propter eandem vitam nunquam marcescentem. Deinde addit: *antequam esset super terram*: intelligitur antequam anima peccaret. Terrenis enim cupiditatibus sordidata, tanquam super terram nata, vel super terram esse, recte dicitur. Vnde adiecit: *Nondum enim pluerat Dominus super terram*. quasi aperte diceret antequam peccaret anima, nondum nubibus scripturarum pluuiam doctrinæ Dominus ad animam irrigandam concesserat. nondum propter humilitatem, qui est terra, Dominus noster nubilum carnis nostræ assumpserat, per quod imbrem

D sancti Euangelij largissimum infudit. Quod vero subiunxit: *Et homo non erat qui operaretur terram*: quia nullus homo operatus est in virgine, vnde natus est Christus. Ipse est enim lapis de monte abscisus sine manibus, id est, absque coitu, & humano semine, de virginali vtero, quasi de monte humanæ naturæ & substantia carnis abscisus. *Sed fons ascendebat e terra, irrigans vniuersam superficiem terræ*. Terra mater virgo Domini Maria rectissime accipitur, de

Esa. 45. qua scriptum est: *Aperiatur terra & germinet saluatorem*. Quam terram irrigauit spiritus sanctus, qui fontis & aquæ nomine in Euangelio significatur. *Formauit igitur Deus hominem de limo terræ*, id est, factum est Christum, iuxta

Rom. 1. quod ait Apostolus, *ex semine Dauid secundum carnem*, tanquam de limo terræ. *Et inspirauit in faciem eius spiraculum vi-*

tæ, vtique plenitudine sancti spiritus, qui operatus est hominem Christum: *Et factus est homo in animam viuentem*: scilicet vt qui perfectus erat Deus, perfectus crederetur & homo.

Capvt XII.

De plantatione paradisi & quatuor fluminum diuisione, in quo homo cultor & custos a Deo constitutus est.

E *Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hominem quem formauerat*. Ab illo vtique principio plantasse Deus paradisum credendus est, ex quo irrigans terram omnem, remotis quæ eam cooperuerunt aquis, herbas & ligna fructifera producere iussit: in quo tamen hominem die sexto, quo ipsum formauerat, posuit. Neque vllatenus dubitandum est paradisum in quo positus est homo primus, & si ecclesiæ præsentis, vel futuræ patriæ typum tenet, ad proprietatem literæ in-

F telligendum esse, locum scilicet amœnissimum, fructuosis nemoribus opacatum, eundemque magnum, & magno fonte fœcundum. Pro eo autem quod nostra editio, quæ de Hebraica veritate translata est, habet, *a principio*: in antiqua translatione positum est, *ad orientem*. Ex quo nonnulli volunt intelligi, quod in orientali parte orbis terrarum sit locus paradisi. quamuis longissimo interiacente, siue oceani vel terrarum a cunctis regionibus, quas nunc humanum genus incolit, secretum. Vnde nec aquæ diluuij, quæ totam nostri orbis superficiem altissime cooperuerunt, ad eum peruenire potuerunt. Verum siue ibi, seu alibi sit, Deus nouit: nos tamen locum hunc fuisse, & esse terrenum, dubitare non licet. Denique sequentibus verbis scriptura plenius qualiter eum Deus plantauerit, exponit dicens. *Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue: lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ boni & mali*. Hoc eo die factum intelligitur, quo & reliqua ligna fructifera terra Deo iubente produxit. Sed hic ideo necessario repetitur, vt qualis sit locus paradisi nosse possemus: maxime quia de ligno vi-

G tæ ligno que scientiæ boni & mali erat specialiter referendum. In quorum vno homini signum obedientiæ quam Deo debebat, in altero sacramentum vitæ æternæ, quam per ipsam obedientiam mereretur, inerat. Et quidem lignum vitæ inde dictum, quia hanc virtutem (vt diximus) diuinitus acceperit: vt qui ex ea manducaret, corpus eius stabili sanitate firmaretur: neque vlla vnquam infirmitate vel ætate in deterius mutaretur, aut in occasum etiam laberetur. Sed hoc ita corporaliter factum est, vt sacramenti quoque esset figura spiritualis, id est, Dei & Domini nostri Iesu Christi, de quo in laude sapientiæ dictum est: *Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam*. Et in Apocalypsi sancti Iohannis inquit:

Apoc. 2. *Qui vicerit, dabo ei edere de ligno vitæ quod est in paradiso Dei mei*. Quod est aperte dicere, qui vicerit tentationem serpentis antiqui, a quo victus est Adam, dabo quod daturus eram, si vicisset, Adæ: vt præsenti visione gloriæ Christi in æternum reficiatur, ideoque nullo possit incursu mortis attingi. Qui videlicet Dominus Christus, virtus & sapientia Dei patris, in paradiso est regni cælestis: quem cum cæteris sanctis etiam confitenti se in cruce latroni promittere dignatus est. Sequitur vt videamus de ligno scientiæ dinoscendi bonum & malum. Prorsus & hoc lignum erat visi-

H bile & corporale sicut arbores cæteræ. Quod ergo lignum esset, non est dubitandum: sed cur hoc nomen acceperit, requirendum. Mihi autem etiam atque considerandi, dici non potest, quantum placeat illa sententia, non fuisse illam arborem cibo obnoxiam. Neque enim qui fecerat valde bona omnia, in paradiso instituerat aliquid mali, sed malum fuisse homini transgressione præcepti. Oportebat autem, vt homo sub Domino Deo positus, alicunde prohiberetur, vt ei promerendi esset Dominum suum ipsa virtus obedientia: quam possumus verissime dicere solam esse virtutem, omni creaturæ rationali agenti sub Dei potestate, primumque esset & maximum tumoris vitium, ad ruinam sua potestate velle vti: cuius vitij nomen est obedientia.

A Non esset ergo, vnde se dominum homo habere cogitaret atque sentiret, nisi ei aliquid iuberetur. Arbor itaque non [illegible] illa erat mala: sed appellata est scientiæ dinoscendi bonum & malum: quia si propter prohibitionem ex illa homo ederet, in illa erat præcepti futura transgressio, in qua homo [illegible] experimentum pœnæ disceret, quid esset inter obedientiæ bonum, & inobedientiæ malum. Proinde & hoc non [illegible] figura dictum, sed vere quoddam lignum accipiendum est, cui nō de fructu vel pomo, quod inde nasceretur, sed ex ipsa re nomen impositum est, quæ illo contra vetitum tacto fuerat secutura. *Et flumen egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum*, id est, ligna illa pulchra atq; fructuosa, quæ omnem terram regionis illius opacabant. Quod cum factum tali ordine credendum est, quo [illegible] hac, quam nos inc[illegible] terram, Nilus plana [illegible] Ægypti. Vnde quod & supra posuimus dictum est de terra Sodomorum, quæ vniuersa irrigabatur sicut paradisus Domini, & sicut Ægyptus. Et prouida vti-

B que dispositione Dominus ac conditor rerum, in nostro orbe voluit habere similitudinem nonnulla patriæ illius, ad quam possidendam in primo parente creati sumus, et ad [illegible] ciendum eius [illegible] de [illegible] no nos admoneret exemplo, maxime ex flumine illo, quod de paradiso constat emanare. Nil[illegible] q[illegible] Ægyptum, ipse est Geon, qui in sequentibus de para[illegible] procedere memoratur. Sicut etiam euersis eisdem Sodomorum ciuitatibus, [illegible] quondam [illegible] paradisus Domini irrigabantur, [illegible] [illegible], pusuit: [illegible] vestigi[illegible] perdit[illegible] malorum [illegible] in mund[illegible] habentes, [illegible] æterna eorum tormenta [illegible] geremus. *Qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen vni Phison.* Constat astruen[illegible] certissimis autoribus, horum omnium fluminum, [illegible] de parad[illegible] [illegible] tantur, in nostra terra fontes [illegible]. [illegible] qui [illegible] Gangem appel[illegible] locis Caucasi montis. Nili vero, quem [illegible] [illegible] nun[illegible], non [illegible] ab At[illegible] monte, qui est vltimus Africæ ad occidentem finis. Porro Tigris & Euphrates in Armenia. Vnde credendum

C est, q[illegible] locus ipse paradisi à co[illegible] hominum est remotissimus, inde quatuor aquarum partes diuidi. [illegible] flumina, quorum fontes [illegible] d[illegible] ntur, alicubi ipsa sub terris, & post [illegible] regionum [illegible] [illegible] erupisse, vbi tanq[illegible] [illegible] ibus non esse perhibentur. Nam hoc solere nonnullas aquas facere quis ignorat? Sed ibi hoc [illegible], vbi non diu sub terris currunt. Denique eadem ipsa flumina [illegible], Euphraten, & N[illegible] [illegible] plerisque in locis terra absum, & al[illegible] [illegible] tentia, soli[illegible] agere [illegible]. Quod etiam ipsum, Dominus ad [illegible] facere credendum est illius cursus, quo hæc ad nos de paradiso per occultiores terræ sinus, venasque longiores exeunt. Interpretatur autem Phison oris mutatio, siue os pupillæ: & recte, quia nimirum aliam in nostra terra gratiam facit, id est, viliorem multo, quam in paradiso habere ostendit. *Ipse est qui circuit omnem terram Euilath.* Hæc est Indiæ regio, nomen inde habens, quod

D possessa sit post diluuium ab Euilath filio Iectan, qui fuit filius Heber patriarchæ Hebræorum. Q[illegible] [illegible] etiam Iosephus refert cum fratribus suis a flu[illegible] [illegible] phene & regione Indiæ vsque ad locum eum, qui appellatur Hierra possed[illegible]. *Ibi nascitur aurum, & aurum terræ illius optimum est.* Et Plinius secundus narrat, Indiæ [illegible] es auri venis præ cæteris abundare terris. Vnde & multæ eorum χρυσᾶ & ἀργυρᾶ, a copia auri siue argenti vocabula sumpserunt. *Ibique inuenitur bdellium & lapis onychinus.* Bdellium est (vt plenius Plinius dicit) arbor aromatica, colore nigra, magnitudine oliuæ, & folio roboris, fructuq; caprifici, ipsius natura quæ gummi. Est autem lachryma eius lucida, sub[illegible] [illegible], leuis, pinguis, cereali [illegible], & quæ facile mollitur: gustu amara, odoris boni, sed [illegible] perfusa o[illegible] dur[illegible]. Cuius & liber [illegible] meminit: *Erat autem [illegible], inquiens, Man quasi semen coriandri, coloris bdellii*, id est, [illegible] [illegible] balsami. [illegible] autem lapis est pre[illegible], [illegible] appellatus quod habeat [illegible] permixtum candorem, [illegible] dinem vnguis humani. Græci enim vnguem di-

E cunt onychem. Hunc & Arabia [illegible] [illegible] dicus igniculos habet, alb[illegible] cingentibus [illegible] autem niger est cum cande[illegible] zonis [illegible] translatio pro his habet *carbunculum & lapidem* [illegible] [illegible] [illegible] bunculus sic [illegible] nomine pru[illegible], lap[illegible] qui noctis quoq; te[illegible] [illegible] Prasinus viridantis aspectu. Vnde & Græc[illegible] [illegible] apud eos πρα[illegible] [illegible]. *Et nomen fluuio secundo Geon. Ipse est qui circuit omnem terram Aethiopiæ.* [illegible] pretatur pectus siue præruptum. *Nomen vero fluminis tertii, Tigris. Ipse vadit contra Assyrios.* Vocatus quoq; [illegible] propter velocitatem, instar bestiæ mira pernicitate currentis. *Fluuius autem quartus, ipse est Euphrates.* [illegible] [illegible] interpretatur frugifer siue cre[illegible] Idcirco [illegible] [illegible] adat, qua si verei [illegible] circum[illegible], no di[illegible] [illegible] fluens terræ repromissionis, [illegible] [illegible] [illegible] qui ibid[illegible] post [illegible] lectu[illegible] [illegible] per aquas regeneratur. [illegible] [illegible] patet, [illegible] longius satis d[illegible] [illegible] [illegible] elementum, per[illegible] d superna[illegible] [illegible] [illegible] cum paradiso, [illegible]

F [illegible] ne[illegible] [illegible] nos [illegible] [illegible] cælesti ingressi [illegible] [illegible] orbem de pa[illegible] [illegible] per [illegible] recreat, vnda p[illegible] [illegible] bat. *Sicut ipse [illegible] [illegible] [illegible] ad se, sed nescis vnde veniat [illegible]* [illegible] cebat, vt aqua, [illegible] eos qu[illegible] [illegible] notis ad nos [illegible] de paradiso [illegible] [illegible] [illegible] quam tamen [illegible] [illegible] constat habere originem. *Plantauerat autem Dominus [illegible] disum voluptatis a principio.* Parad[illegible] [illegible] est, [illegible] de illa le[illegible] in Canticis canticorum: *[illegible] mea.* A principio autem plantatur paradisus, quia [illegible] catholica [illegible] Christo, qui est princ[illegible] omnium [illegible] esse cognoscitur. [illegible] de paradiso [illegible] portat Christus a paterno fonte [illegible] [illegible] quam [illegible] [illegible] suam verbo prædicationis & dono [illegible] [illegible] bene per Prophetam dicitur: *Dominus Deus [illegible] fluminis gloriæ, [illegible] torrentem.* Quod quatuor fluminibus de paradiso egredientibus terra [illegible] tur, [illegible]

G [illegible] mentis [illegible] ædificium, prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia continet: quia in his quatuor virtutibus tota boni operis structura consurgit. Quatuor ergo paradisi flumina terram irrigant, quia dum his quatuor virtutibus cor infunditur, ab omni desideriorum carnalium æstu temperatur. Item allegorice quatuor paradisi flumina, quatuor sunt Euangelia ad prædicationem cunctis gentibus missa. Ligna fructifera, omnes sancti sunt: fructus eorum, opera eorum. Lignum vitæ, sanctus sanctorum vtique Christus, ad quem quisque si porrexerit manum, viuet in æternum. Lignum autem scientiæ boni & mali proprium est voluntatis arbitrium, quod in medio nostri est, vtrū ad dinoscendum bonum & malum: de quo, qui relicta Dei gratia gustauerit, morte moritur. *Tulit ergo Dominus Deus hominem quem formauerat, & posuit eum in paradiso voluptatis vt operaretur & custodiret illum.* Ad eum videtur respicere locum, in quo supradictum est: *homo non erat qui operaretur terram.* Verum nos & in huius expositione verbi

H dicta sancti patris Augustini exponamus: Quid operaretur, inquit, vel quid custodiret? nunquid forte agriculturam Dominus voluit operari primum hominem? an non est credibile, quod eum ante peccatum damnauerit ad laborem: ita sane arbitraremur, nisi videremus cum tanta voluptate animi agricolari quosdam, vt eis magna pœna sit inde ad aliud euocari. Quicquid ergo deliciarum habet agricultura, tunc vtique longe amplius erat, quando nihil accidebat vel terra, vel cælo aduersi. Non enim erat laboris afflictio, sed exhilaratio voluntatis, cum ea, quæ Deus creauerat, humani operis adiutorio lætius vberiusq; prouenirent, vnde creator ipse vberius laudaretur, qui animæ in corpore *animali constitutæ rationem dedisset operandi ac facultatem, quantum animo voluntatis esset: non quantum inuitum indigentia corporis cogeret. *Vt operaretur*, inquit, *& custodiret illum*, custodiret videlicet eundē paradisum ipse sibi, ne aliquid admitteret,

Iohan. 3.
Cant. 4.
Isidor.
Psal. 45.
Gregor.
Isid.
* amabili

propter

A propter quod in [illegible] mereretur [illegible] expelli. Denique accipit præceptum, vt si [illegible] per [illegible] quod sibi custodiat paradisum, id est quo [illegible] fruatur non inde proiiciatur. Recte enim quisque dicitur non [illegible] custodire rem suam, qui sic egit vt amitteret eam: [illegible] saluam sit qui eam vel inuenit, vel [illegible] accipere meruit. Est alius [illegible] in his verbis sensus, quem puto non immerito præponendum: vt ipsum hominem operaretur Deus & custodiret. Sicut enim homo operatur terram non vt eam [illegible] vt esse terram, sed vt cultam atque fructuosam: sic Deus hominem multo magis quem ipse creauit vt homo sit, eum ipse operatur vt iustus sit, & vt homo ab illo per superbiam non abscedat. *Posuit ergo hominem in paradiso voluptatis, &c. operaretur*, scilicet vt [illegible] bonus beatusque esset: *custodiret* vero vt tutus esset, ipsius se dominationi ac protectioni humiliter subdendo.

B

C A P V T XIII.

Vbi præceptum Adæ à Deo in paradiso datum est, & Adam nomina cunctis animantibus imposuit.

PRæcepitque ei dicens: *Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.* Non est credendum, quod in ligno illo aliquid mali naturaliter inesset (sicut & supra docuimus) sed ab eo ligno, quod malum non erat, prohibitus est homo, vt ipsa per se præcepti conseruatio bonum illi esset, & transgressio malum. Denique a peccante nihil aliud appetitum est, nisi non esse sub dominatione Dei, quando illud admissum est, in quo, ne admitteretur, sola deberet iussio dominantis attendi. Quæ si sola attenderetur, quid aliud quam Dei voluntas amaretur? quid aliud quam Dei voluntas, humanæ voluntati præponeretur? Nec fieri potest, vt voluntas propria non grandi ruinæ pondere super hominem cadat, si eam voluntati superioris extollendo præponat.

C Hoc expertus est homo contemnens præceptum Dei, & hoc experimento didicit, quid interesset inter bonum & malum: bonum scilicet obedientiæ, malum autem inobedientiæ, superbiæ, contumaciæ, peruersæ imitationis Dei, & noxiæ libertatis. Hoc autem in quo ligno accidere potuit, ex ipsa re [illegible] vt iam supradictum est) nomen accepit. Præceptum quod accepit figuraliter Christus, nos accepimus in illo quia vnusquisque Christianus non incongrue gestat personam Christi, dicente ipso Domino: *Quod [illegible] fecistis vni ex minimis istis, mihi fecistis.* Dicitur ergo

Gal. / Matt. 25 *[illegible] ex omni ligno paradisi comedes: de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.* Præcipitur enim nobis vt fruamur omni

Gal. 5 ligno paradisi, quo significantur spirituales deliciæ. *Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, mansuetudo, continentia, castitas*: sicut dicit Apostolus. Et non tangamus lignum in medio paradisi plantatum scientiæ boni & mali, id est, non velimus superbire de natura arbitrii nostri, quæ media est: vt decepti propter scientiam experiamur ad malum. *In quocunque enim die comederitis ex eo, morte moriemini.* Non ait: si comederis mortalis eris: *In quocunque*, inquit, *die comederitis ex eo,*

D *morte moriemini.* Mortuus namque est homo in anima cum peccauit, quia recessit ab eo Deus, qui est vita animæ. Cuius merito mortis secuta est etiam mors corporis discedente ab illo anima, quæ est vita eius. Quæque mors eidem primo homini tunc euenit, cum præsentis vitæ terminum accepit, non paruo post tempore quam vetitum comedit. Potest & ita intelligi: quod illam mortem in eis fecerit ille, in quo peccauerat, quam Apostolus gemens

Rom. 7. dicit, *condelector legi Dei secundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Non enim sufficeret ei si diceret, quis me liberabit de hoc mortali corpore: sed *de corpore*, inquit, *mortis huius.* Sicut etiam illud: *corpus quidem mortuum est*, inquit, *propter peccatum.* Nec ibi ait mortale, sed mortuum: quamuis vtique, & mortale, quia moriturū. Non ita credendū est fuisse illa corpora, sed licet animalia nondum spiritualia, non tamen mor-

E tua, [illegible] est, quæ [illegible] esse [illegible] ntur, quod [illegible] dicta dictum est, quo [illegible] contra vetitum tetigerunt.

Mystice autem *tulit Deus hominem & posuit eum in paradisum*, hoc est: assumpsit Deus carnem & factus est caput

Isai. ecclesiæ. *Vt operaretur & custodiret illum* [illegible] est, voluntate patris, ex omnibus [illegible] compleret, atque impleretur termino, quem [illegible] *seruabam eos in*

Iob 17 *nomine tuo, quos dedisti mihi [illegible].* Pensandum magnopere est, qui [illegible] bona prodesse [illegible], si mala quæ [illegible] non [illegible]. P [illegible] agit, si non solicite in hum [illegible]. Vnde bene quoque de ipso parente nostro dicitur: *posuit eum Dominus in paradisum [illegible] operaretur & custodiret illum.* Operatur quippe qui agit bonum [illegible] quod operatus fuerat [illegible] habere. Vnde magnopere op[illegible] & [illegible] bonis operibus [illegible] custodire, ne si in [illegible] bona [illegible] militant sed elationi.

F

C A [illegible] XIV.

De [illegible]

DIxit quoque Dominus Deus: *Non est bonum esse hominem solum [illegible].* Et hæc locutio [illegible] corporali voce foras in auras emissa, sed interna [illegible] per quem creata sunt omnia [illegible] dicendum est. Iuxta quod & supra docuimus [illegible] est: *[illegible] hominem ad imaginem & similitudinem [illegible].* Si autem quæritur aliquis, ad quam rem fieri oportuit hominem [illegible] respondit

Aug. sanctus Augustinus [illegible] verbis [illegible] nomine [illegible] aliud, in habditer occurrit, quam propter [illegible] sicut adiutorium [illegible], vt [illegible] ex [illegible] parte nasceretur. Hoc enim & in prima creatione dictū erat

G masculum & feminam fecit eos, & benedixit eis dicens: *Crescite & multiplicamini, & replete terram & dominamini eius.* Quæ ratio conditionis & coniunctionis masculi & fœminæ atque benedictio. nec post peccatum hominis pœnamque defecit. Ipsa enim est, secundum quam nunc terra hominibus plena est dominationibus eius. Quanquam enim [illegible] de paradiso [illegible] & genuisse commemorentur: tamen non video, quid prohibere potuerit, vt essent eis etiam in paradiso honorabiles nuptiæ & thorus immaculatus. Hoc Deo præstante fideliter iusteque viuentibus æque obedienter [illegible] seruientibus, vt sine illo inquietæ ardore libidinis, sine vllo labore ac dolore pariendi fœtus ex eorum semine gigneretur. Non vt morientibus parentibus filii succederent, sed vt illis qui genuissent in aliquo formæ statu manentibus, & ex ligno vitæ quod ibi plantatum erat corporalem vigorem sumentibus, & illi qui gignerentur ad eundem perducerentur statum, donec certo numero impleto, si iuste omnes obedientesque viuerent, tunc fieret illa commutatio, vt sine

H vlla morte animalia corpora conuersa in aliam qualitatē: eo quod ad omnem nutum regenti se spiritui deseruirent, & solo spiritu viuificante sine vllis alimentorum corporalium sustentaculis viuerent, spiritualia vocarentur. Nā si Enoch & Helias in Adam non mortui, mortisque propaginem in carne gestantes, quod debitum vt soluant, creduntur etiam redituri ad hanc vitam: & quod tamdiu dilatum est, morituri. Nunc tamen in alia vita sunt vbi ante resurrectionem carnis, antequam animale corpus in spirituale mutetur, nec morbo, nec senectute deficiunt, quanto iustius atque probabilius primis illis hominibus præstaretur, sine vllo suo, parentumve peccato viuentibus vt in meliorem aliquem statum filiis genitis cederēt: vnde seculo finito cum omni posteritate sanctorum in angelicam formam, non per carnis mortem, sed per Dei virtutem multo felicius mutarentur. *Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adam.* Si quem mouet, quia non dixit, formatis de humo cunctis animantibus terræ, & de aquis

A [illegible]nctis volatilibus cæli, sed tanquam vtraq; genera de te[rra] formauerit. *Formauit*, inquit, *Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus cæli*, videat duobus modis esse intelligendum, aut tacitu se nunc vnde fo[r]mauerit volatilia cæli: quia & tacitum possit occurrere, vt non de terra vtrunq; acciperatur Deum formasse, sed tantummodo animantia terræ & volatilia cæli, etiam tacente scriptura intelligamus, vnde form[a]uerit aut terram vniuersaliter sic appellatã simul cum aquis, quemadmodũ appellata est in illo psalmo, vbi cælestiũ laudib[us] terminatis ad terrã facta est conuersio sermonis & dictũ. *Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyssi, & cætera*:

Psalm 149. nec postea dictũ est, laudate Dominum de aquis. Ibi enim sunt omnes abyssi, quæ tamen de terra laudant Dominũ. Ibi etiam reptilia & volatilia pennata, quæ nihilominus de terra laudant Deum secundũ istam vniuersalẽ appellationem terræ, secundum q[uam] etiam de toto mũdo dicitur: Dei qui fecit cælũ & terram, siue de arida, siue de aquis quæcuq; creata sunt, de terra veraciter intelligũtur creata. *Adduxit*, inquit, *ad Adam vt videret quid vocaret ea*. Non

B est cogitandũ carnaliter [illegible] adduxerit Deus animantia te[rr]æ vel aues ad Adam, quomodo solet pastor grege minare [illegible] de loco ad locum: sed magis intelligendum, [q]uia sicut diuina potentia, cum voluit, hæc de aquis vel de terra creauit, ita etiã eadem occul[to] nutu suæ potentiæ q[ua]ndo voluit ad hominẽ coll[ig][illegible] perduxit. Quomodo [illegible] ad arcam Noë cuncti generis volatilia vel quadrupedia [illegible] hominis manu congregata, sed diuinitus acta venisse, cumq; intrasse legimus [illegible] quid venirent, sciente autem homine qui ea [illegible] arcam Deo docente ac iubente suscipiebat. *Omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius. Appellauitq; Adam nominibus suis cuncta animantia terræ, & vniuersa volatilia cæli, & omnes bestias terræ.* Constat Adam in ea lingua qua totum genus humanum vsq; ad constructionem turris, in qua linguæ diuisæ sunt loquebatur, animãtibus terræ & volatilibus nomina imposuisse. Cæterum in [illegible]ione turris, cum Deus suam cuiq; genti propriã atq; diuersam tribueret linguam: tunc [illegible] credenda sunt

C [illegible] animantiũ vocabula, quomodo [illegible] rerum cęterarũ, [illegible] cuiq; [illegible] loquela. Quamuis etiam non latet homin[e]s postea pl[uri]bus, quæ sibi noua forte occurrere [illegible]bus siue an[imanti]bus, per singulas gentes iuxta [illegible] vocabula, nunc etiam [illegible] solere. Deniq; de piscibus add[uct]is ad Adã vt eis [n]omi[na] imponeret, nil scriptura refert: quibus tamen credibile est p[ostea] cognitis pro diuersitate gentiũ nominibus esse diuersa [illegible]. Primam autem linguã fuisse [illegible] Hebræam videtur, ex eo quod nomina cuncta hominum quousque ad diuisionem linguarum in Genesi legimus, illius constat esse loquelæ. Causa autem [illegible] ad Adam cuncta animantia terræ & volatilia cæli, vt videret quod vocaret ea & eis nomina imponeret, hoc est, vt sic Deus demonstraret homini, quanto melior esset omnibus irrationabilibus animantibus. Ex hoc enim apparet ipsa ratione hominem meliorem esse quam pecora, quod distinguere & nominatim ea discernere, non nisi ratio potest, quæ melior est. Spiritualiter vero, *faciamus ei adiutorium simile sui*: quia in ipso homine suscepto ecclesia Deo copulata est. Appellauit Adam no-

D minibus suis cuncta animantia & volatilia cæli, & bestias terræ, significans gentes quæ [illegible] nerent in ecclesia, & per Christum nomen erant accepturæ, quod prius nõ habuerant: sicut scriptum est: Et vocabo seruos meos nomine alio. *Adam vero non inueniebatur adiutor similis eius.* Vtique quamuis fidelis aut iustus sit quisq; Christo tamen æquari non potest. *Quis enim*, inquit Moyses, *similis tui in diis Domine?* nam & Dauid ait: *Speciosus forma præ filiis hominum.*

Psalm 44 Nemo enim poterat à morte genus h[uma]num liberare, & ipsam mortem superare nisi Christus, sicut Apocalypsis

Apocal. 5. ait: *Nemo inuentus est dignus, neque in cælo, neque in terra, neque in[fra] terram aperire librum. Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam. Cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea, & ædificauit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem.* Quod mulier de viri latere facta est,

E propter ipsius [illegible] fi[er]i oportuisse [illegible] illi factum est, quod [illegible] suppleretur, ali[illegible] factum est. S[ignifica]batur enim quod de latere C[hristi in] cruce [illegible] sopiti, sacramenta essent salutis [fu]tura [illegible] & aqua, de quibus sponsa illi conderetur ecclesia [illegible] sacramenti non esset figura [illegible]tione [illegible] mittend[illegible] qu[illegible] pu[illegible] erat dormi[illegible]am, vt illi Deus de qua [illegible]nam faceret [illegible] qui & [illegible] non de[illegible] potera[t]. Quid [illegible], vt [illegible] quod de viri [latere] sumptum est in fœminam condebatur, in locum ossis non os, sed car[nem] suppleretur: [illegible] Christus propter ecclesiam infirmus, at vero ecclesia [illegible] esse futura. Vnde eiusdem mysterii gr[atia] [illegible] quoq; verbo vsa est scriptura, vt non diceret fecit, aut formauit, aut creauit, sicut in omnibus supra operibus, sed ædificauit,

F inquit, *Dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem*, non tanquam corpus humanum, sed tanqu[am] domum quæ domus sumus nos, [illegible] & gloriam [illegible] vsq; ad finem [illegible]. [illegible] vt humani generis [illegible] Deo [illegible] proce[illegible], quatenus redemptio[nem] ipsius q[uæ] in fine erat seculi per eandem ventura [illegible] conuenientibus fig[uris] testimonium daret. Sciendum vero est q[uia] [illegible] culmen contemplationis attingimus [illegible] curæ oppressione cessamus. Nequ[illegible] intuemur, vt sciamus aliud in nobis [illegible] regit, aliud animale qu[illegible] recurrentes, ab omni [illegible] ratione [illegible] mur. Quod silentium nostrum bene [illegible] dormi[re fi]gurauit, de cuius mox latere mulier processit, qu[ia] quis[quis a]d interiora intelligenda rapitur, à rebus mutabilibus mentis oculos claudit: & tunc [illegible] vel quæ [illegible] esse debeant viriliter, vel quæ subesse [illegible] infirma distinguit [illegible] aliud in ipso sit quod [illegible] tanquam vir, aliud tanquam fœmina quod [illegible]tur. *Et adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & ca-*

Gregor.

G *ro de carne mea.* Quoniam Adam ad[ductis] ad se animantibus terræ & volatilibus cunctis, nullum in his sibi simile inuenerat, merito nunc vbi adiutorium simile [fa]ctum atque ad se adductum vidit, agnouit & exclamauit dicens: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea*, nunc videlicet, quia prius visis animantibus aliis, simile sibi non viderat. *Os autem de ossibus meis, & caro de carne mea*, quia cætera quæ os & carnem habentia viderat nominatim [i]pse distinxerat, non ex sua substantia, sed ex terra vel aquis e[sse] facta, nouerat. Sicut vero aliis vocabulo ad se adduct[i]s posuerat, sic restabat, vt ei quem sibi similem ac de suo corpore creatum cognouit, nomen inderet. *Hæc*, inquit, *vocabitur virago, quia de viro sumpta est.* Quomodo autem latine etymologia congruit in his nominibus, cum a viro nuncupatur virago, ita conuenit & Hebræa, in qua videlicet lingua vir appellatur is איש: & deriuato ab hoc nomine, fœmina dicitur issa אשה. Denique quod is appelletur Hebraice vir, testatur etiam nomen Israel ישראל qui vir videns Deum interpretatur. Sed & Sacramentis Christi & ecclesiæ conuenit aptissime,

H quod Adam mulierem de sua carne creatam, nominis sui participem fieri voluit: quia & Dominus noster Iesus Christus, æque ecclesiæ quam per sui corporis & sanguinis pretium redemit sibiq; adoptauit [in] sponsam, par[ti]cipium sui nominis donauit, vt à Christo videl[ice]t, Christiana vocaretur: ab Iesu, id est, [sa]luatore, salu[te]m consequeretur æternam. Non autem prætereundum, quod sopor ille siue extasis, id est, mentis ex[ce]ssus [illegible] translatio habet, quam Dominus tran[smisit] in Adam, rectè intelligitur vt sanctus Augustinus dicit ad ho[c im]missa, vt ipsius mens per extasin particeps fieret tanquã angelicæ curiæ: & intrans in sanctuarium Dei, intelligeret nouissima. Denique euigilans tanquam prophetia plenus, cum ad [se] adductam mulierem suam videret eructauit continuo magnum Sacramentum quod commendauit Apostolus: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne*

me[a]

A mea. *Hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est.* *Propterea relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.* Quæ verba ... Dominus ... testatur, Dominus ... dixit declarauit. At enim. *Non legistis quia qui fecit ab initio, masculum & fœminam fecit eos? & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna*, vt iam non sint duo, sed vna caro ... in Adam ... tanquam Prophetam dicere potuisse. Si ... ita ... erunt duo in carne vna, ... relinquens patrem, ... matrem. *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.* Hoc est ... relinquere patrem: non quia deseruit & reliquit patrem, ... non ... humana apparuit hominibus ... æqualis est patri. Quomodo reliquit matrem? relinquendo synagogam Iudæorum de qua secundum carnem natus est, & inhærendo ecclesiæ quam ex omnibus gentibus congregauit: vt pace noui testamenti essent duo in carne vna: quia cum sit Deus apud patrem Deum, factus est per carnem particeps noster, vt illius capitis corpus esse possemus. *Erat autem vterque nudus Adam scilicet & vxor eius, & non erubescebant.* & merito. Quid enim puderet, quando nullam legem senserant in membris suis repugnantem legi mentis suæ? quæ illos pœna peccati post ... præuaricationis secuta est, vsurpante inobedientia prohibitum: & iustitia puniente commissum. Quod antequam fieret, nudi erant vt dictum est, & non confundebantur. Nullus erat motus in corpore cui verecundia deberetur. nihil putabant velandum, quia nihil senserant refrenandum.

Capvt V.

De suggestione serpentis & seductione Adæ & coniugis eius.

Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. Potest iste serpens non irrationali anima sua, sed alieno iam spiritu, id est, diabolico callidior dici cunctis animantibus. Quamuis n. ... enim in præuaricatores angeli de sublimibus sedibus suæ peruersitatis & superbiæ merito deiecti sunt, natura tamen excellentiores sunt omnibus animantibus terræ propter rationis eminentiam. Quid ergo mirum si suo instinctu diabolus iam implens serpentem, eique suum spiritum miscens, eo more quo vates dæmoniorum implere solent, callidissimum reddiderat omnium animantium terræ? siue vt alia dicit editio ... prudentissimum omnium bestiarum, secundum animam vitam irrationalem ... Si ergo quæritur cur Deus tentari ... hominem, quem tentatori consensurum esse præsciebat, occurrit ... non magnæ laudis ... hominem si ... propterea posset bene viuere, quia nemo ... male viuere suaderet: cum & in natura posset, & in potestate haberet velle non consentire suadenti, adiuuante tamen illo qui *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*. Nec dubitandum est, quod esset hominem deiecturus ... tentator, nisi præcessisset in animo hominis quædam elatio ... comprimenda: vt per humiliationem peccati ... quam de se falso præsumpserit, disceret. Veritate quippe dictum est: *Ante ruinam exaltatur spiritus, & ante gloriam humiliatur.* Si autem quidam mouentur de hac primi hominis tentatione, quod eam fieri permiserit Deus, quasi nunc non videant vniuersum genus humanum, diaboli insidiis sine cessatione tentari. Cur & hoc permittit Deus, an quia probatur & exercetur virtus, & est palma gloriosior non consensisse tentatum, quam non potuisse tentari? Si autem quæritur, cur potissimum per serpentem diabolus ... significat ... dignum factum est, ... quod diabolus aliquid ad suam ... tionem nostram ... ad tentandum non posset, nisi quod permitteretur ... cedere? Quicquid igitur per ipsum significauit, ei prouidentiæ tribuitur, sub qua

E & ipse diabolus ... cupidit ... nocendi, facultatem autem non ... datur, vel ad subuertenda ac ... vasa iræ, ... probanda vasa misericordiæ. ... verbo ... sonos intelligebat, qui ex illo fiebant ad mulierem. neque enim conuersa credenda est anima eius ... naturam rationalem: quandoquidem nec ipsi homines quorum rationalis natura est, cum dæmon in eis loquitur ea passione cui exorcista requiritur, sciunt quid loquantur quanto minus ille intelligeret verborum sono ... per eum & ex eo diabolus loquendo faciebat ... quem non ... , sicut nec ... a passione mutus ... diceret. *Dixit ergo ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradisi? Cui respondit mulier: De fructu lignorum quæ sunt in paradiso vescimur: de fructu vero ligni quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.* Ideo prius interrogauit serpens & respondit hoc mulier, vt prævaricatio esset inexcusabilis: nec vllo modo dici posset, id quod præceperat Deus, oblitam fuisse mulierem. Callidus namque humani generis inimicus, quod in paradiso egit, hoc quotidie agere non desistit. Verba quippe Dei de cordibus hominum molitur euellere: atque ... fictæ promissionis suæ blandimenta radicare. Quotidie id quod Deus minatur, leuigat: & ad hoc credendum ... quod falso promittit, inuitat. Falso enim pollicetur temporalia, vt mentes hominum ea suppliciis leuiget, quæ Deus minatur æterna. Nam cum præceptis vitæ gloriam spondet, quid aliud ... Gustate & eritis sicut Dij? ac si aperte dicat: temporalem concupiscentiam tangite, & in hoc mundo sublimes apparete. Et cum timorem diuinæ sententiæ a corde amouere conatur, quid aliud sequitur quam id, quod primis hominibus dicit, *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno paradisi?* Sed quia diuino munere receptus homo iustitiam recipit, quam dudum conditus amisit, robustior se iam contra blandimenta callidæ persuasionis exercet. quia ... experimento didicit, quantum obedire se esse debeat præcepto: & quem tunc culpa ad pœnam, nunc pœna sua restringit a culpa: & tanto magis derelinquere metuit, quanto cogente supplicio, & ipse iam quod perpetrauit, accusat. *Dixit autem serpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri & eritis sicut Dij scientes bonum & malum.* Quid hic intelligimus, nisi persuasum esse eis, vt sub Deo esse nollent, sed in potestate potius sine Deo vt legem eius non obseruarent? quasi inuidentis sibi ne se ipsi regerent, non indigentes illius æterno lumine, sed vtentes proprio, prouidentia quasi oculis suis ad dinoscendum bonum & malum, quod ille prohibuisset. In quibus verbis notandum, quanta arte nequitiæ diabolus hominem ab initio tentauerit: qui non solum eum inobedientiam contemptumque ... velut sibi inuidentis docuit, sed & numerositatem Deorum ... credendam proposuit dicens: *Eritis sicut Dij*, quatenus & si forte ad inobedientiam eos pertrahere nequiret, fidei tamen qua vnum Deum colebant castitatem corrumperet. Si vero pertraheret, in vtroque victor existeret. Quomodo his autem verbis crederet mulier, a bona atque vtili re diuinitus se fuisse prohibitos, nisi iam inesset menti amor ille propriæ potestatis, & quædam de se superba præsumptio, quæ per illam tentationem fuerat conuincenda & humilianda? Denique verbis non contenta serpentis, considerauit lignum: *viditque*, vt scriptura dicit, *quod bonum esset ad vescendum & pulchrum oculis, aspectuque delectabile*: & non credens posse inoc

A autem [illegible] eius, cum diceret, *Eritis sicut dij*. Et prætecto [illegible] tentauit, cum diceret: *Scientes bonum & malum*. Auaritia enim non solum pecuniæ est, sed etiam altitudinis. Recte enim auaritia dicitur, cum supra modum sublimitas ambitur. Si enim non ad auaritiam honoris rapina pertineret, nequaquam Paulus de vnigenito filio diceret: *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*. In hoc ergo diabolus parentem nostrum ad superbiam traxit, quo cum ad auaritiam sublimitatis excitauit. Sed quibus modis primum hominem strauit, eisdem modis secundo homini tentato succubuit. Per gulam tentauit cum dixit: *Dic vt lapides isti panes fiant*. Per vanam gloriam tentauit cum dixit: *Si filius Dei es, mitte te deorsum*. Per sublimitatis auaritiam tentauit, cum regna omnia mundi ostendit dicens: *Hæc tibi omnia dabo si procidens adoraueris me*. Sed eisdem modis à secundo homine victus est, quibus primum hominem vicisse se gloriabatur: vt a nostris cordibus ipso aditu captiuus exeat, quo nos aditu intromissus tenebat. *Quæ comedit: & aperti sunt oculi amborum*, quo [illegible] ad concupiscendum? ad peccati pœnam carnis ipsius morte conceptam? [illegible] culpis non [illegible] quod potestati obedientiam [illegible] in meliorem spiritualemque habitum sine morte mutari, sed etiam corpus [illegible] in quo [illegible] ex legimentis. Neque enim clausis oculis facti erant. [illegible] in paradiso deliciarum, cæci palpantesque, oberrabant. Tale est illud euangelij, cum diceret de illis duobus, quorum vnus erat Cleophas, quod cum fregisset eis Dominus panem, *aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum*, quem per viam non cognouerant, non visu clausi [illegible] ambulantes, sed eum cognoscere non valentes. Ad hoc ergo aperti sunt oculi primorum hominum, ad quod antea non patebant quamuis ad alia paterent.

B

Serpens autem [illegible] sapientior omnium bestiarum, indicat diabolum: qui inde serpens dicitur, quod volubili versetur astutia. Sed quid est quod ipse per mulierem decepit & non per virum, quia non potest ratio nostra seduci ad peccandum, nisi præcedente delectatione carnali infirmitatis affectu: quæ magis debet obtemperare rationi tanquam viro dominanti. Hoc enim in vnoquoque geritur homine, in occulto quodam secreto contagio. Suggestionem quippe serpentem accipimus: mulierem vero animalem corporis sensum. [illegible] rationem autem virum. Ergo quando occurrit mala suggestio quasi serpens loquitur. Sed si sola cogitatio oblectetur illius suggestionis, & ratione [illegible] renuente consensus explendi operis non succedat, sola mulier videtur comedisse illicitum.

C

Quod si ipsum peccatum etiam & mens perpetrandum decernat, iam vir deceptus est. iam mulier dedisse viro cibum videtur. Hæc [illegible] enim consentire, de ligno prohibito manducare est. Tunc quippe inde a beata vita tanquam a paradiso expellitur homo, peccatumque ei imputatur, etiamsi non subsequatur effectus: quia & si non est in facto culpa, in conscientia tamen rea tenetur conscientia. Hæc secundum anagogen: cæterum iuxta metaphoram, potest callidus serpens iste, hæreticorum versutiam designare. Nonnulli enim loquacius atque subtilius promittunt curiositate secretorum, ad apertionem atque scientiam boni & mali: & in ipso homine tanquam in arbore, quæ plantata est in medio paradisi, eam etiam dignoscendam demonstrare.

D

2. Cor. 11. Contra hunc serpentem clamat Apostolus, cum dicit: *Metuo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic sensus vestri corrumpantur*. Seducitur autem verbis huius serpentis carnalis nostra concupiscentia: & per illam deceptus est Adam, non Christus, sed Christianus. Dicit ergo ille ad mulierem: *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradisi?* Sic & hæreticorum curiosi cupiditas, in [illegible] prædicatores ad diligendam eorum fallaciam, auditorum carnalium corda [illegible] tendunt, dicentes: Quare sigillis scientiam habere latitantem? Nouum scopei exquirite. boni malique scientiam percipite. Vnde apud Salomonem mulier illa hæreticorum speciem [illegible] dicit: *Aquæ furtiuæ dulciores sunt & panis absconditus suauior*. Subiecit deinde idem serpens. *Quacunque die comederitis, statim aperientur oculi vestri. & eritis sicut Dij scientes bonum & malum*. Sic & [illegible] generaliter hæretici diuinitati [illegible] ntium profi[illegible] & reprehendu[illegible] simpl[illegible] nerint: quia [illegible] persi[illegible] naliter, oculorum ad apertionem co[illegible] interior oculus obscuretur. *Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum: tulitque de fructu illius & comedit*. Mulier comedit [illegible] antea & non vidit [illegible] ales persuadentur ad peccatum [illegible] *Et dedit viro suo & comedit*, [illegible] delectatione [illegible] lis concupiscentiæ [illegible] ad peccatum: vnde [illegible] cogitation[illegible] sensus. Prouidendum nobis est, quia intueri non debet, quod non licet concupisci. Vt [illegible] munda mens in cogitatione seruetur a lasciuia voluptatis suæ [illegible] sunt oculi quasi quidam raptores [illegible] culpa. Neque enim Eua lignum vetitum contigisset, nisi hoc prius incaute respiceret. Hinc ergo pensandum, quanto debemus moderamine erga illicita visum restringere, nos qui mortaliter viuimus, si & mater viuentium per oculos ad mortem venit.

F

Thren. 3. Hinc etiam sub Iudææ voce qui exteriora videndo non concupiscens bona, interiora perdiderat Propheta dicere. *Oculus meus deprædatus est animam meam*. Concupiscens enim visibilia, inuisibiles virtutes amisit. Qui ergo interiorem fructum per exteriorem visum perdidit, per oculum corporis pertulit prædam cordis. Vnde nobis ad custodiendam cordis munditiam, exteriorum quoque sensuum disciplina seruanda est. Nam quantalibet virtute mens polleat, quantalibet grauitate vigeat, carnales tamen sensus puerile quiddam exterius perstrepunt. & nisi interioris grauitatis pondere, & quasi iuuenili quodam vigore teneantur, ad fluxa quæque, & leuia, mentem inertiæ trahunt. In primo parente nostro didicimus, quia tribus modis omnis culpæ nequitiam perpetramus, suggestione scilicet, delectatione, consensu. Primum itaque per hostem, secundum vero per carnem, tertium per spiritum perpetratur. Insidiator enim praua suggerit: caro se delectationi subijcit atque ad extremum spiritus victus delectatione, consentit.

G

Vnde & serpens praua suggessit. Eua autem quasi caro se delectatione subdidit: Adam vero velut spiritus suggestione, delectatione superatus, assensit. Suggestione itaque peccatum agnoscimus: delectatione vincimur: consensu etiam ligamur. Vnde & exclamandum nobis cum Apostolo: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* vt exaudiamus subsequentem nos consolationem. *Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum*. Rom. 7. Itẽ quatuor modis peccatum perpetratur in corde: quatuor consummatur in opere. In corde namque suggestione, delectatione, consensu, & defensionis audacia perpetratur. Fit enim suggestio per aduersarium. delectatio per carnẽ: consensus per spiritum: defensionis audacia per elationẽ. Iisdem etiam quatuor modis peccatum consummatur in opere. Prius namque latens culpa agitur: post modum vero etiam ante oculos hominum sine confusione reatus aperitur: dehinc & in consuetudinem ducitur: ad extremum quoque vel falsæ spei seductionibus, vel obstinatione miseræ desperationis eoutitur.

Capvt XVI.

H

Vbi se nudos viderunt Adam & Eua.

C*Vmque cognouissent esse se nudos, consuerunt folia ficus, feceruntque sibi perizomata*. Anima rationalis bestialem motum in membris suæ carnis erubuit, eique incussit pudorem: non solum quia hunc ibi sentiebat, vbi nunquam antea tale aliquid senserat, verumetiam quod ille pudendos motus, de præcepti transgressione veniebat. ibi enim sensit qua prius gratia vestiretur, quando in sua nuditate nihil indecens patiebatur. Ideoque illa conturbatione ad folia ficulneæ cucurrerũt, quæ forte perturbati prima inuenerunt perizomata, id est, succinctoria consuerunt: & quia glorianda deseruerant, pudenda texerunt. Nec arbitror eos cogitasse aliquid in illis folijs quod talibus congrueret contegi iam membra prurientia: sed occulto instinctu ad hoc illi per conturbationem compulsi sunt: vt

A etiam talis pœnæ [illegible] signi[illegible] certis [illegible] delictis fieret. quæ p[illegible] facta consuiscerent, & doceret ... ipra le... orem. ... item huius ... sub qua & Natus ... post ... Dominum vidit, beatus Ambrosius breuiter quidem, sed patenter exposuit dicens: Beati q[illegible] vitæ & [illegible] equus suos [illegible] gant: Isborem cuius suorum pari & ... cooferante ... adhuc, id est, ... cebrosa deliciarum obumbr... prin... mundi, humilis ad altitudinem, fragilis ad laborem, mollis ad vsum, sterilis ad fructum. Et in alio loco, Quod igitur grauius est, inquit, hac se Adam interpretatione succinxit, eo loco vbi fructu magis castitatis se succingere debuisset. In lumbis enim, quibus præcingimur, quædam semina generationis esse dicuntur: & ideo male ibi succinctus Adam ... inutilibus, vbi ... generationis non fructum ... sed quædam peccata ligauit. *Cumq; cognouissent se esse nudos, consuerunt folia fici, & fecerunt sibi perizomata.* ... quia qui fecu... lum aspectum amplectuntur, ... prurigine carnalis voluptatis afantur, quiq; de ... prauitate, ... Dei nudati, tegumenta ... delectationum suarum folia ... colligunt, ... tota prauitatis, cum de Dominus vel ecclesia mennuntur. *Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam & vxor eius.* Post meridiem tales iam conuenit [illegible] visitari, qui defeceranta luce veritatis. Vnde apte Dominus crucem meridie ascendit, & promisit latroni habitatione paradisi, post meridie, id est, nona hora spiritum tradidit: vt videlicet eadem hora, qua primus homo lignum præuaricationis tetigerat, secundus homo lignum redemptionis ascenderet: & qua hora dici præuaricatores paradiso expulerat, ea confessorem in paradisum induceret. *Abscondit se*, inquit, *Adam & vxor eius a facie Domini Dei, in medio ligni paradisi.* Cum Deus auertit faciem suam intrinsecus, non miremur hæc fieri, quæ ... sunt dementiæ. per nimium pudorem ac timorem. Illa quoque occulta insinuatio non quiescente, ... reor, quæ aliquid significarent, quam ... posteris, propter quos ista conscripta sunt. Abscondunt se namque a facie Dei, qui peccauerunt ... diuinæ pietatis redduntaspectibus: ab scondunt a facie Dei, non vt ipsorum conscientiam internus ... non videat, sed vt ... gloriam vultus eius nunquam nisi resipiscendo conspiciant.

* prurigini carnalis ... hærent

B

Ioda.

C

CAPVT XVII.

Vbi Dominus Ada in paradiso loquitur post transgressionem eius.

VOcauitq; Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es? non vtiq; ignorando quæsiuit, sed increpando admonuit, vt attenderet, in quo non esset Deus. Iam enim quia deserbore ... tacum rederat, mortuus erat morte animæ, cum eam deserueret vita sua Deus. Et hoc ... ad aliquâ pertinet significationem ... præceptum viro datum est, per quem ... interrogatur: præceptum ... a Domino per virum viq; ad ... per virum ... fœminam vsq; ad ... *Vocauitq; Dominus Adam, & dixit*. Hic ostendit quia qui a fide vel bonis operibus ... mendacia sua deliderauit, labuntur, non despicit illos Deus: sed adhuc vt redeant per pœnitentiam vocat ... in nimio peccatorum, sed vt conuertatur & viuat. Ergo non est desperandum quibuslibet peccatoribus, dum & ipsi impiad spem indulgentiæ prouocentur. Quid ait. *Vocem tuam audiui in paradiso, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me.* Satis probabile est solere Deum per creaturam tali actione congruam, in forma humana ... illis hominibus apparere: quos nunquam permittat adhuc tete nuditatem suâ eorum intentionem in superna sustollens, tam post peccatú, quod ... membris motum pœnali, membrorum legem sensissent. Sic ergo affectiuntur, vt solent homines afflicti sub oculis ... ali affectio ... erat, cum latere velle, quem ... test. Quod enim iam ipsos pudebat erga ipsos, vnde ... & succinctoria fecerant, multo vehementius ab illo etiam se succincti videri verebantur: qui tanquam familiari temperamento ad eos videndus, per creaturam visibilem, velut humanos oculos afferebant. Dominus vero voleus etiam peccatores more iustitiæ interrogatos, punire amplius quam erat illa pœna, de qua iam cogebantur erubescere. *Quis enim*, inquit, *indicauit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo præceperam ne comederes, comedisti?* Hinc enim mors concepta propter Dei sententiam, qui se fecerat ... minatus, fecit aduerti concupiscentialiter membra, vbi ducti sunt ... quod puderet. *Dixitque Adam: Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Superbia ... inquam dixit peccatum: haber deformitatem ... confessionis humilitatem. ... interrogan... superbia ... homines ... *Mulier, quam dedisti ... dedit mihi de ligno, & comedi*, ... vt non ipsa ... obediret ... & ambo ... *& dixit Dominus Deus ad mulierem: Quare hoc fecisti? quæ respondit: serpens decepit me, & comedi.* Nec ista confitetur peccatum, sed in alterum refert impari sexu, par fastu. *Serpens*, inquit, *decepit me, & comedi*: quasi cuiusdam suasio præcepto Dei deberent anteponi: & ipsa suæ culpæ causam in creatorem refert, qui serpentem in paradiso, per quem deciperetur, creauerit. Veræ humilitatis testimon... quitatem suam quemque cognoscere: & cognitam, voce confessionis aperire. At contra, vsitatum humani generis vitium est, & labendo peccatum committere: & commissum negando defendere: & convictum defendendo multiplicare. Ex illo quippe lapsu primi hominis, hac augmenta nequitiæ ducimus, ex quo ipsam radicem traximus culpæ. Sic oamque ille dum lignum vetitum contigisset, *absconditus se à facie Domini inter ligna paradisi*: In qua absconsione scilicet, quia Deum latere non poterat, non latendi effectus describitur, sed affectus notatur. Qui ... margueretur à Domino, quod de ligno vetito comedisset, Adam scilicet & vxor eius, illico respondit. *Serpens decepit me, & comedi.* Ad hoc quippe requisiti fuerant, vt peccatum quod transgrediendo commiserant, confitendo delerent. Vnde & serpens ille persuasor, qui non erat reuocandus ad veniam, non est de culpa requisitus. Interrogatus homo ... vbi esset, vt perpetratam culpam respiceret & confitendo cognosceret, quàm longe à conditoris sui facie abesset. Sed adhibere sibimet ... defensionis solatia, quam confessionis elegerunt. Cumq; excusare peccatum voluit vir per mulierem, mulier per serpentem, auxerunt culpam, quam tueri conan sunt oblique: Adam Dominum tangens, quod ipse peccati eorum autor existeret, qui mulierem fecit: Eua culpam ad Dominum referens, qui serpentem in paradiso posuit. Qui enim ore diaboli fallentis audierant, *Eritis sicut Dij*, quia Deo esse similes in diuinitate nequiuerunt, ad erroris sui cumulum, Deum sibi facere similem in culpa conati sunt. Sic ergo reatum suum dum defendere moliuntur, addiderunt. vt culpa eorum atrocior discussa fieret, quàm fuerat perpetrata. Vnde nunc quoq; humani generis rami ex hac adhuc radice amaritudinem trahunt: vt cum de vitio suo quisq; arguitur, sub defensionis verba, quasi sub quædam se arború folia abscondit. & velut ad quædam excusationis suæ opaca secreta faciem conditoris fugit, dum non vult cognosci quod fecit. In qua videlicet occultatione non se Domino, sed Dominum abscondit sibi. Agit quippe ne omnia videntem videat: non autem ne ipse videatur: quo contra cuiq; peccatori tam exordium illuminationis est humilitas confessionis: qua sibimetipsi iam parcere renuit, qui malum non erubescit confiteri quod fecit: Et qui defendendo excusare potuit, accusando se celerime defendit. Vnde & mortuo Lazaro, qui mole magna præmebatur, nequaquam dicitur, reuiuisce, sed, *Veni foras.* Ex qua videlicet resurrectione, quæ gesta est in illius corpore, signatur qualiter nos resuscitemur in corde: cum videlicet mortuo dicitur,

D

E

* dicti

F

G

H

A dicitur, *Veni foras*. Vt nimirum homo in peccato suo mortuus, & per molem malæ cõsuetudinis iam sepultus, quia intra conscientiam suam absconsus iacet per nequitiam, à seipso foras exeat per confessionem. Mortuo enim, *Veni foras* dicitur: vt ab excusatione atq; occultatione peccati, ad accusationem suam ore proprio exire prouocetur. Vnde Dauid propheta ab illa tanti mortè facinoris reuiuiscens ad vocem Domini quasi foras exijt, dum per Nathan correptus, quod fecerat excusauit.

Capvt XVIII.

Vbi sententia fertur in serpentem.

ET ait Dominus ad serpentem: *Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia & bestias terræ.* Quod serpens cur hoc fecerit non est interrogatus, potest videri, quod non ipse vtiq; id sua natura & voluntate fecerat, sed diabolus de illo & per illum fuerat operatus, qui iam expectato impietatis ac superbiæ suæ igni destinatus fuerat. Nunc ergo

B quod serpenti dicitur, & ad eum qui per serpentem operatus est, vtiq; refertur, procul dubio figuratum est. Nam in his verbis tẽtator ille describitur, qualis generi humano futurus esset. *Super pectus tuum gradieris: & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ, & cætera.* Super pectus quippe suum graditur serpens, quia cunctæ gressus diaboli, nequitiæ sunt & fraudes. Nam in pectore calliditatem & versutias cogitationum [illegible] dicat, quibus ad eos quos vult decipere [illegible] pro quo antiqua translatio habet, pectore & ventre repes. Rep[illegible] pectore cum [illegible] hominibus quo[illegible] sua membra [illegible] desiderat, iniquas cogitationes suggerit. Repit & ventre, cum eos ingluuie superatos, in [illegible] libidinis excitat. Omnia namq; quæ repunt, corpus per terram trahunt. Corpus autem diaboli, sunt omnes reprobi: & ipse pectore & ventre suo repit, cũ per iniquas cogitationes, vel illecebras comessationis ac luxuriæ, ad infima deprimit. Deuorat autem terram, cum

C errore peccantium [illegible] ac delectatur: eosq; seducẽtes ad interitum rapit. Sicut enim sancti sæpe cœlorũ, ita nomine terræ, hi, qui terrena sapiunt, indicantur. Quomodo in sequentibus Adæ dicitur: *Terra es, & in terram ibis,* quod nostra translatio habet: *Quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* In cuius signum deuorationis spiritualis ipse etiã serpens irrationalis, quod decipiendum hominem velut organo suo vsus est diabolus, nunc terram materialem cõedere iubetur: cui prius vna cum cæteris animantibus, terræ herbis & lignorum fructibus vesci concessum erat. *Inimicitias ponam inter te & mulierem: & semen tuum & semen illius.* Semen mulieris, totum est genus humanum: semen diaboli, præuaricatores sunt angeli: qui exemplo simul superbiæ illius ac rebellionis deprauati. Semen illius est peruersa suggestio: semen mulieris, fructus boni operis, quo peruersæ suggestioni resi[illegible]itur. Huius autem serpentis ac seminis eius inimicitiam memorati, quantum genus humanum tollerat, quantum aduersus eam inimicitiam o-

D mnes electi recte viuendo exerceant, cunctis sole clarius fidelibus constat. Cuius signum inimicitiæ in natura etiã apparet irrationalis serpentis: quia cunctis animantibus & bestijs terræ, pro intima sibi peste veneni generalis, semper exhibit inimicas: quod videlicet et a tempore maledictionis huius, & non ante initium esse, credendum est. *Ipsa conteret caput tuum: & tu insidiaberis calcaneo eius.* Mulier cõteret caput serpentis, cum ecclesia sancta insidias diaboli, & suasiones venenosas, in ipso mox initio deprehensas abijcit, & quasi conculcans ad nihilum deducit. Conteret caput serpentis cum superbiæ per quam Eua decepta est, se sub potenti manu Dei humiliando resistit. Initiũ enim omnis peccati superbia. Et serpens insidiatur calcaneo mulieris, quia ecce etiã diabolus velut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, quoniam odit gressus bonæ nostræ actionis auertat. Insidiatur calcaneo, cum in fine vitæ præsentis, nos rapere satagit. Calcaneo namq; qui finis est corporis, nomine finis vitæ nostræ designatur: quod [illegible] ipsa quoq; serpentis conditio figurate denuntiat: qui & coteri solet ab omnibus qui possunt: & ipse serientis hominum vestigijs, in[illegible] tem hoc quod dictum est, *In inimicitias ponam inter te & mulierem,* de virgin[e] de qua Do[minus] [illegible] eo quod illo tẽpore ex ea Dominus [illegible] ad [illegible] cum deuinced[um], & ad morte[m] [illegible] e, vtor erat

E struendam, promit[illegible] sicut in [illegible] Scriptum est. *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Nam & illud quod subiunctum est, *Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius,* hoc de fructu ventris Mariæ qui est Christus, intelligunt id est, tu eum supplantabis vt moriatur: ille [illegible] tem te victo resurget: & caput tuum conteret quod est mors: sicut & Dauid dixerat ex persona patris ad filium *Super aspidem & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem.* Aspidem dixit mortem: basiliscum peccatum: leonem antichristum, draconem diabolum. Psal. 109. Psal. 90.

Capvt XIX.

Vbi mulieri necnon Adæ corruptio inducitur.

MVlieri quoq; dixit: *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios.* Hæc quoq; in mulierem Dei

F verba, figurate ac prophetice multo commodius intelliguntur. veruntamen quia nõdum pepererat fœmina, nec dolor & gemitus parientis nisi ex corpore * mortis est, quę illa præcepti transgressione cõcepta est. Refertur hæc pœna & ad proprietatem literæ. Nam & in eo quod sequitur, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui [illegible] & ante peccatum, aliter factam fuisse non deceat credere mulierem, nisi vt vir ei dominaretur, & sub eius ipsa potestate degeret, recte accipi potest hanc seruitutẽ significatam, quæ cuiusdam conditionis est potius quàm dilectionis: vt etiã ipsa talis seruitus qua homines hominibus postea serui esse cœperunt, de pœna peccati reperiatur exorta. Dixit quidem Apostolus. *Per charitatem seruite inuicem:* sed nequaquam dixit, *Inuicem dominamini.* Possunt itaq; coniuges per charitatem seruire inuicem, sed mulierem non permittit Apostolus dominari in virũ. Hoc enim ve-

G tu potius sententia Dei detulit: & maritum habere Dominum, meruit mulieris non natura sed culpa: quod tamen nisi seruetur, deprauabitur amplius natura & augebitur culpa. Figurate autem verba hæc ad ecclesiam, coniugem videlicet Christi conueniunt: cuius ærumnæ post reatum præuaricationis, multiplicantur in hac vita: vt ad vitam perpetuam castigata perueniat. Multiplicantur & conceptus, cum spiritualem Deo sobolẽ prædicando ac recte viuendo, gignere satagit. Vnde eidem suę soboli per egregium prædicatorem dicit. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.* Parit in dolore filios, cum sollicita metuit, ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus eorum: & excidant à simplicitate quæ est in Christo. Agit sub viri potestate, quia seruit Domino in timore, & exultat ei non in securitate, sed cum tremore: cui si nunquam peccasset, solo dilectionis copularetur amplexu. Et ipse dominabitur ei, carnales eius cohibens motus eamq; ad redemptionem vitæ cœlestis, continuo supernæ institutionis exercitio prouehens, à qua si

Matth. 11. tur, vt frequenter in psalmis & in euangelio. *Confitebor tibi,* inquit, *pater Domine cæli & terræ*, id est, gratias ago tibi, siue glorificabo te. *Et concepit Bala, & peperit Iacob filium, & dixit Rachel: Iudicauit me Dominus, & exaudiuit vocem meam, & dedit filium: propterea vocauit nomen eius Dan.* Causam

F nominis expressit, vt ab eo quod iudicasset se Dominus, filio ancillæ iudicii nomen imponeret. Dan quippe interpretatur iudicium. *Et concepit adhuc, & peperit Bala ancilla Rachel filium secundum Iacob, & dixit Rachel: Habitare me fecit Deus habitatione cum sorore mea, & inualui: & vocauit nomen eius Nephtali.* Causa [illegible] Nephtali multo aliter hic lex ponit, quam [illegible] scripta est. Vnde & Aquila ait: [illegible] pro quo in Hebræo scriptum est, naphthule elohim naphthaleu. [illegible] Vinca conuersatione siue comparatione. quia [illegible] sonat comparationem siue conuersationem, hoc est, Nephthalim filio nomen imposuit. Quod autem sequitur, *Et peperit Zelpha ancilla Liæ, Iacob filium, & dixit Lia: In fortuna: & vocauit nomen eius Gad.* Vbi nos posuimus in fortuna, & Græci dicunt [illegible], quod potest & euentus [illegible] Hebræo habet bagad בגד. quod Aquila interpretatur, venit accinctio: nos autem dicere possumus, in procinctu. Bagam

G potest & præpositione [illegible] in, & [illegible] interpretatur ergo siue procinctu, qui gad dicitur Gad Zelphæ filius vocatus est. Sequitur: *Et peperit Zelpha ancilla Liæ filium secundum Iacob, & dixit Lia: Beata ego, quia beatam me dicent mulieres: & vocauit nomen eius Aser diuitias.* Male additæ sunt, diuitiæ, id est, [illegible] cum etymologia nominis Aser, scripturæ autoritate pandatur dicentis: & ab eo, quod beatificant me mulieres, & ab eo, quod beata dicatur ab omnibus, filium suum beatum vocauerit. Aser ergo non diuitiæ, sed beatus dicitur, duntaxat in præsenti loco. Nam in aliis secundum ambiguitatem verbi, possunt & diuitiæ sic vocari. *Et audiuit Deus Liam, & concepit & peperit Iacob filium V. & dixit Lia: Dedit Dominus mercedem meam, quia dedi ancillam meam viro meo: & vocauit nomen eius Issachar.* Etymologiam nominis Septuaginta interpretes ediderunt. est merces. Non igitur, vt plerique additu pro nomine male legunt, æstimandum est ita scriptum esse, quod est merces: sed totum nomen interpretatum est merces. Ies ש quippe dicitur, est: & sachar שכר merces. Hoc autem ideo, quia mandragoris filii Ruben, introitum qui Rachel debe-

H batur ad se viri emerat. Sequitur: *Et concepit Lia adhuc, & peperit filium sextum Iacob, & dixit Lia: Dotauit me Dominus dote bona. ex hoc tempore habitabit mecum vir meus, quia peperi ei sex filios: & vocauit nomen eius Zabulon.* Vbi nos posuimus, *habitabit mecum* & Septuaginta interpretati sunt, *diliget me*, in Hebræo habetur, isbuleni זבלני. & est sensus: quia sex filios genui Iacob, propterea iam secura sum: habitabit enim mecum vir meus: vnde & filius meus vocetur habitaculum. Male igitur & violenter in libro nominum, Zabulon fluxus noctis interpretatur. *Et post hæc peperit filiam, & vocauit nomen eius Dina.* Hæc transfertur in causam, quam significantius Græce δίκην vocant. Iurgium enim in Sichimis causa exutit. Post filios & parentum ponenda sunt nomina. Lia interpretatur laborans. Rachel ouis: cuius filius Ioseph, ab eo, quod sibi aliũ addi mater optauerat, vocatur augmentum. Nunc autem quid rerum significauerint quatuor vxores Iacob, quærendum est: quarum duæ liberæ, duæ ancillæ fuere. Vidimus enim Apostolum in libera & ancilla, quas habebat Abraham, duo testamenta intelligere. Sed

A ibi [illegible] vna, & vna facilius apparet quod dicitur, hic autem duæ sunt & duæ. Deinde ibi ancillæ filius cum hæres datur. Hic vero ancillarum filii simul cum filiis liberarum, terram promissionis accipiunt. Vii proculdubio aliquid significatur, quanquam duæ liberæ vxores Iacob, ad nouum testamentum, quo in libertate vocati sumus, existimentur pertinere, non tamen frustra duæ sunt, nisi quia duæ vitæ nobis in Christi corpore prædicantur: vna temporalis, in qua laboramus: alia æterna in qua dilectionē Dei contemplabimur. Lia namq; interpretatur laborans. Rachel autem visus principium siue verbum. Actio ergo huius vitæ, in qua viuimus ex fide, laboriosa est in operibus, & incerta, quo exitu perueniat ad vtilitatem eorum, quibus consulere volumus. Ipsa est Lia prior vxor Iacob. ac per hoc & infirmis oculis fuisse commemoratur. Cogitationes n. mortalium timidæ, & incertæ sunt prouidētiæ nostræ. Spes vero æternæ contēplationis Dei [illegible] bens certam intelligentiam veritatis, ipsa est Rachel: vnde & B dicitur bona facie & pulchra specie. Hanc amat enim omnis pie studiosus. & propter hanc seruit gratiæ Dei, qua *peccata nostra & si fuerint sicut phœniceum, tanquam nix dealbabuntur*. Laban quippe interpretatur dealbatio, cui seruiuit Iacob propter Rachel. Neque enim se quisque conuertit sub gratia remissionis peccatorum seruire iustitiæ, nisi vt quiete viuat in verbo, ex quo videtur principium, quod est Deus. Ergo propter Rachel, non propter Liam seruitur. Nam quis tantum amauerit in operibus iustitiæ laborem actionum atq; passionū: quis eam vitam propter seipsam petierit? sicut nec Iacob Liam, sed tñ sibi in nocte suppositam, in vsu generādi amplexus, fœcundā eius expertus est. Dominus n. eam, quia per se diligi non poterat primo, vt ad Rachel perueniretur tolerari fecit: deinde propter filios commendauit. Ita vero vtilis vnusquisq; Dei seruus sub dealbationis peccatorū gratia constitutus, quid aliud amans, & in sua conuersatione meditatur, nisi doctrinā sapientiæ? Quam plerisq; suscepturos putant statim, vt se in septem præceptis legis exercuerint, C quæ sunt de dilectione proximi ne cuiq; noceatur: i. *Honora patrem tuum & matrem. Non mœchaberis. Non occides. Non furaberis. Non falsum testimonium dices. Non concupisces vxorem proximi tui. Non concupisces rem proximi tui.* Quibus obseruatis postea q̃ homini pro concupita dilectione doctrinæ, per tentationes varias, quasi per huius seculi noctē tolerantia laboris adhæserit, velut pro Rachel Lia inopinata coniungitur, & hanc sustinet, vt ad illam perueniat, si perseueranter amat, acceptis septē aliis præceptis, vt ei dicatur: Serui alios septē annos pro Rachel, vt sit pauper spiritu, mitis, lugens, esuriens & sitiens iustitiam, misericors, mundi cordis, pacificus. Vellet n. homo si fieri posset sine vlla tolerantia laboris quæ in agendo patiendoq; est amplectenda, statim ad pulchræ contemplationis delicias peruenire: sed hoc nō potest in terra morientium. Hoc n. videtur significare, quod dictum est ad Iacob: *Non est moris in loco hoc, vt minor tradatur priusquam maior.* Quia non absurde maior appellatur, q̃ tempore prior est. Prior est aut̄ D in bonitus eruditione labor boni operis, q̃ requies contemplationis. Ad vnum ergo contendendum, [illegible] propter hoc multa referenda sunt. Itaque duæ sunt vxores Iacob liberæ, ambæ quippe sunt filiæ remissionis peccatorum, hoc est dealbationis, quod est Laban veruntamen vna amatur, alia toleratur. Sed quæ toleratur, ipsa prius & vberius fœcundatur: vt si non propter seipsam, certe propter filios diligatur. Labor n. iustorum maximum fructum habet in eis, quos regno Dei generat inter multas tribulationes & tentationes, prædicādo euangelium ad eos, qui sunt in laborib. abundantius, in plagis supra modum, in mortibus sæpius: propter quos habent foris pugnas, intus timores, gaudium & coronam suam vocant. Nascuntur aūt eis facilius atq; copiosius ex illo sermone fidei, quo prædicant Christum crucifixum. Rachel autem clara aspectu mente excedit Deo, & videt in principio verbum Deum apud Deum, & vult parere, & nō potest: quia generationem eius quis enarrabit? Ideoq; contemplandi otia appetit, vt diuinitatem ineffabilem cernat. Vacare vult ab omni negotio, & ideo sterilis: quia in variis prestitiis non

E subuenit. Sed quia ipsa interdum procreandi charitate inardescit, (vult enim docere, quod nouit) videt sororem laborē agendi filiis abundantē, & dolet potius currere homines ad eam virtutem, qua eorum necessitatibus consulatur, quam ad illam, vnde diuinum aliquid * dicatur. Hic dolor figuratus videtur in eo, quod scriptum est, *Et zelauit [illegible] sororem suam.* P[illegible] purus intellectus spiritualis substantiæ, verbis [illegible] exprimi non potest, elegit d[illegible] sapientia [illegible] qualibet corporeas similitudines, insinuare diuinas. [illegible] R[illegible]chel ex viro suo & ancilla [illegible] parere filios, [illegible] nominemanere. Bal quippe anc[illegible] interpretatur inueterata. De veteri [illegible] per v[illegible] quibus d[illegible]dit, corporeæ [illegible] imaginæ, etiam cum aliquid d[illegible] spirituali & [illegible] commutabili [illegible] [illegible] Suscipit [illegible] Lia de ancilla sua [illegible] [illegible] prolis accensa. Inuenimus autem Zelfam ancillam eius interpretari os dicens, quapropter hęc ancilla illos figurat, quorum in prædicatione fidei euan F gelicæ, os erat, & cor non erat. De quibus scriptum est: *Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est a me.* De quibus Apost. dicit: *Qui prædicas non furandum furaris.* Veruntamen, vt etiam per hanc conditionem libera illa vxor Iacob laborans filios hæredes regni susciperet, ideo Dominus dicit: *Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, facere nolite.* Vnde & Apostolus *Siue, inquit, occasione siue veritate, Christus annuncietur. & in hoc gaudeo, sed & gaudebo*: tanquam & ancilla pariente, de prole numerosiore lætatur. Est vero quidam [illegible] ex beneficio Rachel editus, cum virum suum [illegible] debita nocte concubitum, acceptis a filio Liæ mandragoræ malis, cum [illegible] habare permisit. Quidem [illegible] mane [illegible] dictum est: Proinde rem compertā pulchram & [illegible], sapore autem insipido: & ideo illo mandragoreo pomo, figuram intelligam famam bonam popularem. Vnde dicit Apost. *Oportet eum testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt*: qui licet parum sapiant, reddunt tamen plerumq; laboriosorum, per quos sibi consulitur, & splendorem laudis, & G odorem bonæ opinionis. Nec ad istam gloriam popularē primi perueniunt eorū, qui sunt in ecclesia. nisi quicunq; in actionum periculis, & labore versantur. Propterea Liæ filius mala mandragorica inuenit exiens in agrum, id est, honeste ambulans ad eos, qui foris sunt. Doctrina vero illa sapientiæ, quæ à vulgi strepitu remotissima, in contemplatione veritatis dulci delectatione defigitur. Hanc popularem gloriam quantulumcunq; non assequeretur, nisi per eos, qui in mediis turbis, agendo ac suadendo, populis præsunt: quia dum isti actuosi & negotiosi homines, per quos multitudinis administratur vtilitas, & quorum autoritas populis chara est, testimonium perhibent etiā vitæ propter studium conquirendæ & contemplandę veritatis, otiosæ quodammodo mala mandragorica p Liam veniunt ad Rachel: ad ipsam vero Liam p filium primo-H genitum, i. per honorem fœcunditatis eius, in quo est omnis fructus laboriosæ, atq; inter certamina tentationū periclitantis actiuus, q̃ plerisq; bono ingenio prædiri studioq; flagrātes, quamuis idonei regēdis populis esse possint, tamen eunt propter turbulentas occupationes, & in doctrinæ otium toto pectore, tanquam in speciosæ Rachel feruntur amplexus. Et quia bonum est, vt etiam hæc vita latius innotescens, popularem gloriam mereatur, iniustum est autem, vt eam consequatur, si amatorem suum administrandis ecclesiasticis curis aptum & idoneum, in otio detinet, nec gubernationem communis vtilitatis impartit, propterea Lia sorori suæ dixit: *Parum est tibi, quod virum meum accepisti, insuper & mandragoras filii mei vis accipere?* Per vnum virum significans eos omnes, qui cum sint agendi virtute habiles & digni, quibus regimen ecclesiæ committatur ad dispensationem fidei sacramentum, illi accensi studio doctrinæ, atque indagandæ & contemplandæ sapientiæ, se ab omnibus actionum molestiis remouere, atque in otio discendi aut docendi volunt consedere. Ita ergo dictum est, *Parum est tibi, quod accepisti virū meū, insuper & mandragoras filii mei vis accipere:* Ac si diceret: Parum est, q̃ homines ad laborem

Margin: * dicitur; Exo. 20.; Esa. 29.; Rom. 2.; Matth. 23.; Phil. 1.; 1 Timot. 3.

A rerum regendarum necessarios, in otio deuinet vita studiosorum, insuper & popularem gloriam requirit? Proinde vt eam iuste compararet, impartit Rachel virum sorori suæ illa nocte. vt scilicet, qui virtute laboriosa regimini populorum accommodati sunt, etiam si scientiæ vacare elegerint, suscipiant experientiam tentationum, curarum quoque sarcinam pro vtilitate communi: ne ipsa doctrina sapientiæ, cui vacare statuerant, blasphemetur: neque adipiscatur ab imperitioribus populis existimationem bonã, quod illa poma significant, & quod necessarium est ad exhortationem discentium. Sed plane, vt hanc curam suscipiant, vi coguntur satis, & hoc significatum est, quod cum veniret de agro Iacob, occurrit ei Lia eumque detinens ait: *Ad me intrabis: conduxi enim te pro mandragoris filii mei.* Tanquam diceret, doctrina quam diligis vis conferre bonam opinionem? noli fugere officiosum laborem. Hæc in ecclesia geri quisquis aduerterit cernit, & experitur in exemplis, quod intelligimus in libris. Quis non videat hoc geri toto orbe

B terrarum, venire homines ab operibus seculi, & ire in otium cognoscendæ & contemplandæ veritatis, tanquam in amplexum Rachel, & excipi de transuerso ecclesiasticam necessitatem, atque in ordinari labore tanquam Lia dicente, *Ad me intrabis?* Quibus illud mysterium Dei [illegible] dispensantibus, vt innocenter huius seculi filios generent, [illegible] laudatur etiam a populis illa vita, cuius amore contempti [illegible] seculi [illegible] : & ex cuius professione ad intuitae ordinationis [illegible] assumpti fuit. Id enim agunt [illegible] omnibus [illegible], vt illa professio, qua se [illegible] erant, quia tales rectores populi dedit, latius & clarius glorificetur, tanquam non recusante noctem Liæ, vt Rachel pomis suaue [illegible] lentibus, & clare olentibus potiatur. Quæ aliquando & ipsa, misericordia Dei præstante, per seipsam parit: vix tandem quidem, quia

Iohan. 1. perrarum est, vt, *in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum* & quicquid de hac re pie sapienterque dicitur, & sine phantasmate carnalis cogitationis, & salubriter, vel ex parte capiatur.

C Alio quoq; sensu Liam & Rachel Victorinus martyr, & cæteri in similitudinem ecclesiæ vel synagogæ interpretati sunt. Liam enim maiorem natu, synagogæ tenuisse typum æstimabant: quia prior Dei genuit populum. Hæc quidem & oculis legitur grauida, quia lex per Moysen data, cooperta est atque signata. Rachel autem iunior & pulchra, prius sterilis & postmodum fœcunda, similitudo est ecclesiæ [illegible] quia tempore post [illegible]. pulchra, quia sancti [illegible]. Oc[illegible] decora, quia euangelium [illegible] meruerunt: quæ [illegible] tamdiu sterilis fuit, [illegible] synagogæ populum generauit. Cur autem pro Rachel [illegible] ponitur ei Lia maior, nisi quia Dominus [illegible] ecclesiam a ibi [illegible] synagogam sibi coniunxit. Seruitus [illegible] ipsa Iacob septem annorum pro duabus vxoribus, huius vitæ præsentis tempus significat, quod per septem dies euoluitur: in quo Dominus [illegible] in serui accepit factus obediens patri vsque ad mortem. Ille enim pro omnibus seruiuit, & Dominus noster ait:

D Matth. 2. *Non veni filius hominis ministrari, sed ministrare.* Ille oues pauit, & Dominus in Euangelio dicit: Iohan. 10. *Ego sum pastor bonus.* Ille mercedis lucro variorum sibi pecus abstulit: CHRISTVS diuersitatem gentium varietatem sibimet congregauit. Ille tres virgas amputatis corticibus, in alueis aquarum opposuit, vt earum contemplatione multiplicarentur eius oues: & Dominus noster in aqua baptismatis, trium personarum nomina, patris & filii & spiritus sancti. populo fideli proposuit: [illegible] quisquis hoc pleno corde perspexerit, efficiatur ouis Dei. Qualiter autem hæc res secundum historiam intelligi debeat, non est prætereundum.

CAPVT XVIII.

De seruitute Iacob, qua seruiuit Laban pro gregibus suis.

Inpleto [illegible] igitur Iacob septennio [illegible] rum, vt cum vxoribus liberis suis liceret sibi ad parentes redire, rogauit ei

E Labam, vt secum maneret aliquantum temporis, dixitque ei. *Quid dabo tibi? At ipse respondit. Nihil volo. Sed si feceris, quod postulo, iterum pascam, & custodiam pecora tua.* Gen. 30. *Gyra omnes greges tuos, & separa cunctas oues varias, & sparso vellere, & quodcunque furuum & maculosum variumque fuerit, tam in ouibus, quam in capris, erit merces mea: respondebitque mihi cras iustitia mea, quando placiti tempus aduenerit coram te, &c.* Multum apud Septuaginta interpretes confusus est sensus, & vsq; in præsentem diem, nullum potui inuenire nostrorum, qui ad liquidum, quid in hoc loco diceretur exponeret. Vis, inquit, Iacob me seruire tibi etiam alios septem annos? fac, quod postulo Separa omnes discolores & varias tam oues, quam capras, & trade in manus filiorum tuorum. Rursumq; ex vtroq; grege alba & nigra pecora, id est, vnius coloris da mihi. Siquid igitur ex albis & nigris, quæ vnius coloris sunt, varium natum fuerit, meum erit. Siquid vero vnius coloris, tuum. Rem non difficilé postulo. Tecum facit natura pecorum, vt alba ex albis, &

F nigra nascantur ex nigris, mecum erit iustitia mea, dum Deus humilitatem meam respicit & laborem. Optionem Laban datam libenter arripuit: ita vt Iacob postolabat faciens, trium dierum iter inter Iacob & suos filios separauit, ne quis ex vicinitate pecoris nasceretur dolos. Itaque Iacob nouam strophan commentus est, & contra naturam albi & nigri pecoris, naturali arte pugnaui. Tres n. virgas populeas & amygdalinas & malignanati, quanquam Septuaginta styraceas & nuceas & platanini habeant, ex parte decorticans, variorum virgarum fecit colorem: vt vbicunq, in virga corticem reliquisset, antiquus permaneret color: vbi vero tulisset corticem, color candidus panderetur. Obseruabat ergo Iacob, & tempore, quo ascendebantur pecora, & post calorem diei ad potandum auide pergebant, discolores virgas ponebat in canalibus, & admissis arietibus & hircis, in ipsa potandi auiditate oues & capras faciebat ascendi. vt ex duplici desiderio, dum & auide bibunt & ascensu marium

G [illegible] bus, tales fœtos conciperent, quales [illegible] arietum & hircorum desuper ascendentium, in aquarum speculo contemplabantur. Ex virgis enim in canalibus positis varius etiam erat imaginum color. Non [illegible] hanc in conceptu fœminarum esse naturam [illegible] quales perspexerint siue mente conceperint, in extremo voluptatis æstu, quo concipiunt, tales in sobolem procreant. cum hoc ipsum etiam in equarum gregibus apud Hispanos dicatur fieri: & Quintilianus in ea controuersia, qua accusatur matrona, quod Æthiopem pepererit, pro defensione illius argumentetur, hanc conceptuum esse naturam, quam supra diximus. Et scriptum reperitur in libris antiquissimis & peritissimi medici Hyppocratis, quod mulier quædam suspicione adulterii fuerat punienda, cum pulcherrimũ peperisset, vtrique parenti generique dissimilem, nisi memoratus medicus soluisset quæstionem, illos monens quærere, non forte aliqua talis pictura esset in cubiculo: qua inuenta, mulier à suspicione liberata est. Sed Augustin.

H ad hanc rem, quam fecit Iacob, virgarum ex diuersis arboribus trium copulatio, quid conferat vtilitatis, quod attinet ad varias pecudes multiplicandas, non apparet omnino, nec aliquid ad hoc commodum interest. vtrum ex vnius generis ligno varientur virgæ, an plura sint lignorum genera, cum sola quæratur lignorum varietas. Ac per hoc inquiri cogit prophetiam, & aliquam figuratam significationem res ista: quam sine dubio, vt propheta, fecit Iacob: & ideo nec fraudis arguendus est. Non enim tale aliquid, nisi relatione spirituali eum fecisse credendum est. Postquam autem nati fuerant agni & hœdi varii & discolores ex albis & vnius coloris gregibus, separabat illos Iacob, & procul esse faciebat à pristino grege. Siqui autem nascebantur vnius coloris, id est, albi vel nigri, tradebat in manus filiorum Laban, & ponebat virgas, quas * discolorauerat in canalibus, vbi effundebantur aquæ, & veniebant ad potandum, contra pecora, vt conciperent eo tempore, cum venirent ad potandum. & concipiebant pecora contra virgas Iacob, quas posuerat ante pecora in canalibus ad concipiendum in eis. & in serotinis

* discolorauerat

A bus non ponebat, & fiebant serotina Laban, & temporanea Iacob. Hoc in Septuaginta interpretibus non habetur: sed pro serotinis & temporaneis, aliud nescio quid quod ad sensum non pertinet, transtulerunt. Quod autem dicit scriptura, hoc est: Iacob prudens & callidus, iustitiam & æqualitatem etiam in noua arte seruabat. Si enim omnes agnos & hædos varios pecora procreassent, erat aliqua suspicio doli: & aperte huiceret Laban inuidus contraisset. Ergo ita omnia temperauit, vt & ipse fructum sui laboris acciperet, & Laban non penitus spoliaretur: sed si quando oues & capræ primo tempore ascendebantur, quia melior est * vernalis fœtus, ante ipsas ponebat virgas, vt varia soboles nasceretur. Quæcunque autem oues & capræ sero quærebant marem, ante harum oculos non ponebat virgas, vt vnius coloris pecora nascerentur: & quicquid nascebatur primum, suum erat, quia discolor & varium erat: quicquid postea, Laban. Vnius enim tam in nigro quam in albo coloris pecus oriebatur. In eo autem loco vbi scriptum est,

*vernus

B vt conciperent in virgis, in Hebræo habet, iebammenna יחמנה Vim verbi Hebraici, nisi circuitu exprimere non possum. Iehammenna enim proprie dicitur extremus in coitu calor, quo corpus omne concutitur, & patranti voluptati vicinus est finis. Potest autem & secundum mysticum sensum, hoc factum & alto modo intelligi. Intellectus sacri eloquij inter textum & mysterium, tanta est libratione pensandus, vt vtriusque partis lance moderata, hunc neque nimiæ discussionis pondus deprimat, neque rursum torpor incuriæ vacuum relinquat. Multæ quippe eius sententiæ tanta allegoriarum conceptione sunt grauidæ, vt quisquis eas ad solam tenere historiam nititur, earum notitia per suam incuriam priuetur. Nonnulla vero ita exterioribus præceptis inseruiunt, vt si quis eas subtilius penetrare desideret, intus quidem nihil inueniat: sed hoc sibi etiam quod foris loquuntur, abscondat. Vnde bene quoque narratione historica per significationem dicitur, *Tollens Iacob virgas populeas virides & amygdalinas & ex platanis, ex parte decorticauit eas*, & reli. Quid

Gregor.

C est virgas virides & amygdalinas atque ex platanis ante oculos gregum ponere, nisi per scripturæ seriem, antiquorum patrum vitas atque sententias in exemplum populis præbere? Quæ nimirum quia iuxta rationis examen rectæ sunt, virgæ nominantur. Quibus ex parte corticem subtrahit, vt in his quæ expoliantur, intimus candor appareat: & ex parte corticem seruat, vt sicut fuerant exterius, in veritate permaneant variusque virgarum color efficitur, dum cortex ex parte subtrahitur, & ex parte retinetur. Ante considerationis enim nostræ oculos, prædicantium patrum sententiæ quasi virgæ variæ ponuntur, in quibus dum plerumque intellectum literæ fugimus, quasi corticem subtrahimus: & dum intellectum literæ plerumque sequimur, quasi corticem reseruamus. Dumque ab ipsis cortex literæ subtrahitur, allegoricæ candor interior demonstratur: & cum cortex relinquitur, exterioris intelligentiæ viventia exempla monstrantur. Quas bene Iacob in aquæ canalibus posuit, quia

D & redemptor noster in libris eas sacræ scientiæ, quibus nos intrinsecus infundimur, fixit. Has aspicientes arietes cum ouibus coeunt, quia rationales nostri spiritus intellectus, dum earum intentione defixi sunt, singulis quibus actionibus permiscentur, tales fœtus operum procreant: qualia exempla præcedentium, in vocibus præceptorum vident: & diuersum colorem prolis boni operis habeant: quia nonnunquam subtracta literæ cortice acutius interna considerant, & reseruato nonnunquam historiæ tegmine, bene se in exterioribus formant.

Ditatusque est homo vltra modum: & habuit greges multos, & ancillas & seruos: camelos & asinos.

CAPVT XIX.

De reditu Iacob ex Mesopotamia cum vxoribus & liberis: & pacto quod cum Iacob iniuit Laban.

E *Postquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium, Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus, factus est inclytus. Animaduertit quoque faciem Laban quod non esset erga se sicut heri & nudiustertius, maxime dicente sibi Domino, Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroque tecum, misit & vocauit Rachel & Liam in agrum, vbi pascebat greges, dixitque eis: Video faciem patris vestri, quod non sit erga me sicut heri & nudiustertius. Deus autem patris mei fuit mecum: & ipsæ nostis quod totis viribus meis seruierim patri vestro. Sed pater vester circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus*, & reli. Et pater vester, inquit, mentitus est mihi & mutauit mercedem meam decem vicibus: & non dedit ei Deus vt noceret mihi. Si dixerat hoc, varium pe-

Gen. 31.

F cus erit merces tua, nascebatur omne pecus varium: & si dixerat, vnius coloris erit merces tua, nascebatur omne pecus vnius coloris. Pro eo quod nos posuimus, *mutauit mercedem meam decem vicibus*, Septuaginta interpretes posuerunt, *decem agnis*: nescio qua opinione ducti: cum verbum Hebraicum monim מנים ad numerum magis quam agnos faciet. Denique & ex consequentibus hic magis sensus probatur, quod per singulos fœtus semper Laban conditionem mutauerit. Si videbat varium nasci pecus, post fœtum dicebat: volo vt in futuro mihi varia nascantur. Iacob quippe hoc audito, virgas in canalibus non ponebat, vt futuros fœtus sibi pecora vnius coloris procrearent. Rursum cum vidisset vnius coloris nasci pecora Laban, suæ partis ea non debere dicebat. Et quid plura? vsque ad vices decem semper a Laban pecoris sui Iacob mutata conditio est: & quodcunque sibi proposuerat vt nasceretur, in colorem contrarium vertebatur. Ne cui autem in sex annis, decem pariendi vices incredibiles videantur, lege Virgilium, in quo dicitur, *Bis grauidæ pecudes*: Na-

G tura autem Italicarum ouium & Mesopotamiæ, vna esse traditur. *Responderunt Rachel & Lia: Num quid habemus residui quicquam in facultatibus & hæreditate domus patris nostri? Nonne quasi alienas reputauit nos & vendidit, comeditque pretium nostrum: sed Deus tulit opes patris nostri, & nobis eas tradidit ac filiis nostris. Vnde omnia quæ præcepit tibi Dominus, fac. Surrexit itaque Iacob, & impositis liberis & coniugibus suis super camelos abiit: tulitque omnem substantiam & greges, & quicquid in Mesopotamia acquisierat pergens ad Isaac patrem suum in terram Chanaan. Eo tempore Laban ierat ad tondendas oues suas, & Rachel furata est idola patris sui*, & reli. Vbi nunc idola legimus, in Hebræo theraphim תרפים scriptum est: quæ Aquila μορφώματα, id est, figuras vel imagines interpretatur. Hoc autem ideo, vt sciamus quid in Iudicum libro theraphim sonet. *Nunciatum est Laban die tertio, quod fugeret Iacob: qui assumptis fratribus suis, persecutus est eum diebus septem, & comprehendit eum in monte Galaad*, &c. Non quod eo tempore Galaad mons diceretur, sed per anticipationem, vt frequenter diximus, illo vocatur nomine, quo postea nuncupandus est. *Non es passus* inquit, *Laban ad Iacob, vt oscularer filios meos ac filias*, &c. Filios ac filias Iacob, Laban suos

H more scripturæ sacræ quo filios seu fratres cognatos, appellat: sicut in sequentibus ostendetur, vbi scriptum est: Dixitque Iacob fratribus suis: Afferte lapides, hos, fratrum nomine nuncupans, & in Euangelio filios Mariæ materteræ Domini, fratres Domini appellat. Post longam igitur seruitutem quam Iacob apud socerum suum pro vxoribus vel pro mercede sustinuit, præcepit ei Deus vt reuerteretur ad patriam suam. Tunc ignorante socero suo, cum vxoribus suis, cum comitatu properauit. Laban autem consecutus est eum in monte Galaad cum furore: atque idola quæ Rachel furata est, apud eum requisiuit nec repperit. Quid ergo sibi hoc ipsum figuraliter velit, dicamus. Dum enim Laban superius Abram gerat personam, nunc tamen diaboli typum figurat. Laban quippe interpretatur dealbatio. Dealbatio autem diabolus non inconuenienter accipitur, quia cum sit tene-

Isidorus

brosus ex inferno, transfigurat se velut in Angelum lucis. Huic seruiuit Iacob, id est, ex parte reproborum Iudaicus populus, ex cuius carne incarnatus Dominus venit. Potest etiam per Laban mundus hic exprimi, qui cum furore Iacob sequitur: quia electos quoque qui redemptoris nostri membra sunt, persequendo opprimere conatur. Huius filiam, id est, seu mundi siue diaboli, Iacob abstulit, cum Christus sibi ecclesiam coniunxit: quam & de domo patris abstulit, quia ei per prophetam dicit: *Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.* Quid vero in idolis, nisi auaritia designatur? Vnde & per Paulum dicitur: *& auaritia quæ est idolorum seruitus.* Laban ergo veniens, apud Iacob idolum non inuenit: quia ostensis mundi thesauris, diabolus in redemptore nostro vestigia concupiscentiæ terrenæ non reperit, sed quæ Iacob non habuit, ea Rachel sedendo cooperuit. Per Rachel quippe quæ Dei ouis dicitur, ecclesia figuratur. Sedere autem, est humilitatem pœnitentiæ appetere sicut scriptum est: *Surgite postquam sederitis.* Rachel ergo idola sedendo operuit, quia sancta ecclesia Christum sequens, vitium terrenæ concupiscentiæ per humilitatem pœnitentiæ cooperuit. De hac coopertione vitiorum per Prophetam dicitur: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Nos igitur Rachel illa significauit, qui idola sedendo premimus, si culpas auaritiæ pœnitendo damnamus. Quæ vtique auaritiæ immunditia non illis qui viriliter currunt, quibus dicitur, *Viriliter agite & confortetur cor vestrum*, sed his maxime euenit, qui quasi effæminato gressu gradientes, per blandimenta seculi resoluuntur. Vnde & illic eiusdem Rachelis hæc verba sunt: *Iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi*, id est, quasi muliebria se habere innotuit. *Sumpsit autem Iacob lapidem, & constituit eum in titulum*, &c. Diligenter animaduertendum est, quomodo istos titulos in cuiuslibet rei testimonio constituebant, non vt eos pro dijs colerent, sed vt eis aliquid significarent. *Dixit Iacob fratribus suis: Colligite lapides, & congregatis lapidibus fecerunt aceruum & comederunt super eum. Et vocauit illum Laban, Aceruum testimonij, & Iacob aceruum testis.* Aceruus lingua Hebræa gal גל dicitur: ed עד vero testimonium. Rursum, Syra lingua aceruus igar יגר appellatur: testimonium sahadutha שהדותא. Iacob igitur aceruum testimonij, hoc est Galaad, lingua appellauit Hebræa: Laban vero ad ipsum, id est, aceruum testimonij, igar sahadutha gentis suæ sermone vocauit. Erat enim Syrus: & antiquam linguam parentum, prouinciæ in qua habitabat, sermone mutauerat. *Dixitque Laban: Tumulus iste testis erit inter me & te hodie, & idcirco appellatum est nomen eius Galaad*, id est, tumulus testis. Notandum tamen, quod aceruum lapidum quem inter se constituerant Laban & Iacob, aliquanta diuersitate appellauerunt, sicut in quibusdam exemplaribus scriptum reperitur: vt eum vocaret Laban *aceruum testimonij*: Iacob *aceruum testis*. Traditur ab eis qui & Syram & Hebræam linguam nouerunt, propter proprietates vniuscuiusque linguæ factum. Fieri enim solet, vt alia lingua non dicatur vno verbo, quod alia dicitur: & vicinitate significationis quidque appelletur. Nam postea dicitur, propter hoc appellatum est nomen Aceruus testis. Hoc commendare positum est, quod vtrique conueniret: & ei qui diceret, *Aceruum testimonij*: & ei qui diceret, *Aceruum testis*. Mystice autem inter fideles, tam Iudæos quam gentes, testis est lapis præeminens in similitudine Christi, & aceruus lapidum qui est multitudo credentium. *Intueatur Dominus & iudicet inter nos, quando recesserimus a nobis. Si afflixeris filias meas, & si introduxeris vxores alias super eas, nullus sermonis nostri testis est, absque Deo qui præsens aspicit.* Quod autem quod Laban dicit: Nullus sermonis nostri est testis, nisi forte nemo extraneorum? Aut propter testificationem Dei quem ita habere deberent, tanquam nemo cum eis esset, quem testimonio socius adiungerent. *Et iurauit Iacob per timorem patris sui Isaac.* Per timorem vtique quo timebat Deum: quæ in timore etiam superius commendauit cum diceret: Deus patris mei Abrahæ, & timor patris mei Isaac. *Laban vero de nocte consurgens, osculatus est filios ac filias suas, & benedixit illis: reuersusque est in locum suum.* Quod autem Laban & Iacob ambo, viam quæ ducit trans fluuium in terram repromissionis ire cœperunt, sed tamen ambo vsque ad destinatum locum non peruenerunt: quia Laban accepto itinere destitit, non inconuenienter significare potest, duos populos tentantes ire per baptismum ad terram ecclesiæ, sed Iacob illuc progrediente, Laban reuersus est. quia filiis lucis in profectu virtutum, per baptismum ad futuram patriam properantibus, reprobi de incepto studio retro labuntur, & ad pristinas sordes reuertuntur. Vnde & sequitur. *Iacob quoque abiit in itinere quo cœperat: fueruntque ei obuiam angeli Dei. Quos cum vidisset ait: Castra Dei sunt hæc. Et appellauit nomen loci illius Mahanaim* מחנים, id est, castra. Castra Dei quæ vidit Iacob in itinere, nulla dubitatio est, quod angelorum fuerat multitudo. Ea quippe in scripturis militia cæli nuncupantur. Vbi castra hic posita sunt, in Hebræo habet mahanaim, vt sciamus, si quando interpretatum in alio loco ponitur, quem locum significet, & pulchre ad fratrem iturus inimicum, angelorum se comitantium excipitur choris.

Capvt XX.

De eo quod munera misit Esau fratri suo: & de luctamine viri cum eo à quo benedictus est.

Misit autem & nuntios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir regionis Edom: præcepitque eis dicens: Sic loquimini Domino meo Esau: Hæc dicit frater tuus Iacob: Apud Laban peregrinatus sum, & fui vsque in præsentem diem. Habeo boues & asinos, oues & seruos, atque ancillas: mittoque nunc legationem ad Dominum meum, vt inueniam gratiam in conspectu tuo. Reuersi sunt nuntii ad Iacob dicentes: Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce properat in occursum tibi, cum quadringentis viris. Timuit Iacob valde, & perterritus diuisit populum qui secum erat: greges quoque & oues & boues & camelos, in duas turmas, dicens: Si venerit Esau ad vnam turmam & percusserit eam, alia turma quæ reliqua est, saluabitur. Nuntiato sibi fratre suo Iacob veniente obuiam ei cum quadringentis, turbatus est quidem, & mente confusus, quoniam timuit valde: & visum est homini perturbato, diuisam multitudinem suam, in duo castra disponi. Vbi quæri potest, quomodo habuerit fidem de promissis Dei, quandoquidem dixit: *Si venerit ad castra prima frater meus & occiderit ea, erunt secunda in salutem.* Sed etiam hoc fieri potuit, vt euerteret castra eius Esau: & tunc Deus post illam afflictionem, adesset & liberaret eum: & quæ promisit impleret. Et admonendi sumus hoc exemplo, vt quamuis credamus in Deum, faciamus tamen quæ facienda sunt ab hominibus in præsidium salutis: ne prætermittentes ea, Deum tentare videamur. Denique post hæc quæ verba dicat idem Iacob, considerandum est. *Deus*, inquit, *patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac, Domine qui dixisti mihi, Reuertere in terram generationis tuæ, & benefaciam tibi, idoneus es mihi ab omni iustitia & ab omni veritate quam fecisti puero tuo. In virga enim mea ista, transiui Iordanem hunc. Nunc autem factus sum in duo castra. Erue me de manu fratris mei, de manu Esau: quia ego timeo illum: ne cum venerit, feriat me, & matres super filios. Tu autem dixisti: Benefaciam tibi, & ponam semen tuum tanquam arenam maris, quæ non dinumerabitur præ multitudine.* Satis in his verbis, & humana infirmitas, & fides pietatis apparet. *Præcesserunt itaque munera ante eum: ipse vero mansit nocte illa in castris. Cumque mane surrexisset, tulit duas vxores suas, & totidem famulas cum vndecim filiis, & transiuit vadum Iaboc.* Iaboc fluuius est, qui fluit inter Ammaum, hoc est Philadelphiam & Geralam: in quarto eius miliario & vltra procedens, Iordani fluuio commiscetur. Hoc autem amne transmisso, luctatus est Iacob aduersus eum qui sibi apparuerat: vocatusque est Israel. Vnde & sequitur. *Traductisque omnibus quæ ad se pertinebant, remansit solus & ecce vir luctabatur cum eo vsque mane. Qui cum videret quod eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. Dixitque ad eum: Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Respondit, Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Ait ergo: Quod nomen est tibi? Respondit Iacob. At ille, Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? Interrogauit eum Iacob: Dic mihi*

quo

A *quo appellaris nomine? Respondit: Cur quæris nomen meum? Et benedixit eum in eodem loco. Vocauitq; Iacob nomen loci illius Phanuel dicens: Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Quod ab Israel vocabulo denuatur, principem sonat. Sensus itaq; hic est: Non vocabitur nomen tuum supplantator, hoc est, Iacob, sed vocabitur nomen tuum princeps cum Deo, hoc est Israel. Quomodo enim ego princeps sum, sic & tu qui mecum luctari potuisti, princeps vocaberis. Si autem mecum qui Deus sum siue Angelus, quoniam plerique varie interpretantur, pugnare potuisti, quanto magis cum hominibus? hoc est cum Esau, quem formidare non debes. Illud autem quod in lib. nominum, interpretatur Israel vir videns Deum, siue mens videns Deum, omnium pene sermone detritum, non tam vere quam violenter mihi interpretatum videtur. Hic enim Israel per has literas scribitur: iod י, sin ש, res ר, aleph א, lamed ל: quod interpretatur princeps Deus, siue directus Deus. Vir vero videns Deum his literis scribitur: vt vir ex tribus literis scribatur, Aleph א iod י, sin ש, vt dicatur ais: איש, videns ex tribus, res, Aleph, he, dicatur rahe ראה Porro el אל ex duabus, aleph & lamed: & interpretatur Deus siue fortis. Quamuis igitur grandis autoritatis sint & eloquentiæ, & ipsorum vmbra nos opprimat, qui Israel virum siue mentem videntem Deum transtulerunt, nos magis scripturæ & Angeli vel Dei, qui Israel ipsum vocauit, autoritatem sequamur, quam cuiuslibet eloquentiæ secularis. Illud quoq; quod postea sequitur. *Et benedixit eum ibi, & vocauit Iacob nomen loci illius, facie ad faciem dicens, Vidi enim Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Isidor. in Hebræo dicitur phanuel פניאל vt sciamus ipsum esse locum, qui in cæteris sinctæ scripturæ voluminibus, ita vt in Hebræo scriptum est, phanuel legitur. In quo principaliter sacramenti Dominici imago præfigurata est. Vt enim ille typum Christi euidentissime gesserat: cui tamen ideo præualuerat Iacob vtiq; volenti, vt mysterium figuraret passionis Domini. Vbi visus est Iacob in Iudæorum typo, hoc est in corporis sui sobole præualuisse Deo: & quasi cum infirmo, ita cum carne eius luctamen inire, & C inualescere in passione eius, sicut scriptum est cum diceret, Matt. 27. *Crucifige*: & tamen Iacob ab eodem angelo benedictionem quem victor superauerat, impetrauit. Cuius nominis impositio, vtiq; benedictio fuit. Interpretatur Israel videns Deum: quod erit in fine præmium sanctorum omnium. Tetigit porro ille idem angelus latitudinem fœmoris, & claudum reddidit. Sicq; erat vnus atq; idem Iacob benedictus & claudus: benedictus in his qui in Christum ex eo populo crediderunt, atq; in infidelibus claudus. Nam in fœmoris neruo latitudo, generis multitudo est: Plures quippe sunt in stirpe, qui degenerantes à fide patrum, & à præceptis autoris sui deuiantes, io errorem sui seminis claudicant: de quibus prophetice præ- Psalm. 17. dictum est. *Et claudicauerunt à semitis suis.* Qui tamen popu- Gregor. lus post, tactis sibi viribus non solum claudicat, sed & torpescit, ne vltra iam filios generare possit. Potest & secundum tropologiam in eadem re, vtiliter aliquid intelligi. Magna est in contemplatiua vita contentio mentis cum sese ad cælestia erigit, cum in rebus spiritualibus animum tendit, cum transgredi nititur omne quod corporaliter videtur, cum sese angustat & dilatat. & aliquan- D do quidem vincit, & reluctantes tenebras suæ cæcitatis exuperat, & de incircumscripto lumine quiddam partim & subtiliter attingit: sed tamen ad semetipsam protinus reuerberatur, atq; ab ea luce ad quam respirando transiit ad suæ cæcitatis tenebras suspirando redijt. Quod bene sacra historia designat, quæ beatum Iacob cum Angelo luctantem narrat. Cum enim ad parentes proprios rediret, in via angelum inuenit: cum quo in luctamine magnum certamen habuit. Is enim qui certat in luctamine, aliquando superiorem se, aliquando eo cum quo contendit inferiorem inuenit. Designat ergo angelus Dominum & Iacob qui cum angelo contendit, vniuscuiusque perfecti viri & in contemplatione positi, animam exprimit: quia videlicet anima cum contemplari Deum nititur, velut in quodam certamine posita, modo quasi exuberat, quia intelligendo & sentiendo, de incircumscripto lumine aliquid degustat: modo vero succumbit, quia degustando, iterum deficit. Quasi ergo vincitur Angelus, E quando intellectu intimo apprehenditur Deus. Sed notandum, quod idem victus angelus neruum fœmoris Iacob tetigit, eumq; marcescere statim fecit: atq; ab eo Iacob tempore, vno claudicauit pede: quia scilicet omnipotens Deus, cum iam per desiderium & intellectum cognoscitur, omnem in nobis voluptatem carnis arefacit. & quia prius quasi duobus pedibus innitentes, & Deum videbamur quærere, & [illegible] tenere, post agnitionem suauitatis Dei, vnus in nobis pes sanus remanet, atq; alius claudicat: quia necesse est, vt debilitato amore seculi, solus in nobis conualescat amor Dei. Si ergo tenemus angelum vno claudicamus pede: quia dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmatur procul dubio fortitudo carnis. Omnis quippe qui vno pede claudicat, soli illi pedi innititur, quem sanum habet: quia & cui desiderium iam terrenum arefactum fuerit, in solo pede amoris Dei, tota se virtute sustinet, & in ipso stat: quia pedem amoris F seculi quem ponere in terram consueuerat, iam à terra suspensum portat. Et nos ergo si ad parentes proprios, id est, ad spirituales patres redimus, teneamus in via Angelum, vt suauitate interna apprehendamus Deum. Contemplatiuæ etenim vitæ amabilis valde dulcedo est, quæ que super semetipsum animum rapit, cælestia aperit, terrena autem despicere esse contemptui ostendit, spiritualia mentis oculis patefacit, corporalia abscondit. Vnde bene in Canticis canticorum dicit: *Ego dormio, & cor meum* Cant. 5. *vigilat.* Vigilante etenim corde dormit, qui per hoc quod interius contemplando proficit, à prauo foris opere quiescit. Denique quod adiecit idē patriarcha vidisse se Deum facie ad faciem, cum superius virum secum narret fuisse luctatum, id significat: quia idem Deus homo erat futu- Gregor. rus, qui cum Iacob populo luctaretur. Quæritur dum ipsa per se veritas dicit. *Nemo vidit faciem meam vnquam*, quo- Exod. 33. modo Iacob testatur dicens: *Vidi Dominum facie ad faciem*: Humanæ etenim mentis oculo interiore purgato, dum vitiorum omnium tribulationis igne erugo fuerit cócremata, tunc mundatis oculis cordis, illa lætitia patriæ cæ- G lestis aperitur: vt purgemus lugendo prius quod fecimus, & postmodum manifestius contemplemur per gaudia quod quæramus. Prius enim à mentis acie exurente tristitia, interpositia malorum caligo detegitur, & tunc resplēdente raptim coruscatione, incircumscripti luminis illustratur: quo vtcunq; conspectu in gaudio cuiusdam securitatis absorbetur: & quasi post defectum vitæ præsentis vltra se rapta, aliquomodo in quadam nouitate recreatur. Ibi mens ex immenso fonte infusionis superni roris aspergitur: ibi non se sufficere ad id quod rapta est contemplatur: & veritatem sentiendo videt, quia quanta est ipsa veritas, non videt. Cui veritati tanto magis se longe existimat, quanto magis appropinquat: quia nisi illam vtcunq; concupisceret, nequaquam eam concupiscere non posse sentiret. Annisus ergo animæ, dum in illa attenditur, immensitatis eius coruscante circumstantia reuerberatur. Ipsa quippe cuncta implens, cuncta circumstat: & idcirco mens nostra nequaquam se ad comprehendendam incircumscriptam substantiam dilatat, quia eam in- H opiæ suę circumscriptio angustat. Vnde & ad semetipsam citius relabitur: & prospectis quasi quibusdam veritatis vestigijs, ad suam imaginem reuocatur. Hæc ipsa tamen per contemplationem facta, non solida & permanens visio, sed vt dixerim, quasi quædam visionis imitatio, Dei facies dicitur. Quia enim per faciem quemlibet agnoscimus, non immerito cognitionem Dei, faciem vocamus. Hinc ergo Iacob postquam luctatus est cum Angelo ait: *Vidi Dominum facie ad faciem*, ac si diceret: Cognoui Deum, quia me cognoscere ipse dignatus est. Quam cognitionem plenissime fieri Paulus in fine, testatur dicens: *Tunc cognoscam sicut & cognitus sum.* 1. Cor. 13.

A ...gris, eroque tecum & benedicam tibi. Tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has, complens iuramentum quod spopondi Abraham patri tuo, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli. ... quia. In eo quod scriptum est, Facta est autem fames super terram, post famem quæ ante facta est in tempore Abrahæ. Abiit autem Isaac ad Abimelech regem Palæstinorum in Geraris, quæritur hic quando sit factum, vtrum postea quando Esau vendidit primogenita sua cibo lenticulæ ... post illam quippe narrationem hoc narrari incipit) an vt fieri solet, per recapitulationem narrator ad eam reuersus sit, cum progressus de filijs eius ad eum locum peruenisset, qui de lenticula commemoratus est. Mouet autem scriptum inuenitur Abimelech, qui etiam Saram concupierat, ... plus enim paranymphus & princeps militiæ qui ibi commemorati sunt, etiam hic commemorantur, vtrum vel viuere potuerit. Quando enim factus est amicus Abrahæ, nondum natus erat Isaac, sed iam promissus. Ponamus ... annum quam nasceretur Isaac, illud fuisse factum: deinde Isaac fuisse ... LX. ... quando Esau vendidit primogenita ... etiam ipsos circa XX. annos fuisse, fiunt anni ... Isaac ... ad illud factum filiorum eius circiter LXXX. Adolescentem accipiamus fuisse Abimelech, quando ... Abrahæ amicus factus est.

B Potuit ... centenarius, si post illud factum ... perrexit in eam terram famis necessitate Isaac. Non ergo ex hoc cogit vlla necessitas, per recapitulationem putare narratam profectionem Isaac in Gerara. Sed ... diuturno tempore esse Isaac scribitur & puteos fodisse, & de his contendisse, & ditatum fuisse pecunia, ... quæ ideo fuerant ... de filijs eius vsque ad illum locum de lenticula ... Ideo quod scriptum est de Isaac, Recessit autem cum dominum, ... et videns ... [illegible]

C [illegible] ... Abimelech, ... intellegamus, etiam ... vno Deo ... [illegible]

... Deum ... Vnde ... Rebeccam ... Abimelech ... Palæstinam ... Gerara ex præcepto ... [illegible]

D [illegible]

Quis est iste ... puteos ... foderant pueri patris sui ... [illegible]

Moyses ... puteum ... foderat, David, Salomon ... prophetæ, ... terrena & sordida impleuerant ... eorum os enim ... quæcunque lex ... Sed de ... aquam ... Iam autem ... puteum ... Matthæus, Marcus, Lucas & Ioannes, Petrus ... bus, Iudas & Apostolus Paulus ... ti puteum foderent & ... fons aquæ ... tercantur illi ... nec vetera ... Apostolis aduersantur ... dicunt litigantes, ... gratia Dei, ex hoc eam ad ... [illegible]

Post hæc tamen fodit tertium puteum Isaac ... appellauit nomen loci illius, Latitudo ... Nunc ... Dominus, & fecit crescere super terram. Vere dilatatus ... Isaac & ... omnem ... Trinitate, & in toto orbe ... dinem Ecclesiæ collocauit. Prius enim in Iudæa notus erat Deus, & in Israël ... nunc autem in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Exeuntes enim pueri Isaac per vniuersum orbem ... puteos, & aquam omnibus ostendunt ... baptizantes omnes gentes, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. ... Sed ... quod puteos Abrahæ quos ... sicut & pater eius, ... Moyses ... Moyses appellatur: & prophetæ ... putearum. Hæc ... gentem puteos ... exemplo ... [illegible]

... Non enim ... puteos fodimus, ... terræ abdita sensibus alta penetramus ... quos Isaac fodit ... hominum ... ad alta tendere ... spiritus ... aquam ... Psalmista ... Videlicet patente ... lignorum spirituum insidias in mente tolerabat.

Caput XII.

De ostensione Dei ad Isaac, ... & ...

Ascendit autem ex illo loco Bersabee ... apparuit ei Dominus ... EGO SVM Deus Abraham patris tui: ... tecum sum, et benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum propter Abraham ... Aedificauit ibi altare, & inuocauit nomen Domini, extenditque ibi tabernaculum suum ... Abimelech ... & Phicol ... quibus fuit & Phicol ... [illegible]

[illegible] de servi [illegible] annunciantes ei de puteo, quem [illegible] [illegible] tes. Invenimus aquam. Unde [illegible] pel [illegible] eum, ab- [illegible] nomen urbi impositum est [illegible] usque tempus [illegible] hunc [illegible]. Nescio, quomodo [illegible] [illegible] *Et venerunt [illegible], & nunciaverunt ei [illegible] & dixerunt ei: Non [illegible] aquam [illegible] [illegible] iuramentum* [illegible]

[illegible] quod aquam non [illegible] Hebræ [illegible] interpretatione [illegible] Symmachus, hoc [illegible] & propterea [illegible] puteum [illegible] & [illegible] civitas Bersabee, hoc est, puteus [illegible] Itaque supra ex verbo iuramenti, hunc [illegible] quod abe dicitur, assentientibus [illegible] appellatum, [illegible] ex eo, quod aqua [illegible] ad nomen civitatis, quæ ita vocabatur [illegible] paululum literam, & pro studio Hebr [illegible] pro saber [illegible] id est, Hebr [illegible] [illegible] fuit. Alioquin & iuxta allegoriæ legem, post tantos puteos in fine virtutum, nequaquam congruit, ut Isaac minime aquam reperiret.

B

CAPUT XIII.

De senectute Isaac & benedictione Iacob.

SEnuit autem Isaac, & caligaverunt oculi eius, & videre non poterat. Vocavitque Esau filium suum maiorem, & dixit ei: Fili mi, qui respondit, Assum. Cui pater, Vides, inquit, quod senuerim, & ignorem diem mortis meæ. Sume arma tua, pharetram & arcum, & egredere foras. Cumque venatu [illegible] apprehenderis, fac mihi inde pulmentum sicut velle me nosti, & [illegible] ut comedam, & benedicat tibi anima mea, antequam moriar, &c. Hippolytus [illegible] verba, licet ea excellentissimæ scientiæ ac doctrinæ Hic [illegible] explicavit, in hoc loco ponenda sunt. Isaac inquit, portat imaginem Dei patris: Rebecca Spiritus sancti: Esau populi prioris ac diaboli: Iacob ecclesiæ & [illegible] Christi. Senuisse [illegible] consummationem orbis ostendit: oculos [illegible] caligasse, fidem periisse de mundo [illegible] cat. Quod [illegible] ut [illegible] lex est Iudæorum. Quod [illegible] pater, homines sunt [illegible] per doctrinam iustus quisque [illegible] venatur. Sermo [illegible] promissionis est benedictio, & [illegible] [illegible] in Christo sancti regnaturi sunt, & [illegible] Rebecca plena Spiritu sancto [illegible] nequaquam pareret, [illegible] formam gentium hoc loco Spiritus sancti, quæ [illegible] in Christo in Iacob ante [illegible] Loquitur ad [illegible] *Vade ad gregem,* [illegible] *accipe mihi inde duos hædos optimos.* Præfigurans carneum [illegible] populos ducenda [illegible] quo eos vel [illegible] maxime liber [illegible] peccatis [illegible] tenebantur obnoxii. Siquidem in omnibus [illegible] hædi pro peccatoribus accipiuntur [illegible] duorum populorum [illegible] [illegible] Quod [illegible] & bonos doc [illegible] & [illegible] Sicut [illegible] fides & scripturæ sunt Hebræorum [illegible] & postmodum gentium [illegible] Pelles autem, quæ eius brachiis [illegible] [illegible] vestimentique plebis, quæ Christus [illegible] cruci [illegible] pariter affixit, ipse [illegible] non sua, sed aliena peccata tolerans [illegible] ab [illegible] tam cito venerit, [illegible] in ecclesia [illegible] credentium. Quod [illegible] placens Deo, [illegible] sequitur benedictio [illegible] [illegible] benedi [illegible] *odor agri [illegible].* Od [illegible] [illegible] bene [illegible] [illegible] de [illegible] rum [illegible] diu [illegible] [illegible] agri [illegible] [illegible] entis & [illegible] [illegible] ent [illegible]

C

D

F

[illegible] Illo se [illegible] [illegible] Iudæorum [illegible] [illegible] est. [illegible] *maledictus* [illegible] *& qui benedixerit, benedictionibus repleatur.* Christus [illegible] esset, ex [illegible] parte ignorat [illegible] id est, ver [illegible] expectatur. Hæc benedictio nempe [illegible] & a [illegible] [illegible] benedi [illegible] Hæc est benedictio [illegible] populo Christiano [illegible] [illegible] secundum [illegible] prophet [illegible] *de rore cæli & de pinguedine terræ, & de rore cæli desuper sit benedictio tua.* In pinguedine utique terræ, in fœcunditate terrũ & potentia [illegible] quæ in illo populo [illegible] & in rore cælestem benedictionem [illegible] id est [illegible] eloquia Dei. Ipsis [illegible] *[illegible] labe,* id est, quia [illegible] populus ille deditus, necem in Christo vel [illegible] exercuit. *Et fratri tuo servies minori,* scilicet populo Christiano. *Tempusque veniet cum excutias, & solvas iugum eius de cervicibus tuis.* Dum per agnitionem fidei, ad gratiam Christi convertitur, depolueris onus [illegible] quando iam non servies populo minori, sed per [illegible] fratres vocaberis. Item alio modo. Quid est quod Isaac de maioris filii sui venatione [illegible] nisi quod omnipotens Deus, Iudaici populi bona [illegible] [illegible] Sed illo tardante, minorem Rebecca [illegible] quia dum Iudaicus populus bona opera [illegible] quærit, gentilem populum mater gratia [illegible] bonis operis [illegible] & benedictionem maioris fratris acciperet. Qui eosdem cibos ex domesticis animalibus præbuit, quia gentilis populus placere Deo extenuatibus sacrificiis non quærens, per vocem Prophetæ dicit: *In me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi.* Quid est quod idem [illegible] manus ad brachia & colli [illegible] hædi [illegible] pellibus texit, nisi quod hædus pro peccato [illegible] [illegible] populus, dum se [illegible] confitetur, non erubescit, carnis in se peccata mactare? Quid est, quod vestimentis maioris fratris induitur, nisi quod sacræ scripturæ præcepti, quæ maiori populo data fuerant, in bona operatione vestitus est: & [illegible] in domo utitur, quæ maior foras exiens intus reliquit? Quæ ille Iudaicus populus habere non potuit, dum solam in eis literam attendit. Et quid est, quod Isaac eundem filium nescit, quem benedixit, nisi hoc, quod de gentili populo Dominus per Psalmistam dicit: *Populus, quem non cognovi, servivit mihi.* Quid est quod præsentem non vidit, & tamen quæ ei in futuro eveniant vidit, nisi quod omnipotens Deus [illegible] cum per Prophetas [illegible] prædiceret gentilium gratiam prærogandam [illegible] & in præsenti per gratiam non vidit, quia tunc [illegible] dereliquit: & tamen [illegible] quandoque [illegible] erat per benedictionis [illegible] vidit. Vide & eadem [illegible] [illegible] benedictione dicitur. *Ecce odor [illegible] sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus Deus.* Sicut in Evangelio veritas dicit: *Ager est hic mundus.* Et quia electorum populus in universo mundo virtutibus redolet odore fidei, odor est agri pleni.

G

Psal. 55.

Psalm. 17.

H

Matth. 13

Aliter namque olet flos vitæ [illegible] qui [illegible] virtus & opinio prædicatorum, qui [illegible] mente [illegible] tium.

Aliter flos olivæ, quia hanc est opus m[illegible]iæ, quod more olei refovet & lucet.

Aliter flos rosæ, quia mira est fragrantia, quæ rutilat & redolet ex cruore martyrum.

Aliter flos lilii, quia candida vita [illegible] de incorruptione virginitatis. Aliter flos violæ, qui [illegible] est virtus humilium, qui ex d[illegible] de [illegible] nates

A tius [illegible] mundi in se co[illegible]tationis strepit[illegible] [illegible] congregant. Vnde sub [illegible] d[illegible] specie per Prophetam [illegible] [illegible] animaduertitur, cum dicitur: *Viderunt eam ho[illegible]stes & deriserunt sabbata eius.* Præcepto enim legis, ab exteriore opere in sabbato cessatur. Hostes [illegible] sabbata videntes riderent, cum malignis spiritus ipsis [illegible] vacationis otia ad cogitationes illicitas pertrahunt: vt vnaquæque anima quo remota ab externis [illegible] Deo [illegible], eo magis eorum tyrannidi illicita cogitando [illegible]. Sancti autem [illegible] non torpescunt, sed virtute sopiunt [illegible] [illegible] potuerunt. Quam [illegible] [illegible] [illegible]ntes superaut, robustè [illegible] ipsos pugnant, [illegible] [illegible] acta [illegible] desideriis plus [illegible] & parcendo a perfectione [illegible]. [illegible] huius mundi inquieta concupiscentia [illegible] penitus subtrahit, ac terrenarum actionū strepitum deserit, & per quietus studium virtutibus intenta, vigilans dormit. Neq; n. ad contemplanda interna perducitur, nisi ab his, quæ exterius implicant, studiosè subtrahatur. Hinc est enim, quod per semetipsam veritas dixit: *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Hinc Paulus ait: *Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus: vt ei placeat, cui se probauit.* Hinc per Prophetam Dominus admonet dicens: *[illegible] & videte, quoniam ego sum Deus.* Quod autem locutus est Dominus ad Iacob innixus scalæ dicens ei, *Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac. Terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo, eritque germen tuum quasi puluis terræ, Dilataberis ad occidentem & orientem, septentrionem & meridiem, & benedicentur in te & in semine tuo, cunctæ tribus terræ &c.* Mystice designat mandatum diuinitatis ad humanitatem Christi directum: [illegible] ecclesiæ promittitur & semini illius, id est, populo Christiano vsq; in sempiternum. Cui dicit pater: *Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ.* Aliter, Occidens in hoc loco, occasum vitiorum & peccatorum designat: Oriens [illegible] vel ortum bonorum operum: Septentrio constrictionem voluptatis & mortificationem desideriorum. Meridies claritatem sapientiæ & feruorem charitatis [illegible] [illegible] ostendit. Taliter enim [illegible] Iacob dilatatur, hoc est, [illegible] Christi propagatur. Per occasum vitiorum & peccatorum, & per ortum fidei ac bonorum [illegible] voluptatum, necnon per [illegible] sapientiæ & [illegible] dilectionis. Bene autem subditur: [illegible] [illegible]. Hæc [illegible] ad prophetiam [illegible] futurum [illegible] tabernaculum, quod [illegible] populo suo. Portam cœli [illegible] intelligere debemus, [illegible] ad [illegible] percipiendum [illegible] [illegible] post corporis [illegible] operis [illegible] vbi omnis ecclesia supereminentem [illegible] Dei, & [illegible] regni cœlestis esse intelligit. Quod statuit lapidem Iacob, quem sibi ad caput posuerat, & constituit eum in titulum, & perfudit eū oleo, non aliquid idololatriæ [illegible], non vel tunc vel postea frequentauit, lapidem adorando aut ei sacrificando, sed signum fuit in prophetia euidentissimè constitutum, quę pertinet ad vnctionem. Vnde Christi nomen à chrismate est appellatum. *Appellauitque nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur.* Nunc loco nomen imponit, & vocat eum Bethel, domum Dei: qui locus vocabatur antea Luza, quod interpretatur nux siue amygdalum. Vnde ridicule quidam verbum Hebraicum Vlam, nomen esse vrbis putant: cum vlam interpretetur prius. Ordo itaq; iste est lectionis. *Et vocauit nomen loci illius Bethel: & [illegible] vocabulum ciuitatis antiquæ.* Omnes scripturæ verbo Vlam siue Elam plenæ sunt: quod nihil aliud significat, nisi ante aut prius vel vestibulum siue superliminare vel postes. *Vouit etiam votum dicens: Si fuerit Deus meus mecum, & custodierit me in via per quam ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & [illegible] ad [illegible], reuersusque fuero prosperè ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, [illegible].* Quod [illegible] vouit votum si prosperaretur ei [illegible] & [illegible], & decimas promisit [illegible] [illegible] domus Dei vbi & ipse [illegible] non illum lapidem Deum appellare [illegible] Dei, id est, quia in illo loco futura erat domus Dei.

Caput XV.

De aduentu Iacob in Mesopotamiam, vbi iuxta puteum Rachel agnouit.

PRofectus ergo Iacob venit ad terram orientalem. *& vidit puteum in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum. Nam ex illo [illegible] [illegible] [illegible] &c.* Figuraliter per [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Pastores vero Prophetæ sunt, qui vsque ad aduentum Domini Spiritu sancto mundati, populum Israel gubernabant. Lapis puteo superpositus, figuram Domini præferebat: puteus, gratiam spiritus sancti per prædicationem Christi aduenturam ad ecclesiam ex gentibus, quæ [illegible] erat, nondum adueniente & homine facto Christo. Aliter, per puteum baptismus, per agrum, hic mundus exprimitur. [illegible] autem tres greges ouium accubabant iuxta [illegible], [illegible] ad sanctę trinitatis fidem [illegible] pertinent, in humilitate expectare [illegible] tamen. Lapis, quia claudebat os putei, duritiam infidelitatis insinuat, qua [illegible], homines possint [illegible] baptismum percipere. Pastores autem doctores sunt ecclesiæ: qui [illegible] lapidem [illegible] gentes: quia Christo auferente [illegible] ab eorum cordibus, quos [illegible] ad baptismi sacramentum [illegible] credentes [illegible]. [illegible] aqua putei significat scientiam veteris testamenti: quam lapis claudebat, quia [illegible] in eo celabat: sed [illegible] Christo lapis remotus est, cum per prædicationem noui testamenti, [illegible] legis exclusa, & veritas Euangelij patefacta est. *Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui: [illegible] gregem [illegible] pascebat. Quam cum vidisset Iacob, & sciret consobrinam suam, [illegible] Laban auunculi sui, [illegible] [illegible], quo [illegible] claudebatur, & adaquato grege, osculatus est eam, & eleuata voce fleuit, & indicauit ei, quod frater esset patris eius, & filius Rebeccæ &c.* Quod venit Rachel cum ouibus patris sui & [illegible] quod cum [illegible] Iacob Rachel filiā Laban [illegible], accessit & [illegible] voluit lapidem ab ore putei, magis notandum est, [illegible] scripturā prætermittere, quod [illegible] debemus, quam vlla quæstio commouenda [illegible], quod illi cum quibus primo loquebatur Iacob interrogati quæ esset, quæ veniebat cum ouibus, [illegible] dixerunt filiam esse Laban. Quam vtique Iacob non nouerat, sed illius interrogationem responsionemq; illorum scriptura prætermittens, intelligi voluit, quod scriptum est. *Osculatus est Iacob Rachel & exclamans voce [illegible]: & indicauit, quod frater esset patris eius, & quod filius Rebeccæ.* Consuetudinis quidē fuit, maxime in illa simplicitate antiquorū, vt propinqui propinquos osculaarentur: & hoc hodie fit in multis locis. Sed quæri potest, quō ab incognito illa osculum acceperit, sed postea indicauit Iacob propinquitatem suam. Ergo intelligendum est, aut illum, qui iam audierat, quæ illa esset, confidenter in eius osculum irruisse, aut postea scripturam narrasse per recapitulationem, quod primo factum erat, id est, & indicauerat Iacob quis esset: sicut de paradiso postea dicitur, quomodo Deus eum instituerit, cum iam dictum esset, quod plantauit paradisum, & posuit illic hominem, quem finxerat: & multa per recapitulationē dicta intelliguntur.

Caput XVI.

Deseruiuit Iacob, quatuordecim annis Laban pro duabus filiabus eius, & significatio nominum filiorum eiusdem [illegible].

A Gen. 29. **H**abebat vero Laban filias duas: nomen maioris Lia: minor appellabatur Rachel. Sed Lia lippis erat oculis. Rachel decora facie & venusto aspectu. Quam diligens Iacob, ait: Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore VII. annis. Respondit Laban: Melius est, vt tibi eam dem, quam viro alteri: mane apud me. Seruiuit igitur Iacob pro Rachel septem annis: & videbantur illi pauci dies prae amoris magnitudine. Dixitque ad Laban: Da mihi vxorem meam, quia tempus expletum est, vt ingrediar ad eam. Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias: & vespere filiam suam Liam introduxit ad eum, dans ancillam filiae Zelpham

Augustinus. nomine, &c. Quod scriptum est, & seruiuit Iacob pro Rachel annis VII. & erant in conspectu eius, velut pauci dies, eo quod diligebat eam, quaerendum quomodo dictum sit, cum magis etiam breue tempus longum esse soleat amantibus. Dictum est ergo propter laborem seruitutis, quem facilem & leuem amor faciebat. Quid in his duabus vxoribus Iacob, Lia videlicet & Rachel, nisi actiua & contemplatiua vita signatur: Lia quippe interpretatur laboriosa: Rachel vero ouis vel visus principium. Actiua autem vita laboriosa est, quia desudat in

B opere. Contemplatiua vero simplex, ad solum videndum principium anhelat, videlicet ipsum, qui ait: *Ego*

Ioan. 8 *principium, propter quod & loquor vobis.* Beatus autem Iacob Rachel quidem concupierat, sed in nocte accepit Liam: quia videlicet omnis, qui conuertitur ad Dominum contemplatiuam vitam desiderat, quietem aeternae patriae appetit: sed prius necesse est, vt in nocte vitae praesentis operetur bona, quae potest, & sudet in labore, id est, Liam accipiat: vt post ad videndum principium, in Rachel amplexibus requiescat. *Erat autem Rachel videns & formosa: Lia autem lippa, sed foecunda:* Rachel pulchra & infoecunda: quia minimum mens, quae contemplando otia appetit, plus videt, sed minus Deo filios generat. Cum vero ad laborem se praedicationis dirigit, minus videt, sed amplius parit. Contemplatiua ergo vita speciosa est in animo: sed dum quiescere in silentio appetit, filios non generat ex praedicatione. Videt & non parit, quia quie-

C tis suae studio, minus se in aliorum collectionem succendit: & quantum introrsum conspicit, aperire aliis praedicando non sufficit. Lia vero lippa & foecunda est: quia actiua vita dum occupatur in opere, minus videt: sed dum modo per verbum modo per exemplum ad imitationem suam proximos accendit, multos in bono opere filios generat: & si in contemplatione mentem tenere non valet, ex eo tamen, quod agit exterius, generare sequaces valet. Post Liae ergo complexus, ad Rachelem Iacob peruenit: quod perfectio quisque ante actiuae vitae ad [illegible] sinditate iungitur, & post contemplatiuae ad requiem copulatur. *Factoque mane vidit Iacob Liam. & dixit ad socerum suum. Quid est, quod facere voluisti? Nonne pro Rachel seruiui tibi? Quare imposuisti mihi? Respondit Laban: Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. Imple hebdomadam dierum huius copulae, & hanc quoque dabo tibi pro opere, quo seruiturus es mihi septem annis aliis. Adquieuit placito, & hebdomada transacta, Rachel duxit vxorem: Cui pater seruam Balam dederat, &c.* Non igitur, vt quidam male aestimant,

D post septem annos alios Rachel accepit vxorem, sed post septem dies nuptiarum vxoris primae. Nam sequitur: *Et ingressus est ad Rachel, & dilexit Rachel magis quam Liam: & seruiuit ei septem annis aliis.*

Caput XVII.

De generatione filiorum Iacob ex quatuor vxoribus.

Gen. 29 **V**Idens Dominus, quod despiceret Liam, aperuit vuluam eius, sorore sterili permanente. *Quae conceptum genuit filium, vocauitque nomen eius Ruben &c.* Omnium Patriarcharum propter compendium lectionis etymologias nominum voluipariter dicere. *Et vocauit, inquit, nomen eius Ruben dicens:*

Hieronymus. *Quia vidit Dominus humilitatem meam.* Ruben interpretatur videns filius. *Et concepit, inquit, iterum filium & dixit: Quoniam exaudiuit me Dominus, eo quod odio me haberet vir meus & dedit mihi etiam hunc: & vocauit nomen eius Simeon.* Ab eo, quod dicit exaudita, Simeoni nomen imposuit. Simeon quippe interpretatur auditio. De tertio vero sequitur: *Et concepit adhuc, & peperit filium, & dixit: Nunc erit mecum vir meus, quia peperi ei tres filios: ideo vocauit nomen eius Leui.* Vbi

E nos legimus, *apud me erit vir meus,* Aquila interpretatus est, *applicabitur vir meus mihi:* quod Hebraice dicitur ilaue, ילוה, & à Doctoribus Hebraeorum aliter transfertur, vt dicant, prosequetur me vir meus, id est, non ambigo de amore in me viri mei: erit mihi hac in vita comes, & eius dilectio me ad mortem vsque deducet & prosequetur. tres enim ei filios genui. *Et concepit & peperit, & genuit filium & dixit: Nunc super hoc confitebor Domino: & ob id vocauit nomen eius Iuda.* Iuda confessio dicitur: à confessione vtique, confessionis nomen est dictum. Verumtamen hic confessio, pro gratiarum actione, aut pro laude accipi-

Matth. 11 tur, vt frequenter in psalmis & in euangelio. *Confitebor tibi,* inquit, *pater Domine caeli & terrae,* id est, gratias ago tibi, siue glorificabo te. *Et concepit Bala, & peperit Iacob filium, & dixit Rachel: Iudicauit me Dominus, & exaudiuit vocem meam, & dedit filium: propterea vocauit nomen eius Dan.* Causam nominis expressit, vt ab eo quod iudicasset se Dominus, filio ancillae iudicii nomen imponeret. Dan quippe in-

F terpretatur iudicium. *Et concepit adhuc, & peperit Bala ancilla Rachel filium secundum Iacob, & dixit Rachel: Habitare me fecit Deus habitatione cum sorore mea, & inualui: & vocauit nomen eius Nepthali.* Causam nominis Nepthali multo aliter hic exponit, quam in [illegible] nominum [illegible] scripta est. Vnde & Aquila ait: [illegible] pro quo in Hebraeo scriptum est, naph hule elohim naphthalti. נפתולי אלהים נפתלתי. Vnde a conuersatione siue comparatione, quia quomodo feminae comparationem siue conuersionem [illegible], Nephthalim filio nomen imposuit. Quod autem sequitur: *Et peperit Zelpha ancilla Liae, Iacob filium, & dixit Lia: In fortuna: & vocauit nomen eius Gad.* Vbi nos posuimus in fortuna, & Graece dicitur [illegible], quod potest & euentus dici, in Hebraeo habet bagad בגד quod Aquila interpretatur, venit accinctio: nos autem dicere possumus, in procinctu. Ba enim potest & praepositionem sonare in, & venit [illegible] euentu ergo siue procinctu, qui ad dicitur [illegible] ad Zelphae filius vo-

G catus est. Sequitur: *Et peperit Zelpha ancilla Liae filium secundum Iacob, & dixit Lia: Beata ego, quia beatificant me mulieres: & vocauit nomen eius Aser diuitiae.* Male additae sunt, diuitiae, id est, [illegible] cum etymologia nominis Aser, scripturae auctoritate pandatur dicentis: & ab eo, quod beatificant me mulieres, & ab eo, quod beata dicatur ab omnibus, filium suum beatum vocauerit. Aser ergo non diuitiae, sed beatus dicitur, duntaxat in praesenti loco. Nam in aliis secundum ambiguitatem verbi, possunt & diuitiae sic vocari. *Et audiuit Deus Liam, & concepit & peperit Iacob filium V. & dixit Lia: Dedit Dominus mercedem meam, quia dedi ancillam meam viro meo: & vocauit nomen eius Isachar.* Etymologiam nominis Septuaginta interpretes ediderunt. est merces. Non igitur, vt plerique addito pro nomine male legunt, aestimandum est ita scriptum esse, quod est merces: sed totum nomen interpretatur, est merces. Ies quippe dicitur, est: & sachar שכר merces. Hoc autem ideo, quia mandragoris filii Ruben, introitum qui Racheli debe-

H batur ad se viri emerat. Sequitur: *Et concepit Lia adhuc, & peperit filium sextum Iacob, & dixit Lia: Dotauit me Dominus dote bona. ex hoc tempore habitabit mecum vir meus, quia peperi ei sex filios: & vocauit nomen eius Zabulon.* Vbi nos posuimus, *habitabit mecum* & Septuaginta interpretati sunt, *diliget me,* in Hebraeo habetur, Isboleni יזבלני: & est sensus: quia sex filios genui Iacob, propterea iam secura sum: habitabit n. mecum vir meus: vnde & filius meus vocetur habitaculum. Male igitur & violenter in libro nominum, Zabulon fluxus noctis interpretatus. *Et post hoc peperit filiam, & vocauit nomen eius Dina.* Haec transfertur in causam, quam significantius Graece [illegible] vocant. Iurgium n. in Sichimis causa extitit. Post filios & parentum ponenda sunt nomina. Lia interpretatur laborans. Rachel ouis. cuius filius Ioseph, ab eo, quod sibi alium addi mater optauerat, vocatur augmentum. Nunc autem quid rerum significauerint quatuor vxores Iacob, quaerendum est: quarum duae liberae, duae ancillae fuere. Vidimus n. Apostolum in libera & ancilla, quas habebat Abraham, duo testamenta intelligere. Sed

A sibi in vna, & vna facilius apparet quod dicitur, hic autem duæ sunt & duæ. Deinde ibi ancillæ filius cohæres datur. Hic vero ancillarum filii simul cum filiis liberarum, terram promissionis accipiunt. Vnde procul dubio aliquid significatur, quanquam duæ liberæ vxores Iacob, ad nouum testamentum, quo in libertate vocati sumus, existimeo ire pertinere, nunc tamen non frustra duæ sunt, nisi quia duæ vitæ nobis in Christi corpore prædicantur: vna temporalis, in qua laboramus: alia æterna in qua delectione Dei contemplabimur. Lia namque interpretatur laborans. Rachel autem visus principium siue verbum. Actio ergo huius vitæ, in qua viuimus ex fide, laboriosa est in operibus, & incerta, quo exitu perueniat ad vtilitatem eorum, quibus consulere volumus. Ipsa est Lia prior vxor Iacob: ac per hoc & infirmis oculis fuisse commemoratur. Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ sunt prouidentiæ nostræ. Spes vero æternæ contemplationis Dei habens certam intelligentiam veritatis, ipsa est Rachel: vnde & dicitur bona facie & pulchra specie. Hanc amat enim omnis pie studiosus: & propter hanc seruit gratiæ Dei, qua *peccata nostra & si fuerint sicut phœniceum, tanquam nix dealbabuntur*. Laban quippe interpretatur dealbatio, cui seruiuit Iacob propter Rachel. Neque enim se quisque conuertit sub gratia remissionis peccatorum seruire iustitiæ, nisi vt quiete viuat in verbo, ex quo videtur principium, quod est Deus. Ergo propter Rachel, non propter Liam seruitur. Nam quis tantum amauerit in operibus iustitiæ laborem actionum atque passionum: quis eam vitam propter seipsam petierit: sicut nec Iacob Liam, sed tamen sibi in nocte suppositam, in vsu generandi amplexus, fœcunditatem eius expertus est. Diligere enim eam, quia per seipsam diligi non poterat primo, vt ad Rachel perueniretur tolerare fecit: deinde propter filios commendauit. Ita vero vtilis vnusquisque Dei seruus sub dealbationis peccatorum suorum gratia constitutus, quid aliud amans, & in sua conuersatione meditatur, nisi doctrinam sapientiæ? Quam plerique suscepturos putant statim, vt se in septem præceptis legis exercuerint, quæ sunt de dilectione proximi ne cuiquam noceatur: i. *Honora patrem tuum & matrem. Non mœchaberis. Non occides. Non furaberis. Non falsum testimonium dices. Non concupisces vxorem proximi tui. Non concupisces rem proximi tui.* Quibus obseruatis, posteaquam homini pro concupita dilectione doctrinæ, per tentationes varias, quasi per huius seculi noctem tolerantia laboris adhæserit, velut pro Rachel Lia inopinata coniungitur, & hanc sustinet, vt ad illam perueniat, si perseueranter amat, acceptis septem aliis præceptis, ac si ei dicatur: Serui alios septem annos pro Rachel, vt sit pauper spiritu, mitis, lugens, esuriens & sitiens iustitiam, misericors, mundi cordis, pacificus. Vellet enim homo si fieri posset sine vlla tolerantia laboris quæ in agendo patiendoque est amplectenda, statim ad pulchræ contemplationis delicias peruenire: sed hoc non potest in terra morientium. Hoc enim videtur significare, quod dictum est ad Iacob: *Non est moris in loco hoc, vt minor nubatur priusquam maior.* Quia non absurde maior appellatur, quæ tempore prior est. Prior est autem in hominis eruditione labor boni operis, quam requies contemplationis. Ad vnum ergo contendendum, sed propter hoc multa referenda sunt. Itaque duæ sunt vxores Iacob liberæ, ambæ quippe sunt filiæ remissionis peccatorum, hoc est dealbationis, quod est Laban: veruntamen vna amatur, alia toleratur. Sed quæ toleratur, ipsa prius & vberius fœcundatur: vt si non propter seipsam, certe propter filios diligatur. Labor enim iustorum maximum fructum habet in eis, quos regno Dei generat inter multas tribulationes & tentationes, prædicando euangelium ad eos, quibus fuit in laboribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus sæpius: propter quos *habuit foris pugnas, intus timores*, gaudium & coronam suam vocans. Nascuntur autem eis facilius atque copiosius ex illo sermone fidei, quo prædicant Christum crucifixum. Rachel autem clara aspectu mente excedit Deo, & videt in principio verbum Deum apud Deum, & vult parere, & non potest: quia generationem eius quis enarrabit? Ideoque contemplandi otia appetit, vt diuinitatem ineffabilem cernat. Vacare vult ab omni negotio, & ideo sterilis: quia in variis pressuris muneribus

E subuenit. Sed quia ipsa interdum procreandi charitate inardescit, (vult enim docere, quod nouit) videt sororem labore agendi filiis abundante, & dolet potius currere homines ad eam virtutem, qua eorum necessitatibus consulatur, quam ad illam, vnde diuinum aliquid * discitur. Hic dolor figuratus videtur in eo, quod scriptum est, *Et zelauit Rachel sororem suam.* Proinde purus intellectus spiritualis sibi est intus, verbis carnalibus exprimi non potest, elegit doctrina sapientia per qualibet corporeas similitudines ea insinuare diuinas: sicut elegit Rachel ex viro suo & ancilla suscipere filios, quam sine filiis omnino remanere. Bala quippe ancilla Rachel interpretatur inueterata. De vetere quippe vita carnalibus sensibus dedita corporeæ cogitantur imagines, etiam cum aliquid de spirituali & incommutabili substantia diuina auditur. Suscipit & Lia de ancilla sua filios, amore numerosioris prolis accensa. Inuenimus autem Zelpham ancillam eius interpretari os hiens, quapropter hæc ancilla illos figurat, quorum in prædicatione fidei euangelicæ, os hiat, & cor non hiat. De quibus scriptum est: *Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est à me.* De quibus Apost. dicit: *Qui prædicas non furandum, furaris.* Veruntamen, vt etiam per hanc conditionem libera illa vxor Iacob laborans filios hæredes regni suscipiat, ideo Dominus dicit: *Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, facere nolite.* Vnde & Apostolus *Siue*, inquit, *occasione siue veritate, Christus annuntietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo*: tanquam & ancilla pariente, de prole numerosiore lætatur. Est vero quidam Liæ fœtus ex beneficio Rachel editus, cum virum suum debita nocte constitutum, acceptis à filio Liæ mandragoricis malis, cum illa concubare permittit. Quid enim de mandragoris dicendum est? Proinde rem comperi pulchram & suaue olentem, sapore autem insipido: & ideo in illo mandragorico pomo, figuram intelligam famam bonam popularem. Vnde dicit Apost. *Oportet autem testimonium habere bonum ab eis, qui foris sunt*: qui licet parum sapiant, reddunt tamen plerumque laboribus eorum, per quos sibi consulitur, & splendorem laudis, & odorem bonæ opinionis. Nec ad istam gloriam popularem primi perueniunt eorum, qui sunt in ecclesia, nisi quicunque in actionum periculis, & labore versantur. Propterea Liæ filius mala mandragorica inuenit exiens in agrum, id est, honeste ambulans ad eos, qui foris sunt. Doctrina vero illa sapientiæ, quæ à vulgi strepitu remotissima, in contemplatione veritatis dulci delectatione defigitur. Hanc popularem gloriam quantulamcunque non assequeretur, nisi per eos, qui in mediis turbis, agendo ac suadendo, populis præsunt: quia dum illi actiuosi & negotiosi homines, per quos multitudinis administratur vtilitas, & quorum authoritas populis chara est, testimonium perhibent etiam vitæ propter studium conquirendæ & contemplandæ veritatis, omnis quodammodo mala mandragorica per Liam veniunt ad Rachel: ad ipsam vero Liam per filium primogenitum, i. per honorem fœcunditatis eius, in quo est vniuersis fructus laboriosæ, atque inter certamina tentationum periclitantis actionis, quam plerique bono ingenio præditi studioque flagrantes, quamuis idonei regendis populis esse possint, tamen euitant propter turbulentas occupationes, & in doctrinæ otium toto pectore, tanquam in speciosæ Rachel feruntur amplexus. Et quia bonum est, vt etiam hac vita latius innotescens, popularem gloriam mereatur, iniustum est autem, vt eam consequatur, si amatorem suum administrandis ecclesiasticis curis aptum & idoneum, in otio detinet, nec gubernationem communis vtilitatis impartit, propterea Lia sorori suæ dixit: *Parumne est tibi, quod virum meum accepisti, insuper & mandragoras filii mei vis accipere?* Per vnum virum significans eos omnes, qui cum sint agendi virtute habiles & digni, quibus regimen ecclesiæ committatur ad dispensationem fidei sacramentorum, illi accensi studio doctrinæ, atque indagandæ & contemplandæ sapientiæ, se ab omnibus actionum molestiis remouere, atque in otio discendi aut docendi volunt consedere. Ita ergo dictum est, *Parumne est tibi, quod accepisti virum meum, insuper & mandragoras filii mei vis accipere?* Ac si diceret: Paruumne est, quod homines ad laborem

A rerum regendarum necessarios, in otio detinet vita studiosorum, insuper & popularem gloriam requirit? Proinde vt eam iuste compareret, impartit Rachel virum sorori suæ illa nocte: vt [illegible] dicet, qui virtute laboriosa regimini populorum accommodati sunt, etiam si scientiæ vacare elegerint, suscipiant experientiam tentationum, eorumque quoque sarcinam pro vtilitate communi: ne ipsa doctrina sapientiæ, cui vacare statuerant, blasphemetur: neque adipiscatur ab imperitioribus populis existimationem bonā, quod illa poma significant, & quod necessarium est ad exhortationem discentium. Sed plane, vt hanc curam suscipiant, vt cogantur satis, & hoc significatum est, quod cum veniret de agro Iacob, occurrit ei Lia, eumque detinens ait: *Ad me intrabis. conduxi enim te pro mandragoris filii mei.* Tanquam diceret, doctrinæ quam diligis vis conferre bonam opinionem? noli fugere officiosum laborem. Hæc in ecclesia geri quisquis aduertere it cernit, & experitur in exemplis, quod intelligimus in libris.
B Quis non videat hoc geri toto orbe terrarum, venire homines ab operibus seculi, & ire in otium cognoscendæ & contemplandæ veritatis, tanquam in amplexu Rachel, & excipi de transitu ecclesiasticam necessitatem, atque ordinari labori tanquam Lia dicente, *Ad me intrabis?* Q[illegible] illud mysterium Dei dispensantibus, vt innocenter huius seculi filios generet fidei, [illegible] videatur etiam populis illa vita, cuius amore conuersi [illegible] seculi reliquerunt: & ex cuius professione ad [illegible] assumpti sunt. Id enim ag[illegible] illa professio, qua se [illegible] tant, quia tales rectores populi dedit, latius & clarius glorificetur, tanquam non recusante noctem Liæ, vt Rachel pomis suaue olentibus, & clare nitentibus potiatur. Quæ ab quando & ipsa, misericordia Dei præstante, per se ipsam parit, vix tandem quidem, quia
Iohan. 1 perraratum est, vt, *in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum* & quicquid de hac re pie sapienterque dicitur, & sine phantasmate carnalis cogitationis,
C salubriter vel ex parte capiatur. Alio quoq; sensu Liam & Rachel Victorinus martyr, & cæterum similitudinem ecclesiæ vel synagogæ interpretati sunt. Liam enim maiorem natu, synagogæ tenuisse typum æstimabant: quia prior Dei genuit populum. Hæc quidem & oculis legitur grauida, quia lex per Moysen data, cooperta est atque signata. Rachel autem minor & pulchra, prius sterilis & postmodum fœcunda, similitudo est ecclesiæ: minor quia tempore posterior: pulchra, quia sancta [illegible]. Oculis eius decora, quia euangelium [illegible] metuerunt: quæ etiam tamdiu sterilis fuit [illegible] synagoga populum generauit. Cur autem pro Rachel [illegible], & [illegible] ei Lia maior, nisi quia D[illegible] ecclesiam assumeret, prius synagogam sibi coniunxit. Se[illegible] Iacob [illegible] annos pro duabus [illegible], huius vitæ præsentis tempus significat, quia per septem dies euoluitur: in qua Dominus formam serui accepit, factus obediens paternæ voluntatis vsque ad mortem. Ille enim pro omnibus seruiuit, &
D
Matth. 20 Dominus noster ait: *Non veni ministrari sed ministrare.* Ille oues pauit, & Dominus in Euangelio dicit:
Iohan. 10 *Ego sum pastor bonus.* Ille mercedis lucro varium sibi pecus abstulit. CHRISTVS diuersarum gentium varietatem sibimet congregauit. Ille tres virgas amputatis corticibus, in alueis aquarum opposuit, vt earum contemplatione multiplicarentur eius oues: & Dominus noster in aqua baptismatis, trium personarum nomina, patris & filii & spiritus sancti, populo fideli proposuit: vt qui quis hoc pleno corde perspexerit, efficiatur ouis Dei. Qualiter autem hæc res secundum historiam intelligi debeat, non est prætereundum.

CAPVT XVIII.

De seruitute Iacob, qua seruiuit Laban pro gregibus suis.

Finiente igitur Iacob [illegible] seruitium, vt cum vxoribus ac liberis suis liceret sibi ad parentes redire, [illegible] ei Laban, vt secum maneret aliquantum temporis, dixitque
E ei: *Quid dabo tibi? At ipse respondit. Nihil volo. Sed si feceris,*
Gene. 30 *quod postulo, iterum pascam, & custodiam pecora tua. Gyra omnes greges tuos. & separa cuncta oues varias, & sparso vellere, & quodcunque furuum & maculosum variumque fuerit, tam in ouibus, quam in capris, erit merces mea: respondebitque mihi cras iustitia mea, quando placiti tempus aduenerit coram te, &c.* Multum apud Septuaginta interpretes confusus est sensus, & vsq; in præsentem diem, nullum potui inuenire nostrorum, qui ad liquidum, quid in hoc loco diceretur exponeret. Vis, inquit, Iacob me seruire tibi etiam alios septem annos? fac, quod postulo. Separa omnes discolores & varias tam oues, quam capras, & trade in manus filiorum tuorum. Rursumq; ex vtroq; grege alba & nigra pecora, id est, vnius coloris da mihi. Siquid igitur ex albis & nigris, quæ vnius coloris sunt, varium natum fuerit, meum erit. Siquid vero vnius coloris, tuum. Rem non difficilē
F postulo. Tecum facit natura pecorum, vt alba ex albis, & nigra nascantur ex nigris, mecum erit iustitia mea, dum Deus humilitatem meam respexerit & laborem. Optionem Laban datam libenter arripuit: [illegible] ita vt Iacob postulabat faciens, trium dierum iter inter Iacob & suos filios separauit, ne quis ex vicinitate pecoris nasceretur dolus. Itaque Iacob nouam strophaм commentus est, & contra naturam albi & nigri pecoris, naturali arte pugnauit. Tres n virgas populeas & amygdalinas & mali granati, quanquam Septuaginta styraceas & nuceas & platanini habeant, ex parte decorticans, varium virgarum fecit colorem: vt vbicunq; in virga corticem reliquisset, antiquus permaneret color: vbi vero tulisset corticem, color candidus panderetur. Obseruabat ergo Iacob, & tempore, quo ascendebantur pecora, & post calorem diei [illegible] potandum auide pergebant, discolores virgas ponebat in canalibus, & admissis arietibus [illegible] potandi auiditate oues & capras faciebat [illegible] vt ex duplici desiderio, dum & auide bibunt & [illegible] maribus, tales fœtus conciperent, quale [illegible] arietum & hircorum [illegible] ascendentium, in aquarum speculo
G contemplabantur. [illegible] virgis [illegible] pecoris varias etiam [illegible] imaginum [illegible]. Nec mirum [illegible] in conceptu fœminarum esse naturam, vt quales perspexerint siue mente conceperint, in extremo voluptatis æstu, quo concipiunt, talem sobolem procreent, cum hoc ipsum etiam in equarum gregibus apud Hispanos dicatur fieri. & Quintilianus in ea controuersia, qua accusatur matrona, quod Æthiopem peperit, pro defensione illius argumentetur, hanc conceptuum esse naturam, quam supra diximus. Et scriptum reperitur in libris antiquissimi & peritissimi medici Hyppocratis, quod mulier quædam suspicione adulterii fuerat punienda, cum pulcherrimū peperisset, vtrique parenti generique dissimilem, nisi memoratus medicus soluisset quæstionem, illos monens quærere, non forte aliqua talis pictura esset in cubiculo: qua inuenta, mulier a suspicione liberata est. Sed
Augustin. ad hanc rem, quam fecit Iacob, virgarum ex diuersis arboribus trium copulatio, quid contulerit vtilitatis,
H quod attinet ad varias pecudes multiplicandas, non apparet omnino. nec aliquid ad hoc commodum interest, vtrum ex vnius generis ligno varientur virgæ, an plura sint lignorum genera, cum [illegible] quæratur lignorum varietas. Ac per hoc inquiri cogit prophetiam, & aliquam figuratam significationem res ista: quam sine dubio, vt propheta, fecit Iacob: & ideo nec fraudis arguendus est. Non eum tale aliquid, nisi relatione spirituali eum fecisse credendum est. Postquam autem nati fuerant agni & hœdi varii & discolores ex albis & vnius coloris gregibus, separabat illos Iacob, & procul esse faciebat a pristino grege. Siqui autem nascebantur vnius coloris, id est, albi vel nigri, tradebat in manus filiorum Laban, & ponebat v[illegible] quas * discolo-
* discolorauerat rauerat in canalibus, vbi effundebantur aquæ, & veniebant ad potandum, contra pecora, vt conciperent eo tempore, cum veniret ad potandum. & concipiebant pecora contra virgas Iacob, quas posuerat ante pecora in canalibus ad concipiendum in eis. & in [illegible] omni

A bus non ponebat, & fiebant serotina Laban, & temporanea Iacob. Hoc in Septuaginta interpretibus non habetur: sed pro serotinis & temporaneis, aliud nescio quid quod ad sensum non pertinet, transtulerunt. Quod autem dicit scriptura, hoc est: Iacob prudens & callidus, iustitiam & æqualitatem etiam in noua arte seruabat. Si enim omnes agnos & hædos varios pecora procreassent, erat aliqua suspicio doli: & aperte huic rei Laban inuidus contraisset. Ergo ita omnia temperauit, vt & ipse fructum sui laboris acciperet, & Laban non penitus spoliaretur: sed si quando oues & capræ primo tempore ascendebantur, quia melior est * vernalis fœtus, ante ipsas ponebat virgas, vt varia soboles nasceretur. Quæcunque autem oues & capræ sero quærebant marem, ante harum oculos non ponebat virgas, vt vnius coloris pecora nascerentur: & quicquid nascebatur primum, suum erat, quia discolor & varium erat: quicquid postea, Laban. Vnius enim tam in nigro quam in albo coloris pecus oriebatur. In eo autem loco vbi scriptum est,

vernas

B vt conciperent in virgis, in Hebræo habet, iehammenna יחמנה Vim verbi Hebraici, nisi circuitu exprimere non possum. Iehammenna enim proprie dicitur extremus in

G. ger. coitu calor, quo corpus omne concutitur, & patranti voluptati vicinus est finis. Potest autem & secundum mysticum sensum, hoc factum & alio modo intelligi. Intellectus sacri eloquij inter textum & mysterium, tanquam est libratione pensandus, vt vtriusque partis lance moderata, hunc neque nimiæ discussionis pondus deprimat, neque rursum torpor incuriæ vacuum relinquat. Multæ quippe eius sententiæ tanta allegoriarum conceptione sunt grauidæ, vt quisquis eas ad solam tenere historiam nititur, earum notitia per suam incuriam priuetur. Nonnulla vero ita exterioribus præceptis inseruiunt, vt si quis eas subtilius penetrare desideret, intus quidem nihil inueniat: sed hoc sibi etiam quod foris loquuntur, abscondat. Vnde bene quoque narratione historica per significationem dicitur, *Tollens Iacob virgas populeas virides & amygdalinas & ex platanis, ex parte decorticauit eas*, & reli. Quid

C est virgas virides & amygdalinas atque ex platanis ante oculos gregum ponere, nisi per scripturæ textum, antiquorum patrum vitas atque sententias in exemplum populis præbere? Quæ nimirum quia iuxta rationis examen rectæ sunt, virgæ nominantur. Quibus ex parte corticem subtrahit, vt in his quæ expoliantur, interius candor appareat, & ex parte corticem seruat, si vt fuerant exterius, in veritate permaneant variusq; virgarum color efficitur, dum cortex ex parte subtrahitur, & ex parte retinetur. Ante considerationis enim nostræ oculos, prædicantium patrum sententiæ quasi virgæ variæ ponuntur, in quibus dum plerunque intellectum literæ fugimus, quasi corticem subtrahimus: & dum intellectum literæ plerumque sequimur, quasi corticem reseruamus. Dumque ab ipsis cortex literæ subtrahitur, allegoriæ candor interior demonstratur: & cum cortex relinquitur, exterioris intelligentiæ viriditas exempli monstrantur. Quas bene Iacob in aquæ canalibus posuit: quia & redemptor noster in libris eas sacræ scientiæ, quibus nos intrinsecus infundimur, fixit. Has aspicientes arietes

D cum ouibus coeunt, quia rationales nostri spiritus intellectus, dum earum intentione defixi sunt, singulis quibus actionibus permiscentur, tales fœtus operum procreant: qualia exempla præcedentium, in vocibus præceptorum vident: & diuersum colorem prolis boni operis habeant: quia nonnunquam subtracta literæ cortice acutius interna considerant, & reseruato nonnunquam historiæ tegmine, bene se in exterioribus formant.

Ditatusque est homo vltra modum. & habuit greges multos, & ancillas & seruos: camelos & asinos.

E

CAPVT XIX.

De reditu Iacob ex Mesopotamia cum vxoribus & liberis: & pacto quod cum Iacob iniuit Laban.

Gen. 31. *POstquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium, Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus, factus est inclytus. Animaduertit quoque faciem Laban quod non esset erga se sicut heri & nudiustertius, maxime dicente sibi Domino, Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroque tecum, misit & vocauit Rachel & Liam in agrum, vbi pascebat greges, dixitque eis: Video faciem patris vestri, quod non sit erga me sicut heri & nudiustertius. Deus autem patris mei fuit mecum: & ipsæ nostis quod totis viribus meis seruierim patri vestro. Sed pater vester circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus*, & reli. Et pater vester, inquit, mentitus est mihi & mutauit mercedem meam decem vicibus: & non

F dedit ei Deus vt noceret mihi. Si dixerat hoc, varium pecus erit merces tua, nascebatur omne pecus varium: & si dixerat, vnius coloris erit merces tua, nascebatur omne pecus vnius coloris. Pro eo quod nos posuimus, *mutauit mercedem meam decem vicibus*, Septuaginta interpretes posuerunt, *decem agnis*: nescio qua opinione ducti: cum verbum Hebraicum monim מנים numerum magis quam agnos sonet. Deniq; & ex consequentibus hic magis sensus probatur, quod per singulos fœtus semper Laban conditionem mutauerit. Si videbat varium nasci pecus, post fœtum dicebat: volo vt in futurum mihi varia nascantur. Iacob quippe hoc audito, virgas in canalibus non ponebat, vt sinistros fœtus sibi pecora vnius coloris procrearent. Rursum cum vidisset vnius coloris nasci pecora Laban, suæ partis ea fieri debere dicebat. Et quid plura? vsq; ad vices decem semper a Laban pecoris sui Iacob mutata conditio est: & quodcunque sibi proposuerat vt nasceretur, in colorem contrarium vertebatur. Ne cui autem in sex annis, decem patiendi vices incredibiles videantur, lege Virgilium, in quo dicitur: *Bis gravidæ pecudes*: Natura autem Italicarum ouium & Mesopotamiæ, vna esse

G traditur. *Responderunt Rachel & Lia: Num quid habemus residui quicquam in facultatibus & hæreditate domus patris nostri? Nonne quasi alienas reputauit nos & vendidit, comeditque pretium nostrum: sed Deus tulit opes patris nostri, & nobis tradidit ac filijs nostris. Vnde omnia quæ præcepit tibi Dominus fac. Surrexit itaque Iacob, & impositis liberis & coniugibus suis super camelos abijt: tulitque omnem substantiam suam & greges, & quicquid in Mesopotamia adquisierat pergens ad Isaac patrem suum in terram Chanaan. Eo tempore Laban ierat ad tondendas oues suas, & Rachel furata est idola patris sui*, & reli. Vbi nunc idola legimus, in Hebræo theraphim תרפים scriptum est: quæ Aquila μορφώματα, id est, figuras vel imagines interpretatur. Hoc autem ideo, vt sciamus quid in Iudicum libro theraphim sonet. *Nunciatum est Laban die tertio, quod fugeret Iacob: qui assumptis fratribus suis, persecutus est eum diebus septem, & comprehendit eum in monte Galaad*, &c. Non quod eo tempore Galaad mons diceretur, sed per anticipationem, vt frequenter diximus, illo vocatur nomine, quo postea nuncupandus est. *Non es passus* inquit, *Laban ad Iacob, vt oscularer filios meos & filias*, &c. Filios ac filias Iacob, Laban suos

H more scripturæ sacræ quo filios seu fratres cognatos, appellat: sicut in sequentibus ostendetur, vbi scriptum est: Dixitque Iacob fratribus suis: Afferte lapides, filios, fratrum nomine nuncupans, & in Euangelio filios Mariæ matris eræ Domini, fratres Domini appellat. Post longam igitur seruitutem quam Iacob apud socerum suum pro vxoribus vel pro mercede sustinuit, præcepit ei Deus vt reuerteretur ad patriam suam. Tunc ignorante socero suo, cum vxoribus suis, cum comitatu properauit.

sidere Laban autem consecutus est eum in monte Galaad cum furore: atque idola quæ Rachel furata est, apud eum requisiuit nec reperit. Quid ergo sibi hoc ipsum figuraliter velit, dicamus. Dum enim Laban superius aliam gerat personam, nunc tamen diaboli typum figurat. Laban quippe interpretatur dealbatio. Dealbatio autem diabolus non inconuenienter accipitur, quia cum sit tene-

A brosus ex merito, transfigurat se velut in Angelum lucis. Huic seruiuit Iacob, id est, ex parte reproborum Iudaicus populus, ex cuius carne incarnatus Dominus venit. Potest etiam per Laban mundus hic exprimi, qui cum furore Iacob sequitur: quia electos quosq; qui redemptoris nostri membra sunt, persequendo opprimere conatur. Huius filiam, id est, seu mundi siue diaboli, Iacob abstulit, cum Christus sibi ecclesiam coniunxit: quam & de domo patris abstulit, quia ei per prophetam dicit: *Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.* Quid vero in idolis, nisi auaritia designatur? Vnde & per Paulum dicitur: *& auaritia quæ est idolorum seruitus.* Laban ergo veniens, apud Iacob idolum non inuenit: quia ostensis mundi thesauris, diabolus in redemptore nostro vestigia concupiscentiæ terrenæ non reperit, sed quæ Iacob non habuit, ea Rachel sedendo cooperuit. Per Rachel quippe quæ Dei ouis dicitur, ecclesia figuratur. Sedere autem, est humilitatem pænitentiæ appetere sicut scriptum est: *Surgite postquam sederitis.* Rachel ergo idola sedendo operuit, quia sancta ecclesia Christum sequens, vitium terrenæ concupiscentię per

B humilitatem pœnitentiæ cooperuit. De hac coopertione vitiorum per Prophetam dicitur: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Nos igitur Rachel illa significauit, qui idola sedendo premimus, si culpas auaritiæ pœnitendo damnamus. Quæ vtique auaritiæ immunditia non illis qui viriliter currunt, quibus dicitur, *Viriliter agite & confortetur cor vestrum*, sed his maxime euenit, qui quasi effæminato gressu gradientes, per blandimenta seculi resoluuntur. Vnde & illic eiusdem Rachelis hæc verba sunt: *Iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi*, id est, quasi muliebria se habere innotuit. *Sumpsit autem Iacob lapidem, & erexit eum in titulum*, &c. Diligenter animaduertendum est, quomodo istos titulos in cuiuslibet rei testimonio constituebant, non vt eos pro dijs colerent, sed vt eis aliquid significarent. *Dixit Iacob fratribus suis: Colligite lapides, & congregantes lapides fecerunt aceruum & comederunt super eum. Et vocauit illum Laban, aceruum testimonii, & Iacob aceruum testis.* Aceruus lingua Hebræa gal

C גל dicitur: ed עד vero testimonium. Rursum, Syra lingua aceruus igar יגר appellatur: testimoniú saadutha שהדותא. Iacob igitur aceruum testimonii, hoc est Galaad, lingua appellauit Hebræa: Laban vero ad ipsum, id est, aceruum testimonii, igar saadutha gentis suæ sermone vocauit. Erat enim Syrus, & antiquam linguam parentum, prouinciæ in qua habitabat, sermone mutauerat. *Dixitque Laban: Tumulus iste testis erit inter me & te hodie, & idcirco appellatum est nomen eius Galaad*, id est, tumulus testis. Notandum tamen, quod aceruum lapidum quem inter se constituerant Laban & Iacob, aliquanta diuersitate appellauerűt, sicut in quibusdam exemplaribus scriptum reperitur: vt eum vocaret Laban *aceruum testimonij*; Iacob *aceruum testis*. Traditur ab eis qui & Syram & Hebræam linguam nouerunt, propter proprietates vniuscuiusq; linguæ factum. Fieri enim solet, vt alia lingua non dicatur vno verbo, quod alia dicitur: & vicinitate significationis quidq; appellatur. Nam postea dicitur, propter hoc appellatum est nomen Aceruus testis. Hoc enim medie positum est, quod vtriq; conueniret: & ei qui dixerat, *Aceruum testimonii*: & ei qui dixerat, *aceruum testis*. Mystice autem inter fideles,

D
Sed vm. tam Iudæos quam gentes, testis est lapis eminens in similitudine Christi, & aceruus lapidum in quo est multitudo credentium. *Intueatur Dominus & iudicet inter nos, quando recesserimus a nobis. Si afflixeris filias meas, & si introduxeris vxores alias super eas, nullus sermonis nostri testis est absq; Deo qui præsens respicit.* Quid est quod Laban dicit, Nullus sermonis
August. nostri est testis, nisi forte nemo erat eorum? Aut propter testificationem Dei quem ita habere deberent, tanquam nemo cum eis esset, quem testimonio eius adiungerent. *Et iurauit Iacob per timorem patris sui Isaac.* Per timorem vtique quo timebat Deum: quæ in timore etiam superius commendauit cum diceret: Deus patris
Gen. 31. mei Abrahæ, & timor patris mei Isaac. *Laban vero de nocte consurgens, osculatus est filios ac filias suas, & benedixit illis: reuersusque est in locum suum.* Quod autem Laban & Iacob ambo, viam quæ ducit trans fluuium in terram repromissionis ire cœperunt, sed tamen ambo vsque ad destinatum locum non peruenerunt: quia Laban accepto

E nere destitit, non incunuenienter significare potest, duos populos tentantes ire per baptismum ad terram ecclesiæ: sed Iacob illuc progrediente, Laban reuersus est: quia filius lucis in profectu virtutum, per baptismum ad futuram patriam properantibus, reprobi de incepto studio retro labuntur, & ad pristinas sordes reuertuntur. Vt de & sequitur. *Iacob quoque abiit in itinere quo cœperat: fueruntque ei obuiam angeli Dei. Quos cum vidisset ait: Castra Dei sunt hæc. Et appellauit nomen loci illius Mahanaim* מחנים, *id est,*
Angel. castra. Castra Dei quæ vidit Iacob in itinere, nulla dubitatio est, quod angelorum fuerat multitudo. Ea quippe in scripturis militia cæli nuncupantur. Vbi castra hic posita sunt, in Hebræo habet mahanaim, vt sciamus, si quando interpretatum in alio loco punitur, quem locum significet, & pulchre ad fratrem iturus inimicum, angelorum se comitantium excipitur choris.

Caput XX.

F *De eo quod munera misit Esau fratri suo: & de luctamine viri cum eo à quo benedictus est.*

Gen. 32. *Misit autem & nuntios ante se ad Esau fratrem suum in terrā Seir regionis Edom: præcepitque ei dicens: Sic loquimini Domino meo Esau: Hæc dicit frater tuus Iacob: Apud Laban peregrinatus sum, & fui vsque in præsentem diem. Habeo boues & asinos, oues & seruos, atque ancillas: mittoque nunc legationem ad Dominum meum, vt inueniam gratiam in conspectu tuo. Reuersi sunt nuntii ad Iacob dicentes: Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce properat in occursum tibi, cum quadringentis viris. Timuit Iacob valde, & perterritus diuisit populum qui secum erat: greges quoque & oues & boues & camelos, in duas turmas, dicens: Si venerit Esau ad vnam turmam & percusserit eam, alia turma*
August. *quæ reliqua est, saluabitur.* Nuntiato sibi fratre suo Iacob veniente obuiam ei cum quadringentis, turbatus est quidem, & mente confusus, quoniam timuit valde: & visum est homini perturbato, diuisam multitudinem

G suam, in duo castra disponi. Vbi quæri potest, quomodo habuerit fidem de promissis Dei, quandoquidem dixit: *Si venerit ad castra prima frater meus & occiderit ea, erunt secunda in salutem.* Sed etiam hoc fieri potuit, vt euerteret castra eius Esau: & tunc Deus post illam afflictionem, adesset & liberaret eum: & quæ promisit impleret. Et admonendi sumus hoc exemplo, vt quamuis credamus in Deum, faciamus tamen quæ facienda sunt ab hominibus in præsidium salutis: ne prætermittentes ea, Deum tentare videamur. Denique post hæc quæ verba dicat idem Iacob, considerandum est. *Deus, inquit, patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac, Domine qui dixisti mihi, Reuertere in terram generationis tuæ, & benefaciam tibi, idoneus es mihi ab omni iustitia & ab omni veritate quam fecisti puero tuo. In virga enim mea transiui Iordanem hunc. Nunc autem factus sum in duo castra. Erue me de manu fratris mei, de manu Esau: quia ego timeo illum: ne cum venerit, feriat me, & matres super filios. Tu autem dixisti: Benefaciam tibi, & ponam semen tuum tanquam arenam maris, quæ non dinumerabitur præ multitudine.* Satis in bis verbis, & humana infirmitas, & fides pietatis

H apparet. *Præcesserunt itaque munera ante eum. ipse vero mansit nocte illa in castris. Cumque mature surrexisset, tulit duas vxores suas, & totidem famulas cum vndecim filiis, & transiuit vadum Iaboc.* Iaboc fluuius est, qui fluit inter Ammaum, hoc est Philadelphiam & Gerasam: in quarto eius miliario & vltra procedens. Iordani fluuio commiscetur. Hoc autem amne transmisso, luctatus est Iacob aduersus eum qui sibi apparuerat. vocatusque est Israel. Vnde & sequitur. *Iv ... traductisque omnibus quæ ad se pertinebant, remansit solus & ecce vir luctabatur cum eo vsq; mane. Qui cum videret quod eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. Dixitq; ad eum: Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Respondit, Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Ait ergo: Quod nomen est tibi? Respondit Iacob. At ille, Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? Interrogauit eum Iacob: Dic mihi*

A *quo appellaris nomine? Respondit: Cur quæris nomen meum? Et benedixit eum in eodem loco. Vocauitq; Iacob nomen loci illius Phanuel dicens: Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Quod ab Israel vocabulo deriuatur, principem sonat. Sensus itaq; hic est: Non vocabitur nomen tuum supplantator, hoc est, Iacob, sed vocabitur nomen tuum princeps cum Deo, hoc est Israel. Quomodo enim ego princeps sum, sic & tu qui mecum luctari potuisti, princeps vocaberis. Si autem mecum qui Deus sum siue Angelus, quoniam plerique varie interpretantur, pugnare potuisti, quanto magis cum hominibus? hoc est cum Esau, quem formidare non debes. Illud autem quod in lib. nominum, interpretatur Israel vir videns Deum, siue mens videns Deum, omnium pene sermone detritum, non tam vere quam violenter mihi interpretatum videtur. Hic enim Israel per has literas scribitur: iod י, sin ש, res ר, aleph א, lamed ל: quod interpretatur princeps Deus, siue directus Deus. Vir vero videns Deum his literis scribitur: vt vir ex tribus literis scribatur, Aleph א iod י, sin ש, vt dicatur ais: איש, videns ex tribus, res, Aleph, he, dicatur rahe

B ראה Porro el אל ex duabus, aleph & lamed. & interpretatur Deus siue fortis. Quamuis igitur grandis autoritatis sint & eloquentiæ, & ipsorum vmbra nos opprimat, qui Israel virum siue mentem videntem Deum transtulerunt, nos magis scripturæ & Angeli vel Dei, qui Israel ipsum vocauit, autoritatem sequamur, quam cuiuslibet eloquentiæ secularis. Illud quoq; quod postea sequitur. *Et benedixit eum ibi, & vocauit Iacob nomen loci illius, Phanuel dicens, Vidi enim Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.*

Isidor. in Hebræo dicitur phanuel פניאל vt sciamus ipsum esse locum, qui in cæteris sanctæ scripturæ voluminibus, ita vt in Hebræo scriptum est, phanuel legitur. In quo principaliter sacramenti Dominici imago præfigurata est. Vt enim ille typum Christi euidentissime gesserat: cui tamen ideo præualuerat Iacob vtiq; volenti, vt mysterium figuraret passionis Domini. Vbi visus est Iacob in Iudæorum typo, hoc est in corporis sui sobole præualuisse Deo: & quasi cum infirmo, ita cum carne eius luctamen inire, &

C inualescere in passione eius, sicut scriptum est cum diceret, *Crucifige*: & tamen Iacob ab eodem angelo benedi-

Matt. 27. ctionem quem victor superauerat, impetrauit. Cuius nominis impositio, vtiq; benedictio fuit. Interpretatur Israel videns Deum: quod erit in fine præmium sanctorum omnium. Tetigit porro ille idem angelus latitudinem fœmoris, & claudum reddidit. Sicq; erat vnus atq; idem Iacob benedictus & claudus. benedictus in his qui in Christum ex eo populo crediderunt, atq; in infidelibus claudus. Nam in fœmoris nervo valetudo, generis multitudo est: Plures quippe sunt in stirpe, qui degenerantes à fide patrum, & à præceptis autoris sui deuiantes, in errorem sui seminis claudicant: de quibus prophetice præ-

Psalm. 17. dictum est. *Et claudicauerunt a semitis suis.* Qui tamen popu-

Gregor. lus post, tactis sibi viribus non solum claudicat, sed & torpescit, ne vltra iam filios generare possit. Potest & secundum tropologiam in eadem re, vtiliter aliquid intelligi. Magna est in contemplatiua vita contentio mentis cum sese ad cælestia erigit, cum in rebus spiritualibus animum tendit, cum transgredi nititur omne quod corporaliter videtur, cum sese angustat & dilatat. & aliquan-

D do quidem vincit, & reluctantes tenebras suæ cæcitatis exuperat, & de incircumscripto lumine quiddam parum & subtiliter attingit: sed tamen ad semetipsam protinus reuerberatur, atq; ab ea luce ad quam respirando transiit ad suæ cæcitatis tenebras suspirando rediit. Quod bene sacra historia designat, quæ beatum Iacob cum Angelo luctantem narrat. Cum enim ad parentes proprios rediret, in via angelum inuenit, cum quo in luctamine magnum certamen habuit. Is enim qui certat in luctamine, aliquando superiorem se, aliquando eum cum quo contendit inferiorem inuenit. Designat ergo angelus Dominum & Iacob qui cum angelo contendit, vniuscuiusque perfecti viri & in contemplatione positi, animam exprimit: quia videlicet anima cum contemplari Deum nititur, velut in quodam certamine posita, modo quasi exuberat, quia intelligendo & sentiendo, de incircumscripto

E lumine aliquid degustat: modo vero succumbit, quia degustando, iterum deficit. Quasi ergo vincitur Angelus, quando intellectu intimo apprehenditur Deus. Sed notandum, quod idem victus angelus neruum fœmoris Iacob tetigit, eumq; marcescere statim fecit: atq; ab eo Iacob tempore, vno claudicauit pede: quia scilicet omnipotens Deus, cum iam per desiderium & intellectum cognoscitur, omnem in nobis voluptatem carnis arefacit. & quia prius quasi duobus pedibus innitentes, & Deum videbamur quærere, & [illegible] tenere, post agnitionem suauitatis Dei, vnus in [illegible] pes sanus remansit, atq; alius claudicat: quia necesse est, vt debilitato amore seculi, solus in nobis conualescat amor Dei. Si ergo tenemus angelum vno claudicamus pede: quia dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmatur procul dubio fortitudo carnis. Omnis quippe qui vno pede claudicat, soli illi pedi innititur, quem sanum habet: quia & cui desiderium iam terrenum arefactum fuerit, in solo pede amoris Dei, tota se virtute sustinet, & in ipso stat: quia pedem amoris

F seculi quem ponere in terram consueuerat, iam à terra suspensum portat. Et nos ergo si ad parentes proprios, id est, ad spirituales patres redimus, teneamus in via Angelum, vt suauitate intima apprehendamus Deum. Contemplatiuæ etenim vitæ amabilis valde dulcedo est: quæ super semetipsum animum rapit, cælestia aperit, terrena autem debere esse contempta ostendit, spiritualia mentis oculis patefacit, corporalia abscondit. Vnde bene in Canticis canticorum dicit: *Ego dormio, & cor meum*

Cant. 5. *vigilat.* Vigilante etenim corde dormit, qui per hoc quod interius contemplando proficit, à prauo foris opere quiescit. Denique quod adiecit idē patriarcha vidisse se Deum facie ad faciem, cum superius virum secum narret fuisse luctatum, id significat: quia idem Deus homo erat futu-

Gregor. rus, qui cum Iacob populo luctaretur. Quæritur dum ipsa per se veritas dicit. *Nemo vidit faciem meam vnquam,* quo-

Exod. 33. modo Iacob testatur dicens: *Vidi Dominum facie ad faciem?* Humanæ etenim mentis oculo interiore purgato, dum viriorum omnium tribulationis igne erugo fuerit concre-

G mata, tunc mundatis oculis cordis, illa læta patriæ cælestis aperitur: vt purgemus lugendo prius quod fecimus, & postmodum manifestius contemplemur per gaudia quod quærimus. Prius enim à mentis acie exuente tristitia, interposita malorum caligo detegitur, & tunc resplendente raptim coruscatione, incircumscripti luminis illustratur: quo vtcunq; conspectu in gaudio cuiusdam securitatis absorbetur: & quasi post defectum vitæ præsentis vltra se rapta, aliquomodo in quadam nouitate recreatur. Ibi mens ex immenso fonte infusionis superni roris aspergitur: ibi non se sufficere ad id quod rapta est contemplatur: & veritatem sentiendo videt, quia quanta est ipsa veritas, non videt. Cui veritati tanto magis se longe existimat, quanto magis appropinquat: quia nisi illam vtcunq; concupisceret, nequaquam eam concupiscere non posse sentiret. Annisus ergo animæ, dum in illa attenditur, immensitatis eius coruscante circumstantia reuerberatur. Ipsa quippe cuncta implens, cuncta circumstat: & idcirco mens nostra nequaquam se ad comprehendendam incircumscriptam substantiam dilatat, quia eam in-

H opiæ suę circumscriptio angustat. Vnde & ad semetipsam citius relabitur: & prospectis quasi quibusdam veritatis vestigijs, ad suam imaginem reuocatur. Hæc ipsa tamen per contemplationem facta, non solida & permanens visio, sed vt dixerim, quasi quædam visionis imitatio, Dei facies dicitur. Quia enim per faciem quemlibet agnoscimus, non immerito cognitionem Dei, faciem vocamus. Hinc ergo Iacob postquam luctatus est cum Angelo ait: *Vidi Dominum facie ad faciem,* ac si diceret: Cognoui Deum, quia me cognoscere ipse dignatus est. Quam cognitionem plenissime fieri Paulus in fine, testatur dicens: *Tunc cognoscam sicut & cognitus sum.* 1. Cor. 13.

A

CAPVT XXI.

De collocutione Esau cum Iacob.

Gen. 33. *Leuans autem Iacob oculos suos vidit venientem Esau, & cum eo quadringentos viros: diuisitque filios Lia & Rachel famularumque ambarum: & posuit vtramque ancillam & liberos earum in principio: Liam vero & liberos eius in secundo loco: Rachel autem & Ioseph nouissimos: & ipse progrediens adorauit pronus in terra septies, donec appropinquaret frater eius*, &c. Non vt plerique æstimant, tres turmas fecit, sed duas. Denique vbi nos habemus diuisit, Aquila posuit [illegible], id est, dimidiauit: vt vnum cuneum faceret ancillarum cum paruulis suis: & alium Liæ & Rachel, quæ liberæ erant cum filiis earum. primasque ire faceret ancillas, secundas, liberas. Ipse autem ante vtrumque gregem occurreret fratrem adoraturus. *Et ait Esau: Quænam sunt istæ turmæ, quas obuiam habui: Respondit: Vt inuenirem gratiam coram Domino meo. At ille: Habeo, ait, plurima frater mi, sint tua tibi. Dixit Iacob: Noli ita obsecro, sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis. Sic enim vidi faciem tuam, quasi viderem vultum Dei*, &c. Quid

B

August. sibi vult quod Iacob ait fratri suo: Propter hoc vidi faciē tuam, quemadmodum cum videt aliquis faciem Dei? Vtrum pauentis & perturbati animi verba, vsque in hanc adulationem prorupperunt? an secundum aliquem intellectum sine peccato dicta accipi possunt? Fortassis enim quia dicti sunt & gentium dij, qui sunt dæmonia, non præiudicetur ex his verbis hominis Dei, quod & si bono animo dicta hæc verba fraterna sunt: quoniam & post bonam susceptionem metus ipse transierat, potuit sic dici, quemadmodum & Moyses Pharaoni Deus dictus est, secundum quod dicit Apostolus: Et si sunt qui dicuntur dij siue in cælo siue in terra, quemadmodum sunt

1 Cor. 8. *dij multi & Domini multi*, maxime quia sine articulo in Græco dictum est. quo articulo euidentissime solet Dei veri vnius fieri significatio. Non enim dixit, [illegible], sed dixit [illegible]. Facile autem hoc intelligunt qui distantiam dicatur, qui Græcam eloquium audire atque intelligere

C

solet. *Vix frater compellitur suscipiens a: Gradiamur simul, eroque socius itineris tui. Dixitque Iacob: Nosti domine mi, quod paruulos habeam tenere oues & boues fœtas mecum, quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. Præcedat Dominus meus ante seruum suum: & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut videro posse paruulos meos, donec veniam ad Dominum meum in Seir.* Quæritur vtrum mendaciter promiserit Iacob fratri suo, quod sequens pedes suorum in itinere, propter quos minorabatur, venturus esset in Seir ad eum. Hoc enim sicut scriptura Dei deinde narrat, non fecit: sed conuertit in itinere, quod dirigebat ad suos, an forte veraci animo promiserat, sed aliud postea cogitando elegit. *Reuersus est itaque illo die Esau itinere quo venerat in Seir: & Iacob venit in Socoth: vbi ædificata domo & fixis tentoriis, appellauit nomen loci illius Socoth*, id est, tabernacula. Vbi nos tabernacula habemus, in Hebræo legitur Succoth, סוכות. Est autem vsque hodie ciuitas trans Iordanem hoc vocabulo in parte Scythopoleos. *Transiuitque in Salem vrbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, & habitauit iuxta oppidum*, &c. Error oboritur,

D

quomodo Salem Sichem ciuitas appelletur, cum Ierusalem in qua regnauit Melchisedech, Salem ante sit dicta. Aut igitur vnius vrbs vtraque nominis est, quod etiam de pluribus Iudææ locis possumus inuenire, vt idem vrbis & loci nomen in alia atque alia tribu sit, aut certe istam Salem quæ nunc pro Sichem nominatur, dicemus hic interpretari consummatam atque perfectam: & illam quæ postea Ierusalem dicta est, pacificam nostro sermone transferri. Vtrumque enim accentu paululum declinato, hoc vocabulum sonat. Tradunt Hebræi, quod claudicantis femur Iacob ibi conualuerit & sanatum sit: propterea eandem ciuitatem curati atque perfecti vocabulum consecutam.

E

CAPVT XXII.

De raptu Dinæ filiæ Liæ per Sichem filium Emor Euæi, & de vltione stupri.

Gen. 34. *EGressa est autem Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius. Quam cum vidisset Sichem filius Emor Euæi princeps terræ illius, adamauit & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens*

Albin. *virginem: & conglutinata est anima eius cum ea: tristemque blanditiis deliniuit*, &c. Dina quippe vt mulieres videret extraneæ regionis, ingreditur, quando vnaquæque mens, sua studia negligens, actiones alienas curans, extra habitum atque extra ordinem proprium euagatur. Quam Sichem princeps terræ opprimit, quia videlicet inuentam curis exterioribus diabolus corrumpit. Et agglutinata est anima eius cum ea, quia vnitam sibi per iniquitatem respicit. Et quia cum mens à culpa resipiscit, affligitur, atque admissum flere conatur: corruptor autem, spes ac secu-

F

ritates vacuas ante oculos vocat, quatenus vtilitatem tristitiæ subtrahat, recte illic subiungitur: Tristemque blanditiis deliniuit. Modo enim aliorum facta grauiora, modo nihil esse quod perpetratum est, modo misericordem Deum loquitur, modo adhuc tempus subsequens, ad pœnitentiam pollicetur: vt dum per hæc decepta mens ducitur, ab intentione pœnitentiæ suspendatur: quatenus tunc bona nulla percipiat, quam nunc nulla mala contristant: & tunc plenius absorbeatur suppliciis, quæ gaudet etiam in delictis. Postquam ergo scriptura narrat de pacto quod Emor & filius eius Sichem cum filiis Iacob pepigerunt, subiungit de circumcisione ita dicens: *Assensi sunt omnes circumcisis maribus cunctis. Et ecce die tertio quando grauissimus dolor vulnerum est, arreptis duo Iacob filii Simeon & Leui fratres Dinæ gladiis, ingressi sunt vrbem confidenter: interfectisque omnibus masculis, Emor & Sichem pariter necauerunt: tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam. Quibus egressis, irruerunt super occisos cæteri filii Iacob, & depopulati sunt vrbem in vltionem stupri: oues eorum & armenta & asinos, cuncta que vastantes, quæ in agris & domibus erant: paruulos quoque & vxores duxere captiuas. Quibus perpetratis audacter, Iacob dixit ad Simeon & Leui: Turbastis me & odiosum fecistis Chananæis &*

G

Pherezæis habitatoribus terræ huius, & cætera. Cum paulo ante loquens Iacob cum fratre suo Esau, infantes filios esse suos significet, qui Græce dicuntur [illegible] quæri potest quomodo potuerunt facere tantam stragem, direptionemque ciuitatis, interfectis quamuis in dolore circumcisionis constitutis, pro sorore sua Dina. Sed intelligendum est, diu illic habitasse Iacob, donec & filia eius virgo fieret & filij iuuenes. Nam ita scriptum est: *Et habitauit iuxta oppidum, emitque partem agri, in qua fixerat tabernacula, à filiis Emor patris Sichem centum agnis: & erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum Deum Israel: Egressa est autem Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius.* Apparet ergo his verbis, non transeunter sicut viator solet, illic mansisse Iacob, sed agrum emisse, & tabernaculum constituisse: aram instruxisse, ac per hoc diutius habitasse. Filia vero illius cum ad eam venisset ætatem, vt amicas iam habere potuisset, condiscere voluisse filias ciuium

H

loci, atque ita factam esse pro illa crudelissimam cædem & deprædationem, quæ iam vt puto quæstionem non habet. Multitudo enim erat non parua cum Iacob, qui plurimum ditatus fuit: sed filij eius in hoc facto nominantur, quia eiusdem facti principes atque auctores fuerunt. *Quibus patratis audacter, Iacob dixit ad Simeon & Leui: Turbastis me, & odiosum fecistis Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius. Nos pauci sumus: illi congregati, percutient me, & delebor ego & domus mea.* Propter bella plurium qui consurgere poterant, se dixit numero exiguum: non quod minus multos haberet quam possent sufficere expugnationi ciuitatis illius. *Responderuntque filii Iacob: Numquid vt scorto abuti debuere sorore nostra.* Zelus quem habuerunt filii Iacob in vlciscendo stupro sororis suæ, moraliter commonet pastores fidelium, quatenus habeant curam animarum sibi commissarum, ne violenter aut corporali delicto, aut fornicatione spirituali: parasique sint ipsi semper secun-

A dum Apostolum vlcisci omnem inobedientiam resistentem veritati: atque excommunicationis gladio feriant [illegible] (1. Cor. 10.) praeuaricatorem, ne pro tanto commissu, impunitus euadat.

CAPVT XXIII.

Vbi Deus ad Iacob loquitur, mandans ei de idolorum dispertitione.

(Gen. 35.) *IN terea locutus est Dominus ad Iacob: Surge & ascende Betel & habita ibi: facque ibi altare Deo qui apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrem tuum.* Quid est quod non dixit, & fac ibi aram mihi, qui apparui tibi, sed dicit, fac ibi aram Deo qui apparuit tibi? Verum filius apparuit ibi, & Deus pater hoc dicit. An in aliquo genere locutionis annumerandum? (August.) *Iacob vero conuocata omni domo sua, ait: abijcite Deos alienos qui in medio vestri sunt & mundamini: ac mutate vestimenta vestra. Surgite & ascendamus in Bethel vt faciamus ibi altare Domino, qui exaudiuit me in die tribulationis meae, & fuit socius itineris mei. Dederunt ergo ei omnes Deos alienos quos habebant, &* B *inaures quae erant in auribus eorum. At ille infodit eos subter therebinthum quae est post vrbem Sichem.* (August.) Quod autem dicitur, & dederunt Iacob Deos alienos qui erant in manibus eorum, & inaures quae erant in auribus eorum quaeritur, quare & inaures quae si ornamenta erant, ad idololatriam pertinebant, nisi quia intelligendum est, phylacteria fuisse Deorum alienorum? Nam Rebeccam à seruo Abrahae inaures scriptura accepisse testatur: quod non fieret si eis inaures ornamenti gratia habere non liceret. Ergo illae inaures quae cum idolis datae sunt, vt dictum est, idolorum phylacteria fuerunt. *Cumque profecti essent, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates: & non sunt ausi persequi recedentes.* Incipiamus enim aduertere, quemadmodum Deus operetur in hominum mentibus. A quo enim timor Dei factus est in illis ciuitatibus, nisi ab illo qui sua promissa in Iacob filijsq, tuebatur. *Venit igitur Iacob Luzam, quae est in terra Chanaan cognomento Bethel, ipse & omnis populus cum eo:* C *aedificauitque ibi altare, & appellauit nomen loci, Domus Dei. Ibi enim apparuit ei Deus cum fugeret fratrem suum.* Ecce manifestissime comprobatur, Bethel non Vrbem Luz, vt supra dictum est, sed Luzan, id est, amygdalon ante vocitatam. *Eodem tempore mortua est Debora nutrix Rebecca, & sepulta ad radices Bethel subter quercum.* Si mortua est nutrix Rebeccae nomine Debora, vt Septuaginta quoque interpretes transtulerunt, & ipsum verbum est Hebraicum meneket מינקת, scire non possumus, quare ibi substantiam posuerunt, hic nutricem. *Apparuit autem iterum Deus Iacob, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriae: benedixitque ei dicens: Non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum: & appellauit eum Israel.* Dudum nequaquam ei ab Angelo nomen imponitur: sed quod imponendum sit à Deo praedicatur. Quod igitur ibi futurum promittitur, hic docetur expletum. Quaeritur autem cum semel dixerat ad Iacob, iam non vocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuum, cur postea legitur eodē nomine idem Iacob vocitatus, quod in frequentissimis locis sanctarum scripturarum ita positum inuenimus. Nimirum ergo nomen hoc ad illam recte intelligitur pertinere promissionem, vbi sic videbitur D Deus, quomodo non est antea patribus visus: vbi non erit nomen vetus, quia nihil remanebit vel in ipso corpore vetustatis: & Dei visio summum erit praemium. *Dixitque ei: Ego Dominus omnipotens: Cresce & multiplicare: gentes & populi nationum erunt ex te: reges de lumbis tuis egredientur: terramque, quam dedi Abraham & Isaac, dabo tibi & semini tuo post te, & [illegible] ab eo.* Haec promissio ad spirituale semen Iacob pertinet, sicut de Abraham ante iam dictum est. Omnes enim qui supplantant vitia, & veterem hominem cum actibus eius deponunt, mentisq; suae oculos ad videndum Deum intentos habent, rite ad Iacob pertinent, cuius fidem & actus imitantur: regesq; de lumbis eius egredientur, hoc est sancti, qui vere reges dicuntur, eo quod veraciter secundum Dei voluntatem semetipsos ac sibi subditos regunt. De cuius semine spirituali, hoc est fidei imitatione in bonis operibus foecundantur. *Ille vero erexit titulum lapideum in loco quo ei locutus fuerat Deus, libans super eum libamina & effundens oleum: vocansque nomen loci illius Bethel.* Iterum factum E est hoc loco, quod iam factum fuerat ante? an iterum commemoratum est. Sed quodlibet horum sit, super lapidem libauit Iacob, non lapidi libauit. Non ergo sicut idololatrae solent aras ante lapides constituere, & tanquam dijs libare lapidibus.

CAPVT XXIV.

De obitu Rachel ob partus difficultatem: nec non & de obitu Isaac & sepultura eius.

EGressus autem inde, venit verno tempore ad terram quae ducit Ephratam. In qua cum parturiret Rachel, ob difficultatem partus, periclitari coepit. Dixitque ei obstetrix: Noli timere, quia & hunc habebis filium. Egrediente autem anima prae dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij sui Benoni, id est, filius doloris mei. Pater vero appellauit eum Beniamin, id est, filius dexterae. (Gen. 35.) Ephrata vero & Bethlehem vnius vrbis vocabulum est, sub interpretatione consimili: siquidem in frugiferam & domum panis vertitur, propter eum panem qui de coelo descendisse se dicit. Et factum est cum F dimitteret eam anima, siquidem moriebatur, vocauit nomen eius filius doloris mei. Pater vero vocauit nomen eius Beniamin. In Hebraeo similitudo omnis resonat. *Filius doloris mei*, quod nomen moriens mater imposuit, dicitur Ben oni; *filius* vero *dexterae*, hoc est virtutis, quod mutauit Iacob, appellabatur. Vnde errant qui putant Beniamin filium dierum interpretari. Cum enim dextera appelletur iamin [illegible] in nouissimam literam, dies quidem appellantur & ipsi iamim [illegible] in M literam terminantur. Sed quid sibi vult quod cum eundem Beniamin Rachel pareret, vocauit nomen eius filius doloris mei, nisi futurum prophetans ex ea tribu Paulum, qui affligeret filios ecclesiae persecutionis suo tempore? Aliter, per Beniamin terrestris figurabatur Ierusalem, quae est in tribu eiusdem Beniamin: cuius populus grauem matrem dolore affecit, effundendo sanguinem prophetarum: insuper etiam in necem Christi impius acclamando vocibus, sanguis eius super nos & super filios nostros. *Mortua est ergo* G *Rachel, & sepulta in via quae ducit Ephratam, haec est Bethlehem. Erexitque Iacob titulum super sepulchrum eius, hic est titulus monumenti Rachel, vsque in praesentem diem. Egressus inde, fixit tabernaculum trans turrim gregis.* (Mat. 27.) Profectus est Israel, & extendit tabernaculum suum trans turrim Ader. Hunc locum esse Hebraei volunt, vbi postea templum aedificatum est: & turrim Ader, turrim gregis significari, hoc est congregationis & coetus: quod & Michaeas propheta testatur dicens: *Et tu turris gregis nebulosa filiae Sion*, & caetera. (Mich. 4.) Illoque tempore Iacob trans locum vbi postea templum aedificatum est habuisse tentoria. Sed si sequamur ordinem viae, pastorum iuxta Bethlehem locus est, vbi vel Angelorum grex in ortu Domini cecinit, vel Iacob pecora sua pauit loco nomen imponens, vel quod verius est, quodam vaticinio futurorum iam tūc mysterium monstrabatur. *Cumque habitaret in illa regione, abijt Ruben & dormiuit cum Bala concubina patris sui, quod illum minime latuit.* (Isidor.) Quod H incesti crimen non scriberetur, nisi futura populi peruersitas pronuntiaretur. Quanquam & in illo qui hoc commiserit, consideretur flagitium esse: in scripturis autē prophetia est futurorum. Quid namq, per Ruben primogenitum, nisi populus primogenitus Israel ex circumcisione significatur? qui thorum concubinae polluit, id est, legem veteris testamenti, saepe praeuaricando maculauit. Quod autem concubina lex veteris testamenti ponatur, Paulus edocuit dicens: *Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera.* (Gal. 4.) Haec autem duo sunt testamenta. In quo Agar quae concubina fuit, in veteris testamenti ponitur typo. Vna enim est perfecta, columba genitricis suae, quae virgo casta, sponsa, regina regis ecclesia, per Euangelium iungitur Christo. *Erant autem filij Iacob duodecim. Filij Liae, primogenitus, Ruben, & Simeō, & Leui, & Iudas, & Isachar & Zabulon. Filij Rachel, Ioseph & Beniamin. Filij Balae ancillae Rachelis, Dan & Nephtalim. Filij Zelphae ancillae Liae, Gad, & Aser. Hi filij Iacob qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriae.* Quaeritur, quō XII. filij

A computantur Israel, qui nati sunt, & dicitur, *Hi sunt filii Israel qui nati sunt ei in Mesopotamia*, cum Beniamin longe postea natus sit, cum iam transissent Bethel, appropinquantes Bethlehem. Quæ taliter soluenda quæstio est, vt ideo intelligatur dictum commemoratis duodecim filiis, *Hi sunt filij Iacob qui facti sunt ei in Mesopotamia Syriæ*: quanquam inter omnes qui tam multi erant, vnus tantum erat non ibi natus: qui tamen inde habuit nascendi causam, quod ibi mater eius patri copulata est. Nulla est facilior quæstionis huius solutio, quam vt per synecdochen accipiatur. *Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mambre ciuitatem Arbee, hæc est Hebron: in qua peregrinatus est Abraham & Isaac.* Pro Arbee Septuaginta campum habent cum Hebron in monte sita sit. Eadem autem ciuitas dicitur & Mambre, ab amico Abrahæ ita antiquitus appellata. *Et completi sunt dies Isaac, centum & octoginta anni: consumptusque ætate, mortuus est, & appositus populo suo senex & plenus dierum: & sepelierunt eum Esau & Iacob filij sui.* (Gen. 35.)

Capvt XXV.

De progenie Esau.

B HAE *sunt autem generationes Esau, ipse est Edom. Esau accepit vxores de filiabus Chanaan, Adam filiam Elom Ethæi: & Oolibamam filiam Anæ filij Sebeon Ehæi: Basemath quoque filiam Ismahel sororem Nabaioth.* (Gen. 36) Quod autem post narrationem mortis Isaac narratur, quas vxores Esau acceperit, & quos creauerit, recapitulatio intelligenda est. (August.) Neque enim post mortem Isaac fieri cœpit, cum iam essent Esau & Iacob centum viginti annorum: nam eos sexagenarius suscepit, & vixit omnes annos vitæ suæ centum octoginta. *Peperit autem Ada Eliphaz.* Ille est Eliphaz, cuius scriptura in Iob volumine recordatur. *Tulit autem Esau vxores suas & filios & filias, & omnem animam domus suæ & substantiam & pecora, & cuncta quæ habere poterat in terra Chanaan, & abiit in alteram regionem, recessitque a fratre suo Iacob. Diuites enim erant valde, & simul habitare non poterant: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum, præ multitudine gregum. Habitauitque Esau in monte Seir, ipse est Edom.* Quæstio est, quomodo

C (August.) scriptura dicat, post mortem Isaac patris sui, Esau abscessisse de terra Chanaan, & habitasse in monte Seir, cum veniente de Mesopotamia Iacob fratre eius, legatur, quod iam illic habitabat. Proinde quid inde fieri potuerit, vt scriptura falli vel fallere non credatur, in promptu est cogitare: quod scilicet Esau postea quam in Mesopotamiam frater eius abscessit, noluit habitare cum parentibus suis, siue ex illa commotione, qua dolebat se benedictione fraudatum, siue aliqua causa sua vel vxorum suarum, quas odiosas videbat esse parentibus: vel qualibet alia, & cœperat habitare in monte Seir. Deinde post reditum Iacob fratris sui, facta inter eos concordia, reuersus est & ipse ad parentes, & cum mortuum patrem simul sepelissent, quia eos plurimum ditatos terra illa sicut scriptum est, minime capiebat, abscessit rursus in Seir, & ibi propagauit gentem Idumæorum. *Isti filii Esau, & duces eorum. Ipse est Edom. Isti filii Seir Horræi habitatores terræ. Lothan, & Sobal, & Sebeon, & Ana. Dison & Eser, & Disan.*

D Esau & Edom & Seir vnius nomen est hominis: & quare varie nuncupentur supradictum est. Quod autem sequitur, & Horræi habitantes terram, & reliqua. Postquam enumerauit filios Esau, altius repetit & exponit, qui ante Esau in Edom terra principes fuerunt ex genere Horræorum, qui in lingua nostra interpretantur liberi. Legamus diligenter Deuteronomium: ibi manifestius scribitur, quomodo venerint filij Esau, & interfecerint Horræos, ac terram eorum hæreditate possederint. Hi duces Horræi filij Seir in terra Edom. *Facti sunt autem filii Lothan, Horri & Heman. Erat autem soror Lothan Thamna, & isti sunt filii Sobal, Alnam, & Manahat*, & cætera. Hæc est Thamna de qua scriptum est. *Et Thamna erat concubina Eliphaz filii primogeniti Esau, ex ipsa natus est Amalech.* Idcirco autem Horræorum recordatus est, quia primogenitus filiorum Esau, ex filiabus eorum acceperat concubinam. Quod autem dicitur, Themna & Cenez & Amalech, & reliqua, sciamus postea regionibus Idumæorum ex his vocabula imposita. *Et hi filii Sebeon, Haia & Ana. Iste est Ana qui inuenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinos Sebeon patris sui*, & reliqua. In alia autem editione ita legitur: Ipse est Ana, qui inuenit iaceroim in deserto, cum pasceret asinos Sebeon patris sui. Multa & vana apud Hebræos de hoc capitulo disputantur. Apud

E Græcos quippe & nostros, super hoc silentium est. Alij putant, iamim maria appellata: iisdem enim scribuntur literis maria, quibus & nunc hic sermo descriptus est, & volunt illum dum pascit asinos patris sui, in deserto aquarum hic congregationes reperisse, quæ iuxta idioma linguæ Hebraicæ, maria nuncupantur: quod scilicet stagnum reperiens, cuius rei inuentio, in eremo difficilis est. Nonnulli putant aquas calidas, iuxta Punicæ linguæ vicinam, quæ Hebraicæ contermina est, hoc vocabulo significari. Sunt qui arbitrantur onagros ab hoc admissos esse ad asinas, & ipsum istiusmodi reperisse concubitum, vt velocissimi ex his asini nascerentur, qui vocantur iamim. Plerique putant, quod equarum greges ab asinis

F in deserto ipse fecerit primus ascendi, vt mulorum inde noua contra naturam animalia nascerentur. Aquila hunc locum ita transtulit: Ipse est Ana, qui inuenit τοὺς ἠμεῖμ. Et Symmachus similiter, Qui inuenit τοὺς ἰαμείν. Quæ interpretatio pluralem numerum significat. Septuaginta vero & Theodotion, æqualiter transtulerunt dicentes: τὸν ἰαμείν quod indicat numerum singularem. *Reges autem qui regnauerunt in terra Edom, antequam haberent regem filii Israel fuerunt hi: Bela filius Beor: nomenque vrbis Denaba.* (August.) Quod scriptum est, & hi reges qui regnauerunt in Edom antequam regnaret Rex in Israel, non sic accipiendum est, tanquam omnes reges nominati sint vsque ad ea tempora quibus cœperunt reges Israel, quorum primus fuit Saul. Multi fuerunt enim in eodem vsque ad tempora Saul, cum temporibus etiam Iudicum, quorum tempora fuerunt ante reges, exierunt. Sed ex his multis eos solos potuit commemorare Moyses, qui fuerant, antequam ipse moreretur. Nec mirum est, quod numerantibus ab Abraam, per Esau patrem gentis Edom, ad quem per Rahuel filium Esau, & Zara filium Rahuel, & Iobab filium Zara: cui Iobab successit in regno Balac, qui

G primus in terra Edom Rex fuisse commemoratur, vsque ad vltimum regem, quem potuit nominare Moyses, plures generationes inueniuntur, quam numerantur ab Abraam per Iacob vsque ad Moysen. Nam illic inueniuntur fere duodecim: hic autem vsque ad Moysen, ferme VII. Fieri enim potuit vt ideo ibi plures nominarentur, quia citius moriendo plures, alter alteri successerunt. Sic enim contigit, vt ad aliud ordinem sequens Matthæus ab Abraam vsque ad Ioseph, quadraginta duas generationes numeret. Lucas autem ordine alio numerans generationes, non per Salomonem sicut ille per Nathan, ab Abraham vsque ad Ioseph quinquagintaquinque commemoret. In illo quippe ordine, vbi plures numerantur, citius mortui sunt, quam hic vbi pauciores. Ne forte autem moueat aliquem, quod inter reges Edom commemoratur Balac filius Beor, & de similitudine nominis existimet illum esse Balac, qui restitit

H Moysi ducenti populum Israel, sciat illum Balac Moabitem fuisse non Idumæum: eumque fuisse filium Sefor non filium Beor, sed fuisse etiam ibi tunc filium Beor Balaam non Balac: quem Baalam conduxerat idem Balac ad maledicendum populum Israel. *Mortuus est autem Bela, & regnauit pro eo Iobab filius Zare de Bosra*, & cætera: Hunc quidam suspicantur esse Iob, vt in fine voluminis ipsius additum est. Contra Hebræi asserunt, de Nachor eum stirpe generatum, vt iam supra dictum est.

Capvt

A

CAPUT XXVI.

De Ioseph somnio quod viderat.

Gen. 37. *August.*

IOseph cum esset sedecim annorum, *pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer.* Quomodo potuerit mors Isaac, decem & septem annorum inuenire Ioseph eius nepotem, sicut videtur tanquam ex ordine scriptura narrare, quo cunque se quisque conuertat, inuenire difficile est. Nolo enim dicere non posse inueniri, ne forte me fugiat, quod alium non fugit. Si enim post mortem aui sui Isaac, decem & septem annorum fuit Ioseph, quando eum fratres in Aegyptum vendiderunt, proculdubio & pater Iacob, septimodecimo filij sui anno Ioseph, centum viginti annorum fuit. Genuit autem eos Isaac, cum esset annorum LX. sicut scriptum est: *Vixit ergo Isaac postea CXX. annos: quia centum octoginta mortuus est.* Idcirco reliquit filios centum viginti annos habentes, & Ioseph decem & septem. Ioseph autem quoniam fuit triginta annorum, quando apparuit in conspectu Pharaonis, secuti sunt autem septem anni vbertatis & duo famis, donec ad eum pater cum fratribus venit, triginta nouem profecto annos agebat Ioseph, quando Iacob intrauit Aegyptum. Tunc autem Iacob quod ore suo Pharaoni dicit, centesimum & trigesimum annum agebat ætatis. Centum autem & viginti Iacob, quando erat decem & septem Ioseph: quod verum esse nullo modo potest. Si enim decimo & septimo anno vitæ Ioseph, Iacob centum & viginti agebat, proculdubio trigesimo & nono anno Ioseph, non centum triginta, sed centum & quadraginta, & duos annos agere inueniretur Iacob. Si autem die mortis Isaac, nondum erat annorum decem & septem Ioseph, sed aliquantulo tempore post mortem aui sui, ad septimum decimum peruenit annum, quo anno scriptura testante in Aegyptum est à fratribus venditus, plurium etiam quam centum quadraginta duorum annorum esse debuit pater eius, quando filium in Aegyptum consecutus. Scriptura quippe postea quam narrauit annum vitæ vltimum Isaac, centesimum & octogesimum, & eius mortem ac sepulturam, deinde commemorauit, quemadmodum egressus sit Esau à fratre suo de terra Chanaan in monte Seir: & contexuit commemorationem regum & principum gentis ipsius, in qua se constituit, vel quam propagauit Esau. Post hæc narrationem de Ioseph sic intulit dicens: *Habitabat Iacob in terra Chanaan.* Hæc autem pro creaturæ Iacob, Ioseph decem & septem annorum erat pascens cum fratribus oues. Deinde narratur causa somniorum, quemadmodum odiosus fratribus sit factus, & venditus. Aut ergo eodem anno septimodecimo, aut etiam aliquanto maior venit in Aegyptum: ac per hoc vtrulibet modo permanet quæstio. Si enim decem & septem annorum fuit post mortem aui sui, quando pater eius centum viginti erat, profecto anno eius tricesimo & nono, quando Iacob venit in Aegyptum, centum quadraginta duos annos idem Iacob agere debuit. Fuit autem tunc Iacob centum triginta, ac per hoc si decem & septem annorum Ioseph in Aegyptum est venditus, ante duodecim annos, quam moreretur auus eius, venditus inuenitur. Decem & septem enim annorum esse non potuit, nisi ante duodecim annos mortis Isaac, centesimo & octauo anno patris Iacob. His enim cum adiecerimus viginti duos annos, quibus Ioseph vsque ad aduentum patris sui fuit in Aegypto, fiunt ætatis anni Ioseph triginta nouem: & Iacob centum triginta, & nulla erit quæstio. Sed quoniam scriptura post mortem Isaac ista narrauit, putatur Ioseph post duodecim aui sui mortem, decem & septem annorum fuisse. Quapropter intelligamus, de vita Isaac, tanquam multum ante praeteritum scripturam tacuisse scripturam, cum iam Iacob & eius filijs loqueretur, viuo tamen Isaac. *Decem & septem annorum esset Ioseph, & erat cum filijs Balæ & Zelphæ vxoribus patris sui. Accusauitque fratres suos apud patrem crimine pessimo. Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, eo quod in senectute genuisset eum. Fecitque ei tunicam polymitam.* Ioseph vnus ex duodecim filijs Iacob, quem pater præ cæteris dilexit filijs, Christum Dominum figurauit: quem Deus pater secundum carnem natum, cæteris fratribus ex Abrahæ stirpe progenitis prætulit. Vnde & ibi dicitur, *Amabat eum Iacob, eo quod in senectute genuisset eum.* Senescente enim mundo, illucescens Dei filius per Mariæ virginis partum, serus aduenit tanquam filius senectutis, secundum sacramentum susceptu corporis: qui erat ante secula semper, apud patrem. Fecit, inquit, ei tunicam polymitam id est, variam. Pro varia tunica, Aquila interpretatus est tunicam ἀστραγάλειον id est, talarem. Symmachus, tunicam manicatam: siue quod ad talos vsque descenderet, & manibus artificis mira [illegible] varietate distincta: siue quod haberet manicas. Antiqui enim magis colobijs vtebantur. Tunica autem polymita, quam fecit ei pater, secundum allegoriam, varietatem populorum ex omnibus gentibus in corpore Christi congregatam, significauit. Item alio modo. Ioseph qui inter fratres vndecim, vsque ad finem iustus perseuerasse describitur, solus talarem tunicam habuisse perhibetur. Quid est ergo talaris tunica, nisi actio consummata? Quasi enim propensa tunica talum corporis cooperit, cum bona actio ante Dei oculos, vsque ad vitæ terminum nos tegit. Vnde & per Moysen, cauda hostiæ in altari offerri præcipitur: vt videlicet omne bonum quod incipimus, etiam perseueranti fine compleamus. *Videntes autem fratres eius, quod à patre plus cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui.* Fratres Christi secundum carnis natiuitatem Iudæi erant: de quorum cognatio ipsa humanitas redemptoris suscepta erat. Sed quia videbant, quod maior gratia virtutum in eo fiebat, quæ testabatur Dei patris præcipuam dilectionem, inuidebant ei, nec quicquam pacifica mente loqui poterant, quem sæpius insidijs petebant: & patremfamilias in Beelzebub principe dæmoniorum, ejicere dæmonia blasphemabant. *Accidit quoque, vt visum somnium referret fratribus: quæ causa maioris odij seminarium fuit. Dixitque ad eos: Audite somnium meum quod vidi. Putabam ligare nos manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum & stare: vestrosque manipulos circumstantes, adorare manipulum meum. Responderunt fratres eius. Nunquid rex noster eris, aut subijciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum atque sermonum, inuidiæ & odij fomitem ministrauit. Aliud quoque somnium vidit: quod narrans fratribus ait. Vidi per somnium, quasi solem & lunam & stellas vndecim adorare me. Quod cum patri suo & fratribus retulisset, increpauit eum pater & dixit. Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? Num ego & mater tua & fratres tui, adorabimus te super terram?* Nisi in aliquo mysterio dictum accipiatur, quomodo intelligitur de matre Ioseph, quæ iam erat mortua? Vnde nec in Aegypto cum sublimaretur, putandum est esse completum: quia nec pater eum adorauit, quando ad eum venit in Aegyptum: nec mater omnino defuncta potuit. In Christi ergo persona facile intelligi potest, etiam de mortuis, secundum illud quod dicit Apostolus: *Et donauit ei nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum.* Somnium vero illud per quod fratrum manipuli adorauerunt manipulum eius, illud est, quod spiritualiter in Christo impletum est: *Et adorabunt eum*, inquit, *omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei*, scilicet per fidem fructum bonorum operum offerentes. Ipse est quem sol & luna & stellæ adorant, de quo sole dictum est. *Laudate eum sol & luna & omnes stellæ.* Ipsum enim excellentia sanctorum in solis nomine, & ecclesiæ claritas sub imagine lunæ, & omnium populorum numerositas in figura stellarum adorat. Vnde & pater suus increpauit eum dicens. *Num quid ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te?* Obiurgatio ista patris, duritiam populi Israel significat, qui pro eo quod ex se natum Christum cognouerit esse, adorare contemnunt.

B — C — D (left margin); E *Isidorus.* — *Isidorus.* — F *Gregorius.* — G — *Phil. 2.* *Isidorus.* H — *Psal. 71* — *Psal. 148.* (right margin)

A

Capvt XXVII.

De eo quod Iacob misit Ioseph ad fratres suos, vbi ipsi pascebant oues: a quibus venditus est Madianitis.

Gen. 37. *Cumque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem, dixit ad eum Israel: Fratres tui pascunt oues in Sichimis: Veni, mittam te ad eos. Quo respondente, praesto sum, ait: Vade & vide, si cuncta prospera sint erga fratres tuos & pecora, & renuncia mihi quid agatur,* &c. Iacob mittit filium suum Ioseph, vt de fratribus sollicitudinem gereret: & Deus pater misit filium suum vnigenitū, vt genus humanum peccatis languidum, visitaret. Mittitur ab illo vtiq; patre de quo scriptū est: *Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati.* Vt videret si recte essent oues, & Dominus in euāgelio inquit:

Rom. 8.

Non veni nisi ad oues quae perierunt domus Israel. Inuenit ergo Ioseph

Mat. 15. *fratres in Dothaim.* Dothaim interpretatur defectio. Vere in grandi defectione erant, qui de fraticidio cogitabant.

B

Qui cum vidissent Ioseph procul, antequam accederet ad eos, cogitabant illum occidere. Et Iudaei videntes verum Ioseph Dominum Iesum Christum, vt eum crucifigerent, vnum consilium omnes statuerunt dicentes: *Crucifigatur.* *Fera pessima deuorauit*

Matt. 27. *eum,* id est, Iudaica bestia interfecit eum, de qua Dominus in Euangelio dicit: *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio lupo-*

Matt. 10. *rum. Confestim igitur vt peruenit ad fratres, nudauerunt eum tunica talari & polymita: miseruntque eum in cisternam quae non habebat aquam. Et sedentes vt comederent panem.* Nudauerunt Ioseph fratres sui tunica polymita & talari. Christum Iudaei per mortem crucis expoliauerunt tunica corporali. Polymita autem, id est, decorata omnium virtutum diuersitate. Resperserunt autem tunicam hoedi sanguine: quia falsis eum testimoniis accusantes, in inuidiā reduxere peccati, omnitū peccata donantem. Mittitur de hinc in cisternam, id est, in lacum, & Christus expoliatus carne humana, descendit in infernum. *Viderunt Ismahelitas viatores venire de Galaad. Et camelos eorum portantes aromata, & resinam, & stacten in Aegyptum.*

C

August. Quaeritur quare Ismahelitas scriptura quibus a fratribus venumdatus est Ioseph, etiam Madianitas vocet, cum Ismahel fit de Agar filius Abrae: Madianitae vero de Cethura. An quia scriptura dixerat de Abraā, quod munera dederat filiis concubinarum suarum, Agar scilicet & Cethurae, & diuiserit eos ab Isaac filio suo in terram Orientis, vnam gentem esse illi intelligendi sunt? *Dixit ergo Iudas fratribus suis: Quid nobis prodest, si occiderimus fratrem nostrum, & celauerimus sanguinem ipsius? Melius est, vt venundetur Ismahelitis, & manus nostrae non polluantur. frater enim & caro noster est. Acquieuerunt fratres sermonibus eius, & praetereuntibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de cisterna, vendiderunt Ismahelitis viginti argenteis. Qui duxerunt eum in Aegyptum,* &c. Pro XX aureis, quod LXX. posuerunt Hebraica veritas, argenteis habet. Neque enim viliori metallo Dominus venundari debuit, quam Ioseph. De cisterna quoque leuatus ille Ismahelitis, id est, gentibus venditur: & Christus postea quam de inferno egreditur, ab omnibus gentibus fidei commercio comparatur. Ille per Iudae consilium XXX. argenteis distrahitur: & hic per consilium Iudae Scarioth, eodem numero venundatur. *Tulerunt autem tunicam eius, & in sanguine hoedi, quem occiderant, tinxerunt, mittentesque qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc inuenimus, vide vtrum tunica filii tui sit, an non. Quam cum agnouisset pater, ait: Tunica filii mei est: fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. Scissisque vestibus, indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore.* Iacob post interitum sui deplorans

D

Isidorus. dispendia, quasi pater filii nimis lugebat, in quo quasi Propheta flebat interitum Iudaeorum. inde scidit vestimentū suum: quod in passione Domini legimus factum a principe sacerdotum. Sed & [illegible] propheta, & nudatum suum populum, & diuisum ostēderet regnū. *Congregatis autem cunctis liberis eius, vt lenirent dolorem patris, noluit consolationem recipere, sed ait: Descendam ad filium meum lugens in infernum.* Solet esse magna quaestio quomodo intelligatur infernus: vtrum illuc mali tātum, an etiam boni mortui descendere soleant. Si ergo tantū mali, quomodo iste

August. ad filium suum se dicit lugentem velle descendere? Non enim in poenis inferni eum esse credit. An perturbati & dolentis verba, sua mala etiam hinc exaggerantis? *Madianitae vendiderunt Ioseph in Aegyptum Putiphari eunucho Pharaonis, magistro militiae.* In plerisq; locis archimagiros, id est, cocorū principes pro magistris exercitus scriptura commemorat. Venditus est igitur Ioseph principi exercitus bellatorum: non Petephre vt in Latino scriptū est: sed Putiphar eunucho. Vbi quaeritur quomodo postea vxorem habere dicatur. Tradunt enim Hebraei emptum ab hoc Ioseph, ob nimiam pulchritudinem turpe ministerium: & à Domino viribus eius arefactis, postea electum esse iuxta morem hierophantarum, in pontificatum Heliopoleos: & huius filiam esse Aseneth: quam postea Ioseph vxorem acceperit.

Capvt XXVIII.

De Iuda & vxore eius ac filiis: nec non & de concubitu ipsius cum Thamar nuru sua.

F

Gen. 38. *Eo tempore descendens Iudas à fratribus suis, diuertit ad virum Odollamitem nomine Hiram. Viditque ibi filiam hominis Chananaei vocabulo Sue. & vxore accepta, ingressus est ad eam. Quae concepit & peperit filium: vocauitq; nomen eius Her. Rursum concepto foetu, natum filium nominauit Onam. Tertium quoq; peperit, quem appellauit Sela. Quo nato, parere vltra cessauit,* &c. Quaeritur,

August. quando ista fieri potuerint. Si enim posteaquā Ioseph deuenit in Aegyptū, quomodo intra viginti ferme, & duos annos (nam post tantum temporis, colligitur eos venisse ad eundem Ioseph fratrem suum in Aegyptum cum patre suo) fieri potuerit, vt Iudae filii eius aetatis omnes possent ducere vxores? Nam Thamar nurum suam, mortuo primogenito suo, alteri dedit filio quo etiam mortuo, expectauit vt cresceret tertius & cum creuisset, nec illi eam dedit timens ne & ipse moreretur. Vnde factum est, vt eidem socero suo se illa supponeret. Quomodo ergo omnia haec intra tam paucos annos fieri potuerint merito mouet. nisi

G

vt forte solet scriptura per recapitulationem, aliquot annos ante venditum Ioseph, hoc fieri coepisse intelligi voluit: quoniam sic positum est, vt diceretur, *factum est autem in illo tempore.* Vbi tamen quaeritur, si decem & septem annorum erat Ioseph, quando venditus est, quot annorum esse Iudas potuerit quartus filius Iacob, quandoquidem ipse primogenitus Ruben, vt plurimum fratrem suum Ioseph quinq; aut sex annos potuerit aetate praecedere. Euidenter autem scriptura dicit, triginta annorum fuisse Ioseph, quando innotuit Pharaoni. Cum ergo ipse anno XVII. aetatis suae venditus fuisse credatur, tredecim annos peregerat in Aegypto ignotus Pharaoni. Ad hos autem quatuordecim annos accesserūt septem anni vbertatis: & facti sunt anni viginti. His adduntur duo: quia secundo anno famis, intrauit Iacob in Aegyptum cum filiis suis & inueniuntur viginti duo anni, quibus abfuit Ioseph à patre & fratribus suis. Quo medio tempore, quomodo fieri potuerint de vxore & filiis & nuru Iudae, omnia quae narrātur, indagare difficile est, nisi forte vt credamus, & hoc enim fieri potuit mox, vt adolescere Iudas coepit, eum incidisse in amorem eius quam duxit vxorem, nondū vendito Ioseph in Aegyptum. *Euolutis autem multis diebus, mortua est vxor Iudae. Qui post luctum consolatione suscepta, ascendebat ad tonsores ouium suarum, ipse & Hiras opilio gregis, Odollamites in Thamnas.* Pro pastore, in Hebraeo amicus legitur: sed verbum ambiguum est: quia iisdem literis vtrumque nomen scribitur. Verum amicus ree רעה pastor roe רעה legitur.

H

Nunciatumq; est Thamar, quod socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oues. Quae depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum. & mutato habitu, sedit in biuio itineris, quod ducit Thamnam: eo quod creuisset Sela: & non eum accepisset maritū. Hic insinuatur, & temporibus Patriarcharum, certa & sua fuisse vestimenta viduarum, non vtiq; talia qualia coniugatarum. *Quam cum vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem. Operuerat enim vultum suum ne agnosceretur. Ingrediensq; ad eam, ait: Dimitte me, vt coeam tecum. Nesciebat enim quod nurus sua esset. Qua respondente, Quid mihi dabis, vt fruaris concubitu meo? dixit: Mittam tibi hoedum de gregibus. Rursumq; illa dicente, patiar quod vis, si dederis*

deris

A *dem mihi arrabonem, donec mittas quod pollicеris, ait Iudas: Quid vis tibi pro arrabone dari? Respondit, Anulum tuum & armillam & baculum quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum concepit mulier: & surgens abijt.* In facto Iudæ, non synceritatis iustitiæ, sed fidelitas promissi cernitur. Si enim seruaret iustitiam seruando castitatem, non introisset vt ille opinatus est, ad meretricem: sed tamen id quod promisit, per pastorem suum secundum fidelitatem promissi transmittere mulieri non negauit. *Ecce post tres menses nuntiauerunt Iudæ dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua: & videtur vterus illius intumescere. Dixit Iudas: Producite eam vt comburatur. Quæ cum educeretur ad pœnam, misit ad socerum suum dicens: De viro cuius hæc sunt cõcepi: Cognosce cuius sit anulus, & armilla & baculus. Qui agnitis muneribus ait: Iustior me est, quia nõ tradidi eam Selæ filio meo. Attamen vltra non cognouit eam.* Cognouit autem Iudas & dixit: Iustior illa quam ego, quod non dedi eam filio meo Sela. In Hebræo habet, *iustificata est ex me*, non quia iusta

B fuerit: sed quo comparatione illius, minus male fecerit: nequaquam vaga ad turpitudinem, sed liberos requirendo. *Instante autem partu, apparuerunt gemini in vtero eius, atque in ipsa effusione infantum, vnus protulit manum: in qua obstetrix ligauit coccinum dicens: Iste egredietur prior. Illo vero retrahente manũ, egressus est alter. Dixitque mulier: Quare diuisa est propter te maceria? & ob hanc causam vocauit nomen eius Phares.* Pro maceria diuisionem Aquila & Symmachus transtulerunt: quod Hebraice dicitur, Phares. Ab eo igitur quod diuiserit membranulam secundarum, diuisionis nomen accepit. Vnde Pharisæi qui se quasi iustos à populo separauerant, diuisi appellabantur. *Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellauit Zara.* Hoc nomen interpretatur *oriens*. Siue igitur quia primus apparuit, siue quod plurimi ex eo iusti sunt, vt in libro Paralipomenon continetur, Zara, id est, oriens appellatus est. Iam nunc factum Iudæ secundum allegoriam quid significauerit futurorũ, consideremus. In Thamar ergo nuru Iudæ, intelligitur plebs Iudæa: cui de tribu Iuda reges, tanquam mariti debeantur. Merito nomen eius amaritudo interpretatur.

C Ipsa enim Domino fellis poculum dedit. Duo autem genera principum qui non recte operabantur in plebe, vnum eorum qui oberant, alterum eorum qui nihil proderant, significabantur in duobus filijs Iudæ. Quorum vnus eorum erat malignus vel reus ante Deum: alter in terram fundebat, ne semen daret ad fœcũdandam Thamar. Nec sunt amplius quam duo genera hominum inutilia generi humano: vnum nocentium alterum præstare nolentium: & si quid boni habent in hac terrena vita perdentium, tãquam in terra fundentium, & quia in malo prior est, ille qui nocet, quam ille qui non prodest, ideo maior dicitur malignus ille, & sequẽs qui fundebat in terram. Nomenque maioris qui vocatur Her, interpretatur pelliceus: qualibus tunicis induti sunt primi homines, in pœna damnationis suæ, emissi ex Paradiso. Sequentis autem nomen qui vocatur Onan, interpretatur mœror eorũ. Quorum nisi quibus nihil prodest, cum habeat vnde prodesse posset, atque id perdat in terra? Maius porro malum est ab-

D latæ vitæ quod significat pellis, quam non adiutæ quod significat mœror eorum. Deus tamẽ ambos occidisse dictus est, vbi figuratum regnum talibus hominibus abstulisse. Tertius vero filius Iudæ, quod illi mulieri non iungitur, significat tempus, ex quo reges plebi Iudæorum cœperunt de tribu Iudæ non fieri: & ideo erat quidem filius Iudæ: sed eum Thamar maritum non acceperat: quia eadem erat tribus Iuda: sed iam in populo Iudæ nemo regnabat. Vnde & nomen eius, id est, Sela interpretatur diuisio eius. Non pertinent sane ad hanc significationem viri sancti & iusti: qui licet illo tempore fuerint, ad nouũ tamen pertinent testamentum: qui prophetando scienter vtiles fuerunt qualis Dauid fuit. Eo sane tempore quo iã Iudæa cœperat, reges ex tribu Iuda non habere, non est computandus Herodes maior in regibus eius, tanquam maritus Thamar: Erat enim alienigena. Nec ei sacramento illo mysticæ vnctionis tanquam coniugali fœdere cohærebat, sed tãquam extraneus dominabatur: quam potestatem à Romanis, & à Cæsare acceperat. Sic & eius filij tetrarchæ, quorum erat vnus Herodes patris nomine

E appellatus. Qui cum Pilato in passione Domini concordauit. Isti ergo alienigenæ, vsque adeo non deputabãtur in regno illo mystico Iudæorũ, vt ipsi Iudæi publice clamarent frendentes aduersus Christum: *Non habemus regem nisi Cæsarem*, neque hoc verum nisi illa vniuersali domina- Matt. 27.
tione. Romanorum quippe etiam Cæsar rex erat nõ proprie Iudæorum: sed vt Christum negarent, & hunc adhuc adorarent, ideo se tali voce damnauerunt. Illo enim tempore quo iam de tribu Iuda regnum defecerat, veniendũ erat Christo vero saluatori Domino nostro, qui non obesset multumque prodesset. Huic enim fuerat prophera-
tum: *Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium.* Iam Gen. 49.
isto tempore omne quoque magisteriũ Iudæorum, & mystica vnde Christi vocabantur vnctio ipsa defecerat, secundum prophetiam Danielis. Tunc enim venit, cui repositum erat, expectatio gentium: *& vnctus est sanctus sanctorũ oleo exultationis præ participibus suis.* Natus est enim He- Psal. 44.
rodis maioris tempore, passus est autem Herodis mino-

F ris tetrarchæ. Iamus itaque venientis ad oues quæ peritant domus Israel, figuram gessit ipse Iudas, cum iret ad tondendas oues suas in Thamna, quod interpretatur deficiens: Iam enim defecerat principes ex Iuda, & omne magisterium atque vnctio Iudæorum: donec veniret cui repositum erat. Venit autem cum pastore suo Odollamite, cui nomen erat Hiras, & interpretatur Odollamites, *testimonium in aqua.* Cum hoc plane testimonio Dominus venit, habens quidem testimonium maius Ioanne sed tamẽ propter oues infirmas, hoc testimonio est vsus in aqua. Nam & ipse Hiras, quod nomen illius pastoris fuit, interpretatur *fratris mei visio.* Vidit omnino fratrem suum Ioãnes, fratrem secundum semen Abrahæ, secundum cognationem matris Mariæ eius, & Elisabeth matris suæ: eundem pue Dominum & Deum suum: quia sicut ipse ait, *ex plenitudine eius accepit.* Vidit omnino, & ideo *inter natos mulierũ* Iohan. 1.
maior illo non surrexit: quia ex omnibus prænuntiantibus, Christum ipse vidit: quod *multi iusti & prophetæ cupierunt vi-* Matt. 13.
dere & non viderunt: salutauit ex vtero, agnouit perfectius

G ex columba: & ideo tanquam Odollamites vere testimonium perhibuit in aqua. Venit autem Dominus ad oues tondendas, hoc est exonerandas sarcinis peccatorum: ex quibus in ecclesiæ laude in Canticis canticorum, *dentes essent velut grex tonsarum*. Iam deinde Thamar habitũ mu- Cant. 4.
tat nam & commutans interpretatur. Thamar mutat habitum, mutat & nomen, & fit de synagoga ecclesia: sed in ea prorsus nomen amaritudinis maneat non illius amaritudinis in qua Domino fel ministrauit, sed illius in qua Petrus amare fleuit. Nam & Iuda Latine, confessio est. Cõfessioni ergo amaritudo misceatur, vt vera pœnitẽtia prçsignetur. Hac pœnitentia fœcundatur ecclesia in omnibus gentibus constituta. Oportebat enim Christum pati, & resurgere à mortuis die tertia: & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem. Nam & ipse habitus meretricis, confessio peccatorum. Typum quippe eccle-

H siæ gerit Thamar ex gentibus euocatæ, sedens cum hoc habitu ad portam Ena vel Enahim, quod interpretatur
fons. Currit enim *velut ceruus ad fontes aquarum*. peruenit- Psal. 41.
te ad semen Abrahæ: illo enim non cognoscente foetatur: quia de illo prædictum est: *Populus quem non cognoui seruiuit* Psal. 17.
mihi. Accepit in occulto anulum & monile & virgam, vocatione signatur, iustificatione decoratur, glorificatione exaltatur. *Quos enim prædestinauit, illos & vocauit: quos autem* Rom. 8.
vocauit illos & iustificauit: & quos iustificauit, illos & glorificauit. Sed hæc vt dixi in occulto, vbi fit & conceptio sanctæ vbertatis. Mittitur autem promissus hœdus tanquam meretrici. Hœdus, exprobratio peccati per eundem Odollamitem tanquam increpantem & dicentem: *Generatio vipe-* Matt. 3.
rarum, sed non eam inuenit peccati exprobratio, quam mutauit confessionis amaritudo. Post vero iam publicis signis anuli & monilis & virgæ, vicit temere iudaizantes Iudæos. quorum iam personam Iudas ipse gestabat: qui hodie dicunt, non hunc populum esse Christi, nec habere nos semen Abrahæ: sed prolatis certissimis documentis nostræ vocationis iustificationisque & glorificationis, eru-

bescunt

A bescunt sine dubio & confunduntur: & nos magis quam se iustificatos esse fatebuntur. Pignora enim refert habere se cum ecclesia. Accusatur enim a Iudæis quasi adultera ratrix legis: sed ostendit virgam, signum passionis, & monile, legis legitima: & anulum, pignus immortalitatis. Quod autem scriptura inducit parientē Thamar, & duos in vtero geminos habentem, quorum primus scilicet qui dicitur Zara, misit manum suam, & obstetrix ligauit coccinum, & de huic illo manum retrahente intrinsecus, posterior quia Phares vocatur, porrexit manum, & nascendo præcessit, figuraliter congruit, quod extenderet Israel in legis opera manum suam: & eam prophetarum, & ipsius Saluatoris pollutam cruore contraxerit. postea vero protuperit populus gentium scilicet, vt futuri essent nouissimi, qui erant primi & primi futuri essent, qui erant nouissimi. E

ENARRATIONVM IN GENESIM LIBRI TERTII PER Hrabanum Maurum, finis.

HRABANI MAVRI, MOGVNTINENSIS ARCHIEPISCOPI, ENARRATIONVM IN GENESIM,

B F

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

De descensione Ioseph in Aegyptum: & de libidine dominæ ipsius, quæ cum eo concumbere voluit.

Gen. 39. IGITVR Ioseph ductus est in Aegyptum. *Emitq; eum Putiphar eunuchus Pharaonis princeps exercitum, vir Aegyptius de manu Ismahelitarum, a quibus perductus erat. Et possedit eum Putiphar spado Pharaonis.* Ad ordinem redit scriptura vnde recesserat: vt illa narraret, quæ supra digesta sunt. Igitur Ioseph descendit in

August. C Aegyptum: & Christus in mundum. Emitq; eum eunuchus, id est, castus in disciplinis euangelicis populus. *Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens, habitabatq; in domo Domini sui, qui optime nouerat esse Dominum cum eo: & omnia quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Inuenitque Ioseph gratiam coram Domino suo, & ministrabat ei: a quo præpositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum, & vniuersa quæ tradita fuerant. Benedixitque Dominus domui Aegyptij propter Ioseph: & multiplicauit tam in ædibus, quam in agris cunctam eius substantiam: nec quicquam aliud nouerat nisi panem quo vescebatur.* Sæpe nonnulli humana sapientia inflati, dum desiderijs suis diuina

Gregor. iudicia contraire conspiciunt, astutis eius reluctari machinationibus conantur: & quo ad votum suum vim supernæ dispositionis intorqueant, callidis cogitationibus insistunt, subtiliora consilia exquirunt. Sed inde voluntatem Dei peragunt, vnde hanc immutare contendunt: atque omnipotentis Dei consilio dum resistere nituntur, obsequuntur: quia sæpe & hoc eius dispositioni apte militat, quod ei per humanum studium friuole resultat sicut

D scriptum est: *Qui comprehendit sapientes in astutia eorum.* In astutia namque sua sapientes comprehendit, quando eius

Iob 5. consilijs humana facta etiam tunc congrue seruiunt cum resistunt. Vnde & per Psalmistam dicitur: *Nouit Dominus*

Psal. 93. *cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* Quod melius ostendimus, si pauca ad medium gestarum rerum exempla proferamus. Ioseph somnium viderat, quod ad suum manipulum, fratrum eius se manipuli prosternebant. Somnium viderat, quod sol ac luna se cum reliquis stellis adorabant. Quæ quia pie fratribus retulit, eorum corda protinus, futuræ dominationis inuidia pauorq; percussit. Cumq; ad se hunc venire conspicerent, malitia se vertentes dixerunt.

Supra. *Ecce somniator venit: Venite occidamus eum, & videamus, quid illi prosint somnia sua.* Cumq; se subijci eius dominio metuunt, somniatorem in puteum deponunt: eumque Ismahelitis transeuntibus vendunt. Qui in Aegyptum ductus, seruituti subditus, luxuriæ accusatione damnatus, castitatis merito adiutus, prophetiæ iudicio ereptus, omni Aegypto prælatus est. Per supernam vero sapientiam prouidus frumenta congessit: & futuro periculo necessitatis obuiauit. Cumq; in orbem fames inhorruit, de alimentorum præparatione sollicitus, Iacob filios in Aegyptum misit: qui frumentorum dispensationi præpositum Ioseph nescientes inueniunt: atque vt mererentur alimenta percipere, eorum dispensatorem compulsi sunt pronis in terram ceruicibus adorare. Pensemus igitur gestæ rei ordinem: pensemus quomodo cogitationes hominum in ipsa sua prouisione, vis diuina comprehendat. Ideo ab eis Ioseph venditus fuerat, ne adoraretur, sed ideo est adoratus, quia venditus. Astute namq; aliquid agere ausi sunt, vt Dei consilium mutaretur, sed diuino iudicio quod declinare conati sunt, renitendo seruierunt. Inde quippe coacti sunt Dei voluntatem peragere, vnde hanc moliti sunt G astute commutare. Sic diuinum consilium dum deuitatur completur, sic humana sapientia dum reluctatur, comprehenditur. Timuerunt fratres ne Ioseph super eos excresceret: sed hoc quod diuinitus expositum fuerat, cauendo actum est, vt veniret. Humana ergo sapientia in seipsa comprehensa est, quæ voluntati Dei vnde per intentionem restitit, inde eius impletione militauit. Iustus namque & misericors Deus mortalium acta disponens, alia concedit propitius, alia permittit iratus: atque ea quæ permittit sic tolerat, vt ea in sui consilij vsum vertat. Vnde miro modo fit, vt & quod sine voluntate Dei agitur, voluntati Dei contrarium non sit: quia dum in bonum vsum male facta vertuntur, eius consilio militant etiam, quæ eius consilio repugnant. Hinc per Psalmistam dicitur: *Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius.* Sic quippe eius opera Psal. 110. magna sunt, vt per omne quod agitur ab hominibus, eius voluntas exquiratur. Nam sæpe inde perficitur, vnde repelli putatur. Hinc rursum dicit: *Omnia quæcunq; voluit Dominus, fecit in cælo & in terra.* Hinc Salomon ait: *Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Deum.* Restat ergo Psal. 134. H Prou. 21. in cunctis quæ agimus, vim supernæ voluntatis inquiramus. Cui videlicet cognitæ, debet nostra actio deuote famulari: & quasi ducem sui itineris persequi, ne etiam ei & nolens seruiat, si hanc superbiens declinat. Vitari enim vis superni consilij nequaquam potest, sed magna sibi hanc virtute temperat, qui se sub eius nutibus refrenat: eiusq; sibi pondera leuigat, qui hæc ex subiecto cordis humero volens portat. *Erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu. Post multos itaq; dies, iecit domina oculos suos in Ioseph & ait: Dormi mecum. Qui nequaquam adquiescens operi nefario, dixit ad eam: Ecce dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua: nec quicquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te quæ vxor eius es. Quomodo ergo possum malum hoc facere, & peccare in Deum meum? Huiuscemodi verbis per singulos dies, & mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum.* Quisquis mundi huius successibus eleuatus, lenocinante cordis lætitia tentari se luxuriæ stimulis sentit,

A Ioseph factum ad memoriam reuocet: & in arce se castitatis statuit, qui dum sibi à domina conspiceret pudicitiæ damna suaderi, ait: *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua: nec quicquam est quod non sit in mea potestate, vel non tradiderit mihi, præter te: quæ vxor eius es.* Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum? Quibus verbis ostēditur, qui bona quæ assecutus fuerat, repente memoriæ intulit, & malū quod se pulsabat euicit, & quia perceptæ gratiæ meminit, vim culpę imminentis fregit. Cum enim voluptas lubrica tētat in prosperis, hęc ipsa sunt prospera aculeo tentationis opponenda: vt eo erubescamus praua cōmittere, quo nos à Deo meminerimus gratuita bona percepisse: & illatā gratiam exteriorum munerum, vertamus in arma virtutū: vt sint ante oculos quæ percepimus quæq; nos illiciūt, subigamus. Quia enim voluptas ipsa ex prosperitate nascitur, eiusdē prosperitatis est cōsideratio tenēda: quatenus hostis noster vnde oritur, inde moriatur. *Accidit autem, vt quadam die intraret Ioseph domum, & opera quippiam absq; arbitris faceret. At illa apprehensa lacinia vestis eius, diceret, Dormi mecū. Qui relicto in manu illius pallio, fugit: & egressus est foras.* Dū mulier adultera Ioseph male vti voluisset, relicto pallio fugit foras: quia dum synagoga dominum purum hominem credēs, quasi adulterino cōplexu constringere voluit: ipse tegmen literæ eius oculis reliquit: & ad cognoscendam suæ diuinitatis potentiam, conspicuum se gentibus præbuit. Vnde & Paulus dicit: *Vsq; hodie dum legitur Moyses, velamen est super oculos cordis eorum.* Quæ videlicet adultera mulier apud semetipsam pallium retinuit: & quem male tenebat, nudū amisit. Qui ergo à synagoga veniens, fidei gentiū conspicuus apparuit, secundum sententiam beati Iob, ex vtero matris nudus exiuit. *Cumq; vidisset mulier vestem in manibus suis, & se esse contemptam, vocauit homines domus suæ, & ait ad eos: En introduxit virum Hebræum vt illuderet nobis. Ingressus est ad me, vt coiret mecum. Cumq; ego succlamassem, & audisset vocem meā, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. In argumentum ergo fidei, retentum pallium ostendit marito reuertenti domum, & ait: Ingressus est ad me seruus Hebræus, quem adduxisti, vt illuderet mihi. Cumq; vidisset me clamare, reliquit palliū & fugit foras. His auditis dominus, & nimium credulus verbis coniugis, iratus est valdè: tradiditq; Ioseph in carcerē, vbi vincti regis custodiebantur,* &c. Erat autē Ioseph pulchra facie & decorus aspectu. Ita & de Christo Dauid ait: *Speciosus forma præ filiis hominū: diffusa est gratia in labiis tuis.* Sed mulier inquit in eū oculos iniecit, vt adulterū cum illa perpetraret. Illa mulier synagogæ erat figura vt supradiximus: quæ sæpe sicut scriptum est, mœchata est post deos alienos. Similiter volebat & Christū in adulterij sui scelere inuenire: vt negaret se esse Deum, & Pharisæorum magis & scribarum, quam legis præcepta seruaret, quæ illi veritati mandauerant. Christus autem non adquiescens illicitæ doctrinæ adulterio adulterinæ synagogæ manu veste corporis apprehensus, carne se exuit, & liber mortis, in cœlum ascendit. Calumniata est meretrix, vbi eum tenere non potuit viuens: Eo quod templū Domini blasphemaret, & legis decreta esse transgressor, & illum non carcer terruit, non inferna tenuerunt: cum etiā D velut vbi puniendus descenderat, inde alios liberauit.

(Margin: Greg. — Greg. — 2.Cor.3. — Iob 1. — Psal 44 — Isidorus)

C A P V T II.

De duobus eunuchis Pharaonis peccantibus, quibus Ioseph in carcere positus, somnium eorum interpretatus est.

(Genes. 40) *His itaq; gestis, accidit vt peccarent duo eunuchi pincerna regis Ægypti & pistor domino suo. Iratusq; Pharao contra eos (nam alter pincernis præerat, alter pistoribus) misit eos in carcerē principis militum, in quo erat vinctus & Ioseph. At custos carceris tradidit eos Ioseph, qui & ministrabat eis.* In Hebræo scriptū habet maske משקה id verbum, quod in nomine serui Abraam dudum legimus: quē nos possumus more vulgi vocare pincernam. Nec vile putetur officium, cum apud reges barbaros vsq; hodie maximæ dignitatis sit regi poculū porrexisse. Poetæ quoque de Catamitho & Ioue scriptitant, qui ganimedem vnū huic officio mancipant. *Narrauit prior pœpositus pincernarum somnium: Videbam coram me vitem in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas: & post flores, vuas maturescere: calicemq; Pharaonis in manu mea. Tuli ergo vuas & expressi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni. Et ecce, inquit, vitis in conspectu meo: & in vite tres fundi. & ipsa germinauit tres fundos.* Tria flagella, & tres ramos siue propagines, Hebræo sermone significat: quæ ab illis vocantur sarigim שריגים. *Videns autem pistorum magister, quod prudenter somnium dissolisset, ait: Et ego vidi somniū, quod haberem tria canistra farinæ super caput meum, & in vno canistro quod erat excelsius, portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria: auesq; comedere ex eo.* Vbi hic in Latinis voluminibus tria canistra farinæ scripta inueniuntur, Græci habent χονδριτῶν, quod interpretantur, qui vsum eiusdem linguæ habent, panes esse cibarios. Sed illud monet, quomodo panem cibarium potuerit Pharao habere in cibis. Dicit enim in superiore canistro fuisse omnia, ex quibus edebat Pharao, opere pistorum. Sed intelligendum est, etiam ipsum canistrum habuisse panes cibarios: quia dictum erat, tria canistra χονδριτῶν: & desuper fuisse illa ex omni genere operis pistoris, in eodem canistro superiore. *Exinde dies tertius natalicius Pharaonis erat, qui faciens grande conuiuium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum, & pistorum principis. restituitque alterum in locum suum, vt porrigeret regi poculum: alterum vero suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur.* Duo eunuchi quos de domo regis in carcerem vinctos Ioseph inuenit, duorum populorum credentium vel incredulorum mysticę figuram tenent. Qui ideo dicuntur eunuchi, quia castam acceperunt regulam disciplinæ. Erigite, inquit, Domini, capita. Denique, postquam lucem Domino ab inferis resurgente, & legis obscura vt Ioseph somnia, reuelante, solutus est à peccatis credentium populus: & de inferni carcere liberatus, redditur in ministerium diuinæ legis. Incredulus autem & impius populus Iudæorum, quia in saluationis lignum non credidit, transgressionis ligno suspenditur: vt illi alteri contigit eunucho, qui Iudæorum imaginem indicauit.

(Margin: E — August. — F — Isidorus. — Psal. 23.)

C A P V T III.

De somniis Pharaonis, & interpretatione Ioseph.

(G — Genes. 41.) *Post duos annos vidit Pharao somnium. Putabat se stare super fluuium, de quo ascendebant septem boues pulchræ, & crassæ nimis. & pascebantur in locis palustribus: aliæ quoque septem emergebant de flumine, fœdæ, confectaq; macie: & pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virentibus. Deuorauerunt eas, quarum mira species, & habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao, rursum dormiuit: & vidit alterum somnium. Septem spicæ pullulabant in culmo vno, plenæ atque formosæ. aliæ quoque totidem spicæ tenues, & percussæ vredine oriebantur: deuorantes omnem priorum pulchritudinem. Euigilans post quietem, & facto mane, pauore perterritus, misit ad coniectores Ægypti, cunctosq; sapientes: & accersitis narrauit somnium, nec erat qui interpretaretur.* Quod putabat se stare Pharao super flumen, quemadmodum seruus Abrahę dixit, *Ecce ego sto super fontem aquæ*, hæc locutio sic intelligatur in Psalmo vbi scriptum est, *Qui fundauit terram super aquam*, non coguntur homines putare sicut nauem, natare terram super aquam. Secundum hanc enim locutionem recte intelligitur, quod altior sit terra quam aqua. Altius quippe ab aquis sustollitur, vbi habitant terrena animalia. Præterea narrat Pharao somniū, interpretatus est Ioseph. Sed quid significant septem anni, qui in septem spicis plenis, seu qui in septem vaccis pinguibus ostendebantur, nisi septem charismatum spiritualium dona: quibus vbertas fidei larga pietate redundat? At contra sæpe steriles & teboues famem veritatis & iustitiæ nouissimis temporibus significabant.

(Margin: August. — Genes. 24 — Psal. 23. — H — Isidorus.)

A

Capvt IV.

De eo quod Ioseph princeps Aegypti à Pharaone constituitur.

Dixit quoque rursum Pharao ad Ioseph: *Ecce constitui te super vniuersam terram Aegypti. Tulitque annulum de manu sua, & dedit in manu eius: vestiuitque eum stola byssina: & collo torquem auream circumposuit, fecitque ascendere super currum suum secundum, clamante praecone & dicente, vt omnes coram eo genu flecterent, & praepositum esse scirent vniuersae terrae Aegypti.* Pro quo Aquila transtulit: *Et clamauit in conspectu eius ad geniculationem.* Symmachus ipsum Hebraicum sermonem interpretans ait: *Et clamauit ad eum abrech.* Vnde mihi videtur, non tam praeco siue adgeniculatio, quae in salutando vel adorando Ioseph accipi potest intelligenda, quam illud, quod Hebraei tradunt, dicentes patrem tenerum ex hoc sermone translatum. Ab אב, quippe dicitur pater: rech רך delicatus siue tenerrimus: significante scriptura, quod iuxta prudentiam quidem pater omnium fuit: sed iuxta aetatem tenerrimus adolescens & puer. Ecce Ioseph qui typum induerat Christi, currum meruit, & praeconantur ante eum: & constituit illum Pharao super vniuersam terram Aegypti: & Dominus noster postquam est distractus à Iuda, vt Ioseph à fratribus, & de infernorum carcere resurrexit, ascendit currum

B

Isidorus. regni coelestis, de quo scriptum est: *Currus Dei decem millium,* Psal. 67. & accepit potestatem à patre praedicandi, sicut Paulus Apostolus ait: *Et dedit ei nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, coelestium, terrestrium & infernorum.* Phil. 2. Accepit quoque & annulum, pontificatum scilicet fidei quo credentium animae salutis signo signantur frontibus, nostrisque cordibus, per signum crucis figura regis aeterni exprimitur. Induitque stolam byssinam, id est, carnem sanctam bysso candidiorem: & stolam immortalitatis. Accepit quoque torquem auream, id est, intellectum bonum. Praeco ante eum praecedit, id est, aut Ioannes Baptista, qui iter eius praecedens praeconabatur dicens: *Parate viam Domino.* Matt. 3. Habebit & alium praeconem tubam angeli: quia ipse dixit. *Veniet in tuba angeli. Dixit quoque rex ad Ioseph: Ego sum Pharao: Absque tuo imperio non mouebit quisquam manum vel pedem in omni terra Aegypti. Vertitque nomen illius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca, Saluatorem mundi.* Isidorus. Quid manifestius de Christo, quando sub figura Ioseph saluator ostenditur: non tantum vnius terrae Aegypti, sed etiam totius mundi? Hieron. Licet hoc nomen absconditorum repertorem Hebraice sonet, tamen quia ab Aegyptio ponitur, ipsius linguae debet habere rationem. Interpretatur enim sermone Aegyptio, saphanath phaanecha siue vt Septuaginta transferre voluerunt, ψομθομφανήχ, saluator mundi: eo quod orbem terrae ab imminente famis excidio liberauit. *Dedit quoque illi vxorem Asenech filiam Putiphare sacerdotis Heliopoleos.* Notandum autem, quod domini quondam & emptoris sui filiam vxorem acceperit: qui ad illud tempus pontifex Heliopoleos erat. Neque enim sas absque eunuchis idoli illius esse antistites: vt vera illa Hebraeorum super eo quod ante iam

D

diximus, suspicio comprobetur. Accepit ergo Christus ex gentibus vxorem, id est, ecclesiam, ex qua genuit duos filios, id est, duos populos ex Iudaeis, & ex gentibus congregatos. *Triginta autem erat annorum, quando stetit in conspectu regis Pharaonis.* Triginta, inquit, annorum erat Ioseph, quando in conspectu regis Pharaonis stetit: totidemque annis fuisse legitur Christus, quando sub typo Pharaonis, in conspectu mundi apparuit reuelatus.

Capvt V.

De eo quod Ioseph tempore fertilitatis congregauit triticum in horrea, ad sedandam famem futuri temporis.

Gen. 41. *Circuiuit Ioseph omnes regiones Aegypti: venitque fertilitas septem annorum: & in manipulos redactae segetes, congregatae sunt in horrea Aegypti. Omnis etiam frugum abundantia, in singulis vrbibus condita est. Tantaque fuit multitudo tritici, vt arenae maris coaequaretur: & copia mensuram excederet.* Et congregauit triticum, sicut arenam maris multam valde: quod non potuit numerari, non enim erat numerus. Pro eo quod dictum est, non erat numerus, quod nomen numeri minus vsitati, excederet illa copia: & quomodo appellaretur, non inueniebatur. Nam vnde fieri potest, vt quamlibet magnae, finitae tamen multitudinis numerus non sit quamuis hoc potuerit etiam secundum hyperbolen dici. Congregauit autem Ioseph per septem annos omnem frugum abundantiam, id est, frumenta fidei, sanctorum horreis condens, per illa scilicet charismata VII. quasi per septem annos: vt cum VII. inopiae anni coeperunt, id est, cum iniquitas illa occurrerit VII. capitalium criminum sub Antichristo, quando fames fidei fuerit & salutis, tunc sancti pariter, & fideles habeant copiosam iustitiae frugem. ne fides eorum inopia sermonis attenuata, deficiat. Isidorus. *Nati sunt autem Ioseph filii duo, antequam veniret fames, quos ei peperit Asenath filia Putiphare sacerdotis Heliopoleos. Vocauitque nomen primogeniti, Manasses dicens: Obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei. Nomen quoque secundi appellauit Ephraim dicens: Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meae.* Quaestionem quae post paululum de Ioseph proponenda est quod ante famis tempus, quam Iacob intrauit in Aegyptum, duos tantum Ioseph filios habuerit, Manassen & Ephraim, Manassen vocans, ab eo quod sit oblitus laborum suorum, ita enim Hebraice vocatur obliuio, Ephraim vero, eo quod auxerit eum Deus, & ex hoc enim vocabulo, in linguam transfertur augmentum. *Igitur transactis septem annis vbertatis, qui fuerunt in Aegypto, coeperunt venire septem anni inopiae, quos praedixerat Ioseph. & in vniuerso orbe fames praualuit. In cuncta autem terra Aegypti erat fames. Qua esuriente, clamauit populus ad Pharaonem alimenta petens. Quibus ille respondit: Ite ad Ioseph, & quicquid vobis dixerit, facite. Crescebat autem fames quotidie in omni terra. Aperuitque Ioseph vniuersa horrea, & vendebat Aegyptiis. Nam & illos oppresserat fames. Omnesque prouinciae veniebant in Aegyptum, vt emerent escas, & malum inopiae temperarent.* Ioseph à penuria frumenti saluat Aegyptum & Christus fame verbi Dei, liberat mundum. Aperuit enim horrea sua Christus in omni orbe terrarum: & erogatione frumenti sui, omnia subiugauit. Nisi enim Ioseph fratres vendidissent, defecerat Aegyptus, nisi Christum Iudaei crucifixissent, perierat mundus. Ioseph igitur interpretatur augmentatio siue ampliatio. Sed in illo Ioseph ampliationem non habuit, nisi sola Aegyptus, in nostro vero Ioseph, augmentum habere meruit vniuersus mundus. Ille erogauit triticum: noster erogauit Dei verbum. *In omnem enim terram exiuit sonus eorum.* Psal. 18.

Isidorus. G

Capvt VI.

De eo quod Iacob tempore famis misit filios suos in Aegyptum ad emendum triticum. quibus agnitis Ioseph exploratores eos appellauit: sed tamen cum frumento & pretio eos domum remisit.

H

Gen. 42. *Audiens Iacob, quod alimenta venderentur in Aegypto, dixit filiis suis. Quare negligitis? audiui quod triticum vendatur in Aegypto. Descendite & emite nobis necessaria, vt possimus viuere & non consumamur inopia.* Dixit Iacob filiis suis: Est frumentum in Aegypto: Dicit Deus & pater. *Ex Aegypto vocaui filium meum.* Isidorus. Oseae 11. Descendunt igitur decem prouectiores, id est, Iudaei quasi decalogo legis in numero consummati, quos ipse cognoscens, non est agnitus ab eis. Cognoscuntur & Hebraei à Christo. ipsi autem non cognoscunt eum. *Descenderunt igitur fratres Ioseph decem vt emerent frumenta in Aegypto, Beniamin domi retento ab Iacob, qui dixerat fratribus eius: Ne forte in itinere quicquam patiatur mali. Ingressi sunt terram Aegypti cum aliis qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan: & Ioseph, princeps Aegypti, atque ad illius nutum frumenta populis vendebantur. Cumque adorassent eum fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur. interrogans, Vnde venistis? Qui responderunt: De terra Chanaan, vt emamus victui necessaria. Et tamen fratres ipse cognoscens, non est agnitus ab eis. Recordatusque somniorum, quae aliquando viderat, ait: Exploratores*

A *ploratores estis, vt videatis infirmiora terræ venistis.* Et memoratus Ioseph somniorum suorum quæ vidit ipse, adorauerant enim eum fratres sui, sed aliquid in illis somnijs excelsius inquirendum est. Non enim potest eo modo de patre eius ac matre cõpleri, quæ iam mortua fuerat, quod de sole & luna cum vidisset à patre increpante audierat, qui viuebat. Adorant fratres Ioseph ipsum: & Christum omnis cœtus sanctorum adorat, & diuino cultu honorat. In solis autem nomine perfectio sanctorũ designatur: & lunæ similitudine, ecclesiæ exprimitur decus. Omnes ergo tam seniores quam iuniores, tam perfecti quã adhuc minus perfecti in ecclesia, Christum Dominum adorare delectant: de quo Psalmista ait. *Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes seruient ei. Qui dixerunt: Non est ita Domine: sed serui tui venerunt vt emerent cibos. Omnes filij vnius viri sumus. Pacifice venimus nec quicquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille respondit: Aliter est, immunita terræ huius considerare venistis. Et illi: Decem inquiunt serui tui fratres sumus filij viri vnius in terra Chanaan. Minimus cum patre nostro est. Alius non est super. Hoc est ait quod locutus sum: Exploratores estis. Iam nunc experimentum vestri capiam: per salutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus,* &c. Quid est quod Ioseph vir tam sapiens, atque ita non solum inter homines, sed ipsa scriptura etiam teste laudatus, ita iurat per salutem Pharaonis, non exituros de Aegypto fratres suos, nisi frater eorũ iunior veniret? An etiam bono & fideli viro erat Pharaonis salus, cui fidem sicut primitus domino suo seruabat in omnibus? Quanto magis enim ipsi qui eum in tanto honore locauerat, fidem seruabat qui eum seruum emptitiũ possidebat? Quod si non curabat Pharaonis salutem, nũquid & periurium pro cuiuslibet hominis salute vitare nõ debuit? An non est periurium? Tenuit enim vnum eorũ, donec veniret Beniamin, & verum factum est quod dixerat, non exibitis hinc, donec veniat frater vester. Ad omnes enim potuit pertinere quod dictum est. Nam quomodo & ille venturus esset, nisi ad eum adducendum aliqui recederent? Sed quod sequitur magis vrget quæstionem, vbi iterum iurauit dicens. *Mittite ex vobis vnũ & adducat fratrem vestrum. vos autem vinciemini, quousque manifesta fiant verba vestra, si vera dicatis an non. Sin autem, per salutem Pharaonis exploratores estis*, id est, si non vera dicitis, exploratores estis, huic sententiæ interposuit iurationem: quia si vera non dixissent, exploratores essent, ideo exploratorũ pœna digni essent. Quos tamen vera dicere sciebat, neque enim periurus est quisque, si ei quem castissimum nouit dicat: Si hoc adulterium de quo argueris commisisti, dãnat te Deus, & his verbis adhibuit iurationem, verum omnino iurat. Nõ enim est conditio, quia dixit, si fecisti: quem tamen non fecisse certum habet. Sed ait aliquis: Verum est, quia si fecit adulterium, damnat illum Deus. Hoc autem quomodo verum est, si non verum dicitis, exploratores estis, cum etiam si mentiantur, non sunt exploratores? Sed hoc est quod dixit, ita dictum esse, exploratores estis, tanquam si dictum esset, exploratorum pœna digni estis: hoc est exploratores deputamini merito mẽdacij vestri. Estis autem potuisse dici pro habemini & deputabimini, innumeræ similes locutiones docent. Vnde est illa Heliæ: *Quicunque exaudierit in igne, ipse est Deus.* Non enim tunc erit, sed tunc habebitur. *Et locuti sunt ad inuicem: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ eius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus. Idcirco venit super nos ista tribulatio. E quibus vnus Ruben ait: Nunquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non audistis me? En, sanguis eius exquiritur. Nesciebant autem quod intelligeret Ioseph, eo quod per interpretem loquebatur ad eos.* Quid est quod cum intra se pœnitentes filij Israel loquerentur de fratre suo Ioseph, quod cum illo male egerint, & hoc eis diuino iudicio retribueretur, quod se periclitari videbant, adiungit scriptura & dicit: Ipsi ignorabant quia audiebat Ioseph. Interpres enim inter illos erat. Hoc scilicet intelligendũ est ideo eos putasse, quia ille non audiret, quod videbant interpretem, qui inter illos erat, nihil ei dicere eorũ, quæ loquebantur. Nec ob aliud adhibitũ putabant interpretem, nisi quod eorum linguam ille nesciret: nec cura erat interpretis ea dicere illi, a quo positus fuerat: quæ non ad

Margin, left column: A, August. (beside A); August. (beside B); B; August. (beside "sapiens"); C; D; 3. Reg. 18. (beside "Heliæ"); August. (beside "cum intra se").

illum, sed inter se loquebantur. *Et rursum locutus est ad illos. Tollensque Simeonem, & ligãs illis præsentibus, iussit ministris, vt implerent saccos eorum tritico, & reponerent pecunias singulorũ in sacculis suis, datis supra cibarijs in via. Qui fecerunt ita. At illi portãtes frumenta in asinis, profecti sunt.* Quid autem significat, quod fratres Ioseph dederunt pecuniam in emptionem frumẽti, sed eam ipsi accepto frumento quod mercantur, iterũ pecuniã suam receperunt nisi quod Ioseph noster non quærit nostra sed nos? Gratis enim dat sua munera: & in nostra emptione nos ditiores fecit, quia nõ pecunia emitur Christus, sed gratia. *Veneruntque ad Iacob patrem suum in terra Chanaan, & narrauerunt ei omnia quæ accidissent sibi dicentes: Locutus est nobis Dominus terræ dure, & putauit nos exploratores prouinciæ*, &c. Quæritur, cur Ioseph vir mitissimus & sanctissimus, fratres suos taliter affligere voluerit in protelatione agnitionis suæ, cum cito potuisset eis subuenire innotescendo suam personam. Sed hoc non vltionis causa fecit, vt vindicaret malum quod sibi factum fuerat, sed ob experientiam animi eorum, vt cognosceret vtrum eodẽ stimulo fratrem suum vterinum persequerentur, sicut ipsum in exteras prouincias vendiderunt. *Dixit pater Iacob: Absque liberis me esse fecistis. Ioseph non est super, Simeon tenetur in vinculis, & Beniamin auferetis. In me hæc mala omnia reciderunt. Cui respondit Ruben: Duos filios meos interfice, si non reduxero illum. Trade illum in manu mea & ego tibi eũ restituam. At ille. Non descendet filius meus vobiscum. Frater eius mortuus est: ipse solus remansit. Si quid ei aduersi acciderit in terra ad quã pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.* Quæritur vtrum ideo ad infernũ quia cum tristitia, an etiam si abesset tristitia, tanquam ad infernum moriendo descensurus, hæc loquitur. De inferno enim magna quæstio est, & quid inde scriptura sentiat, locis omnibus vbi forte hoc commemoratum fuerit, obseruandum est.

Margin, right column: E; F; August. (beside "Quæritur vtrum ideo").

Caput VII.

De secundo transitu fratrum Ioseph in Ægyptum, simul cum Beniamin & tentatione eorum.

G — Gen. 43.

IGitur Israel pater eorum dixit ad eos: Si sic necesse est, facite quod vultis. Sumite de optimis terræ frugibus in vasis vestris, & deferte viro munera, modicum resinæ, & mellis, & storacis, & stactes, & terebinthi, & amygdalarum: pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum: & illam quam inuenistis in sacculis, reportate: ne forte errore factum sit. Sed & fratrem vestrum tollite, & ite ad virum. Deus autẽ meus omnipotens faciat eum vobis placabilem: & remittat vobiscum fratrem vestrum quem tenet in vinculis, & hunc Beniamin. Ego autem quasi orbatus absque liberis ero. Deferte viro munera inquit, aliquid resinæ & mellis: thymiama & stacten, & terebinthum & nuces. Siue vt Aquila & Symmachus transtulerunt, amygdala. Idcirco hoc capitulum posuimus, vt sciamus vbi in nostris codicibus habetur thymiama, in Hebræo esse nechotha נכאת, quod Aquila storacem transtulit, ex quo domus nechotha quæ in Esaia legitur, manifestissime cella thymiamatis siue storacis intelligitur: eo quod in illa aromata diuersa sint condita. *In ipsis foribus accedentes ad dispensatorem locuti sunt. Oramus Domine vt audias nos. Iam ante descendimus vt emeremus escas: quibus emptis, cum venissemus ad diuersorium, aperuimus sacculos nostros, & inuenimus pecuniam in ore saccorum: quam nunc eodem pondere reportauimus. Sed aliud attulimus argentum, vt emamus quæ necessaria sunt. Non est in nostra conscientia, quis eam posuerit in marsupijs nostris. At ille respondit, Pax vobiscum: Nolite timere, Deus vester, & Deus patris vestri, dedit vobis thesauros in sacculis vestris. Nam pecuniam quam dedistis mihi, probatam ego habeo.* H — Quod à præposito domus audiunt, *Deus vester, & Deus patrum vestrorum dedit vobis thesauros in sacculis vestris. Argentum autem vestrum probatũ ego habeo*, mẽdacium videtur, sed aliquid significare credendũ est. August. Argentũ enim quod & datur & non minuitur, quod & probum appellatum est, nimirum illud intelligitur, de quo alibi legimus. *Eloquia Domini eloquia casta: argentum igne probatum, terræ purgatum septuplum*, id est, perfecte. Psal. 11. *Igitur ingressus est Ioseph domum suam. Obtuleruntque ei munera tenentes in manibus, & adorauerunt proni in terram. At ille clementer resalutatis eis, interrogauit dicens: Saluus ne est pater vester senex de quo dixeratis*

A

B

C

D

Capvt VIII.

Vbi Ioseph fratres suos agnoscit: quos remittit ad patrem suum, vt eum cum tota domo sua ducerent ad se in Aegyptum.

Ego sum, ait Ioseph fratribus suis ... Quid est quod dicit Ioseph ... Vestiarum reliquiarum, mirum est ... Iacob & filios eius cum omnes ibi incolumes ... Ad hoc enim occlusus est ...

H

A Iacob & filijs locutus est, significant [illegible] gentilis populi ob conuersionem Iudæorum. [illegible] sine dubio [illegible] ec [illegible] gentem, quod [illegible] populus ad fidem Christi venit. Quibus si cõuertantur, & fidei Christi principes extiterint, promit [illegible] spirituales opes virtutũ, & [illegible] quas enim qui perfecte accipit, indigentia boni laborabit. *Feceruntque filij Israel vt eis mandatũ fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra secundum Pharaonis imperium, & cibaria in itinere: singulisque proferri iussit binas stolas. Beniamin vero dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis: tantundem pecuniæ & vestium mittens patri suo: addens eis asinos decem, qui subueherent ex omnibus diuitijs Ægypti, & totidem asinas triticum in itinere, panesque portantes.* Dati sunt Beniamin trecenti argentei cum quinque stolis optimis. Trecentos argẽteos a Christo accipit quicunque prædicat trinitatem siue Christi cruce: ideo & Paulus ait: *Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Christum Iesum & hunc crucifixum.* Quinque stolas accipit, id est [illegible] omnium [illegible] multiplices disciplinas. Præcellit ergo Paulus, [illegible] exuberat portione [illegible] runt. Sed tamen habent & fratres, id est, alij prædicatores

B gratiam suã, binas stolas, id est, vt confiteantur Christum & Deum esse & hominẽ: iuxta quod in Prouerbijs loquitur, *Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus,* id est, mystica vel morali intelligentia. Mittuntur & patri munera huius honorat patrem: Christus populum suum [illegible] muneribus. Portant [illegible] munera [illegible], gentiles [illegible] & laboriosi, nunc autem [illegible] portant [illegible] Christi munera: Portant in euangelio [illegible]. *[illegible] ergo [illegible]: [illegible]. Qui ascenderunt ex Ægypto, venerunt in terram Chanaan ad patrem suum Iacob & nuntiauerunt ei dicentes: Ioseph viuit, & ipse dominatur in omni terra Ægypti,* &c. Dum in Ioseph [illegible] fratres suos qui nuntiauerunt patri suo dicentes. *Ioseph viuit & ipse dominatur in omni terra Ægypti.* Expectatur autem Iacob, id est plebs incredula. Sed postquam Christi gentes cognouerunt [illegible] spiritus eius & qui mortuus videbatur, fide resurrectionis

Dixitq; ei [illegible] in Aegyptum, [illegible] quæ posui in manu tua fac coram Pharaone: Ego indurabo cor [illegible], & non dimittet populum. Quon[illegible] Induratio[illegible] [illegible] *b minus sapienter [illegible] ad [illegible] peruenire?* Indurare ergo Dominus Pharaonem dicitur, non quod [illegible] indurabilem & inobedientem [illegible] sed quod [illegible] iuste [illegible] derelinquat. Sequitur: *D[illegible] primogenitus [illegible] Dixi tibi, Dimitte filium meum vt seruiat mihi: & noluisti [illegible] primogenitum.* Filium primogenitum Israel vocat: quia in patriarchis primus electus est [illegible] Dei [illegible] ac [illegible] in [illegible] posteaquidem per Euangelium gentes ad [illegible] Christi communicandæ erant. *Cumq; esset in [illegible] in diuersorio, occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. Tulit illico Sephora acutissimam petram, & circumcidit præputium filij sui, tetigitq; pedes eius, & ait, Sponsus sanguinum tu mihi es: & dimisit eum postquam dixerat, Sponsus sanguinum ob circumcisionem. Dixit autem Dominus ad Aaron, Vade in occursum Moysi in deserto. Qui perrexit obuiam ei in montem Dei, & osculatus est eum.* Pr[illegible] quærit [illegible], quem volebat angelus [illegible] occidere. [illegible] occurrit ei angelus & quærebat [illegible] occidere. Nam [illegible] putabitur [illegible] ille infans, qui [illegible] comitatum præbuit & a quo cæteri ducebantur? an puerũ quærebat occidere, cui natæ circũcidendo [illegible] intelligantur occidere [illegible] infantem, quia [illegible] non erat circumcisus, atq; ita sane [illegible] præceptum circumcisionis seueritate vindictæ? Quod [illegible] est, [illegible] de quo dixerat, *Dixerit [illegible]* re quia [illegible] quens, nisi ex consequentib. [illegible] tur. Mira sane locutio & inusitata, vt [illegible] *& quærebat [illegible]*, de quo nihil [illegible] dixerat. Se[illegible] [illegible] Psalm. 86. *[illegible] fundamenta eius in montibus sanctis* [illegible] Inde enim psalmus [illegible] nec aliquid de [illegible] dixerat, cuius fundamenta intelligi vo[illegible] dicens: fundamenta eius in montibus sanctis [illegible] quia [illegible] dominus portas Sion, ergo fundamenta [illegible] Sion, & ad [illegible] magis Sion, vt fundamenta ciuitatis accipia[illegible] & hic nondum [illegible] *& quæreb. eum occidere*, de quo dixerat, ut consequentib. agnoscamus: quanquam & si de Moyse accipere quisquam voluerit, non est magnopere resistendum. Illud [illegible] quitur, ab peri potest, intellig[illegible] velit, sed [illegible] ille [illegible] angelum ab interfectione cuiuslibet eorum, quia dixit ibi illa, *sponsus sanguinum tu mihi*, & ob circumcisionem, sicut alia exemplaria [illegible] *sponsus sanguinum* [illegible] quod [illegible] [illegible] H [illegible] circumcisionem [illegible] magno [illegible] secundum [illegible] ad Moysen [illegible] obcircumcisionem [illegible] Secundum [illegible] gentibus quæ præputium [illegible] 1. Corin. 10. [illegible] Apostolus [illegible] Christus, docet [illegible] omnibus [illegible] Dei. Tunc enim [illegible] quod mortalis est à vita: & [illegible] Tunc n. veraciter [illegible] sacramentum finitur, quando tã vltra

non

CAPVT [illegible]

De egressu Moysi & Aaron ad Pharaonem.

Cap. [illegible] Postea ingressi sunt Moyses & Aaron, & dixerunt Pharaoni, Haec dicit Dominus Deus Israel. Dimitte populum meum, [illegible] [illegible] respondit, Quis est dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam [illegible] dominum, & [illegible]

B [illegible] Pharao [illegible] Deo [illegible]

Mat. 4 [illegible] Deo, [illegible] parati sint. Sed [illegible] qualiab [illegible] modo [illegible] onis [illegible] ex [illegible] Scrip[illegible]

Matth. 8. [illegible] Dei [illegible]

[illegible]

C [illegible] Deus [illegible] populum [illegible]

Ibid. [illegible]

Iohan. 14 [illegible]

D [illegible] Deo [illegible]

1. Corint. [illegible] posito [illegible]

[illegible] Dominum [illegible] adu[illegible] [illegible]

[illegible] Moyses [illegible] ex aduer[illegible] dicens [illegible] Dominus [illegible] Pharaone [illegible]

Cum [illegible] Pharao [illegible] lege [illegible]

[illegible] Pharaonem [illegible]

E [illegible] Pharao [illegible] quod [illegible] us, a[illegible]

CAPVT X[illegible]

De eo quod Moysi nomen suum Adonai Dominus [illegible] de praecepto [illegible] addato.

Locutus est Dominus ad Moysen dicens, Ego Dominus qui ap[illegible] Abraham [illegible] [illegible] A[illegible] De[illegible]

A *cum: Ego Dominus omnipotens, ambula coram me, & esto perfectus: ponamque fœdus meum inter me & te: & multiplicabo te vehementer nimis?* Aut quomodo Isaac [illegible] nomen [illegible] a nimi, id quem ipse dominus ait: *Ego ero tecum & benedicam tibi: tibi enim & semini tuo, dabo vniuersas regiones has: & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* Sine quomodo latuit
nomen domini Iacob qui dixit, *Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Sed [illegible] indust[illegible] latem scripturam inspicimus, agnoscemus aliquid Moysi reuelatum esse, quod antecedentibus patribus non est intimatum. Quanto enim ipsius veritatis appropinquauit aduentus in carne: tanto manifestius reuelata sunt sacramenta patribus, quia ipsa dominicæ incarnationis tempora nascendo & moriendo præueniebant. Inde nunc ad Moysen dicitur: *Ego dominus qui apparui Abraham & Isaac & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meum Adonai non indicaui eis.* Vnde & Dauid dicit: *Super omnes docentes me, & super seniores intellexi.* Et dominus in Euangelio ad Apostolos: *Beati oculi*
Psalm. 118. B *qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quia multi prophetæ &*
Matth. 13. *iusti voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt.*

Ideo dic filiis Israel, ego dominus qui educam vos de ergastulo Aegyptiorum, & eruam de seruitute, & redimam in brachio excelso, & iudiciis magnis. & assumam vos mihi in populum, & ero vester Deus: & scietis, quod ego sum dominus Deus vester, qui eduxerim vos de ergastulo Aegyptiorum: & induxerim in terram super quam leuaui manum meam, vt darem eam Abraham, Isaac & Iacob: daboque illam vobis possidendam: ego dominus. Narrauit ergo Moyses omnia filiis Israel: qui non adquieuerunt ei propter angustiam spiritus & opus durissimum. Mystice, ergastulum Aegyptiorum tentationes huius mundi quibus tribulantur sancti, significat. Liberat enim Dominus filios Israel in brachio excelso, hoc est, in potestate magna & virtute: hoc in filio per quem fecit omnia. Qui propter effectum virtutum brachium Dei dicitur, cum sanctos suos de potestate diaboli & seruitute peccatorum eruat: & introducit in terram spiritualem cælestis patriæ pro qua iurauit, id est, firmiter promisit patribus nostris, Patriarchis, Prophetis & Apostolis, vt daret eam illis in possessionem & semini eorum: hoc est,
C omnibus qui eos in mente & opera [illegible] fideliter secuti sunt: vt possideant illam in tempore [illegible]. *Locutusque est dominus ad Moysen dicens: Ingredere & loquere ad Pharaonem regem Aegypti, vt dimittat filios Israel de terra sua. Responditque Moyses coram domino, Ecce filii Israel non me audiunt, & quomodo audiet Pharao,*
August. *cum sim incircumcisus labiis?* Quod Moyses dicit, Ecce ego gracili voce sum, & quomodo exaudiret me Pharao, non videtur tamen propter magnitudinem populi excusare de vocis gracilitate [illegible] etiam propter vnum hominem. Mirum si tamen gracilis vocis fuit: vt nec ab vno homine posset audiri. An forte regius factus, non eos permittebat de proximo loqui?

Capvt XII.

De eo quod Leui progeniem numerat, & de mandato ad Pharaonem dato, & signorum demonstratione.

Exod. 6. *Isti sunt principes domorum per familias suas. Filii Ruben primogeniti Israelis, Enoch & Phallu, Esrom & Charmi. Hæc cognationes Ruben. Filii Simeon, Lamuel & Iamin, & Ahad, Iachin & Soar,*
D *& Saul filius Chananitidis. Hæ progenies Simeon. Et hæc nomina filiorum Leui per cognationes suas, Gerson & Caath, & Merari.* Sacramenti locum esse dubium non est, quod scriptura volens originem Moysi demonstrare, quoniam eius actio iam expetebat, à primogenito Iacob, id est, Ruben progenies cœpit: inde ad Simeon inde ad Leui vltra progressa non est, quoniam ex Leui Moyses. Illi autem commemorantur, qui iam commemorati fuerant in illis septuaginta quinque, cum quib. [illegible] intrauit in Aegyptum. Non n. primam neque secundam, sed tertiam [illegible] tribum, i. Leuiticam Deus esse voluit sacerdotalem. *Accepit autem Aaron vxorem Elisabeth filiam Aminadab sororem N[illegible] quæ peperit ei Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar.* Aminadab [illegible] filius Esrom fuit, filius Phares, filii Iuda. Vnde apparet, [illegible] regalis & sacerdotalis propagies, statim in principio legis commixta est: & ideo nequaquam est dubitandum, quin redemptor no-

F ster secundum Euangelii fidem, & regalis & de sacerdotali stirpe progenitus [illegible]. *Dominus ad Moysen, Ecce constitui te Deum Pharaonis: Aaron frater tuus, erit propheta tuus. Tu loqueris ei omnia quæ mando tibi: ille loquetur ad Pharaonem, vt dimittat filios*
August. *Israel de terra sua.* In [illegible] aliquando Deus nuncupatiue, aliquando [illegible] naturaliter [illegible]. Nuncupatiue
Exod. 22. n. Deus dictus [illegible] ad Moysen dictum est. *Constitui te Deum Pharaonis*: & in [illegible] Moysi [illegible] *Si quis homini hoc vel illud fecerit, applicabitur ad Deos,* videlicet ad sacerdotes: sicut & psalmista ait: *Deus stetit in synagoga deorum: in medio*
Psalm. 81. *deos diiudicat.* Essentialiter a. Deus dicitur, sicut ipse ad Moysen dicit: *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob.* Vnde Paul. Apost. volens nuncupatiuum Dei nomen, ab essentia discernere ait: *Quorum patres, & ex quibus Christus secun-*
Rom. 9. *dum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.* Nuncupatiuus n. Deus: inter omnia essentialis a. super omnia est. Ergo respondere Christum naturaliter Deum, non simpliciter Deum tantummodo, sed Deum super omnia esse memorauit: quia & iustus quilibet Deus est, sed inter omnia,
F nuncupatiue Deus. Christus autem Deus est super omnia, quia naturaliter Deus. Notandum, quod cum [illegible] ad populum mitteretur, non ei dictum est, Ecce dedi te Deum populo, & frater tuus erit propheta: sed frater tuus, inquit,
August. loquetur tibi ad populum. Ad populum dictum est etiam, *erit ille os tuum: & tu illi quod ad Deum* non dictum est, tu illi Deus. Pharaoni a. dicitur Moyses datus Deus: & secundum analogiam propheta Moysi Aaron, sed ad Pharaonem. Hic insinuatur ea nobis loqui quæ prophetæ Dei audiunt ab eo, nihilque aliud esse prophetam Dei, nisi enuntiatorem Dei verborum hominibus, qui Deum vel non possunt, vel non merentur audire. Sequitur: *Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo signa & ostenta mea in terra Aegypti, & non audiet vos: immittamque manum meam super Aegyptum, & educam exercitum & populum meum filios Israel de terra Aegypti, per iudicia maxima: & scient Aegyptii, quod ego sum Dominus.* Assidue Deus dicit, *indurabo cor Pharaonis.* & velut causam insinuet cur hoc faciat. *Indurabo,* inquit, *cor Pharaonis: &*
August. *implebo signa mea & portenta mea in Aegypto*: tanquam necessaria fuerit obduratio cordis Pharaonis: vt signa Dei multiplicarentur vel implerentur in Aegypto. Vtitur ergo
G Deus bene cordibus malis ad id quod vult ostendere bonis: vel quod facturus est bonos. Et quamuis vniuscuiusque cordis in malitia qualitas, id est, quale cor habeat ad malum, suo vitio quod inoleuit ex arbitrio voluntatis: ea tamen qualitate mala, vt huc vel illuc moueatur: cum siue huc siue illuc male moueatur: causis fit quibus animus propellitur: quæ causæ vt existant vel non existant, non est in hominis potestate sed veniunt ex occulta prouidentia, iustissima plane & sapientissima: vniuersum quod creauit, disponentis & administrantis Dei. Vt ergo tale cor haberet Pharao, quod patientia Dei non moueretur ad pietatem, sed potius ad impietatem: vitii proprii fuit. Quod vero ea facta sunt quibus cor suo vitio tam malignum resisteret iussionibus Dei: hoc est enim quod dicitur induratum, quia non flexibiliter consentiebat, sed inflexibiliter resistebat, dispensationis fuit diuinæ, quia tali cordi non solum iusta induratio, sed euidenter
H iusta pœna parabatur, qua timentes Deum corrigentur. Proposito quippe lucro, verbi gratia propter quod homicidium committatur, aliter auarus, aliter pecuniæ contemptor mouetur: ille scilicet ad facinus perpetrandum, ille ad cauendum: ipsius tamen lucri propositio, in alicuius illorum non fuit potestate: ita causæ eueniunt hominibus malis, quæ non sunt quidem in eadem potestate: sed hoc de illis faciunt, quales eos inuenerunt iam factos propriis vitiis ex præterita voluntate. Videndum sane est verum etiam hic accipi possit, *Ego indurabo*, tanquam diceret, quam durum sit demonstrabo. *Erat autem Moyses octoginta annorum: & Aaron octoginta trium, quando locuti sunt ad Pharaonem.* Quid significat hic numerus ætatis legislatoris, & primi sacerdotis secundum legem, nisi sic [illegible] mentum legis ac sacerdotii? Quando enim Moyses & Aaron locuti sunt ad Pharaonem ætas Moysi octoginta erat annorum: & Aaron octoginta trium: quia lex quando

A ad salutem gentibus per sanctos doctores oblata est, circumcisionem spiritualem p[illegible] docuit: necnon & ipsi sancti prædicatores, perfecte studebant se ab omni inquinamento carnis & spiritus, mundos seruare: & sic sidem sanctæ [illegible], perfecte alijs prædicare. *Dixitque dominus ad Moysen & Aaron. Cum dixerit vobis Pharao, Ostendite signa, dices ad Aaron: Tolle virgam tuam, & proijce eam coram Pharaone: ac vertatur in colubrum.* Hic certe non ministerio vocis opus erat, cui videbatur velut ex necessitate datus Aaron propter gracilitatem vocis Moysi: sed virga erat proijcienda, vt draco fieret. Cur ergo hoc Moyses ipse non fecit: nisi quia ista [illegible] ratio ipsius Aaron, inter Moysen Pharaonem, aliquius [illegible] figuram gerit: *Egressi itaque Moyses & Aaron ad Pharaonem, fecerunt sicut præceperat dominus. [illegible] tulitque Aaron virgam coram Pharaone & seruis eius: quæ versa est in colubrum.* Etiam hoc notandum, quod cum id signum coram Pharaone dandum fieret, secundum Septuaginta scriptum est: *Proiecit Aaron virgam suam.* Cum si

B solum dixisset, proiecit virgam, nulla esset quæstio Quod vero [illegible] *suam*, [illegible] eam Moyses dederit, non frustra solum [illegible] est Aaron [illegible] vtriq; illa virga communis, vt cum [illegible] eorum diceretur, verum diceretur. *Vocauit autem Pharao sapientes & maleficos: & fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægyptiacas & arcana quædam similiter: proiecerunt que singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones: sed deuorauit virga Aaron virgas eorum:* Siue secundum Septuaginta. *& absorbuit virga Aaron virgas illorum.* Si dictum esset, absorbuit draco Aaron virgas illorum, intelligeretur verus draco Aaron, phantasmatica illa figmenta non absorbuisse sed virgas. Hoc enim potuit absorbere, quod erant. non quod esse videbantur, & non erant. Sed quoniam dixit, *absorbuit virga Aaron virgas illorum*, draco vtique potuit virgas absorbere, non virga draconem. Sed eo nomine appellata res est, vnde versa est non in quo versa est. Quia inde etiam reuersa est, ideo hoc vocari debebat, quod principaliter erat. Quid ergo dicendum est de virgis magorum, vtrum & ipsi veri dracones facti fuerint: Sed ea ratione virgæ appellata sunt, qua virga Aaron, an potius videbantur esse,

C quod non erant, ludificatione venefica: Cur ergo ex vtraque parte & virga dicuntur & dracones: Vnde figmentis illis nihil differt loquendi modus. sed demonstrare difficile est, quomodo [illegible] veri dracones facti sunt ex virgis magorum, non [illegible] tamen creatores draconum: nec magi [illegible] angeli mali, quibus ministris illa operabantur. Insunt enim rebus corporeis per omnia elementa mundi, quædam occultæ seminariæ rationes: quib. cum data fuerit [illegible] opportunitas temporalis atque causalis, prorumpunt [illegible] modis & finibus: & sic non dicuntur angeli [illegible] ta faciunt animalium creatores [illegible] agricolæ segetum vel arborum vel quorumque [illegible] creatores dicendi sunt quamuis nouerint præbere quasdam visibiles opportunitates & causas [illegible]. Quod autem isti faciunt visibiliter, hoc angeli [illegible] visibiliter. Deus vero solus vnus creator est: qui causas ipsas & rationes seminarias rebus inseruit. Res

D [illegible] facta est: quæ si exemplis & copiosa disputatione explicetur, vt facilius intelligatur, longo sermone opus [illegible] quo se tantum nostræ festinationis excusat. Mystice autem proiecit Moyses virgam coram Pharaone, & serpens factus, deuorauit serpentes Ægyptiorum: significans, quod verbum caro fieret: qui serpentum diri venena euacuaret, & per remissionem & indulgentiam peccatorum. Virga, est verbum directum, regale plenum potestatis, insigne imperij. Virga serpens facta est, quomodo qui erat filius Dei ex Deo patre natus, filius hominis factus est, natus ex virgine. Qui quasi serpens exaltatus in cruce medicinam humanis effudit vulneribus. Vnde ipse dominus ait. *Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis.* Virga enim Moysi in draconem conuersa, magorum absorbuit virgas. [illegible] Christus post [illegible] dignitatem, factus est obediens patri vsque ad [illegible] per [illegible] mortem, carnis, consumpsit aculeum mortis, [illegible] Propheta. *Ero mors tua ô mors morsus tuus ero inferne.* [illegible]

[illegible]

L quæ mundum decem [illegible] totum [illegible] ergo per quam Ægyptus [illegible] crux Christi est, per quam mundus vincitur, [illegible] ceps huius mundi triumphatur. Quod [illegible] serpens, significat, quod [illegible] Sapientia. [illegible] quit, *prudentes sicut serpentes.* Quod autem virga serpentes magorum deuorauit, significat, quod crux Christi [illegible] prædicatio videbatur stultitia, omnem sapientiam mundanam superauit. Quod virga Moysi mysterium crucis habet, dominus designat [illegible] de Moyse: *de me enim ille scripsit*. Cum proiecta esset in terram virga, tunc in serpentem versa est: quia [illegible] crux ad credulitatem hominum venit, stultam fecit sapientiam huius mundi per mysterium passionis Christi. *Fecerunt [illegible]*, inquit, *similiter & incantationes Ægyptiorum veneficijs suis & induratum est cor Pharaonis, & non exaudiuit eos sicut dixit dominus.* Cum hæc [illegible] intur, videtur propterea cor Pharaonis induratum fuisse, quia

F & incantatores Ægyptiorum similia fecerunt sed [illegible] quentia docebunt, qualis fuerit illa obduratio, etiam cum incantatores defecerunt: Spiritualiter autem indurauit dominus cor Pharaonis, scil. quia diabolum ita indurauit post peccatum, vt pœnitentiæ cõpunctione nunquam emolliatur: sicut in Iob de eo scriptum est: *Cor eius indurabitur quasi lapis.* [illegible] inter plagæ in Ægyptum. Licet illam Ægyptum corporaliter [illegible], spiritualiter tamen nunc geruntur in nobis, Ægyptus namque seculi forma est.

Capvt XIII.

De conuersione aquæ in sanguinem.

Dixit quoq; dominus Deus ad Moysen. *Dic ad Aaron, Tolle virgam tuam, & extende manum tuam super aquas Ægypti, & super fluuios eorum, & riuos ac paludes & omnes lacus aquarum, vt vertantur in sanguinem. & sit cruor in omni terra Ægypti: tam in ligneis vasis quam in saxeis. Feceruntque ita Moyses & Aaron sicut præceperat Dominus &c.* Quod vero aquæ fluminis ver-

G tuntur in sanguinem [illegible] conuenienter aptatur, vt fluuius cui Hebræorum paruulos crudeliter necandos tradiderant, auctoribus scelestis redderet poculum sanguinis. Mystice autem aquæ Ægyptiæ, erratica & lubrica philosophorum sunt dogmata. quæ merito in sanguinem vertuntur, quia in rerum causis carnaliter sentiunt. Sed vbi crux Christi mundo huic lumen veritatis ostendit, huiusmodi eum correptionib. arguit, vt ex qualitate pœnarum proprios agnoscant errores *Foderunt autem omnes Ægyptij per circuitum fluminis aquam, vt biberent Non enim poterant bibere de aqua fluminis.* Quid significat, quod Ægyptij postquam aquæ fluminis versæ sunt in sanguinem, foderunt per circuitum fluminis, quærentes aquam vt biberent, nisi quod gentilitas confusa de meditatione secularis philosophiæ, cum videret nihil vitale ac salubre sibi illam præbere, istum & inuestigando ac salubriter tractando vtcunque quærere sapientiæ haustum, quem tunc veraciter non inuenit, nisi perueniat ad fontem vitæ qui ait *Qui sitit, veniat ad me & bibat. & de ventre eius fluent aqua viua.*

H

Capvt XIV.

De ranarum productione.

Dixitque dominus ad Moysen, *Dic ad Aaron, Extende manum tuam super fluuios, & super riuos ac paludes, & educ ranas super terram Ægypti. Extendit Aaron manum super aquas Ægypti & ascenderunt ranæ, operueruntque terram Ægypti.* In secunda vero plaga ranæ producuntur, quib. indicantur figuraliter [illegible] carmina poetarum qui inani quadam & inflata modulatione, velut ranarum sonis & cantibus, mundo huic deceptionis fabulas intulerunt. Rana enim est loquacissima vanitas. Hoc enim animal ad nihil aliud vtile est, nisi quia sonum vocis, improbis & importunis clamoribus reddit. *Fecerunt autem & malefici per incantationes suas similiter: eduxeruntque ranas super terram Ægypti. Vocauit autem Pharao ad Moysen & Aaron, & dixit eis Orate dominum*

A *vt auferat ranas à me & à populo meo, & dimittam populum vt sacrificet domino.* Fecerunt ita similiter & incantatores Aegyptiorum veneficiis suis, & eduxerunt ranas super terram Aegypti. Quaeritur vnde, si iam vbique factum fuerat [illegible] m his quaestio est, vnde & aquam in sanguinem verterint, si tota aqua Aegypti in sanguinem conuersa [illegible]. Proinde intelligendum est, regionem vbi populus Israel habitabant, plagam [illegible] non fuisse [illegible] istam: [illegible] potuerunt incantatores vel aquam [illegible], quam in [illegible] verterent, vel ab aquis ranas educere ad [illegible] tionem magicae potentiae: quanquam [illegible] potuerunt [illegible] postea quam illa compressa sunt facere. [illegible] tando coniunxit, quod etiam postea fieri potuit. *[illegible] que sunt Moyses & Aaron à Pharaone: & clamauit Moyses ad dominum pro sponsione ranarum quam condixerat Pharaoni. Fecitque dominus iuxta verbum Moysi, & mortuae sunt ranae de domib. & de villis & de agris congregaueruntque eas in immensos aggeres & computruit terra. Videns autem Pharao quod data esset requies, ingrauabat cor suum, & non audiuit eos sicut praeceperat dominus.*

Aug. Et vidit, inquit, Pharao, quia facta est refrigeratio, & ingrauatum est cor eius, & non exaudiuit eos sicut dixerat
B dominus. Hic apparet non illas tantum fuisse causas obdurationis cordis Pharaonis, quod incantatores eius [illegible] ia faciebant, verumetiam ipsam Dei patientiam quia parcebat. Patientia enim Dei secundum corda hominum quibusdam vtilis ad poenitendum, quibusdam inutilis ad resistendum Deo, & in malo perseuerandum: non tamen per seipsam inutilis est, sed secundum cor malum sicut iam

Rom. 2 diximus. Hoc & Apostol. dicit: *Ignoras quia patientia Dei, ad poenitentiam te adducit? Secundum autẽ duritiam cordis tui & cor impoenitens, thesaurizas tibi iram in die irae, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius.* Nam & alibi

2. Cor. 2 cum diceret, *Christi bonus odor sumus in omni loco*: etiam illud adiunxit, *& in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt.* Non dixit Christi bonum se odorem esse his qui salui fiunt: malum autem his qui pereunt: sed tantum bonum odorem se dixit. Illi vero tales sunt, vt & bono odore pereant, secundũ sui cordis vt saepe dictum est qualitatem: quae mutanda est bona voluntate in Dei gratia, vt incipiant ei prodesse iudicia Dei quae malis cordib. nocent. Vnde inde mutato in

C melius corde cantabat. *Viuet anima mea & laudabit te, & iudicia tua, adiuuabunt me.* Non dixit munera tua & praemia tua, sed iudicia tua. Multum est autem vt syncera fiducia

Psalm. 118. Psalm. 25. dici possit: *Proba me Domine & tenta me, vre renes meos & cor meum.* Et ne sibi aliquid ex suis viribus tribuisse videretur, continuo addidit: *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua.* Factam erga se commemorat

Isidorus misericordiam vt placere posset in veritate, quomodo vniuersae viae domini misericordia & veritas.

Capvt XV.

De sciniphibus.

Exod. 8. Dixitque dominus ad Moysen. *Loquere ad Aaron. Extende virgam tuam, & percute puluerem terrae, & sint sciniphes in vniuersa terra Aegypti. Feceruntque ita, & extendit Aaron manum virgam tenens, percussitque puluerem terrae. & factae sunt sciniphes in hominibus*

D *& in iumentis. omnis puluis terrae versus est in sciniphes per totam terram Aegypti.* Post haec sciniphes producuntur. Hoc ani-

Isidorus mal pennis quidem suspenditur per aera volitans, sed ita subtile est & minutum, vt oculi [illegible] visum nisi acute cernentis effugiat. Corpus autem cum insedent, acerbissimo terebrat stimulo: ita vt quem volitare videre quis non valeat, sentiat statim aduenientem. Hoc ergo animalis genus subtilitati haereticae comparatur, quae subtilib. verborum stimulis animas terebrat: tantaque calliditate circumuenit, vt deceptus quisque nec videat nec intelligat, vnde decipitur. *Feceruntque similiter malefici incantationibus suis, vt educerent sciniphes & non potuerunt. erantque sciniphes tam in hominibus quam in iumentis. Et dixerunt malefici ad Pharaonem, Digitus Dei est hoc. Induratumque est cor Pharaonis & non audiuit eos sicut praeceperat dominus.* Quod dixerunt magi ad Pharaonem, digitus Dei est hoc, [illegible] odo non potuerunt educere sciniphes. Senserunt [illegible] fecto cum artium suarum nefaria-

rum scirent potentiam, non [illegible] vel si potentior E in eis esset Moyses, [illegible] conatus fuisse frustratos, vt non possent educere sciniphes, [illegible] igitur ei qui vtique operatur per Moysen digitus Dei [illegible] Euangelium manifeste loquitur, spiritus sanctus intelligitur: Nam quod vnus

Luc. 11. Euangelista [illegible] narrante verba domini vt diceret, *Si ego in digito Dei eiicio daemonia* alius Euangelista id ipsum narrans, exponere voluit quid sit digitus Dei & ait: *Si ego in spiritu*

Matth. 12. *Dei eiicio daemones.* Cum itaque magi [illegible] terentur, quorum Pharao potentiae confidebat, digitum Dei esse in Moyse, in quo superabantur & eorum veneficia frustrabantur, tamen induratum est cor Pharaonis. nunc mirabili omnino dura. Cur autem in tertia ista plaga magi defecerunt. Nam plagae coeperunt ex quo aqua in sanguinem versa est, & [illegible] & explicare difficile est. Poterant enim & in primo signo defecisse, vbi in serpentem virga conuersa est. [illegible] in prima plaga vbi aqua in sanguinem commutata est: & in secunda de ranis [illegible] digitus Dei, i. e. spiritus Dei. Quis enim dementissimus [illegible] digitum Dei in hoc signo potuisse [illegible] et in [illegible] superioribus nequiuisse Omnino ergo certa causa est, qua

F e illa facere hucusque permissi sunt. Commendatur enim Trinitas: & quod verum est, summi philosophi gentium, quantum in corum litteris indagatur, sine spiritu sancto philosophati sunt: quamuis de Patre, & Filio, non tacuerunt: quod [illegible] Didymus in libro suo commemorat, quem scripsit de Spiritu sancto. Mystice autem, sicut con-

Isidorus. ciliatus & placatus Spiritus S. requiem praestat mitibus & humilib. corde: ita contrarius & aduersus, in mites ac superbos inquietudinem exagitat. Quam inquietudinẽ muscae [illegible] significauerunt, sub quibus magi Pharaonis defecerunt dicentes. *Digitus Dei est hoc.*

Capvt XVI.

De muscis prolatis.

Exod. 8. Dixit quoque dominus ad Moysen: *Consurge diluculo, & sta coram Pharaone. Egredietur enim ad aquas, & dices ad eum: Haec dicit dominus: Dimitte populum meum vt sacrificet mihi. Quod si non dimiseris eum, ecce ego immittam in te & in seruos tuos, in popu-*

G *lum tuum & in domos tuas, omne genus muscarum: & replebuntur omnes domus Aegyptiorum muscis diuersi generis & vniuersa terra in qua fuerint: faciamque mirabilem in die illa terram Gessen, in qua populus meus est, vt non sint ibi muscae: & scias quoniam ego dominus in medio terrae: ponamque diuisionem inter populum meum & inter populum tuum.* Quod hic scriptura aperuit, ne vbi-

August. cunque dictum non est intelligere debeamus, id in posterioribus & superioribus signis factum esse: vt terra in qua habitat populus Dei, nullis plagis talibus vexaretur. Oportunum autem fuit, vt ibi hoc aperte poneretur, vnde iam incipiunt signa, quibus magi similia nec conati sunt facere. Procul dubio enim quia vbique fuerant sciniphes in regno Pharaonis, non autem fuerant in terra Gessen vbi conati sunt magi similiter facere & minime potuerunt. Quouisque ergo deficerent, nihil de illius terrae segregatione dictum est: sed ex quo coeperunt ea fieri, vbi iam illis similia facere

Isid. nec conari auderent, ibi commemoratum est. Quarto autem loco Aegyptus muscis percutitur. Musca enim insolens & inquietũ animal est: in qua quid aliud quam insolentes curae desideriorum carnalium designantur. Aegyptus ergo

H muscis percutitur, quia eorum corda qui hoc seculum diligunt, desideriorum suorum inquietudinib. feriunt. Porro LXX. interpretes cynomyiam, i. e. caninam muscam posuerunt: per quam canini mores significantur: in quib. humanae mentis voluntas & libido carnis arguitur. Potest quidem hoc loco significare etiam muscae canina, forensem hominum eloquentiam. qua velut canes alterutrum se lacerant. *Vocauit autem Pharao Moysen & Aaron, & ait illis. Ite, sacrificate Deo vestro in terra hac.* Nolebat enim eos ire quo dicebant: sed vt illic in Aegypto immolarent, volebat. Hoc ostendunt verba Moysi, quae sequuntur vbi dicit, non posse fieri propter abominationes Aegyptiorum. Sic enim scriptum est: *Et ait Moyses. Non potest ita fieri abominationes Aegyptiorum immolabimus domino Deo nostro.* Ac si diceret: Non possumus ea animalia quae abominantur Aegyptij,

piae-

A præsentibus illis domino Deo nostro immolare. Oues enim Aegyptij edere dedignantur. Vnde & in Genesi scriptum est: Omnes pastores ouium detestantur Aegyptij. (Genes. 46.) Quod autem adiecit, *Quod si mactauerimus ea quæ colunt Aegyptij coram eis, lapidibus nos obruent*. Suggillat ipsos gentiles, eo quod animalium figuram pro Deo summo colebant ligno & lapidibus impressam. Nam Ammonem Iouem in ariete venerabantur: Anubem in cane: Apin quoque colentes in tauro: & cætera portenta magis quam numina: quæ ipsa Ægyptus cultu credebat venerari diuino: ideoque Moyses & Aaron dicebant se ire velle, vbi Ægyptij non viderent abominationes suas immolari. Hoc autem intelligendum est mystice significari, (Augustinus) quod supra diximus: quia erant Ægyptijs oues & pastores earum abominabiles & ideo separatam terram Israelitæ acceperunt, cum venerunt in Ægyptum. Sic enim & sacrificia Israelitarum abominationes sunt Ægyptijs, sicut iniquis vita iustorum. (Gregorius.) Sancti quippe viri domino oues offerunt: quia simplicitates suas omnipotenti DEO sacrificium ostendunt. Sed oues abominantur Aegyptij, quia ciues huius seculi, aspernantur & despiciunt simplicitatem bonorum. B Sicut ergo sunt abominationes malorum operum quas detestantur boni, ita bonorum operum causæ abominationes sunt reprobis. Vnde scriptum est: *Abominantur iusti virum impium: & abominantur impij eos qui in recta sunt via.* (Prouer. 29)

Capvt XVII.

Vbi pestis valida immittitur in iumentia Aegyptiorum.

(Cap. 9.) Dixit *autem dominus ad Moysen. Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eum. Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi. Quod si adhuc renuis & retines eos, ecce manus mea erit super agros tuos, super equos & asinos, & camelos & boues & oues, pestis valde grauis.* Quod vero quinto in loco animalium nece vel peccatorum Ægyptus verberatur, vecordia hic arguitur vel stultitia hominum mortalium: qui tanquam irrationabilia pecora, cultum & vocabulum Dei imposuerunt figuris, non solum hominum, sed & pecorum, ligno metallis atque lapidibus impressis: & ea quæ ipsi credebant cultu honorari diuino in his viderent miseranda exercen supplicia. *Mortuaq; sunt omnia animantia Aegyptiorum. De animalib. vero filiorum Israel nihil omnino perijt.* C *Et misit Pharao ad videndum. nec erat quicquam mortuum de his quæ possidebat Israel. Ingrauatumq; est cor Pharaonis, & non dimisit populum.* (Augustin.) Quomodo è contrarijs causis facta est hæc ingrauatio cordis Pharaonis: Si enim & pecora Israelitarum morerentur, tunc videretur causa competens qua cor eius grauaretur ad contemnendum Deum: tanquam si & magi eius pecora Israelitarum fecissent mori. Nunc vero vnde debuit ad timendum vel credendum moueri, videns nullum pecus mortuum ex pecorib. Hebræorum: Hinc ingrauatum est, id est, illa ingrauatio etiam hucusque progressa est. *Et dixit dominus ad Moysen & Aaron: Tollite plenas manus cineris de camino, & spargat illum Moyses in cælum coram Pharaone: sitq; puluis super terram Aegypti. Erunt enim in hominibus & iumentis vulnera, & vesicæ turgentes in vniuersa terra Aegypti.* (Augustinus) Quid est quod dicit Deus ad Aaron & Moysen, Sumite vobis plenas manus fauillæ de fornace, & aspergat Moyses in cælum coram Pharaone, & coram seruis eius, & fiat puluis in tota terra Ægypti? Signa enim superiora virga fiebant: quam non Moyses sed Aaron extendebat super aquam, vel ad terram percutiebat. D Nunc vero [illegible] duobus signis de cynomyia, & pecorum mortibus, vbi nec Aaron nec Moyses aliquid manu operati sunt, dicitur vt Moyses fauillam spargat in cælum de fornace & hanc ambo [illegible] iubentur. sed ille spargere non in terram, sed in cælum: tanquam Aaron qui datus erat ad populum, terram percutere deberet, vel in terram super quam manum extenderet. Moyses vero de quo dictum est, erit tibi in his quæ ad Deum, in cælum iubetur [illegible] spargere. Quid duo illa superiora signa, vbi nec Moyses nec Aaron manu aliquid operatur? quid tibi vult [illegible] neq; [illegible]. *Tuleruntq; cinerem de camino, & steterunt coram Pharaone: & sparsit illum Moyses in cælum: factaque sunt vulnera vesicarum turgentium in hominib. & in iumentis. nec poterant malefici stare coram Moyse, propter vulnera quæ illis erant: & in omni terra Aegypti.* In vulneribus arguitur dolosa huius seculi & purulenta malitia: in vesicis, tumens & inflata superbia: in feruoribus, ira furoris & insania. Hucusq; in talia per errorum suorum figuras, mundum supplicia temperant. Post hæc vero, verbera veniunt de supernis: voces sc. tonitrua & grando & ignis discurrens, sicut in sequentib. ostendetur. *Dixit quoq; dominus ad Moysen: Mane consurge & sta coram Pharaone, & dices ad eum: Hæc dicit dominus Deus Hebræorum: Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi, quia in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum, & super seruos tuos, & super populum tuum: vt scias quia non sit similis mei in omni terra. Nunc enim extendens manum, percutiam te & populum tuum peste, peribisque de terra. Idcirco autem posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam & narretur nomen meum in omni terra.* Hæc scripturæ verba & Apost posuit, cum in eodem loco perdifficili versaretur. Ibi a. & hoc ait: *Si autem volens Deus ostendere iram & demonstrare potentiam suam sustulit in multa patientia vasa iræ parcendo, vtique his quos malos futuros esse præsciuerat, quæ vasa dixit perfecta in perditionem. & vt notas, inquit, faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ.* (Rom. 9) Vnde vasorum misericordiæ vox est in psalmis: *Deus meus, misericordia eius præueniet me. Deus meus demonstrauit mihi bona coram inimicis meis.* (Psalm.) F Nouit ergo Deus bene vti malis: in quibus tamen humanam naturam non ad malitiam creat. sed proficit eos patienter, quousq; sicut oportet: non inaniter, sed vtens eis ad admonitionem vel exhortationem bonorum. Ecce enim vt annuntiaretur nomen Dei in vniuersa terra, valis misericordiæ vtiq; prodest. Ad eorum itaq; vtilitatem Pharao seruatus est. sicut & scriptura testatur & exitus docet. *Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia quæ habes in agro. Homines enim & iumenta, & vniuersa quæ inuenta fuerint foris, nec congregata de agris ceciderintq; super ea grando, morientur.* (Augustinus) Quid est quod mandat Deus Pharaoni, [illegible] magnam grandinem minaretur, vt [illegible] congregare pecora sua, & quæcunq; illi essent in campo, ne grandine morerentur. Hoc enim non tam indignantis quam misericorditer videtur admonere. Sed [illegible] non facit quæstionem, quando Deus etiam irascens temperat pœnam. Illud est quod mento mouet, quibus nunc pecorib. consulatur, si omnia mortua fuerant plaga superiore vbi scriptum est, quod discreuit Deus inter pecora Hebræorum & Ægyptiorum ita vt illinc nullum moreretur: omnia vero Ægyptiorum pecora morerentur. G An ea soluitur quæstio, quod prædixerat ea moritura, quæ in campo fuissent, vt hæc accipiantur omnia: intelligantur autem euasisse, quæ in domibus erant: quæ potuerunt etiam à dubitantibus colligi, & in domo tenere. ne forte verum esset quod Moyses dominum facturum esse prædixerat. & ex his esse in campis iterum poterant, quæ modo admonet & congregari in domos, ne grandine pereant. Maxime quia sequitur scriptura & dicit: *Qui timuit verbum domini seruorum Pharaonis, congregauit pecora sua in domos. Qui autem non intendit mentem in verbum domini, dimisit pecora sua in campo.* Hoc ergo fieri potuit, quando etiam mortem pecorum minatus est Deus: quamuis id scriptura taceret.

Capvt XVIII.

De grandinis immissione.

Et *dixit Dominus ad Moysen: Extende manum tuam in cælum, & erit grando in omni terra Aegypti.* Ecce iterum non in terram sed in cælum, manum iubetur extendere, sicut superius de fauilla. H (Exod. 9.) *Extenditque Moyses virgam in cælum & dominus dedit tonitrua & grandinem, ac discurrentia fulgura super terram*, & reliqua. (Isidorus.) Septimo loco super Aegyptum verbera veniunt de supernis: voces scilic. tonitrua, & grando & ignis discurrens. In tonitruis enim increpationes ac diuinæ correptiones intelliguntur: quia non cum silentio verberat, sed dat voces: & doctrinam cælitus mittit: per quam possit culpam suam cęlitus castigatus, agnoscere mundus. Dat & grandinem, per quam tenera adhuc vastentur nascentia vitiorum: dat & ignem, sciens esse spinas & tribulos, quos debeat ignis ille depasci. de quo dicit dominus, *Ignem veni mittere in terram*. (Luc. 12) Per hunc enim incentiua voluntaris & libidinis consumuntur. *Misitq; Pharao, & conuo-*

A *[illegible] Moysen & Aaron dicens ad eos: Peccaui etiam nunc. Dominus iustus: ego & populus meus, impij. Orate dominum, vt desinant tonitrua Dei & grando. & dimittam vos: & nequaquam hic vltra manebitis. Ait Moyses: Cum egressus fuero [illegible] palmas meas ad dominum, & cessabunt tonitrua, & grando non erit: vt scias quia domini est terra. Noui autem, quod nec tu & serui tui, necdum timeatis Dominum Deum*, & reliqua. Cum in hoc loco tam [illegible] vehementer [illegible] grandine, Pharao [illegible] Moysen vt oraret pro illo, confitens [illegible] populi sui, Moyses et dixit. *Et tu & serui tui scio, quod nondum timetis dominum*. Qualem timorem quærebat, cum timor iste, nondum erat domini timor. Facile n. est pœnam timere: sed hoc non est Deum timere, illo sc. timore pietatis, quē commemorat Iacob vbi dicit: *Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac adfuisset mihi, nunc me inanem dimisisses*. *Et dixit Dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem: Ego n. induraui cor eius & seruorum illius, vt faciam signa mea hæc in eo & narres in auribus filij tui & nepotum tuorum, quoties contriuerim Aegyptios, & signa mea fecerim in eis: & sciatis quia ego dominus Deus*, & rel. Quod dominus dicit ad Moysen, *Intra ad Pharaonem: Ego n. grauaui cor eius & seruorum eius, vt ordine superueniant*, signa mea

B hæc super eos, non sic accipiendum est, tanquam opus habeat Deus cuiusquam malitia. Sed sic intelligendum est, ac si diceret. Ego n. patiens [illegible] super eum [illegible] vt non eos auferens vt ordine superueniant signa mea [illegible]. Quia patientia enim Dei obstinatior [illegible] malus [illegible], ideo pro eo quia in eum fuit, dicitur grauari cor eius.

Capvt XIX.

De locustis.

Cap. 18. Dixit autem dominus ad Moysen: *Extende manum tuam super terram Aegypti ad locustam, vt ascendat super eam, & deuoret omnem herbam quæ residua fuit grandini. Et extendit Moyses virgam super terram Aegypti*. Isidorus. Quod locustarum octaua in loco fit mentio, putatur a quibusdam, per hoc genus plagæ, dissidentis [illegible] & discordantis, humani generis [illegible] consistere. Alio quoq; sensu locustæ pro mobilitate leuitatis [illegible] pienda sunt, tanquam vagæ & [illegible] animæ in sæculi voluptates. *Et dominus induxit ventum vrentem tota illa die et nocte, & mane facto, ventus vrens leuauit locustas quæ ascenderunt super vniuersam terram Aegypti & [illegible] finibus Aegyptiorum innumerabiles: quales ante illud tempus non fuerunt, nec postea futuræ sunt. Operueruntque vniuersam superficiem terræ vastantes omnia. Deuorata est igitur herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiserat: nihilque omnino virens relictum est in lignis & in herbis terræ, in cuncta Aegypto*. Gregorius. Ventus, inquit, vrens leuauit locustas quæ ascenderunt super

C vniuersam terram Aegypti, operueruntque vniuersam faciem terræ vastantes omnia. *Deuorata est igitur herba terræ & quicquid pomorum [illegible] fuit*. Exhibitæ exterius Aegypti plagæ, quæ ex[illegible] nubus meritis corporaliter semel illatæ sunt, quæ mala prauas mentes quotidie feriant, spiritualiter signauerunt. [illegible] Aegyptus plagis affecta est, in quibus exter[illegible] per [illegible] commota, dolensque perpenderet, quæ d[illegible] intenus neg[illegible] tolerare: vt dum foris per [illegible] ima, amplius delicta cernerent per eorum speciem & quæ intus tolerant grauiora sentirent. Quid ergo per significationem locustæ

D portendunt, quæ pl[illegible] quam cæteræ [illegible] quæque [illegible] ant [illegible] humanis [illegible] nocent, nisi [illegible] adulantium, quæ terrenorum hominum mentes, si quando bona [illegible] aspiciunt hac [illegible] laudando corrumpunt. Fructus quippe Aegyptiorum, est opera cenodoxorum: quam locustæ exterminant, dum adulantis linguæ ad appetendas laudes transitorias, cor operantis inclinant. Herbas vero locustæ comedunt, quando adulatores quiq; verba loquentium fauoribus extollunt. Poma quoq; arborum deuorant, quando vanis laudibus, quorundam iam quasi fortium opera eneruant. *Egressusque est Moyses de conspectu Pharaonis, & orauit dominum. Qui flare fecit ventum ab occidente vehementissimum, & arreptam locustam proiecit in mare rubrum. Non remansit ne vna quidem in cunctis finibus Aegypti. Et indurauit [illegible] cor Pharaonis nec dimisit filios* Augustinus. *Israel*. [illegible] in [illegible] commemorauit scriptura, quod abstulit locustas, & secuta dicit indurasse Deum cor

Pharaonis. Beneficio itaque [illegible] & patientia sua, qua illa fiebat obstinatio dum et [illegible] sicut omnia mala corda hominum, patientia Dei male vtendo durescunt.

E

Capvt XX.

De tenebrarum immissione

Cap. 10. Dixit autem Dominus ad Moysen: *Extende manum tuam in cælum, & sint tenebræ super terram Aegypti, tam densæ vt palpari queant. Extendit Moyses manum in cælum & factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Aegypti. Tribus diebus nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat*. Isidorus. Noua plaga tenebræ factæ sunt: siue vt mentis eorum cæcitas argueretur, siue vt intelligant diuinæ dispensationis & prouidentiæ, obscurissimas esse rationes. Posuit enim tenebras latibulum suum: quas illi audacter & temere perscrutari cupientes, & alia ex alijs asserentes in crassas & palpabiles tenebras ignorantiæ deuoluti sunt.

F

Capvt XXI.

De nouissima plagarum decem, hoc est, de primitiuorum interitu, & mystica decem plagarum expositione.

Cap. 11. Et dixit dominus ad Moysen: *Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & Aegyptum. & post hoc dimittet vos, & exire compellet*. Isidorus. Ad vltimum primitiuorum infertur interitus. Delentur enim primogenita Aegypti, siue principatus & potestates eorum, & huius mundi rectores: siue autores & inuentores [illegible] quæ in hoc mundo fuerunt religionum: quas Christi veritas cum suis [illegible] autoribus & deleuit. Hæc quantum ad locum mysticum spectant, prolata sunt. Iam vero si etiam moralis nobis figura tractanda est, dicemus, quod vnaquæq; anima in hoc mundo dum in erroribus viuit & in ignorantia veritatis, in Aegypto posita est. Huic si appropinquare cœperit lex Dei, aquas ei vertit in sanguinem: id est, fluidam & lubricam iuuentutis vitam, conuertit ad sanguinem veteris vel noui testamenti. Tum deinde educit ex ea vanam & inanem loquacitatem

G & aduersum Dei prouidentiam, ranarum similem querelam. Purgat etiam malignas cogitationes eius: & sciniphum mordacium similes calliditatis aculeos discutit. Libidinum quoque morsus cynomyæ speculis similes, depellit: stultitiam in ea & intellectum pecudibus similem delet: per quam homo cum in honore esset non intellexit sed comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Arguit eius & vlcera peccatorum atque arrogantiæ tumorem, feruoremq; in ea luxoriæ extinguit. Adhibet post hæc etiam voces tonitruum, i.e. Euangelicas Apostolicasque doctrinas. Sed & castigationem grandinis adhibet, vt luxum in voluptateq; coerceat. Adhibet simul & ignem pœnitentiæ, vt ipse dicat: *[illegible]*. Isa. 26. Nec locustarum ab ea subduxit exempla, quibus mordeantur & depascantur omnes inquieti motus eius & tribuli. quo & ipse dicat quod Apostolus docet, *vt omnia secundum ordinem fiant*. 1. Cor. 14.

H Vbi vero sufficienter fuerit castigata pro moribus & pro emendatione vitæ correctione [illegible] verbe [illegible] & consite[illegible] m cœperit, quia dignus Dei est & p[illegible] gnit [illegible] præcipue gestorum [illegible] dei [illegible] sensum aliginem sentit. Cumque hoc venerit, tunc merebitur, vt extinguantur in ea primogenita [illegible]: in quo tale aliquid intelligi posse arbitror. Omnis anima cum ad supplementum ætatis aduenerit, & velut naturalis in ea quædam lex cœperit sua iura defendere, [illegible] sine dubio motus secundum desiderium carnis producet: quos ex concupiscentiæ vel [illegible] fomite incentiu[illegible] commouet. Vnde quasi præcipuum & quod non sit commune cum cæteris hominibus de solo Christo Propheta dicit: *Butyrum & mel manducabit*. Isa. 7. *Priusquam sciat aut proferat maligna, eliget bonum: quam [illegible] bonum autem [illegible]*, resistet malitiæ vt eligat quod bonum est. Alius autem

A Propheta tanquam de semetipso loquens, dicebat: *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.* Psalm. 24. Qui ergo primi isti animæ motus secundum carnem prolati, in peccatum ruunt, merito immortali loco Ægyptiorum primitiua ponunt: quæ catenus extinguuntur, si reliquæ vitæ [illegible] lio, emendatiorem dirigat cursum. Sic ergo in anima quam lex diuina ab erroribus susceptam castigat & [illegible], etiam primogenita Ægyptiorum intelliguntur esse deleta: nisi post hæc omnia, in infidelitate perduret, & nolit [illegible] rachiticæ plebi, vt exeat de profundo, & vadat [illegible] sed in iniquitate permaneat, & descendat tanquam plumbum in aquam validissimam. *Iniquitas* [illegible] secundum Zachariæ prophetæ visum, *super talentum plumbi sedet*: Zach. 5. & ideo qui permanet in iniquitate, tanquam plumbum demergi dicitur in profundum. Sane quod in superioribus obseruauimus quædam prodigia per Aaron, quædam per Moysen, quædam vero per ipsum Dominum ministrata, intelligi [illegible] possunt, vt agnoscamus in quibusdam per sacrificia sacerdotum & obseruationes pontificum non esse purgandos, quod Aaron persona designat: in quibusdam vero [illegible] per scientiam diuinæ legis emendandos, quod Moysi

B de [illegible] officium [illegible] alijs autem sine dubio quæ difficiliora sunt, ipsius domini egere virtute. Sed ne illud quidem putandum est nobis inaniter obseruatum, quod primo quidem Moyses non intrat ad Pharaonem, sed occurrit ei exeunti ad aquas: postmodum vero intrat ad eum. Post hæc nec intrat, sed accersitus accedit & in hoc ita vt arbitror intelligi posse, quod sine nobis in verbo Dei & religionis assertorem certamen est ad aduersum Pharaonem siue etiam obsessas ab eo animas, de potestate eius conamur eripere, & est nobis in disputatione [illegible] non statim in prima fronte ingredi debemus ad [illegible] quæstionum loca: sed occurrendum nobis est a [illegible], & occurrendum ad aquas suas. Aquæ enim sunt [illegible] autores genethlium philosophorum. Ibi ergo nobis primo disputare volentibus occurrendum est, vt [illegible] arguamus, & ipsos errare doceamus: post hoc iam ingrediendum est nobis & interiora certaminis. Matth. 12 Dicit enim dominus: *Nisi quis prius alligauerit fortem, non poterit intrare in domum eius, & vasa eius diripere.*

C Prius ergo nobis alligandus est fortis, & quæstionum vinculis constringendus: & ita introeundum ad [illegible] vasa eius, & [illegible] tandas animas, quos decepit [illegible] possederat. Quod cum sæpius fecerimus, & [illegible] contra ipsum, [illegible] eo modo quo Apostolus: Eph. 6. *Stantes ergo succincti lumbos vestros in veritate.* & iterum, Phil. 4. *State [illegible]*, cum ergo hoc modo steterimus [illegible], ille autem iniquus & callidus, etiam [illegible] & cedere, si forte per hoc negligentiores nos efficiat [illegible] tamen. Sed & pœnitentiam simulat [illegible] discedere quidem, sed non longe discedere [illegible] enim [illegible] ex parte vicinos: vult nos a [illegible] finibus non longe discedere: sed nos [illegible] & [illegible] mare, & dicamus, Quantum distat ortus ab occasu, elongauit a nobis iniquitates nostras, salui [illegible] possimus. Possunt præterea & [illegible] decem plagæ quibus Ægyptus verberata est propter Israelitas, Romani [illegible] comparari temporibus [illegible] hæc in figuram nostri facta sunt. Vterque populus Israeliticus & Christianus, vnius Dei est: vna populi [illegible] causa. Subdita fuit Israelitarum synagoga Ægyptijs, subdita Christianorum Ecclesia Romanis: persecuti sunt Ægyptij, persecuti sunt & Romani. Decem ibi contradictiones aduersus Moysen, decem ibi editæ aduersus Christum. Diuersæ ibi plagæ Ægyptiorum diuersæ hic [illegible] Romanorum. Nam [illegible] ipsas inter [illegible] plagas, in quantum tamen figuræ [illegible] comparari potest, conferam. [illegible] habuit sanguinem vulgo vel emanasse [illegible] puteis, vel [illegible] fluminibus concreuisse: hic prima sub Nerone exegit plaga [illegible] morientium sanguis esset, vel [illegible] vrbis in vrbe correptus: vel bell [illegible] in orbe profusus. Ibi sequitur [illegible] plaga [illegible]: perstrepentes [illegible] [illegible] impenetrabiles [illegible] propemodum [illegible] tatoribus [illegible] exitu [illegible] sequitur sub Domitiano pœna, similiter [illegible] mundo [illegible] eius improbis effrenatisque discursibus cruentissimi iussa principis

E exequentium, ad inopiam pene omnes Romanos [illegible] adactos, et [illegible] dispersos coegit. Ibi tertia [illegible] bus [illegible] sciniphas [illegible] sæu [illegible] in dijs sæpe [illegible] per loca squalida coadunati [illegible] densatæ, & in illo volatu adlabens [illegible] hominum ac pecudum feris cum [illegible] monstrum [illegible] eidem sub Traiano plaga Iudæos excitauit, qui [illegible] vbique dispersi, ita iam quasi non essent quiescere [illegible] quoque calore permoti, in ipsos inter quos erant, toto orbe [illegible] sæuierant, absque innumerabilium [illegible] vrbium ruinis, [illegible] crebri terræmotus ijsdem temporibus subuerterunt. Ibi in quarta plaga muscæ [illegible] fuerunt, sæuæ [illegible] dinis vermiumque matres: hic itidem quarta sub Marco Antonio plaga, lues plurimis infusa prouincijs [illegible] iam quoque cum vrbe Roma vniuersam, exercitumque Romanorum, per longinquos limites in diuersa hyberna dispersum, morte dissolutum, putredini simul ac vermibus dedit.

F Ibi quinta correptio pecorum ac iumentorum repentino interitu expleta est: hic similiter quinta vltio sub Seuero persecutore, crebererrimis ciuilibus bellis, propria viscera & adminicula reipublicæ, h. e. plebes prouinciarum, & legiones militum comminuta sunt. Ibi sexta vexatio intulit vesicas efferuescentes, vlceraque manantia. hic æque sexta punitio quæ post Maximi persecutionem fuit qui specialiter Episcopus & clericos omissa turba popularium, hoc est, Ecclesiarum primates cruciari imperauerat: [illegible] mescens crebro ira atque inuidia, non per vulgi cædem, sed per vulnera morientium principum ac potentum exaltata est. Ibi septima plaga numeratur coacta agere grando profusa: quæ hominibus iumentisque satis exitio fuit: hic similiter septima sub Gallo & Volusiano qui persecutori Decio mox interfecto successerant, plaga extitit. Nam tunc pestis infusa est per omnia Romani regni ab oriente ad occidentem spatia: cum omne propemodum genus hominum necandi dedit: tunc etiam corrupit latos, inficitque pabulata [illegible]. Ibi octauam Ægypti commotionem fac [illegible]

G excitatæ vndique locustæ, terrenisque omnia: hic octauam æque in subuersionem Romanæ vrbis excitatæ, vndique intulere gentes: quæ cædibus atque incendijs cunctas [illegible] vincias deleuerunt. Ibi nona turbatio diuturnas, crassas ac palpabiles tenebras habuit: plus [illegible] periculi comminata quam fecit: hic eadem correptio fuit, cum Aureliano persecutionem decernenti diris turbinibus, terribile ac triste fulmen sub ipsius pedibus [illegible] ostendens quid cum vlno talis exigeret, tantus possit vltor, nisi & clemens esset & patiens: quanquam intra sex hic menses, tres occulti imperatores, hoc est, Aurelianus, Tacitus & Florianus, diuersis causis interfecti sunt. Ibi postremo decima plaga quæ nouissima omnium fuit, interfectio filiorum quos primos quique genuerunt: hic nihilominus decima, id est, nouissima pœna est, omnium perditio idolorum, quæ primitus facta, in primis amabant. Ibi rex potentiam Dei sensit, & probauit & credidit, ac per hoc populum Dei ire permisit: hic per potentiam Dei sensit & probauit & credidit, ac per hoc populum Dei ire liberum esse permisit. Ibi nunquam postea populus Dei ad seruitutem

H retractus. hic nunquam postea populus Dei ad idololatriam coactus est. Ibi Ægyptiorum vasa pretiosa Hebræis tradita sunt. Hic Ecclesiæ Christianorum præcipua paganorum templa cesserunt. Sane illud vt dixi denuntiandum puto, quia sicut Ægyptus post has decem plagas dimissos Hebræos persequi molientibus [illegible] per superductum mare æterna perditio: ita & nos quidem libere peregrinantes, superuentura quandoquidem persecutio gentium manet, donec mare rubrum, id est, ignem iudicij, ipso Domino duce & iudice transeamus. Hi vero in quos Ægyptiorum forma transfunditur, permissa ad tempus potestate sæuientes grauissimus quidem permissu Dei Christianos cruciatibus persequuntur: veruntamen ijdem omnes inimici Christi cum rege suo Antichristo [illegible] stagno ignis æterni, quod magna impediente [illegible] dum non videretur [illegible] perpetuæ perditionem immortalibus [illegible] supplicijs

sentientur.

A

Capvt XXII.

Mandatum domini per Moysen ad filios Israel datum, vt petant à vicinis suis & amicis, vasa aurea & argentea.

Cap. xi. *Locutum est Dominus ad Moysen dicens: Dic ergo omni plebi, vt postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua, vasa aurea & argentea. Dabit autē dominus gratiam populo suo coram Aegyptijs.* Augustinus. Non hinc quisq; sumendum exemplum putare debet, ad expoliandum isto modo proximum. Hoc n. Deus iussit, qui nouerat quid quenq; pati oporteret: nec Israelitæ furtum fecerunt, sed Deo iubenti ministerium præbuerunt: quemadmodum cum minister iudicis occidit eum quem iudex iussit occidi: profectò si id sponte fiat, homicida est etiam si eum occidat, quem scit occidi à iudice debuisse. Est etiam ista non nulla quæstio. Si seorsum habitabant Hebræi in terra Gessen, vbi nec plagæ fiebant quib. regnum Pharaonis affligebatur quomodo petit quisq; à proximo vel à proxima aurum & argentum & vestem, præsertim quia vbi primum hoc mandatur per Moysen, sic positum est: & mulier à vicina sua, & concellanea vel concellania sua dicendum est, vel cohabitatrice sua. Vnde intelligendum est etiam in terra Gessen nō solos Hebræos habitasse, sed eis aliquos Aegyptios in illa terra cohabitatores fuisse, ad quos potuerunt merito Hebræorum etiam illa beneficia peruenire: vt hi eos & diligerent ij, Aegyptij cohabitatores & q petebant, facile commendarent: B nec tamen Deus iudicauit ita illos alienos fuisse ab iniurijs & contradictionib. quas populus Dei pertulit, vt nec illo damno ferirentur, qui plagis illis propter quod terræ illi parcebatur, percussi non erant. Hic quoq; diligenter con- Gregorius. siderandum est, quod mentes vsui vitæ carnalis inhærentes, euelli ab infimis non possunt, nisi gradatim ducta prædicatione proficiant. Hinc quippe est, quod in Aegypto positis, pruuistoq; moderamine, latente concupiscentia condescenditur: vicinorum suorum vasis aureis argenteisq; sublatis, discedere iubentur. Qui ad Sina montem ducti, accepta lege *oculum pro oculo, dentem pro dente* Exod. 21. præcipiuntur exigere: Et quando q; tamen crescente gratia *percussi* C *in maxillam vnam, alteram iubentur præbere.* Quia enim sem- Matt. 5. per plus ira in vindicta exigit quā iniuria accipit, dum discunt mala non multiplicius reddere, quando discerent ea & multiplicata sponte tolerare. Hinc est quod eundem populum a quibusdam prohibuit quædam vero ei in vsu pristino seruauit: sed hæc ipsa tamen in meliori vitæ figura composuit. Bruta nanq; animalia idolis in Aegypto mactabant eisque in vsu postmodum animalium victima fuit: vt dum de vsu suo aliquid admitterent, consolarentur eius infirmi per hoc, q de vsu suo aliquid haberēt. Mira n. dispensatione consilij, quod ei dominus de consuetudine carnali retinuit, hoc in signa spiritus, potentius vertit. Quid n. sacrificia illorum animalium, nisi vnigeniti mortem designant? Quid sacrificia illorum animalium, nisi extinctionem carnalis vitæ nostræ significant? Vnde ergo imbecillitati populi iudis condescendens dicitur, inde ei per obumbratas allegoriarum species, maior fortitudo spiritus nuntiatur.

D

Capvt XXIII.

De sanctione Pascæ in terra Aegypti.

Cap. 12. *Dixit quoq; dominus ad Moysen & Aaron in terra Aegypti: Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israel & dicite eis: Decima die mensis huius, tollat vnusquisq; agnum per familias & domos suas. Sin a. minor est numerus vt sufficere non possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum qui coniunctus est domui suæ: iuxta numerum animarum quæ sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absq; macula, masculus, anniculus. Iuxta quem ritum tolletis & hædum: & seruabitis eum vsq; ad quartam decimam diem mensis huius: immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam.* Mensis enim iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Mensem primum vocat Nisan secundum Hebræos in quo creatum est cælum & terra & mundi exortus exortum. Cuius mensis plenilunium, post æquinoctium vernale semper debet attendi. in eo & plebs Israelitarum à seruitute ... liberata est & genus humanum per Christi sanguinem, à potestate diaboli ereptum atq; translatum est. Decima die mensis agnum assumi iubetur, & ... vsq; ad 14. diem mensis eiusdem ad vesperam, & ... redemptor noster, decima die, h... dies Pas... Hierosolymam veniens, in templ... ... insidiarum Iudæorum, verbum Dei d... ... 14 diem: in quo Pascha mysticum cum ... ... per Iudam proditorem in manus Iudæorum ... est: atque sequenti die in cruce ... redemptione ... quod autem decima die mensis agnus tollitur sed non immolatur vsq; ad quartam decimam diem, significat, quod per legem quidem Christi passio præfigurabatur, ... non nisi Euangelij coruscante gratia, completur. Dec... n. numerus, propter decalogum ad ... pertinet: & quaternarius propter quatuor Euangelia, nouum exprimit testamentum. Hoc ... quod vir ... que agnum ... sumere per familias & domos suas, & si minor sit numerus edentium qui non possit agni carnem consumere, mandat vicinum suū qui iunctus est domui eis assumere, q... tenus sufficiens sit numerus ad esum agni, Typice ... nat, quod non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentib. con... uocandi erant ad ... dem Christi, & ad vert agni immolationem. Non n. ... sufficiebat gens Iudæa ad spiritale Pascha celebrandum ... quin etiam gentes quæ vicinæ fuerunt domui Iudæ adiungendæ erant, quatenus domus Dei consummantium numero impleretur: & agni carnes digne comesturi, fideles in pastum vitæ æternæ verterētur. Quod autem agnus vespere comedi iubebatur, significat Christi passionem in nouissima ætate seculi esse complendam. Denique quod hædus similiter assumi iubetur, & seruari vsq; ad 14. diem, non immerito incarnationis Christi mysterium accipitur. Quid n. opus erat ouem vel agnum ab ouibus, & hædum ab hædis accipiendum moneri, nisi ille figuraretur, cuius caro non solum ex iustis, verumetiam ex peccatorib. propagata est: quamquam conentur Iudæi etiam hædum intelligere accipiendum ad celebrandum pascha: & hoc esse dictum putent, ab ouibus & hædis accipere, tanquam diceret vel ab agnis agnum, vel ab hædis hædum, si illud deest, sumi oportere. Apparet tamen in Christo ... implens, quid illo præcepto fuerit figuratum. *Et sument de sanguine, ac ponent super vtrunque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum: & edent carnes nocte illa assas igni: & azymos panes cum lactucis agrestib. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua: sed assum tantum igni. Caput cum pedibus & intestinis vorabitis: nec remanebit ex eo quicquam vsque mane. Si quid residui fuerit, igne comburetis.* Quæ autem superauerint, inquit, ab eo in mane, igne concremabitis. Quæri potest, quo modo aliquid superauit, cum hoc præmoniti fuerint, vt si domus non habuerit consumendo pecori idoneam multitudinem, vicini assumantur. Sed intelligitur, quoniam dictum est, *Os non comminuetis ex eo*, remansura vtique fuisse ossa quæ igne concremarentur. *Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis: calceamenta vestra habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus. & comedetis festinantes. Est enim phase, i. e. transitus domini. Et transibo per terram Aegypti nocte illa: percutiamq; omne primogenitum in terra Aegypti, ab homine vsq; ad pecus: & in cunctis dijs Aegypti faciam iudicia: ego dominus.* Hæc videlicet cuncta, mag... nobis ædificationem pariunt, si fuerint mystica inte... tatione discussa. Quis nanq; sit sanguis agni, non audiendo, sed bibendo didicimus. Qui sanguis super vtrumque postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. In vtroq; etenim poste agni sanguis est positus quando sacramentum passionis ... cum ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. Nam qui ... redemptoris nostri sanguinem accipit, vt imitari passionem illius necdum vult, in ... poste ... sanguinem posuit ... etiam in superliminaribus domorum ponendus est ... n. spiritualiter domos, nisi mentes nostras accipimus, in quib. per cogitationem inhabitamus. Cuius ... superliminare est ipsa intentio, quæ supereminet actioni. Qui ergo intentionem cogitationis suæ ad imitationem dominicæ passionis dirigit, superliminare domus, agni sanguis ē posuit. Vel certe domus ipsa sunt corpora, in quibus quousq;

E

G

August.

A viuimus, habitamus: & in superliminare domus agni sanguine ponimus, quia crucem passionis illius in fronte portamus. De quo agno adhuc subditur: *Et edent carnes nocte illa assas igni.* In nocte quippe agnum comedimus, qui in sacramento modo dominicum corpus accipimus, quando adhuc ab inuicem nostras conscientias non videmus. Quæ tamen carnes agni assandæ sunt, quia nimirum dissoluit carnes quas aqua coxerit: quas vero ignis sine aqua excoquit, robustat. Carnes itaque agni nostri ignis coxit; quia cum vis passionis illius, ad resurrectionem valentiorem reddidit; atq; incorruptione roborauit. Quæ n. ea morte conualuit, videlicet carnes illius ab igne duruerūt.
Psalm. 21. Vnde etiam per Psalmistam dicit: *Exaruit velut testa virtus mea.*

Quid nanq; est testa ante ignē, nisi molle lutum? sed ei ex igne agitur vt solidetur. Virtus ergo humanitatis eius velut testa exaruit: quia ab igne passionis, ad virtutem incorruptionis creuit. Sed sola redemptoris nostri percepta sacramenta, ad veram solennitatem mentis non sufficiunt, nisi eis quoq; & bona opera iungantur. Quid enim
B prodest corpus & sanguinem illius ore percipere, & ei peruersis morib. contraire? Vnde bene adhuc ad comedendum subditur: *Et azymos panes cum lactucis agrestibus.* Panes quippe sine fermento comedit, qui recta opera sine corruptione vanæ gloriæ exercet: q mandata misericordię sine admixtione peccati, ea lubet: ne peruersè diripiat, q quasi recte dispensat. Hoc quoq; peccati fermentum bonæ suæ actioni miscuerunt, quib. Prophetæ voce per increpationem dñs dicit
Amos 4. *Venite ad Bethel, & impie agite.* Atq; post pauca. *Et sacrificate de fermēto laudē.* De fermento nanq; laudem immolat, qui sacrificium Deo de rapina parat. Lactucæ vero agrestes valde amaræ sunt: carnes vero agni cum lactucis agrestib. sunt edendæ: vt cum corpus redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris in fletib. affligamus: quatenus ipsa amaritudo pœnitentiæ, abstergat mentis stomacho, peruersæ amorem vitæ. Vnde & subditur: *Non comedetis ex eo crudū quid, neq; coctū aqua.* Ecce iam non ipsa verba historiæ ab intellectu historico repellunt. Nunquid Israeliticus ille populus in Ægypto constitutus, agnum comedere crudum consueuerat, vt illi lex dicat, Non co-
C medens ex eo crudum quid, vbi & additur, neq; coctum in aqua. Sed quid aqua nisi humanam scientiam designat?
Prouer. 9 Iuxta hoc q per Salomonem sub hæreticorum voce dicitur. *Aquæ furtiuæ dulciores sunt.* Quid crudæ agni carnes, nisi inconsideratam ac sine reuerentia cogitationis relictam eius humanitatem, significant: Omne n. quod subtiliter cogitamus. q mente coquimus. Sed agni caro nec cruda edenda est, nec aqua cocta: quia redemptor noster, nec purus homo æstimandus est neq; per humanam sapientiam qualiter incarnari Deus potuit, cogitandus. Omnis n. qui redemptorem nostrum purum hominē credit, quid iste aliud q agni carnes crudas comedit, quas videlicet coquere per diuinitatis eius intelligentiam noluit? Omnis vero incarnationis eius mysteria iuxta humanam sapientiam discutere conatur, carnes agni aqua vult coquere, i. dispensationis mysterium, per dissolutam vult scientiam penetrare. Qui igitur Paschalis gaudij solennitatem cele-
D brare desiderat, agnum neq; aqua coquat, neq; crudum comedat: vt neq; per humanam sapientiam, profunditatem incarnationis illius penetrare appetat: neq; in eum tanq̄ in hominem purum credat: sed assatas agni carnes comedat: vt dispensari omnia per sancti spiritus potētiam sciat.
Apoc. 1 De quo adhuc recte subiungitur. *Caput cū pedib. & intestinis vorabitis.* Quia redemptor noster est α & ω: Deus videlicet ante secula, & homo in fine seculorum. Caput ergo agni vorare, est diuinitatem illius fide percipere. Pedes vero agni vorare, est vestigia humanitatis eius amando & imitando perquirere. Quid vero sunt intestina, nisi verborum illius occulta & mystica mandata? Quæ tunc voramus, cum verba vitæ cum auiditate sumimus. In quo deuoratiorus verbo, quid aliud quam nostræ pigritię torpor reprehenditur, qui eius verba ac mysteria, & per nosmet ipsos non requirimus, & dicta ab alijs, audimus inuiti. *Nō remanebit ex eo quicquā vsq; mane.* quia eius dicta magna sunt solicitudine discutienda quatenus priusquam dies resur-

E rectionis appareat, in hac præsentis vitæ vocatione, omnia mandata eius intelligendo & operando penetrentur. Sed quia valde est difficile, vt omne agni eloquium possit intelligi, & omne eius mysterium [illegible] subiungitur: *Si quid autem remanserit, igne comburetis.* Quod ex agno remanet, igni comburimus quando hoc q de mysterio incarnationis eius intelligere & penetrare non possumus, potestati Spiritus S. humiliter reseruamus: vt non superbe quis audeat vel contemnere, vel denunciare q non intelligit: sed hoc igni tradit, cum Spiritui sancto reseruat.

Quia igitur qualiter edendum sit pascha cognouimus, nunc qualiter edi debeat, agnoscamus. Sequitur: *Sic autem comedetis illum: Renes vestros accingetis.* Quid in renib. nisi delectatio carnis accipitur? Vnde & Psalmista po-
stulat dicens: *Vre renes nostros.* Si n. voluptatem [illegible] Psalm 25
tenib. esse nesciret, eos vri minime petisset. Vnde quia potestas diaboli in humano genere maxime per luxuriam pręualuit, de illo voce dominica dicitur: *Potestas eius in lumbis eius.* Qui ergo pascha comedit, habere renes accinctos Iob. 18.
debet: vt qui solennitatē resurrectionis atq; incorruptionis agit, corruptioni iam per vitia nullis subiaceat: voluptates edomet: carnem à luxuria restringat. Neq; n. cognouit F
quæ sit solennitas incorruptionis, qui adhuc per incontinentiam corruptionis subiacet. Hæc quibusdā dura sunt: sed angusta porta est q̄ ducit ad vitam & habemus [illegible] multa exempla continentium. *Calceamenta habebitis in pedib.* Quid sunt etenim pedes nostri nisi opera? Quid vero calceamenta nisi pelles mortuorum animaliū? Calceamenta autem pedes muniunt. Quæ vero sunt mortua animalia, ex quorum pellib. nostri muniantur pedes, nisi antiqui patres, qui nos ad æternam patriam præcesserunt. quorum dum exempla conspicimus, nostri operis pedes munimus. Calceamenta ergo in pedib. habere est mortuorum vitam conspicere: & nostra vestigia à peccati vulnere custodire. *Tenentes baculos in manib.* Quid lex per baculum, nisi pastoralem custodiam designat. Et notandum q prius præcipimur renes accingere: postmodum baculos tenere: quia illi debent curam pastoralē suscipere, qui iam in suo corpore sciunt fluxa luxuriæ domare: vt cum alijs fortia prædicant ipsi desiderijs mollib. eneruiter non succumbant. Bene a. subditur: *Et comedetis festinantes.* Notandum vero q dicitur G
festinantes, nos admonere, quo mandata Dei, mysteria redemptoris, cęlestis patris gaudia cum festinatione cognoscamus: & præcepta vitæ cum festinatione implere curemus. Quia n. adhuc hodie licet bene agere scimus, vt cras liceat, ignoramus. Festinantes ergo Pascha comedamus. i. solennitatem patriæ cælestis anhelemus. Nemo in huius vitæ itinere torpeat: ne in patria locum perdat. Pascha n. nostrum Christus est: Paulo attestante qui ait *Etenim pascha nostrū immolatum est Christus.* Porro q sequitur, *In dijs eorum faciam iudiciū*, illud Hebræi affirmant, quod nocte 1. Cor. 5.
qua egressus est popul⁹, omnia in Ægypto templa destructa sunt, siue motu terræ, siue tactu fulminum. Spiritualiter a. dicimus, quod egredientib. ex Aegypto errorum idola corruant: & omnis peruersorum dogmatum cultura quatiatur. *Erit a. sanguis vobis in signū in ædib. in quibus eritis. Et videbo sanguinem ac transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terrā Aegypti.* Sanguis Christi vobis signum est credentib. ne noceat eis exterminator: quia maxima tutela contra hostes est Christianis, memoria passionis Christi Quod a. idem sanguis tincto fasciculo hysopi, aspergi in H
superliminare, & in vtrunq; postēm iubetur, significat, q secundum fidem catholicam, passionis Christi sacramentum celebrare debemus Hysopus n. herba est humilis radicibus, adhærens petræ: & purgandis pulmonib. apta: sic & fides Christi quam in Euangelio ipse Dominus *grano sinapis* comparat, humili deuotione suscepta, & firmiter in corde retenta, oēs interiores animi affectus purgat & emundat: ac sacramentorum cælestium habilem hominē Matth. 13.
efficiet. *Habebitis autem hunc diem in monumentum: & celebrabitis eū solennem domino, in generationib. vestris cultu sempiterno.* Augustinus
Quod scriptum est, & facietis diem hunc in progenies vestras legitimum æternum vel æternalem, q Græce dicitur non sic accipiendum est, tanq possit istorum prætereuntium dies esse vllus æternus: sed illud æternum est, q

iste significat dies, velut cum dicimus, tum Deum ... æternum: non vtique istas duas syllabas æternas dicimus, sed quod significant. Quanquam diligenter scrutandum ... quomodo appellare scriptura soleat æternum ... dixerit solennitet æternum: quem nefas habeant prætermittere, aut sua sponte mutare. Aliud est n. quod præcipitur, quousque fiat sicut præceptum est, vt septies muros Iericho circumiret archa: aliud cum præcipitur sic obseruari aliquid, vt nullus terminus præfiniatur obseruationis: siue quotidie, siue per menses, siue per annos solenniter: siue per multorum, siue aliquotum annorum certa interualla. Aut ergo sic appellauit æternum, quod nō sua sponte audeant delinere celebrare: aut sicut dixi, vt non ipsa signa rerum, sed res quæ his significantur, æternæ intelligantur. *Septem diebus azyma comedetis. In die primo non erit fermentum in domibus vestris. Quicunque comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel, a primo die vsque ad diem septimum.* Quid est quod pascha celebraturos, septem dieb. azyma iubet comedere, nisi quod omnes qui passionis Christi & resurrectionis eius mysteria fide vera celebrant, oportet vt sine fermento malitiæ & nequitiæ, præsentem vitam quæ septenario dierum numero discurrit, totam incontaminatā ducant? Vnde & sequitur *Dies, inquit, prima erit sancta atque solemnis: & dies septima eadem festiuitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis, exceptis his, quæ ad vescendum pertinent: & seruabitis azyma.* Diem primam initium credulitatis, & diem septimam finem præsentis vocat. Omne n. tempus præsentis vitæ conuenit veris Israelitis festiuum ducere, h. e in passionis & resurrectionis Christi mysterio honorare: nihilque operis in illis facere: exceptis his, quæ ad vescendum pertinent: quia non licet eis in mundi concupiscentia & peccatorum opere laborare. Sed in meditatione sanctarum scripturarum, atque in bonis operib. qua æternum in cælis refectionem sanctis præparatoris, continuo desudare. Vnde sequitur *Primo mense, 14 die mensis ad vesperam, comedetis azyma, vsque ad diem 21. eiusdem mensis ad vesperam.* Quid significat vespera quartadecima diei primi mensis, in quo Pascha celebratum est, & agni immolatio perfecta, nisi depositionē veteris hominis, & initium conuersationis nouæ quæ in baptismo Christi morte figurante inchoatur? Vnde & Apost. *Quicunque, inquit, baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cū illo per baptismum in mortem: vt quomodo resurrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Ergo à vespera 14. diei primi mensis, per integram videlicet septimanam, azyma iubemur comedere: quia à perceptione lauacri baptismatis, vsque ad finem vitæ simpliciter & sine dolo debemus viuere. Vnde & Petrus ait: *Deponentes omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes & inuidias & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile & sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem.* Sequitur: *Quicunque comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Israel: tam de aduenis quam de indigenis terræ.* Quia nimirum omnis qui dolose viuit, & erronea doctrina pollutus præsentem vitam vsque ad finem peruexerit, tunc separatus de cœtu sanctorum, perpetuis cruciatibus sine fine puniendus, in æternum peribit. *In una domo comedetis, nec efferetis de carnibus eius foras, nec os illius confringetis. Omnis cœtus filiorum Israel faciet illud.* Hic Paschæ significatur ... dominus ... ditur Christus, de quo in Euangelio dicitur: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Vnde & ete immolatur agnus in vespera mundi, passus est Christus. Prohibentur qui Pascha faciunt ossa frangere: non franguntur in cruce ossa domini, attestante Euangelista qui dicit: *Os non comminuetis ex eo.* Sanguine agni illiniuntur, & aestuarum postes: ne vastator angelus audeat inferre perniciem, signantur signo dominicæ passionis in frontib. fideles populi ad tutelam salutis ... filii ab interitu liberentur, qui cruore dominicæ passionis corde & fronte signati sunt: qui etiam ope eloquunt: *Signatum est super nos lumen vultus tui domine.* Vnde appellantur ... solent ... tenebrosam Ægyptum ... derelinquant.

CAPVT XXIV.

De transitu domini in nocte media per terram Aegypti, & percussione primitiuorum.

Factum est autem in noctis medio, percussit dominus omne primogenitum in terra Aegypti, a primogenito Pharaonis qui sedebat in solio eius, vsque ad primogenitam captiuæ, quæ erat in carcere: & omne primogenitum iumentorum. Surrexitque Pharao nocte: & omnes serui eius, cunctaque Aegyptus: & ortus est clamor magnus in Aegypto: neque enim erat domus, in qua non iaceret mortuus. Factus est, inquit, clamor magnus in terra Aegypti: non enim erat domus, in qua non iaceret mortuus. Nonne potuit esse aliqua domus, quæ primogenitum non haberet? Cum ergo primogeniti tantūmodo morerentur, quomodo nulla erat quæ non haberet mortuum? An & hoc diuinitus præscientia Dei fuerat procuratum, vt in omnibus omnino essent domib. primogeniti, in quibus percuterentur Aegyptij? Ab hac tamen plaga non puto indubitanter immunes fuisse Ægyptios, qui habitabant in terra Gessen, hominum quippe erat vel animalium, non terræ, id est, hominum & animalia primogenita moriebantur occulto & Angelico percussu non aliquid in cælo vel in terra factum erat, sicut rana vel locusta vel tenebræ, vnde qui habitabant affligerentur. A tali ergo ... ...sen non fuisset aliena, proculdubio pertinebat ... ad eos Ægyptios, qui ... Hebræis morabantur. Hac vero plaga ... omnes percussi sunt. *Filij autem Israel fecerunt sicut præceperat illis Moyses, & petierunt ab Aegyptijs vasa aurea & argentea & vestem: & dominus dedit gratiam populo suo coram aegyptijs, & ut commodarent eis, & spoliauerunt Aegyptios.* ... hoc factum fuerat ante mortes primogenitorum Aegyptiorum, sed nunc per recapitulationem repetitur. Nam narratum est quando factum est. Modo enim fieri quomodo posset, vt in tanto luctu ex mortib. suorum, accommodarent ista filijs Israel? nisi forte quis dicat etiam ista plaga non fuisse percussos Aegyptios, qui cum Hebræis inhabitabant terram Gessen. Quid vero hæc præfigurauerunt, nisi quod in auro & argento ac veste Aegyptiorum, significatæ sunt quædam doctrinæ, quæ ex ipsa consuetudine gentium, non inutili studio discuntur? Sed siue hoc significet, siue illud quod ex ipsis gentib. animæ pretiosæ tanquam vasa aurea & argentea, cum suis vtique corporibus quod vestem significant, adiungunt se populo Dei, vt simul de hoc seculo tanquam de Aegypto liberentur. *Tulit igitur populus conspersam farinam antequam fermentaretur, & ligans in palliis, posuit super humeros suos.* Quod vero ait fermentum sublato sic profectos esse filios Israel de Ægypto, hoc & à nobis modis omnibus si fieri potest elaborandum est: vt exeuntes à seculi huius illecebris, non ambulemus in fermento veteris malitiæ & nequitiæ: sed in azymis synceritatis & veritatis: quod est noui hominis conuersatio, relicto pristino homine cum vitijs suis. Sane quia ab exordio libri Exodi, incrementum populi Israelitici in Aegypto plagasque Ægyptijs irrogatas propter inobedientiam describentes, primum librum vsque ad typicæ Paschæ celebrationem perduximus, sequentem libri exordium ab exitu filiorum Israel de Aegypto inchoandum, ratum esse arbitramur.

A

HRABANI MAVRI, MOGVNTINENSIS ARCHIEPISCOPI, IN LIBRVM SECVNDVM SVPER EXODVM,

E

PRÆFATIO.

2. Tim. 3. OMNIS *scriptura diuinitus instituta*, secundum Apostoli sententiam, *vtilis est ad docendum ad arguendum: ad corrigendum: ad erudiendum* in iustitia. Quapropter quisquis sedulus earum est meditator, interneque eas conspicit, inuenit in sermone suaue documentum: in sensu salubre consilium: in mysterio honorabile sacramentum. Neque enim solummodo sufficit lectoribus diuinorum librorum sensus historicus, sed etiam diligenter eis est considerandum, quid per allegoriam eis propheticus sermo innuere velit: sicut in præsenti libro, quando per historiam audierimus propter crudelitatem exertam in F filios Israel, & propter inobedientiam, qua diuino Imperio contrarij extiterunt, Aegyptios iustam B promeruisse vindictam, cogitare debemus, eorum Israelitarum liberationem de spirituali Aegypto, & introductionem in terram repromissionis, vbi mel & lac spirituale credentes quique sufficienter percipiunt: hostiumque spiritualium in baptismatis vnda, per manum omnipotentis Dei validam intersectionem: vt in his omnibus instructi, parati simul ad omne opus bonum. Post commemorationem ergo Paschæ, sequitur sermo de transitu filiorum Israel ex Aegypto prolatus ita

HRABANI MAVRI, MOGVNTINENSIS ARCHIEPISCOPI, ENARRATIONVM IN EXODVM,

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

C *De profectione filiorum Israel ex Aegypto de Ramesse in Socoth primam mansionem: & ritu Paschæ ibi exposito per Moysen.*

Exod. 12. PROFECTIQVE *sunt filij Israel de Ramesse in Socoth, sexcenta ferme milia peditum virorum, absque paruulis & mulieribus: sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis.* Manifestum est homines significatos, siue in seruis, siue in mulieribus, siue in his ætatibus, quæ militiæ non essent idoneæ: vt sexcentia milia peditum in eis solis intelligamus, qui possent militari agmine armari.

Ambros. Quæri autem solet, vtrum ad tantum numerum Hebræi peruenisse potuerint per eos annos in Aegypto. Dicit enim ita in sequentibus: *Habitatio autem filiorum Israel qua manserant in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum. Quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus domini de terra Aegypti.* Non enim ab introitu Iacob in Aegyptum, vsque ad exitum filiorum Israel de Aegypto, quisquis scripturas sacras diligenter inspexerit, tantum numerum annorum inueniet. Proinde illa nimirum computatio quam secutus est Eusebius in D historiæ suæ Chronico, perspicuæ veritati subnixa est. Ab illa n. promissione computat quadringentos & triginta annos: qua vocauit Deus Abraham, vt exiret de terra sua in terram Chanaan: quia & Apostolus cum Abrahæ laudaret & commendaret fidé, in ea promissione qua Christum vult intelligi prophetatum, id est, qua promisit Deus Abrahæ, quod benedicerentur in eo omnes tribus terræ.

Gal. 3. *Hoc autem dico*, inquit, *quia testamentum a Deo confirmatum, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non infirmat ad euacuandas promissiones.* Ex illa ergo promissione qua vocatus est Abraham & credidit Deo post quadringentos & triginta annos factam legem dicit Apostolus: non ex tempore quo Iacob intrauit in Aegyptum. Deinde etiam ipsa scriptura Exodi satis hoc significat. Non enim dixit, incolatus filiorum Israel quem incoluerunt in terra Aegypti, anni quadringenti triginta: sed aperte dixit: *quam incoluerunt in terra Aegypti Chanaan, ipsi & patres eorum.* Ac per hoc manifestum est, computandum esse tempus etiam patriarcharum Abrahæ, Isahac & Iacob: ex quo peregrinari cœpit Abraham in terra Chanaan: id est, ex illa promissione, in qua eius fidem laudat Apostolus: vsque ad illud tempus, quo ingressus est Israel in Aegyptum. Toto quippe isto tempore peregrinati sunt patres in terra Chanaan & deinde semen Israel in Aegypto: ac sic completi sunt G quadringenti triginta anni, à promissione vsq; ad exitum Israel ex Aegypto quando facta est lex in monte Sina: quæ non infirmat testamentum ad euacuandas promissiones. Septuagesimo & quinto anno vitæ suæ Abraham sicut scriptura dicit, egressus est in terram Chanaan: & genuit Isahac cum esset centum annorum. Fiunt itaque anni viginti quinque ex promissione vsque ad natum Isahac. His adduntur omnes anni vitæ suæ, id est, centum octoginta, & fiunt ducenti quinque: tunc erat Iacob annorum centum viginti. Lib. 7. Nati sunt enim sexagenario patre gemini: ipse & Esau. Post decem autem annos, intrauit Iacob in Aegyptum, cum esset annorum centum triginta. Ioseph autem cum esset triginta noué. Fiunt proinde anni à promissione vsque ad ingressum Iacob in Aegyptum, ducenti quindecim. Ioseph autem ab illo tricesimo & nono anno ætatis suæ, in quo eum pater in Aegypto inuenit, vixit septuaginta & vnum annum: quia omnis ætatis eius anni, centum decem fuerunt. H Cum itaque ad ducentos quindecim annos accesserint septuaginta vnum, fiunt anni ducenti octoginta sex. Restant centum quadraginta quatuor vel quinq;: quibus intelligitur seruisse in Aegypto populus Israel post mortem Ioseph. His annis quàtum multiplicari potuerunt, si fœcunditas hominis consideretur, adiuuante illo, qui eos voluit valde multiplicari: reperitur non esse mirum, quod in sexcentis milib. peditum egressus est populus ex Aegypto excepto apparatu: vbi & seruitia erant, & sexus muliebris, & imbecillis ætas. Quod ergo dixit Deus ad Abraham, *Sciendo scies, quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria: & in seruitutem redigent eos, & nocebunt illis quadringentis annis*, non sic accipiendum est, Gen. 15. tanquam in illa durissima seruitute quadringentos annos Dei populus fuerit: sed quia scriptum est, *In Isahac vocabitur tibi semen*, ex anno natiuitatis Isahac, vsque ad annum Gen. 21.

egres-

A egressionis ex Ægypto, computantur anni quadringenti quinque. Cum ergo de quadringentis triginta detraxeris viginti quinque, quæ sunt à promissione vsque ad natum Isahac, non mirum est, si quadringentos & quinque annos, summa solida quadringentos voluit appellare scriptura: quæ solet tempora nuncupare: vt quod de summa perfectionis numeri paululum excrescit aut intra est, non computetur. Non itaque, quod ait, *In seruitutem redigent eos, & vexabunt illos quadringentis annis*, referendum est, tanquam per tot annos eos habuerint in seruitute: sed referendi sunt quadringenti anni, ad id quod dictum est: *Peregrinum erit semen tuum in terra non propria.* Quia siue in terra Chanaan siue in Ægypto peregrinum erat illud semen, antequam in hæreditatem sumeret ex promissione Dei, quod factum est: posteaquam ex Ægypto liberati sunt: vt hyperbaton hic intelligatur, & ordo verborum sit: *Sciendo scies, quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria quadringentis annis.* Illud autem interpositum intelligatur, *Et in seruitutem redigent eos, & vexabunt illos*: ita vt ad

B quadringentos annos ista interpositio non pertineat. In extrema enim parte annorum summæ huius, hoc est post mortem Ioseph factum est, vt in Aegypto populus Dei duram perageret seruitutem. *Dixitque Dominus ad Moysen & Aaron: Hæc est religio phase: Omnis alienigena non comedet ex eo: Omnis autem seruus emptitius circumcidetur, & sic comedet. Aduena & mercenarius non edent ex eo.* Alienigenam dicit gentilem, qui necdum sacro baptismate renatus est: cui nullo modo corpus dominicum & sanguis tribuendus est: quia sicut extra est religione, sic debet esse & communione. Seruum vero emptitium mandat circumcidi, vt liceat ei pascha comedere. Quis est seruus emptitius, nisi is qui emptus est pretio sanguinis Christi? Qui primum debet circumcidi, spirituali vtique circumcisione non carnis sed cordis: & sic agni immaculati corpus comedere. Nam talibus dicit Petrus Apostolus: *Succincti lumbos mentis vestræ, sobrii perfecte sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam, in reuelatione Iesu Christi.* Et paulo post: *Scientes*, 1. Pet. 1.

C inquit, *quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis: sed pretioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Christi. Præcogniti quidem ante constitutionem mundi: manifestati autem nouissimis temporibus propter vos, qui per ipsum fideles estis in Deo qui suscitauit eum a mortuis, & dedit ei gloriam, vt fides vestra & spes esset in Deo: animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore: simplici ex corde inuicem diligentius attenti: renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili: per verbum Dei viui & permanentis.* Aduena quoque & mercenarius, pascha edere non possunt. Quis est aduena, nisi qui nuper venit ad fidé, nec dum vsus est in catholica religione? Mercenarius autem ipse est, qui pro terrenis tantum lucris laborat: & nullum in futuro præmium requirit. Isti sane non sunt digni accipere corpus Christi: quia aut cum non firmiter credunt, aut veraciter amant: ac ideo indigni eius participatione sunt. Sequitur: *In vna domo comedetur. nec efferetis de carnibus eius foras: nec os illius confringetis.* In vna domo agni caro comedi iubetur: quia in vna Ec-

D clesia catholica, mysterium passionis eius rite celebratur: nec efferri licet de carnibus eius foras: quia nec Pagani nec Iudæi, nec hæretici, nec illi omnino, qui extra ecclesiam sunt, ad hanc communionem admittuntur: quorum fides, doctrina & conuersatio, aliena est à regula ecclesiasticæ disciplinæ. *Nec os*, inquit, *illius confringetis.* Quid hoc significet: Iohannes Euangelista narrans de passione Domini in Euangelio suo, ostendit dicens: *Iudæi ergo quoniam parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbato (erat autem magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit: & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius: & ille scit, quia vera dicit, vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc, vt scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt.* Aliter: Os agni non comminue- Iohan. 19. Zach. 12.

re, est in dispensatione incarnationis Christi, robur diuinitatis per blasphemiam non corrumpere: quia Deus & homo, vnus est Christus. Comminuit ergo ossa agni, qui Christum dicit de Maria virgine purum hominem natum, & non verum Christum. *Omnis cœtus filiorum Israel faciet illud. Quod si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere phase Domini, circumcidetur prius omne masculinum eius, & tunc rite celebrabit, eritque sicut indigena terræ.* Quod est aperte dicere veris Israelitis & populo ecclesiastico verum pascha celebrantibus: Siquis infidelis & externus á cultu Christiano, ad hanc communionem se sociare voluerit, expoliet prius veterem hominem cum actibus eius: & induat nouum, qui secundum DEVM creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Sicque digne sociabitur conuiuiis cœlestibus: vescetur que rite epulis spiritalibus. *Eadem lex erit indigenæ & colono, qui peregrinatur apud vos.* Quia personarum non est acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet Deum & operatur iustitiam, acceptus est illi. *Non enim est distinctio Iudæi atque gentilis, serui & liberi: sed omnia & in omnibus Christus. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filiis Israel: tam de hominibus, quam de iumentis: Mea sunt enim omnia.* & reliqua. E

F Commendat populo per Moysen Dominus ereptionis suæ memoriam habendam, & Aegyptiorum interfectionis: vt scirent debitores se esse, primogenita sua, & primogenita iumentorum suorum Domino offerre: qui in eorum liberatione omnia primogenita Aegyptiorum extinxit. Vnde in sequentibus ipse populus dicturus est: *Occidit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti, a primogenito hominum vsque ad primogenitum iumentorum. Idcirco immolo Domino omne quod aperit vuluam masculini sexus: & omnia primogenita filiorum meorum pretio redimo.* Mystice autem primogenita nostra Domino offerimus, cum primordia operum nostrorum illi sane [illegible]. Quicquid enim ex vulua bonæ voluntatis ac bonæ cogitationis, in apertum sani sermonis, & bonæ operationis processerit, iure Do- Actor. 10. Cap. 13. Exod. 13.

G mino competit: qui dedit ipsum bonum velle & perficere pro bona voluntate. *Quicquid* inquit, *habes masculini sexus, consecrabis Domino. Primogenitum asini mutabis oue. Quod si non redemeris interficies.* Omne primogenitum masculinum, id est, virile & perfectum opus, diuinæ gratiæ debemus applicare non nobis: quicquid fœmineum & molle atq; infimum est in nostra conuersatione, nostræ debemus hoc fragilitati deputare, non Domino. Quid per asinum nisi immunditia, & quid per ouem nisi innocentia designatur? Asini ergo primogenita oue mutare, est immundæ vitæ primordia ad innocentiæ simplicitaté conuertere: vt postquam illa peccator egit, quæ immunda Dominus respuit, ea iam agendo proferat, quæ Dei sacrificio imponat. Omnes enim homines nati in peccatis sumus: atque ex carnis delectatione concepti, culpæ nobiscum originem traximus. Vnde fit, vt etiam ex voluntate nostra peccatis implicemur. Sed quisquis malitia carnis ad innocentiam conuertit cordis, primogenitum asini mutat oue: quia prioris vitæ immunditiam, ad Gregorius

H innocentiam conuertit. Qui enim qualis prius fuit esse desinit, & apprehensa carnis munditia innocentiam custodit, in oblatione Dei primogenitum asini ad ouem mutauit. *Erit igitur quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid ob recordationem inter oculos tuos: eo quod in manu forti eduxerit vos Dominus de Aegypto.* Quid est, quod ait, cum de pascha præciperet, Erit tibi quasi signum in manu tua: siue iuxta alia exemplaria, super manum tuam? an intelligitur super opera tua, id est, quod præferre debeas operibus tuis? Pertinet enim pascha propter occisionem ouis ad fidem Christi & sanguinem, quo redempti sumus. Hæc enim fides operibus præponenda est: vt sit quodammodo super manum aduersus illos, qui in operibus legis gloriabantur. De qua re Apostolus loquitur. Et multum agit fidem operibus anteponere: vt ex illa pendeant opera bona: atque ab ea præueniantur: vt non ipsa velut meritis bonorum operum tribui videatur. Illa enim ad gratiam pertinet. Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. *Igitur cum emisisset* Augustinus Rom. 11.

A *[mi]sisset Pharao populum, non eos duxit Dominus per viam terræ Philisthijm, quæ vicina est, reputans ne forte pœniteret eum, si vidisset aduersum sibi bella consurgere, & reuerteretur in Aegyptum; sed circumduxit per viam deserti, quæ est iuxta mare rubrum.* Hic ostenditur omnia fieri debere, quæ consilio recte fieri possunt, id euitanda quæ aduersa sunt: etiam cum Deus apertissime adiutor est. Sæpe conuersi, qui in ipso adhuc acie vitæ inchoationis suæ vel tranquillitatem pacatissimam carnis, vel dona prophetiæ, vel prædicamenta doctrinæ, vel signorum miracula, vel gratiam curationis accipiunt: post hæc autem diris tentationum probationibus fatigantur: a quibus tentationibus adhuc cum inciperent, valde liberos se esse crediderunt: quod diuina gratia dispensatione agitur, ne inchoatione sua tentationum asperitate tangantur; quia si eorum initia amaritudo tentationis exciperet, etiam facile ad ea quæ reliquerant redirent; a quibus nec longius discesserunt, cum tentari prius vitiis quasi iuxta positis, replicantur. Vnde scriptum est: B *Cum dimisisset Pharao populum, non eos duxit dominus per viam terræ Philisthijm quæ vicina est, reputans ne forte pœniteret eum si vidisset aduersum sibi bella consurgere, & reuerteretur in Aegyptum.* Ex Ægypto itaque exeuntibus, e vicino bella subtrahuntur; quia derelinquentibus seculum, quædam prius tranquillitas ostenditur; ne in ipsa sua teneritudine atque inchoatione turbati, ad hoc terrori redeant, quod euaserunt. Prius ergo securitatis suauitatem sentiunt; prius pacis qui enutriuntur; post cognitam vero dulcedinem iam tolerabilius tentationum certamina sustinent, quanto Deum altius cognouerunt. *Et armati ascenderunt filii Israel de terra Aegypti.* Aquila namque, qui non contentiosius vt quidam putant, sed studiosius verbum interpretatur ad verbum, in eo loco vbi Septuaginta posuerunt, *Quinta autem generatione ascenderunt filij Israel de terra Aegypti*, ita transtulit: *Et armati ascenderunt filij Israel de terra Aegypti*: licet pro eo quod armati nos diximus secundum Græci sermonis ambiguitatem, instructi siue muniti, propter supellectilem qua Ægyptios expoliauerant, possit intelligi. C Verum vbi Septuaginta, quinta generatione posuerunt, illi qui Hebræorum libros diligenter inspexerunt, non quinta generatione, sed quinta tantum ibi scriptum asserunt: vt sit quasi sensus. *Quinta autem ascenderunt filii Israel de terra Aegypti.* Quod quia minus videbatur intelligi, adiuncta generatio est. Aquilam vero & in cæteris & in hoc maxime loco propria transtulisse, omnis Iudæa conclamat, & synagogarum consonant vniuersa subsellia. Si autem secundum Septuaginta quis scire voluerit, quomodo quinta generatione filii Israel ascenderint de Aegypto, per hunc generationes supputari debet: id est, vt ab ipso Iacob, qui intrauit in Aegyptum, vsque ad Moysen, qui cum populo egressus est, vt aliqui volunt, generationes quinque numerentur. Iacob enim primus, secundus Leui, tertius Caath, quartus Amram, quintus Moyses inuenitur. Has autem diciprogenies Latinus interpres quas γενεὰς Græci vocant: quæ in euangelio generationes appellantur: nec numerantur nisi per successiones hominum, non per numerum annorum. D Alii autem non Iacob per Leui vsque ad Moysen, sed per tribum Iudæ numerant, quia sit tribus regalis: ita vt a Phares filio Iudæ, qui cum Iuda patre suo ingressus est Aegyptum, vsque ad Salmon, qui in ipsa tribu dux, terram repromissionis introiit, sint quinque generationes. Phares genuit Esrom: Esrom genuit Aram: Aram genuit Aminadab: Aminadab autem genuit Naason. Naason autem genuit Salmon.

Capvt II.

De secunda mansione, hoc est de Socoth in Etham: & de columna nubis & ignis.

Exo. 13. PRofectique de Socoth, castrametati sunt in Etham, in extremis finibus solitudinis. Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis: & per noctem in columna ignis: vt dux esset itineris vtroque tempore. Nunquam defuit columna nubis per diem: nec columna ignis per noctem coram populo. Cap. 14. Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel: Reuersi ascendant e regione Phihahiroth, quæ est inter Magdalum & mare contra Beelsephon. In conspectu eius castra ponetis super mare. E Ex Ramesse, quæ interpretatur commotio tineæ vel tonitrui, venerunt, inquit, in Socoth. Socoth tabernacula intelligi apud Hebræos, tradunt interpretes nominum. Origen. Cum ergo voce Euangelii commonitus, derelinquens Aegyptum, discusseris abs te tineas totius corruptelæ, & vitiorum incitamenta rejeceris, habitabis in tabernaculis. Habitabis enim in tabernaculis, ex quibus nolumus expoliari, sed superuestiri. Habitatio autem tabernaculorum, expeditum & absque vllis impedimentis indicat esse eum, qui festinat ad Deum. Sed nec in hoc quidem standum est: vrgenda est profectio: mouenda sunt castra etiam de Socoth, & festinandum est, vt veniatur in Etham. Etham siue Othon, in nostram linguam versa dicitur fortitudo siue signa eius. Et merito. Hic enim audis dici, quia Deus antecedebat eos per diem in columna nubis: & per noctem in columna ignis. Non hoc inuenis factum apud Ramesse: nec apud Socoth, quæ secunda proficiscentibus castra dicuntur: sed tertia castra sunt, in quibus F fiunt signa diuina. Recordare quæ superius lecta sunt cum dicebat Moyses ad Pharaonem: *Iter trium dierum ibimus in deserta, & immolabimus Domino Deo nostro.* Hoc ergo erat triduum, ad quod festinabat Moyses: & contradicebat Pharao. Ille enim dicebat: *Non longe ibitis.* Non permittebat Pharao ad locum signorum peruenire filios Israel: non permittebat eos iterum proficisci vt possint tertii diei mysteriis perfrui. Audi enim Propheta quid dicit: Ose. 6. *Resuscitabit Deus nos post biduum: & in die tertia resurgemus: & viuemus in conspectu eius.* Prima dies nobis passio Saluatoris est: secunda qua descendit in infernum: tertia autem resurrectionis est dies. Et ideo in die tertia Deus antecedebat eos per diem in columna nubis: per noctem autem in columna ignis. Quod si secundum ea quæ superius diximus, in his verbis recte nos Apostolus docet baptismi mysteria contineri, necessarium est, vt qui baptizantur in Christo, in morte ipsius baptizentur, & ipsi consepeliantur: & cum ipso die tertia resurgant a mortuis. G Quos & secundum hoc quod dicit Apostolus, simul secum suscitauit: simulque fecit sedere in cælestibus. Cum ergo tibi tertii diei mysterium fuerit susceptum, incipiet te deducere Deus, & ipse post hæc tibi viam salutis ostendere. Sed videamus, quid post hæc dicitur ad Moysen: quæ via præcipitur eligenda. *Reuersi,* inquit, *castrametentur e regione Phihahiroth. & reliqua.* De Ethan quippe Domino iubente reuersi filii Israel, castrametati sunt e regione Phihahiroth: quæ est inter Magdalum & mare, contra Beelsephon, castra ponentes super mare. Phihahiroth, *os nobilium*: Magdalum *turris*: Beelsephon, *dominus aquilonis.* Et bene est, vt ore doctorum instructus, ascendas turrim virtutum: & memineris tibi contra dominum aquilonis, id est diabolum principem infidelium, semper esse pugnandum. Iuxta aliam autem editionem ita legitur. De Othon inquit conuersi, iter fecere inter Epauleum, & inter Magdalum, quod est contra Beelsephon. H Hæc autem interpretantur Epauleum quidem ascensio tortuosa: Magdalum turris. Beelsephon ascensio speculæ vel habens speculam. Tu fortassis credebas, quia iter, quod Dominus ostendit, planum esset & molle: & nihil prorsus haberet difficultatis aut laboris. Ascensio est, & ascensio tortuosa: non enim procliue iter est, quo tenditur ad virtutes, sed ascenditur. Audi etiam Dominum in Euangelio dicentem: Matth. 7. *Quam arcta & angusta via est, quæ ducit ad vitam.* Est ergo iter quo incedunt, ascensio tortuosa: & ascensio speculæ, vel habens speculam. Ascensio ad actus pertinet: specula ad fidem. Ostendit ergo quia & in actibus & in fide, multa est difficultas, & multus labor. Multæ enim nobis tentationes occurrunt: multa offendicula volentibus agere quædam sunt. Tum deinde in fide, multa inuenies tortuosa: plurimas quæstiones: multas obiectiones hæreticorum: multas contradictiones infidelium. Hoc iter agendum est sequentibus Deum: sed est & turris in hoc itinere. Quæ est ista turris? Illa nimirum, quam dixit in euangelio. Dicit quippe: Luc. 14. *Quis vestrum volens turrim ædificare:*

A *nomine ve in fidebit & cum gentibus semptum, si habet vnde perficiat* Iste est ergo turris [illegible] ardua & excelsa virtutum. Iam [illegible] Dominus [illegible] in columna ignis: & per diem in columna nubis [illegible], dux itinerum. Nubes ista [illegible] Christus est. lucem etiam columna [illegible] & [illegible] fulciens infirmitatem nostram [illegible] per noctem lucens [illegible] non lucens: vt qui non vident, videant: & [illegible] cæci fiant. Potest etiam non incongrue accipi, Christi sacramentum, tanquam in terrore nocturno: quia tunc erit magna tribulatio [illegible] tanquam ignis: & lucebit iustis, & ardebit iniustis. Rursum de hac columna ignis & nubis, subtili inuestigatione discussum intelligi & aliter potest. Quid est ergo, quod columna nubis, quæ in eremo præibat populum splendore ignis non in die, sed in nocte radiabat, nisi quia redemptor noster suæ conuersationis exemplo ducatum [illegible] quentibus se præstans, de iustitia sua confidentibus nulla luce clarui: peccatorum suorum tenebras agnoscentibus, ignes sui
B amoris inf[illegible]: Sequitur: *Dicturusque est Pharao super filiis Israel: Coarctati sunt in terra, conclusit eos desertum: & indurabo cor eius, & persequetur vos. & reliqua.* Non enim iter vitæ sine tentationum fluctibus agitur, sicut Apostolus dicit: *Omnes qui volunt pie viuere in Christo, persecutionem patiuntur.* Æstimat Pharao cum ingerit persecutiones, & coarctat tribulationibus quod [illegible] subuertere [illegible] de Christianam [illegible] si Moysen, [illegible] legem Dei sequens agas hoc iter. Aegyptius te [illegible] sequitur & insectatur, sed vide quid fiat. [illegible] *se*, inquit, *angelus Domini, qui antecedebat filios Israel, & abiit post illos: & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens, post tergum stetit inter castra Aegyptiorum, & Israelitarum.* Hæc columna nubis populo quidem Dei efficitur murus: Aegyptijs vero obscuritatem imponit & tenebras. Non enim transferunt columna ignis ad Aegyptios, vt videant lucem: sed in tenebris permanent, quia dilexerunt magis tenebras, quam lucem. Et tu ergo, si ab Aegyptiis
C recedas, potestatem dæmonum fugias, vide quanta tibi diuinitus præparantur auxilia: vide quantis adiutoribus vteris: tantum est, vt permaneas [illegible] in fide nec te Aegyptiorum equitatus, & quadrigarum formido perterreat: nec reclames contra Moysen, hoc est legem Dei, & dicas sicut quidam ex illis dixerunt: *Tanquam non essent sepulchra in Aegypto, ita eduxisti nos, vt in deserto hoc moriamur. Melius fuerat nos seruire Aegyptiis, quam mori in deserto hoc.* Hæc [illegible] in tentatione animi verba sunt. Sed quis ita beatus est, qui [illegible] tentationum pondus expediat, vt [illegible] fallacius menti cogitatio ambiguitatis obrepat? Vide magno illi ecclesiæ fundamento & petræ solidissimæ, super quam Christus fundauit Eccle-
Matth. 14. siam, quid dicatur à Domino: *Modicæ*, inquit, *fidei, quare dubitasti?* Veruntamen quia dicunt, Melius fuerat nos seruire Aegyptijs, quam mori in eremo, tentationis & fragilitatis hæc verba sunt, alioquin falsum est: Longe enim melius est in eremo mori, quam seruire Aegyptijs.
D Qui enim in eremo moritur, hoc ipso quod separatus est ab Aegyptijs & d[illegible] est à rectoribus tenebrarum, & de potestate satanæ, habuit aliquem profectum: etiamsi ad integrum peruenire non potuit.

Melius est enim [illegible] vitam quærenti in itinere mori quam ne pro[illegible] qui [illegible] ad perfectionem quæ tendant.

Vnde & contra [illegible] opinio, qui dum minus arduum iter [illegible] experiuntur, [illegible] que multas eius difficultates [illegible] pericula & lapsus enumerant, ne ineundum quidem id aut incipiendum iudicant. Sed multo melius est, [illegible] hoc itinere vel mori, si ita necesse est, quam inter Aegyptios permanentem necari, & salsis atque amaris fluctibus obrui.

Capvt III.

De transitu filiorum Israel ad mare rubrum, & Aegyptiorum [illegible].

E *T ait Moyses ad populum: Nolite timere. State & videte magnalia domini, quæ facturus est hodie. Aegyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis vsque in sempiternum. & [illegible]* [illegible] modo accipienda sunt hæc verba, cum viderint post [illegible] Israelitæ Aegyptios: an quia isti, qui tunc videbant, non eos [illegible] non viderunt: quia & illi sunt mortui, qui consequebantur & isti omnes, vnusquisque [illegible] mortis suæ: Nam posteri eorum viderunt posteros illorum. An non eos videbitis sicut hodie, intelligendum est? Non sicut hodie persequentes inimicos & tanto post vos agmine venientes: vt omnino nulla sit quæstio, nec de æterno tempore quod hic positum: [illegible] & [illegible] videbant se vtique tempore resurrectionis, non [illegible] videbunt vtique, vt hodie. Sed inter-
F im clamat Moyses ad dominum. Quomodo clamat? Nulla eius vox clamoris [illegible] & tamen dicit ad eum Deus: *Quid cl[illegible] ad me?* [illegible] clamat ad dominum. Apostolus dicit, [illegible] *in cordibus nostris,* [illegible] *Abba pater* [illegible] *interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus* [illegible] *autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum [illegible]* [illegible] Sic [illegible] interpellat [illegible] apud Deum, per [illegible] diuini. [illegible] quid post hoc [illegible] Moysen [illegible] per [illegible] ingredi [illegible] diuina [illegible] niebantur, dextra [illegible] solum perimi [illegible] sed & minime [illegible] sequitur: *Cumque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud dominus, flante vento vehementi & vrenti tota nocte. & vertit in siccum. &c.* Quid est Moysen manum extendere super mare, nisi solam legem per scripturam demonstrare, in aquis
G effectum esse diuinæ potentiæ? Abstulit illud Dominus flante vento vehementi & vrenti: illo vtique vento, de quo in psalmis dictum est: *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis.* Et in Actibus Apostolorum scriptum est, quod recumbentibus in cœnaculo Sion discipulis in die Pentecostes, *subito factus est sonus de cælo, tanquam spiritus vehementis: & impleuit totam domum vbi erant sedentes: & apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditque super singulos eorum. & rel.* Abstulit ergo Dominus mare flante vento vehementi & vrenti tota nocte, & vertit in siccum: cum per omne tempus istius vitæ, quod nox significat, spiritus S. [illegible] aquas baptismatis meabiles credentibus facit: illis per eas transeuntibus de spirituali Ægypto in terram repromissionis, hostium in eodem elemento subsequens suffocetur exercitus. Necnon & illa hora noctis, qua iste transitus factus est, bene congruit diuino sacramento. Nam sequitur: *Aduenerat vigilia matutina & ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum: & subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. & reliqua.* Dictum est supra, quod columna ignis
H & nubis significaret ipsum mediatorem Dei & hominum, blandum [illegible] terribilem peccatoribus: fulcientem pios, [illegible] impios. Ergo vigilia matutina, qua [illegible] Saluator noster [illegible] mortis ab inferis [illegible], resurrexit [illegible], benedictum est, quod in vigilia matutina Dominus respiciens super castra Aegyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum. Interfecit quippe exercitum spiritualium Aegyptiorum cum vero [illegible], quando diabolum & satellites eius, cum tota spirituali nequitia & multitudine peccatorum in aquis [illegible], vbi credentes per similitudinem mortis eius baptizati à morte peccatorum resurgunt, [illegible]: & æterno damnauit interitu: nec eis veros Israelitas, qui prædestinati sunt ad vitam æternam, sub sua potestate vltra habere licebit: quia quos præsciuit [illegible] prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, [illegible] & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit.

E

[illegible] gentibusque Ægypti, occurrerunt aqua & inuolant eos dominum in medio fluctibus: reuersaque sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cunctique exercitus Pharaonis: qui sequentes ingressi fuerant mare. Ne vnus quidem superfuit ex eis. Cogitur enim fluctus in cumulum: & vnda in semetipsam repressa curuatur: soliditatem recipit liquor: & solum maris arescit in puluerem. Bonitatem Dei creatoris intellige, si voluntati eius obtemperes: si legem eius sequaris, ipsa tibi elementa etiam contra suit naturam seruire compellit. *Filij autem Israel perrexerunt per medium sicci maris: & aquæ eis erant quasi pro muro à dextris & à sinistris.* Audiui a maioribus traditum, quod in ista digressione maris, singulis quibusque tribubus Israel, singulæ aquarum diuisiones factæ sint: & propria vnicuique tribui in mari aperta sit via: idque ostendi ex eo, quod in psalmis scriptum est: *Qui diuisit mare rubrum in diuisiones:* per quod plures diuisiones docentur [illegible], non vna. Sed & per hoc, quod dicitur, *Ibi Beniamin adolescentior in stupore: principes Iuda duces eorum: principes Zabulon: principes Nephtalim,* nihilominus vnicuiq; tribui proprius enumerari videtur ingressus. Hæc à maioribus obseruata in scripturis diuinis, religiosum credidi non tacere. Quid ergo nos docemur per hæc, quæ iam superius diximus, qui sit in his Apostoli sensus? Baptismum hoc nominat in Moysen consummatum in nube & in mari: vt & tu qui baptizaris in Christo in aqua & spiritu sancto [illegible] insectari postea Ægyptios, & velle te reuocare ad seruitium suum: rectores scilicet huius mundi, & spirituales nequitias, quibus ante deseruisti: quæ conantur quidem insequi, sed tu descendis in aquam, & euadis incolumis: atque ablutus sordibus peccatorum, homo nouus ascendis, paratus ad cantandum canticum nouum. Ægyptij vero post te insequentes demergentur in abyssum: etiamsi videntur rogare Iesum, ne eos intermmittat in abyssum. Sed & aliud ex his accipere possumus intellectum. Si Aegyptum fugias, si ignorantiæ tenebras relinquas, & sequaris legem Dei Moysen, obuiet autem tibi [illegible], & contradicentium fluctus occurrat, percute tu oblu[illegible] vndas virga Moysi, id est, verbo legis & vig[illegible] iter tibi[illegible] disputando per aduersarios pande: cedent vndæ continuo: & superati fluctibus, locum victoribus [illegible] ubique & attonitis ac st[illegible] te de[illegible] his qui pauloante aduersabantur. Legi[illegible] tu [illegible] haereticorum lineis rectum fidei iter secabis: & [illegible] de[illegible] verbo proficies, vt auditores tui, quos [illegible] virga legis [illegible] ipsi iam contra Ægyptios velut flu[illegible] & non solum impugnent eos, sed & [illegible] guant. Extinguunt namque Aegyptium, qui non agunt opera tenebrarum. Extinguunt Aegyptium, qui non carnaliter sed spiritualiter viuunt. Extinguunt Aegyptium, qui cogitationes sordidas & im[illegible] vel de pelunt ex corde, vel omnino non recipiunt, sicut & Apostolus dicit: *Assumentes scutum fidei, vt possitis omnia tela [illegible] extinguere.* Hoc ergo modo possumus et[illegible] hodie Aegyptios videre mortuos & iacentes ad littus: summergi quadrigas eorum & equos. Possumus etiam ipsum Pharaonem videre summergi, si tanta fide viuamus, vt Deus conterat satanam sub pedibus nostris velociter, per Iesum Christum Dominum nostrum.

Origen.

Psalm. 83

B

C

Ephes. 6.

D

C A P V T IV.

De cantico, quod cecinit Moyses & filij Israel Domino post transitum maris rubri.

Cap. 15.

Or.

TVnc cecinit Moyses & filij Israel carmen hoc Domino & dixerunt: Cantemus Domino, [illegible] equum & ascensorem deiecit in mare. M[illegible] quidem [illegible] legimus in scripturis [illegible] [illegible] illud est canticum, quod Aegyptijs & Pharaone summersis, populus Dei [illegible]. Moris [illegible] tanquam [illegible] in nouissima [illegible] accipiunt [illegible] tympana in manibus suis: sicut de Maria sorore Moysi & Aaron [illegible] tu ergo si mare rubrum transieris, si Aegyptios [illegible] videris, & extingui Pharaonem, atque in abyssi [illegible] dum præcipitari, potes hymnum cantare Deo: potes [illegible] cem gratulationis emittere & dicere: *Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est equum & ascensorem proiecit in mare.* Melius autem & dignius hæc d[illegible], si habueris [illegible] panum in manu tua: id est, si carnem tuam crucifix[illegible] cum vitiis & concupiscentiis & si mortificaueris membra tua, quæ sunt super terram: & tamen videamus quid dicit. *Cantemus Domino: gloriose enim glorificatus est.* Et quidem quantum possumus conijcere, videtur enim mihi, quod aliud sit glorificari: aliud gloriose glorificari Nam Dominus Iesus Christus, cum carnem ex virgine pro salute nostra suscepit, glorificatus est quidem, qui venit quærere, quod perierat: non tamen gloriose glorificatus est. Dicitur enim de ipso: quia *vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem: & vultus eius ignobilis super filios hominum.* Glorificatus, & cum ad crucem venit, & pertulit mortem: sed vt ita dicam, humiliter non gloriose glorificatus est. Verum quia hæc oportebat pati Christum, & sic intrare in gloriam suam, cum venerit in gloria patris & sanctorum angelorum, cum venerit in maiestate sua iudicare terram, quando & verum Pharaonem, id est, diabolum, interficiet spiritu oris sui. Cum ergo refulgebit in maiestate patris sui, & post aduentum humilitatis, secundum in nobis gloriæ ostendit aduentum, tunc non solum glorificatur Dominus, sed gloriose glorificatur: cum omnes ita glorificant filium, sicut honorificant patrem. *Equum & ascensorem proiecit in mare. Fortitudo & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem.* Homines qui nos insequuntur equi sunt: & vt ita dicam omnes qui in carne nati sunt, figuraliter equi sunt: sed hi habent ascensores suos. Sunt equi quos Dominus ascendit, & circumeunt omnem terram. De quibus dicitur. *Et equitatus tuus salus.* Sunt autem equi, quia ascensores habent diabolum & angelos eius. Iudas equus erat: sed donec ascensorem habuit Dominum, de equitatu salutis fuit. Cum cæteris etenim Apostolis missus, ægrotis salutem & sanitatem languentibus præstitit. Sed vbi se diabolo substrauit, (post bucellam enim introiuit in eum satanas) ascensor ipsius effectus est satanas: & illius habenis ductus, aduersum Dominum & Saluatorem nostrum cœpit equitare. Omnes enim qui persequuntur sanctos, equi sunt hinnientes: sed habent ascensores, quibus aguntur, angelos malos: & ideo feroces. Dominus ergo equum & ascensorem proiecit in mare: & factus est mihi in salutem. *Hic Deus meus & honorificabo eum Deus patris mei, & exaltabo eum.* Hic ergo & meus est Deus, & patris mei. Pater noster, qui nos fecit & genuit, Christus est: & ipse dicit: *Vado ad patrem meum & patrem vestrū: Deum meum & Deum vestrum.* Si ergo agnoscam, quod Deus meus sit Deus, glorificabo eum. Si vero etiam istud agnoscam, quomodo patris mei Christus sit Deus, exaltabo eum. *Dominus conterens bella; Dominus nomen est illi.* Nolo putes quia tantum visibiles pugnas conterit Dominus: sed & illas conterit, quæ nobis sunt non aduersum carnem & sanguinem, sed aduersum principatus & potestates: & aduersum mundi huius rectores tenebrarum. *Dominus* enim *nomen est illi*: & non est vlla creatura cuius dominus non sit. *Quadrigas Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare electos ascensores, ternos statores demersit in rubrum mare.* Pharao vero velut potentior in malitia, & regnum nequitiæ tenens, quadrigas agit. Non illi satis est vni equo ascendere: plurimos simul agit: plurimos simul plagis torti verberis cogit. Quoscunque videris in luxuria turpiores, in incredulitate sæuiores, in auaritia teterriores, in impietate flagitiosiores, scito hos de quadrigis esse Pharaonis. ipsis sedet: ipsos currui suo subiungit: in ipsis fertur & volitat: & apertos scelerum campos effusis eos agit habenis. Sunt alij electi ascensores: electi sine dubio ad malitiam. Sed iam de ascensoribus supra diximus; nunc etiam qui sint terni statores videamus. Mihi videntur terni statores pro eo dici quod triplex est hominibus peccandi via. Aut enim in facto, aut in dicto, aut

Esa. 53.

F

G

Iohan. 20.

H

A in cogitatio[illegible] [illegible] inde terni statores per singu-
lo[illegible], dicentes tres [illegible] in nobis peccandi obti-
dant vias [illegible] se per atq; insidias agant. [illegible]
aut [illegible] homi[illegible] [illegible]
iniquum opus [illegible] ioiqueat, aut [illegible] cogitationem pessima
Marc. 4. rapiat. De [illegible], & *tam verbi Dei* [illegible] & deperit, triplex
describitur locus vnus *secus viam* [illegible], qui [illegible]
ab hominibus [illegible] alius *in spinis*: alius *in petrosis*: & contrario
terra bona afferre dicitur triplicem fructum: *aliud centesimum, vel*
sexagesimum, vel tricesimum. Hi ergo terni statores sunt an-
geli nequam de exercitu Pharaonis: qui stant in huiusce-
modi viis, obseruantes vnumquemq; nostrum per hæc a-
gere in peccatum: quos demerget Dominus in mare ru-
brum: & ignitis eos in iudicii die fluctibus tradet, ac pœ-
narum pelago teget. Abyssi operuerunt eos. Abyssi vtiq;
illi, de quibus in Iob vbi de Leuiathan narratur, scriptum
Iob. 41. est: *Æstimauit abyssum quasi [illegible]*. Et in Euang. rogabant
B dæmones Iesum, ne imperarent illis, vt in abyssum irent.
Augustinus *Descenderunt in profundum quasi lapis*. Quare ceciderunt in
profundum tanquam lapis? Quia non erant tales lapides,
de quibus suscitari possent filii Abrahæ: sed tales qui a-
marent profundum, & liquidum diligerent elementum:
id est, qui amaram & fluxam præsentium rerum cuperent
voluptatem. *Dextera tua Domine glorificata est in [illegible]:*
dextera tua Domine [illegible] inimicum. Quæ est ista dextera
Psalm. 117. nisi illa, de qua in psalmo scriptum est, *Dextera Domini fe-*
cit virtutem: dextera Domini exaltauit me. Quæ inimicum ve-
rum & antiquum hostem per crucis mysterium interfe-
cit: & per mortem destruxit eum, qui habebat mortis im-
perium, id est, diabolum: alligans fortem & vasa eius di-
ripiens: atq; draconem, serpentem [illegible] licet antiquum:
qui cauda sua detraxit tertiam partem siderum: & misit
in stagnum ignis ardentis qui paratus est sibi & angelis e-
ius. Vnde sequitur: *Et in multitudine gloriæ tuæ [illegible] ad-*
uersarios meos. Gloria vtiq; resurrectionis dominicæ, con-
fusio fuit diaboli, qui cum Iudæis meditatus est mortem
C Christi. *Misisti iram tuam, quæ deuorauit eos sicut stipulam*. Vltio
nouissima quæ diabolo & angelis eius infligitur, videtur
patientibus [illegible] esse: sed tamen ab illo, qui vniuersa
cum tranquillitate iudicat, sine perturbatione animi sui
iuste peccantibus [illegible]gatur: quæ eos sicut stipulam de-
uorat, quia fortiter d. uastat. & ex omni parte cruciat. *Et*
in spiritu furoris tui congregata sunt aquæ. Stagnum vtiq; sul-
phuris condignum meritis eorum impenditur, sub quo
demersi gement in perpetuum. Sed quia hæc pœna ad in-
tegrum in nouissimo examine persoluenda erit, & hora
vindictæ adhuc protelatur, hostibus videntur occasionẽ
persequendi tribuere qui patientia Dei abutuntur: the-
saurizantes sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicii
Dei: cum ipse tamen certissime veniet sanctis suis redde-
re præmia æternæ beatitudinis & aduersariis suis dare
vindictam in flamma ignis. Vnde sequitur: *Stetit vnda flu-*
ens congregatæ sunt abyssi in medio maris. Dixit inimicus, persequ-
ar & comprehendam: diuidam spolia, implebitur anima mea. E-
uaginabo gladium meum: interficiet eos manus mea. Flauit spiritus
tuus & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aqua ve-
D *hementibus. Misisti spiritum tuum, & operuit eos mare*. Ecce
Augustinus quinto iam commemoratus spiritus Dei. vt in hoc nume-
Exod. 8. ro accipiamus, quod dictum est. *Digitus Dei est hic*. Primo
Genes. 1. vbi scriptum est, *Spiritus Dei ferebatur super aquas*. Secundo,
vbi dicitur, *non permanebit spiritus meus* [illegible] *quo-*
Genes. 6. *niam caro sunt*. Tertio vbi Pharao dicit ad Ioseph. *quoniam*
spiritus Dei est [illegible]. Quarto vbi incantatores Ægyptiorum
dicunt: *Digitus Dei est hic*. Quinto in hoc cantico: *Misisti*
spiritum tuum, & operuit eos mare. Meminerit autem spiri-
tum Dei non solum ad beneficia, verumetiam ad vindi-
ctam commemorari. Nam quid aliud etiam supra dixit,
Per spiritum iræ tuæ diuisa est aqua? Ille itaque spiritus Dei in
Ægyptios fuit spiritus iræ eius: quibus nocuit aquarum
diuisio: vt intrantes possent aquis redeuntibus obrui: fi-
liis vero Israel quibus profuit quod aqua diuisa est, non
fuit ille spiritus iræ Dei. Vnde significatur propter diuer-
sas operationes & effectus, spiritum Dei dissimiliter ap-
pellari: cum sit vnus atque idem ille duntaxat, qui et-
iam spiritus sanctus in vnitate trinitatis accipitur. Pro-

nde non [illegible]bitror [illegible]tum quam eundem significari vbi E
dicit Apostolus. *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum* Rom. 8.
in timore: sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus Ab-
ba pater. Qui eodem spiritu Dei id est digito Dei, quo
lex in tabulis [illegible] [illegible] [illegible] est
eis, qui gratiam nondum intelligebant: vt de sua infir-
mitate atque peccatis per legem conuincerentur: & lex
fieret illis pædagogus quo perducerentur ad gratiam,
quæ est in fide Iesu Christi. De hoc autem spiritu ado-
ptionis & gratiæ, id est de hoc opere spiritus Dei quo im-
partitur gratia & regeneratio in vitam æternam, dicitur:
2. Corin. 3. *Spiritus autem viuificat*: cum supra dixisset, *Litera occidit*:
id est conscripta tantummodo iubens sine adiutorio gra-
Origen. tiæ. *Demersi sunt*, inquit, *tanquam plumbum in aqua valde for-*
tissima. Peccatores graues sunt. Denique & iniquitatis su-
per talentum plumbi sedere monstratur, sicut Zacharias
Zach. 5. Propheta dicit. *Vidi*, inquit, *mulierem sedentem super talen-*
tum plumbi, & dixi: Quæ est hæc? Et respondit, Iniquitas. Inde
est ergo quod iniqui in profundum demersi sunt sicut
F plumbum in aqua validissima Sancti autem non demer-
guntur, sed ambulant super aquas, quia leues sunt &
peccati pondere non grauantur. Denique Dominus &
Saluator, super aquas ambulauit. Ipse enim est, qui ve-
re peccatum nescit. Ambulauit & discipulus eius Pe-
trus: licet paulum trepidauerit. Non enim tantus erat
& talis, qui nihil omnino de specie plumbi haberet ad-
mixtum Ignis decoquat & resoluat, vt efficiantur om-
nes aurum bonum, quia aurum terræ illius bonum esse
dicitur, quam habituri sunt sancti. Et sicut fornax pro-
bat aurum, ita homines iustos tentatio. Veniendum est
ergo omnibus ad ignem. Veniendum ad conflatorium.
Sed & enim Dominus, & conflat & purgat filios Iuda.
Sed illuc cum venitur, si quis multa opera bona & parum
aliquid iniquitatis detulerit, illud parum tanquam plom-
bum igni resoluitur ac purgatur: & totum remanet aurũ
purum. Et si quis plus illuc plumbi detulerit, plus exu-
ritur, vt amplius decoquatur: vt si parum aliquid auri,
G purgatum tamen resideat Quod si aliquis illuc totus
plumbeus venerit, fiet de illo hoc quod scriptum est: De-
mergitur in profundo tanquam plumbum in aqua vali-
dissima. *Quis, inquit, similis tibi in diis Domine? quis similis ti-*
bi, gloriosus in sanctis, mirabilis in maiestatibus, faciens prodigia?
Quod dicit, Quis similis tibi in diis, non simulacris gen-
tium comparat Deum: nec dæmonibus qui sibi falso
deorum nomen asciscunt; sed Deos illos dicit, qui per
gratiam & participationem Dei, appellantur dii. De
Psal. 81. quibus & alibi scriptura dicit: *Ego dixi dii estis*. Et iterum:
Eodem. *Deus stetit in synagoga deorum*. Sed hi quamuis capaces
sint Dei. & hoc nomine donari per gratiam videantur,
nullus tamen Deo similis inuenitur, vel in potentia, vel
in natura. Et licet Iohannes Apostolus dicat, *Filioli,*
1. Iohan. 3. *nondum scimus quid futuri sumus. Si autem reuelatum nobis fue-*
rit de Domino scilicet, similes illi erimus. Similitudo tamen
hæc non ad naturam, sed ad gratiam reuocatur: verbi
causa vt si dicamus picturam similem esse eius, cuius ima-
go in pictura videtur expressa, quantum ad gratiam per-
H tinet, visus similis dicitur: quantum ad substantiam,
longe dissimilis. Illa enim species carnis est, & corporis
viui: ista colorum fucus est, & cætera, tabulis sensu caren-
tibus superposita.

Nullus ergo in diis similis Domino. Nullus enim
inuisibilis, nullus incorporeus, nullus immutabilis, nul-
lus sine initio & sine fine nullus creator omnium, nisi
pater cum Filio & Spiritu sancto. *Extendisti dexteram tuam,*
Augustinus. *& deuorauit eos terra*. Terra pro aqua nimirum est posita.
Tota quippe pars ista extrema vel infima mundi, ter-
Psal. 148. ræ nomine censetur, secundum id, quod sæpe dici-
tur? *DEVS qui fecit cœlum & terram*: & in illa psal-
mi distributione, commemorans cœlestibus, *Laudate*,
inquit, *Dominum de terra*: & ea exequitur in laude, quæ
etiam ad aquas pertineant. Impios quidem & hodie
Origenes. deuorat terra. An non tibi videtur à terra deuorari ille,
qui semper de terra cogitat: qui semper terrenos actus
habet: qui de terra loquitur, de terra litigat, terram de-
siderat, & omnẽ spem suam ponit in terra, qui ad cœlum

non

A Psalm. 24. Propheta tanquam de semetipso loquens, dicebat: *Delicta iuventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.* Qui ergo primi isti animæ motus secundum carnem prolati, in peccatum ruunt, merito immortali loco Ægyptiorum primitiuus ponunt: quæ eatenus extinguuntur, vt reliquæ vitæ conuersio, emendatiorem dirigat cursum. Sic ergo in anima quam lex diuina ab erroribus susceptam castigat & corrigit, quam primogenita Ægyptiorum intelliguntur esse deleta: si vero post hæc omnia, in infidelitate perdurat, & nolit ergo Israeliticæ plebi, vt exeat de profundo, & vadat incolumis, sed in iniquitate permaneat, & descendat tanquam plumbum in aquam validissimam. Iniquitas n. secundum Za- Zach. 5. chariæ prophetæ visum, *super talentum plumbi sedet:* & ideo qui permanet in iniquitate, tanquam plumbum demergi dicitur in profundum. Sane quod in superioribus obseruauimus quædam prodigia per Aaron, quædam per Moysen, quædam vero per ipsum Dominum ministrata, intelligi cæteri possunt, vt agnoscamus in quibusdam per sacrificia sacerdotum & obseruationes pontificum nõ esse purgandos, quod Aaron persona designat. in quibusdam vero per scientiam diuinæ legis emendandos, quod Moysi B deseruat officium: in alijs autem sine dubio quæ difficiliora sunt, ipsius diuinitatis egere virtute. Sed ne illud quidem putandum est nobis inaniter obseruatum, quod primo quidem Moyses non intrat ad Pharaonem, sed occurrit ei exeunti ad aquas: postmodum vero intrat ad eum. Post hæc nec intrat, sed accersitus accedit & in hoc ita vt arbitror intelligi posse, quod sine nobis in verbo Dei & religionis assertione certamen est ad aduersum Pharaonem sine etiam obsessas ab eo animas, de potestate eius conamur eripere, & est nobis in disputatione luctamen non statim in prima fronte ingredi debemus ad vl... quæstionum loca: sed occurrendum nobis est aduersario, & occurrendum ad aquas suas. Aquæ enim sunt, sunt autores gentilium philosophorum. Ibi ergo nobis primo di putare volentibus occurrendum est, vt ipsos arguamus, & ipsos errare doceamus: post hoc iam ingrediendum est nobis & interiora certaminis. Dicit enim dominus: *Nisi quis* Matth. 12 *prius alligauerit fortem, non poterit ... vasa eius diripere.* Prius ergo nobis alligandus est fortis, & quæ- C stionum vinculis constringendus: & ita introeundum ad ... vasa eius, & ... randa animas, quos deceptione ... possederat. Quod cum sæpius fecerimus, & steterimus contra ipsum, sicut tenemus eum modo quo A- Eph. 6. postolus ... *sanctitatis ...* & iterum, Ibid. 4. *state ...* cum ergo hoc modo steterimus ... ille artifex antiquus & callidus, etiam vinci ... & cedere, si forte per hoc neglegentiores nos ... certamen. Sed & pœnitentiam simulab ... dicedere quidem, sed non longe dicedere ... ex parte vicinos: vult ... finibus non longe dicedere: sed nos ... mus & ... mus mare, & di... mus, ... inter iacet ortus ab occasu, elongare a nobis iniquitates nostras, salutem ... possimus. Possunt præterea & hæ decem plagæ quibus Ægyptus verberata est propter Israelitas, Romani regni comparari temporibus quæ in figuram nostri facta sunt Vterque populus Israeliticus & Christianus, vnius Dei est: vna populi D vtriusque causa. Subdita sunt Israelitarum synagoga Ægyptijs, subdita Christianorum Ecclesia Romanis: persecuti sunt Ægyptij persecuti sunt & Romani. Decem ibi contradictiones aduersus Moysen: decem ibi ditæ aduersus Christum. Diuersæ n. plagæ Ægyptiorum diuersæ hic calamitates Romanorum. Nam vt etiam ipsis interim plagas, in quantum tamen signi ... formæ comparari potest, conferam. ... pro habuit sanguinem vulgo vel emanantem putei, ... fluminibus concurrisse: hic prima sub Nerone exigit plaga ... vbique, morientium sanguis esset, vel morbis in vrbe ... bella in vrbe profusa. Ibi sequitur ... prodit ... serpentes persul tantesque impenetrabilib. ... propemodum cau... habitat ... atque exit ... hæc sequens sub Domitiano pœna, simul ... elatus ... eius improbis effrenatisque discursib. cruentissimi tussa principis exequentium, ad inopiam pene omnes Romanos adactos, exiliis que dispersos ... Ibi tertia vexauit cinyphes musculas ... medijs sæpe æstib. per loca ... coadunati ... densatæ, & in illo volatu dilabentes ... sque minimum ac pecudum setis cum vtentes morsu ... iidem sub Traiano plaga Iudæos excitauit qui cum vbique dispersi, ita iam q. non essent quiescere ... quoque, calore permoti, in ipsis inter quos erant ... sæuierant, absque immanib. ... crebri terræmotus ijsdem temporibus subruerunt. Ibi quarta plaga muscæ caninæ fuerunt, sæuæ al... dinis vermiumque matres: hic iidem quarta sub Marco Antonio plaga, lues plurimis infusa prouincijs Italiam quoque; cum vrbe Roma vniuersam, exercitumque Romanorum, per longinquos limites in diuersa hyberna dispersum, morte dissolutum, putredini simul ac vermibus dedit.

F Ibi quinta correptio pecorum ac iumentorum repentino interitu expleta est: hic similiter quinta vltio sub Seuero persecutore, creberrimis ciuilibus bellis, propria viscera & adiumenta reipublicæ, hoc est, plebes prouinciarum, & religiones militum comminutæ sunt. Ibi sexta vexatio intulit vesicas efferuescentes, vlceraque manantia hic æque sexta punitio quæ post Maximi persecutionem fuit, qui specialiter Episcopos & clericos omissa turba popularium, hoc est, Ecclesiarum primates cruciari imperauit, ... mescens crebro ira atque inuidia, non per vulgi cædem, sed per vulnera morientium principum ac potentium exaltata est. Ibi septima plaga numeratur coacta aere grando profusa: quæ hominibus iumentis que satis exitio fuit: hic similiter septima sub Gallo & Volusiano qui persecutori Decio mox interfecto successerant, plaga extitit. Nam tunc pestis infusa est per omnia Romani regni a b oriente ad occidentem spatia: cum omne propemodum genus hominum occidedit: tunc etiam corrupit latus, interditque pabulata ... Ibi octauam Ægypti confutionem facere G excitatæ vndique locustæ, terræ ... teque, omnia: hic ... æque in subuersionem Romanæ vrbis excitatæ, ... intulere gentes: quæ cædib. atque incendijs cunctas prouincias deleuerunt. Ibi nona turbatio diuturnas ... ac palpabiles tenebras habuit: plus omnino periculi comminata quam fecit: hic eadem correptio fuit, cum Aureliano persecutionem decernenti de is turbinibus, terribile ac triste fulmen sub ipsius pedib. ... ostendens quid cum vltio talis exigeret, tantus posset ... nisi & clemens esset & patiens: quanquam intra sex hic menses, tres occidit imperatores, hoc est, Aurelianum, Tacitus & Florianus, diuersis causis interfecti sunt. Ibi postremo decima plaga quæ nouissima omnium fuit, interfectio filiorum quos primos quique genuerunt: hic nihilominus decima, id est, nouissima pœna est, omnium perditio idolorum, quæ primitus facta, in primis amabant. Ibi rex potentiam Dei sensit, & probauit & credidit ac per hoc populum Dei ne permisit hic per potentiam Dei sensit & probauit & credidit. ac per hoc populum Dei esse liberum esse permisit. Ibi nunquam postea populus Dei ad seruiturem H retractus: hic nunquam postea populus Dei ad idololatriam coactus est. Ibi Ægyptiorum vasa pretiosa Hebræis tradita sunt Hic Ecclesiæ Christianorum præcipua paganorum templa cesserunt. Sed illud vt dixi denuntiandum puto quia sicut Ægyptus post has decem plagas dimissos Hebræos persequi molientibus irruit per superductum mare æterna perditio: ita & nos quidem libere peregrinantes, superuentura quandoquidem persecutio gentilium manet, donec mare rubrum, id est, ignem iudicij, ipso Domino duce & iudice transeamus. Hi vero in quos Ægyptiorum forma transfunditur, permissa ad tempus potestate sæuientes grauissimis quidem permissu Dei Christianos cruciatib. persequuntur: veruntamen ijdem omnes inimici Christi cum rege suo Antichristo accepto stagno ignis æterni, quod magna impediente caligine dum non videretur, intratur, perpetuæ perditioni iam immortalibus aduri supplicijs sartientur.

Capvt

A

Capvt XXII.

Mandatum domini per Moysen ad filios Israel datum, vt petant à vicinis suis & amicis, vasa aurea & argentea.

Cap. 11. Locutus est Dominus ad Moysen dicens: *Dic ergo omni plebi, vt postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua, vasa aurea & argentea. Dabit autē dominus gratiam populo suo coram Aegyptijs.* Non hinc quisq; sumere dum exemplum putare debet, ad Augustinus. expoliandum isto modo proximum. Hoc n. Deus iussit, qui nouerat quid quenq; pati oporteret: nec Israelitæ furtum fecerunt, sed Deo iubenti ministerium præbuerunt: quemadmodum cum minister iudicis occidit eum quem iudex iussit occidi: profecto si id sponte fiat, homicida est etiam si eum occidat, quem scit occidi à iudice debuisse. Est etiam ista nonnulla quæstio. Si seorsum habitabant Hebræi in terra Gessen, vbi nec plagæ fiebant quib. regnum Pharaonis affligebatur quomodo petit quisq; à proximo vel à proxima aurum & argentum & vestem, præsertim quia vbi primum hoc mandatur per Moysen, sic positum est: & mulier à vicina sua, & concellania vel concella-

B

nia sit ita dicendum est, vel cohabitatrice sua. Vnde intelligendum est etiam in terra Gessen nō solos Hebræos habitasse, sed eis aliquos Aegyptios in illa terra cohabitatores fuisse, ad quos potuerint merito Hebræorum etiam illa beneficia peruenire: vt hic eos & diligerent ijdem Aegyptij cohabitatores & q petebant, facile commendarent: nec tamen Deus iudicauit ita illos alienos fuisse ab iniurijs & contradictionib. quas populus Dei pertulit, vt nec isto damno ferirentur, qui plagis illis propter quod terræ illi Gregorius. parcebatur, percussi non erant. Hic quoq; diligenter considerandum est, quod mentes vsui vitæ carnalis inhærentes, coelis ab oitimis non possunt, nisi gradatim ductæ prædicatione proficiant. Hinc quippe est, quod in Aegypto positis. pro iustoq; moderamine, latente concupiscentia condescenditur: & vicinorum suorum vasis aureis argenteisq; sublatis, discedere iubentur. Qui ad Sina montem Exod. 21. ducti, accepta lege *oculum pro oculo, dentem pro dente* percipiuntur exigere: & quandoq; tamen reuelante gratia *percussi*

C

Matt. 5. *in maxillam vnam, alteram iubentur præbere.* Quia enim semper plus ira in vindicta exigit quam iniuria accepit, dum discunt mala non multiplicius reddere, quando discerent ea & multiplicata sponte tolerare. Hinc est quod eundem iudem populum à quibusdam prohibuit quædam vero et in vsu pristino seruauit: sed hæc ipsa tamen in meliori vitæ figura composuit. Bruta namq; animalia idolis in Aegypto mactabant eique in vsu post modum animalium victima sunt: vt dum de vsu suo aliquid admitterent, consolarentur eius infirmi per hoc, q de vsu suo aliquid haberēt. Mira n. dispensatione consilij, quod ei dominus de consuetudine carnali retinuit, hoc in figura spiritus, potentius vertit. Quid n. sacrificia illorum animalium, nisi vnigeniti mortem designant? Quid sacrificia illorum animalium, nisi extinctionem carnalis vitæ nostræ significant? Vnde ergo imbecillitati populi iudis condescendens dicitur, inde ei per obumbratas allegoriarum species, maior fortitudo spiritus nuntiatur.

D

Capvt XXIII.

De sanctione Pascæ in terra Aegypti.

Cap. 12. Dixit quoq; *dominus ad Moysen & Aaron in terra Aegypti: Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israel & dicite eis: Decima die mensis huius, tollat vnusquisq; agnum per familias & domos suas. Sin autem minor est numerus vt sufficere non possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum qui coniunctus est domui suæ: iuxta numerum animarum quæ sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absq; macula, masculus, anniculus. Iuxta quem ritum tolletis & hædum: & seruabitis eum vsq; ad quartam decimam diem mensis huius: immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam.* Mensis enim iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Mensem primum vocat Nisan secundum Hebræos, in quo creatum est cælum & terra & mundus exitit exordium. Cuius mensis plenilunium, post æquinoctium vernale semper debet attendi in eo & plebs Israelitarum à seruitute Aegyptiorum liberata est & gen' humanum p Christi sanguinem, à potestate diaboli ereptum atq; translatum est. Decima die mensis agnus assumi iubetur, & seruari vsq; ad 14. diem mensis eiusdem ad

E

vesperam, & sic immolari. ita & redemptor noster, decima die, h. e. ante quinq; dies Paschæ Hierosolymam veniens, in templo atq; in conuentu insidiantium Iudæorum, verbum Dei docens, expectauit 14. diem: in quo Pascha mysticum cum discipulis suis celebrans, per Iudam proditorem in manus Iudæorum traditus est: atque sequenti die in cruce est pro redemptione nostra immolatus. Quod autem decima die mensis agnus tollitur, sed non immolatur vsq; ad quartam decimam diem, significat, quod per legem quidem Christi passio præfigurabatur, tamen non nisi Euangelij coruscante gratia, completur. Denarius n. numerus, propter decalogum ad legem pertinet: & quaternarius propter quatuor Euangelia nouum exprimit testamentum. Hoc igitur quod vnumquemque agnum iubet sumere per familias & domos suas, & si minor sit numerus edentium qui non possit agni carnem consumere, mandat vicinum suū qui iunctus est domui eius assumere, quatenus sufficiens sit numerus ad esum agni, Typice designat, quod non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus conuocandi erant ad fidem Christi, & ad veri agni immolationem. Non n. sola sufficiebat gens Iudæa ad spiritale Pascha celebrandum, quin etiam gentes quæ vicinæ fuerunt domui Iudæ, adhibendæ erant: quatenus domus Dei conuiuantium numero impleretur: & agni carnes digne comestæ, fidelib. in pastum vitæ æternæ verterētur. Quod autem agnus vespere comedi iubebatur, significat Christi passionem in nouissima ætate seculi esse complendam. Denique quod hædus similiter assumi iubetur, et seruari vsq; ad 14. diem, non immerito incarnationis Christi mysterio accipitur. Quid n. opus erat ouem vel agnum ab ouibus, & hædum ab hædis accipiendum moneri, nisi ille figuraretur, cuius caro non solum ex iustis, verum etiam ex peccatorib. propagata est? quamquam conentur Iudæi etiam hoc sibi intelligere accipiendum ad celebrandum pascha: & hoc esse dictum putant, ab ouibus & hædis accipere: tanquam diceret vel ab agnis agnum, vel ab hædis hædum, si illud desit, sumi oportere. Apparet tamen in

G

Christo rebus impletis, quid illo præcepto fuerit figuratum. *Et sument de sanguine, ac ponent super vtrunque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum: & edent carnes nocte illa, assas igni: & azymos panes cum lactucis agrestib. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua: sed assum tantum igni. Caput cum pedibus & intestinis vorabitis: nec remanebit ex eo quicquam vsque mane. Si quid residui fuerit, igni comburetis.* Quæ autem superauerint, inquit, ab eo mane, igne concremabitis. Quæri potest, quomodo aliquid superauit, cum hoc præmoniti fuerunt, vt si domus non habuerit consumendo pecori idoneam multitudinem, vicini assumantur. Sed intelligitur, quoniam dictum est, *Os non comminuetis ex eo*, remansura vtique fuisse ossa quæ igne concremarentur. *Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis: calceamenta vestra habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes. Est enim phase, i. e. transitus domini. Et transibo per terram Aegypti nocte illa: percutiamq; omne primogenitum in terra Aegypti, ab homine vsq; ad pecus: & in cunctis dijs Aegypti faciam iudicia: ego dominus.* Hæc videlicet cuncta, magnam nobis ædificationem pariunt, si fuerint mystica interpretatione discussa. Quis namq; sit sanguis agni, non audiendo, sed bibendo didicimus. Qui sanguis super vtrumque postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. In vtroque enim poste agni sanguis est positus quando sacramentum passionis illius cum ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. Nam qui sic redemptoris nostri sanguinem accipit, vt imitari passionem illius needum velit, in vno poste sanguinem posuit. Quid etiam in superliminaribus domorum imponendus est? Quid n. spiritualiter domos, nisi mentes nostras accipimus, in quibus per cogitationem habitamus? Cuius domus superliminare est ipsa intentio, quæ supereminet actioni. Qui ergo intentionem cogitationis suæ ad imitationem dominicæ passionis dirigit, in superliminare domus, agni sanguinem posuit. Vel certe domus ipsæ sunt corpora, in quibus quousq;

A

iste significat dies, velut cum dicimus [illegible] Deum æternum: non vtique istas duas syllabas æternas dicimus, sed quod significant. Quanquam diligentius scrutandum sit, quomodo appellare scriptura soleat æternum [illegible] dixerit solenniter æternum: quem nefas habeant prætermittere, aut sua sponte mutare. Aliud est enim quod præcipitur, quousq; fiat sicut præceptum est, vt septies muros Iericho circuiret archa: aliud cum præcipitur sic obseruari aliquid, vt nullus terminus præfiniatur obseruationis: siue quotidie, siue per menses, siue per annos solenniter: siue per multorum, siue aliquorum annorum certa interualla. Aut ergo sic appellauit æternum, quod nō sua sponte audeant desinere celebrare: aut sicut dixi, vt non ipsa signa rerum, sed res quæ his significantur, æternæ intelligantur. *Septem diebus azyma comedetis. In die primo non erit fermentum in domibus vestris. Quicunq; comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel, a primo die vsq; ad diem septimum.* Quid est quod pascha celebraturos, septem dieb. azyma iubet comedere, nisi quod omnes qui passionis Christi & resurrectionis

B

eius mysteria fide vera celebrant, oportet vt sine fermento malitiæ & nequitiæ, præsentem vitam quæ septenario dierum numero discurrit, totam incontaminatā ducant? Vnde & sequitur: *Dies, inquit, prima erit sancta atq; solemnis: & dies septima eadem festiuitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis, exceptis his, quæ ad vescendum pertinent: & seruabitis azyma.* Diem primam initium credulitatis, & diem septimam finem præsentis vocat. Omne n. tempus præsentis vitæ conuenit veris Israelitis festiuum ducere, h. e. in passionis & resurrectionis Christi mysterio honorare: nihilque operis in illis facere: exceptis his, quæ ad vescendum pertinent: quia non licet eis in mundi concupiscentia & peccatorum opere laborare, sed in meditatione sanctarum scripturarum, atq; in bonis operib. quæ æternam in cælis refectionem sanctis præparant, continuo desudare. Vnde sequitur. *Primo mense, 14. die mensis ad vesperam, comedetis azyma, vsq; ad diem 21. eiusdem mensis ad vesperam.* Quid significat vespera quartadecima diei primi mensis, in quo Pascha celebratum est, & agni immolatio perfecta, nisi depositionē

C

veteris hominis, & initium conuersationis nouæ quod in baptismo Christi morte figurante inchoatur? Vnde & A-

Rom. 6.

post. *Quicunq; inquit, baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cū illo per baptismum in mortem: vt quomodo resurrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Ergo a vespera 14. diei primi mensis, per integram videlicet septimanam, azyma iubemur comedere: quia à perceptione sacri baptismatis, vsq; ad finem vitæ simpliciter & sine dolo debemus viuere. Vnde & Petrus ait: *Deponentes omnem malitiam, & omnem*

1. Pet. 2.

dolum, & simulationes & inuidias & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile & sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutē. Sequitur: *Quicunq; comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Israel: tam de aduenis quam de indigenis terræ.* Quia nimirum omnis qui dolose viuit, & errorea doctrina pollutus, præsentem vitam vsq; ad finem perduxerit, tunc separatus de cœtu sanctorum, perpetuis cruciatibus sine fine puniendus, in æternum peribit. *Tulit*

D

itaq; populus [illegible]. *Et egressi filij Israel, fecerunt sicut præceperat*

Iohan. 1.

dominus Moysi & Aaron. In Pascha in occasione agni ditur Christus, de quo in Euangelio dicitur: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Vespere immolatur agnus: in vespera mundi, passus est Christus. Prohibentur qui Pascha faciunt ossa frangere: non franguntur in cruce ossa domini, attestante Euangelista qui dicit: *Os non comminuetis ex eo.* Sanguine agni liniuntur Israelitarum postes: ne vastator angelus audeat inferre perniciem, significant signo dominicæ passionis in frontib. fideles populi ad tutelam salutis: vt hi soli ab interitu liberentur, qui cruore dominicæ

E

passionis corde & fronte signati sunt: qui etiam opere loquuntur: *Signatum est super nos lumen vultus tui domine.* Vnde

Psalm. 4.

1 Corin. 6 st. Apostolus enim ait *Pretio empti estis.* Sed audi [illegible] Propheta: *Peccatis vestris venundati estis: & in [illegible] vestris dimisi matrem vestram.* Vide ergo, quia [illegible] creatura omnes sumus: vnusquisque [illegible] venundatur, & pro iniquitatibus suis a proprio creatore

F discedit. Dei ergo sumus secundum quod [illegible] sumus: effecti vero sumus serui diaboli, secundum [illegible] peccatis nostris venundati sumus. Veniens autem [illegible] stus redemit nos, cum seruiremus illi Domino, [illegible] metipsos peccando vendidimus. Et ita videtur [illegible] suos quidem recepisse, quos creauerat: tanquam [illegible] autem adquisisse, qui alienum sibi Dominum [illegible] quæsierant. Sed fortasse [illegible] dicit [illegible] se nos Christus, qui pretium nostri sanguinem suum dedit. Quid tale autem vt nos [illegible] diabolus dedit. Ergo videtur auscultare: Homicidium pecunia diaboli est. Ille enim ab initio homicida est. [illegible] homicidium, diaboli pecuniam suscepisti. Adulterium diaboli pecunia est. Diaboli enim in eo imago est, & inscriptio. Commisisti adulterium, [illegible] mnia. Furtum falsum testimonium, [illegible] tia. Hæc omnia diaboli [illegible] Talis enim pecunia de [illegible] procedit. Hac [illegible]

G pecunia [illegible] de huiusmodi [illegible] quodcunque suscepit.

In [illegible] hereditatis tuæ. Non [illegible] nos Deus in [illegible], nec in deiectis & humilibus locis: sed in [illegible] hereditatis suæ vult plantare quos

Psal. 79 plantat. Propheta dicit: *Vineam ex Ægypto transtulisti: eiecisti gentes & plantasti eam. Ducatum itineris fecisti: ante eam plantasti radices eius, & impleuit terram. Operuit montes vmbra eius & arbusta eius cedros Dei.* Aduertis iam, quomodo plantat Deus & vbi plantat? Non plantat in vallibus, sed in montibus: in excelsis & sublimibus locis. Quos enim educit ex Ægypto, quos de [illegible] adducit [illegible], non vult eos [illegible] in humilibus [illegible] conuersationem eorum vult esse sublimem. Vult nos in montibus habitare: sed & in ipsis nihilominus montibus, non [illegible] per terram repere: nec extra vult [illegible] suam [illegible] habere fructus, sed vult palmites [illegible], in alto collocari, & traduces fieri, & traduces non in quibuscunque humilibus arboribus, sed in excelsis & altissi-

H mis cedris Dei. Cedros Dei, ego Prophetas & Apostolos puto: quibus nos adiungimur vitis, quam de Ægypto transtulit Deus: & per ramos eorum nostri palmites diffundantur: atque in ipsis innisi, traduces quidem efficiamur, charitatis adinuicem [illegible]: fructum sine dubio plurimum afferimus.

Matth. *Nam omnis arbor, quam non plantauit pater, excidetur & in ignem mittetur. In [illegible] parata habitatione tua, quam præparasti Domine.* Vide clementiam Domini bonitatem: non vult te [illegible] ducere a [illegible] rem: non vult [illegible] facias habitaculum iam [illegible] ad præparatam [illegible] habitationem. Audi Dominum in

Luban. Euangelio dicentem *Alij labor auerunt, & vos in Labores eorum introistis. Sanctificatio tua Domine, quod præparauerunt manus tuæ.* Sanctimonium Domini, tabernaculum Dei velut templum, quod ab eo sanctificat accedente. Hoc non dicit manu hominis factum, sed manu [illegible] ergo propter te Deus & plantat & ædificat [illegible] efficitur, structura efficitur, ne [illegible] sit. Audi & Paulum dicentem: Dei agricultura Dei ædificatio estis.

A Quid est illud est sanctimonium, quod non manu hominum factum est, sed manibus Dei paratum? Audi Sapientiam dicentem: *Quæ ædificauit sibi domum.* Ego autem hoc de incarnatione Domini recte ius intelligendum puto. Nonenim manibus hominum factum est, id est, non opere humano templum carnis ædificatur in virgine: sed sicut supra Daniel, lapis sine manibus excisus, crescit & factus est mons magnus. Illud est sanctimonium carnis assumptæ & sine manibus, id est absque opere hominum de monte humanæ naturæ, & substantia carnis excisum.

Domine qui regnas in seculum, & in seculum, & adhuc. Quoties in sæculum dicitur, longitudo quidem temporis, sed esse finis aliquis indicatur. & si in aliud sæculum dicatur, aliquis sine dubio longior quidem, tamen ponitur finis. Et quoties sæcula sæculorum nominantur, fortasse licet ignotus nobis, tamen à Deo statutus aliquis terminus indicatur. Quod vero addit in hoc loco, & adhuc, nullum sensum termini alicuius aut finis reliquit. Quodcunque enim illud cogitaueris in quo finem putes posse consistere, semper dicit tibi sermo propheticus, & adhuc: velut si loquatur ad te & dicat: Putas in seculum seculi Dominum regnaturum? Et adhuc. Putas in secula seculorum? Et adhuc. Et quodcunque illud dixeris de regni eius spatijs, semper tibi

B dicit Propheta, & adhuc.

Intrauit equitatus Pharao cum quadrigis & ascensoribus in mare: & induxit super eos Dominus aquas maris. Filij autem Israel ambulauerunt per siccum in medio mari. Et tu si filius Israel es, potes ambulare per siccum in medio mari. Si fueris in medio nationis prauæ & peruersæ, sicut lumen solis verbum vitæ continens ad gloriam, potest fieri vt in medio peccatorum incedentem te, non infundat humor peccati. Potest fieri vt transeuntem te per hunc mundum, nulla libidinis vnda respergat: nullus cupiditatis æstus verberet. Qui enim Ægyptius est & sequitur Pharaonem, ille vitiorum fluctibus mergitur. Qui vero sequitur Christum, & sicut ille ambulauit, ita & ipse ambulat, atque ei murus fiunt dextra, læua. Ipse autem media via incedit per siccum: non declinat ad dexteram neque ad sinistram, vsquequo exeat ad libertatem, & hymnum victoriæ Domino concinat di-

C cens. *Cantabo Domino, gloriose enim honorificatus est.*

De profectione filiorum Israel à mari rubro in Marath: vbi Moyses per Domini mandatum, ligno aquas amaras indulcauit: vbi & Dominus constituit ei præcepta atque iudicia.

CAPVT V.

Cap. 45. *Tulit autem Moyses Israel de mari rubro: & egressi sunt in desertum Sur. Ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam. Et venerunt in Marah: nec poterant bibere aquas de Marah, eo quod essent amaræ. Vnde & congruum loco nomen imposuit, vocans illud Marah, id est amaritudinem. Et murmurauit populus contra Moysen dicens: Quid bibemus? At ille clamauit ad Dominum: qui ostendit ei lignum. Quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt.* Egressis populis de mari rubro, oc-

Isidor. currit eremus: in qua tribus diebus ingredientes, non habuerunt aquam: & peruenerunt ad fontem Marah, qui ex amaritudine nomen accepit. Murmurat populus videns aquas, & potare non sustinens. Mittit lignum Moyses in a-

D quas, & factæ sunt dulces. Intellige amaras aquas, occidentis literæ & legis habere figuram: quibus si immittitur confessio crucis, & passionis Dominicæ sacramentum iungatur, tunc efficitur aqua amara, suauis: & amaritudo literæ vertitur in dulcedinem intelligentiæ spiritualis. Vnde &

Leuit. 20 scriptum est: *Constituit Dominus populo suo legem & iudicia, & tentauit eum.* Alio quoque sensu quod aquæ amaræ ligno in se suscepto dulcescunt, indicio erat, amaritudinem gentium per lignum crucis Christi, in vsum dulcedinis quandoque esse vertendam.

Ibi constituit ei præcepta atque iudicia: & ibi tentauit eum dicens: Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & custodieris mandata eius, custodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorem quem posui in Aegypto, nō inducam super te. Ego

Orig. *enim Dominus saluator tuus* & reliqua. Quod videtur dicere, quod si quis mandata custodiat, nullam ægritudinem patiatur: hoc [illegible], neque alios dolores corporis ferat. Non puto, quod hæc sint quæ promittantur diuina mandata seruantibus: alioquin indicio nobis est Iob iustissimus, & totius pietatis obseruantissimus: qui à capite vsque ad pedes repletus vlcere pessimo. Non ergo his dicuntur carere infirmitatibus, qui mandata custodiunt: sed non habebunt illas infirmitates, quas Ægyptij habent. Ægyptus namque, mundus figuraliter appellatur. Diligere ergo mundum & ea quæ in mundo sunt, Ægyptius languor est. Dies obseruare & menses & tempora, signa requirere, stellarum cursibus adhærere, Ægyptius languor est. Deseruire carnis luxuriæ, voluptatibus operam dare, vacare delicijs, Ægyptius languor est. Caret namque infirmitatibus his & languoribus, qui mandata custodit.

E

De eo quod de Marath pergentes filij Israel venerunt in Elim: & de Elim in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai: vbi & Dominus dedit illis vespere coturnices & mane pluit manna.

F

CAPVT VI.

Cap. 15. POst hæc dicit, quia *venerunt in Elim: & erant ibi duodecim fontes aquarum, & septuaginta arbores palmarum.* Putas non habet aliquid rationis, quod non ante in Elim ducitur populus, vbi erant duodecim fontes aquarum, in quibus nihil amaritudinis inuenerat? imo potius, vbi erat amœnitas plurima ex densitate palmarum. Sed primo ductus ad aquas salsas & amaras, quibus per lignum monstratum à Domino dulcibus effectis, postea venitur ad fontes. Si historiam solam sequamur, non multum nos ædificat scire, ad quem locum primo venerunt: ad quem secundo. Si vero rimemur in his mysterium latens, inuenimus ordinem fidei. Primo enim ducitur populus ad literam legis: ab hac donec permanet in amaritudine sua, recedere non potest. Cum vero per lignum vitæ dulcis fuerit effecta, & intelligi lex spiritualiter cœperit, tunc de veteri Testamento transitur ad nouum: & venitur ad duodecim Aposto-

G licos fontes. Ibi etiam arbores reperientur septuaginta palmarum. Non enim soli duodecim Apostoli fidem Christi prædicauerunt: sed & alij septuaginta missi ad prædicandum verbum Dei referuntur: per quos palmam victoriæ Christi, mundus agnosceret.

Cap. 16. *Profectique sunt de Elim: & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai, quintodecimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Aegypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & contra Aaron in solitudine. Dixeruntque ad eos filij Israel: Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panes in saturitate. Cur eduxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem*

Orig. *multitudinem fame?* Esto propter correptionem legentium, indicetur populi peccatum: quia murmurauerit & ingratus fuerit beneficijs diuinis, cum cæleste manna susciperet. Quid etiam dies scribitur, in qua die murmurauerit populus? Secundo inquit mense, decimaquinta die mensis. Quod vtique non absque ratione scriptum est. Recordare de legibus Paschæ quæ dicta sunt: & inuenies ibi hoc esse

H tempus, quod statuitur ad secundum Pascha faciendū his, qui immundi in anima fuerunt, vel occupati negotijs peregrinis. Qui ergo non fuerunt immundi in anima, vel non longe peregrinabantur, decimaquarta die primi mensis Pascha fecerunt. Qui autem peregrinabantur & immundi erant, secundum Pascha in hoc tempore faciunt. In hoc tempore quo & manna de cœlo descendit. In die quo primum Pascha fit, non descendit manna: sed in hoc quo secundum Pascha fit. Videamus ergo nunc, qui sit in his ordo mysterij. Primum Pascha primi populi est: secundum Pascha nostrum est. Nos enim fuimus immundi in anima, qui colebamus lignum & lapidem, & ignorantes Deum, his qui natura non erant dij, seruiebamus. Nos etiam eramus, qui longe peregrinabamur. De quibus dicit Apostolus: quia fuimus hospites & peregrini, testamentorum Dei spem non habentes: & sine Deo in hoc mundo. Veruntamen

A men non datur mãna de cœlo in illa die, qua primũ pascha fit: sed in illa qua secundum. Panis enim [illegible] de cœlo descendit, non venit ad illos, qui primam in solemnitatem celebrabant: sed ad nos qui secundam suscepimus. [illegible] est in nobis enim pascha immolatus est Christus: qui verus nobis panis de cœlo descendit. Sed interim videamus, quid est quod in hac die gestum monstratur. Quintadecima die mensis secundi, murmurauit populus & dixit: *Quam melius fuerat nos mori in Aegypto, quando sedebamus super ollas carnium.* O populus ingratus desiderat Ægyptum, qui Ægyptios vidit extinctos. Carnes Ægypti requirit, qui Ægyptiorum carnes vidit maris piscibus, & cœli alitibus datas. Murmurat ergo aduersum Moysen: imo aduersus Deum flebat. Sed hoc primo quidem ignoscitur: & secundo fortassis & tertio. Verum si non desinant sed persistant, audi quid post hæc murmurante populo consequatur. In Numerorum libro

1. Cor. 10 refertur, quod & in suis scriptis retexuit Apostolus dicens: *Neque murmuraueritis, sicut quidam ex illis murmurauerũt, & a serpentibus interierunt.* Murmurantẽ populum venenatus in eremo

B serpentũ depascit morsus. Videamus nos qui hęc audimus, nos inquã pro quibus scripta sunt: *illa enim ad correptionẽ facta sunt: scripta sunt autẽ propter nos, in quos fines seculorũ deuenerunt.* Sed hæc initia habentib. ignoscuntur: in eos, qui nõ desinunt, grauiter vindicatur. Mittuntur namq; in eos serpentes, id est, immundis spiritibus traduntur, venenatisque dæmonibus: qui eos morsibus occultis ac latentibus perimant, atque internis & intra cordis penetralia conclusis cogitationibus absumant. dicit enim Deus, qui audiuit murmurationem filiorum Israel: videtis quia non latet Dominum murmuratio nostra; audit omnia, eo quod non statim punit, pœnitentiam nostræ conuersionis exspectat. Sed quid post hæc recitatum est? *dixit autem Dominus ad Moysen: Ecce ego pluam vobis panes de cœlo: egrediatur populus, & colligat quæ sufficiant per singulos dies, vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea an non.* Tentatio ista probatio est, non in pec-

Aug. catum seductio. Nec ideo probatio, vt Deus nouerit: sed vt ipsos ipsis hominibus ostendat, quo humiliores fiant ad

C petendum adiutorium & agnoscendam Dei gratiam. *Die autem sexta parent quod inferant & sit duplum quam colligere solebant per singulos dies.* Quæro ergo, qua die cœperit manna cęlitus dari, & volo comparare Dominicam nostram sabbato Iudæorum. Ex diuinis namque Scripturis apparet, quod in die Dominica primo in terris datum est manna. Sicut enim vt Scriptura dicit, sex diebus continuis collectum est, septima autem die, quæ est sabbatum, cessatum est, sine dubio initium eius à die prima, quæ est Dominica, fuit. Quod si ex diuinis Scripturis hoc constat, quod in die Dominica Deus pluit manna, & in sabbato non pluit, intelligant Iudæi, iam tum prælatam esse Dominicam nostram Iudaico sabbato: iam tunc indicabatur, quod in sabbato ipsorum gratia Dei ad eos de cœlo nulla descenderet, panis cęlestis, qui est sermo Dei, ad eos nullus veniret. Dicit enim

Ose. 3. & alibi Proph. 12. *Diebus multis sedebunt filij Israel sine Rege, sine principe, sine Propheta, sine hostia, sine sacrificio, sine Sacerdote.* In nostra autẽ Dominica die, semper Dominus pluit manna de cœlo. Sed hodie [illegible] go dico, quia pluit Dominus mãnã de

D cœlo. Cœlestia namque sunt eloquia ista, quæ nobis lecta sunt: [illegible] à Deo descenderũt verba, quæ nobis recitata sunt: & ideo nos, qui tale manna suscipimus, semper nobis mãna datur de cœlo. Illi infęlices dolent & suspirant, & se miseros dicunt, quia manna sicut acceperunt patres ipsorum, ipsi non merentur accipere. Illi nunquã manna manducãt. Nõ enim possunt illud manducare, quod est minutum sicut semen coriandri, & cãdidum sicut pruina. Nihil enim in verbo Dei minutum, nihil subtile, nihil sentiunt spirituale, sed totum pingue, totũ crassum. Incrassatũ est enim cor populi illius. Sed & interpretatio nominis hoc idem sonat. Manna enim interpretatur, quid est hoc? Vide, si non ipsa nominis virtus ad discendum te prouocat, vt cum audis legem Dei recitari, inquiras semper, & interroges & dicas Doctoribus, quid est hoc? Hoc enim est, quod indicat mãna. Tu vero si vis manducare manna, id est, si cupis suscipere verba, [illegible] illud minutum esse, & valde subtile, sicut se-

Rom. 14. men coriandri. [illegible] enim aliquid in se [illegible], quo nu[illegible] & recreare [illegible] infirmos: quia *qui infirmus est, olera manducet.* [illegible]

Candi[illegible] [illegible] nim [illegible] dulcius, qui [illegible] mel [illegible] tum: S[illegible] pl[illegible] colli[illegible] in [illegible] Liquat [illegible] Hoc [illegible] tiosi nec [illegible] pr[illegible] qua nunc sumus [illegible] ita. [illegible] dic [illegible] hunc mundum. Hac ergo tantum repo[illegible] & recondere, quantum sufficiat & in [illegible] die quid enim hic boni operis acquiras, si quid iusti[illegible] sericordiæ & pietatis recondas, hoc tibi in futuro [illegible] culo erit cibus. Aliter supernum igitur manna anima percipit, cum per vocem compunctionis eleuata, in speciem internæ [illegible] ctionis obstupescit: vt diuina [illegible] dine repleta, [illegible] re respondeat, quid est hoc: quia dum in [illegible] fima cogitatione suspenditur, eaque superius conspicit, insolite miratur, & cum hac voce torporis nostri [illegible] ruptur, vetustate vitæ protinus vsus mutatur: vt anima F superno spiritu afflata, & in summis appetat, quæ contemseiat; & contemnat in infimis, quæ appetebat. *Dixeruntq; Moyses & Aaron ad omnes filios Israel: vespere scietis, quod Dominus eduxerit vos de terra Aegypti. & mane videbitis gloriam Domini.* Moyses & Aaron dicunt ad populum inter cætera: *Propter quod exaudiuit Dominus murmurationem vestram, qua vos murmurastis aduersum nos. Nos autem quid sumus? Non enim aduersum nos murmur vestrum est, sed aduersum Deum.* Non ex hoc tantum se valere voluerunt, quantum Deus: dixerunt enim *Quid sumus nos?* vt illi aduersus illum se scirent murmurasse, qui illos miserat, & qui per istos operabatur. *Dixitq; Moyses ad Aaron: dic vniuersæ congregationi filiorum Israel: Accedite coram Domino, audiuit enim murmur vestrum. Cumq; loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Israel, respexerunt ad solitudinem: & ecce gloria Domini apparuit in nube. Locutus est autem Dominus ad Moysen dicens: Audiui murmurationes filiorum Israel: Loquere ad eos, vespere comedetis carnes, & saturabimini panibus: scietisq; quod sum Dominus Deus vester.* Deus mandat per Moysen populo: *Ad vesperam edetis carnes: & mane replebimini panibus.* E[illegible] pro Aug. omni alimento panes nominantur. Nam isto nomine & carnes comprehenduntur, quia & ipsæ alimenta sunt: nec G tamen panes eos modo dici, qui fiunt ex frumentis. Ipsos enim proprie panes appellare consueuimus. Manna autem panum nomine appellat. Non autem vacat, quod dicit, ad vesperam carnes, & mane panes se daturum. Tale quippe aliquid etiam in Helia significatum est, cum ei alimenta coruus afferret. An forte carnibus ad vesperam & mane panib. ille significatur, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostrã. Ad vesperã quippe mortuus ex infirmitate & sepultus est: mane autem apparuit discipulis, qui resurrexerat in virtute. *Factũ est ergo vespere, & ascendit coturnix, & operuit castra. Mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum. Cumque operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ super terram. Quod cum vidissent filij Israel, dixerunt ad inuicem, Manhu: quod significat quid est hoc? Ignorabant enim quid esset. Quibus ait Moyses: Iste est panis, quem dedit Dominus* H *vobis ad vescendum. Hic est sermo quem præcepit Dominus: colligat ex eo vnusquisque, quantum sufficiat ad vescendum: gomor super singula capita. Iuxta numerum animarum vestrarum, quæ habitant in tabernaculo sic tolletis. Feceruntque ita filij Israel, & collegerunt, alius plus, alius minus, & mensi sunt ad mensuram gomor. Nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus [illegible] uerat, reperit minus: sed singuli iuxta id, quod edere poterant, congregauerunt. Dixitque Moyses ad eos: Nullus relinquat ex eo in mane. Qui non audierunt eum, sed dimiserunt quidam ex eis vsque mane, & scatere cœpit vermibus atque computruit: & iratus est contra eos Moyses. Colligebant autem mane singuli, quantum sufficere poterat ad vescendum. Cumque incaluisset sol liquefiebat. In die vero sexta collegerunt cibos duplices, id est, duo gomor per singulos homines* & reliqua. Quid [illegible] er volucrum escas, nisi prædic[illegible] Isido. res diuinitus [illegible] guntur, qui [illegible] verbasonantia, quasi [illegible] volatilia pennata: q[illegible] per fidem pasc[illegible] tur hi, qui ad p[illegible] regni cœlestis, [illegible] nire contendunt? Potest quidem & volucrum [illegible]

ris signi-

A ris significare legis eloquia, quæ plebem carnalem tanquam carne alebat per verba diuinitus missa, quasi per volatilia. Vnde & vespere dantur: quia cuncta, quæ carnaliter illis commissa sunt, finem erant habitura. Manifestato autem lumine fidei, datur manna populo: manna vtique quod est Christus, qui tanquam panis viuus de cœlo descendit. Qui per nubes Euangelicas vniuerso orbe pluitur, non iam murmuranti & tentanti synagogæ; sed credenti & in illo spem ponenti Ecclesiæ. Hoc est autem manna indeficiens. Hic est panis verus & cœlestis cibus Angelorum, quod Dei verbum corruptibiles incorruptibiliter pascit: quod vt manducaret homo, *caro factum est, & habitauit in nobis*; quo etiam, qui vescuntur, spiritualiter viuunt. Nam illi veterem figuram carnaliter accipientes, mortui sunt. Non incongrue & per manna etiam cœlestia significantur eloquia: vnde & interpretatio nominis sic sonat. Manna etenim manhu interpretatur, quid est hoc? Cum enim audimus legem Dei recitari in Ecclesia, interrogamus Doctores dicentes, quid est hoc? Item moraliter per manna, quod populo desuper datum est, admiratio supernæ dulcedinis designatur. Dulcis enim cibus, qui de supernis accipitur, manhu vocatur. Manhu enim, vt supra dictum est, dicitur, quid est hoc? Et, quid est hoc, dicimus, quando hoc, quod cernimus, nescientes admiramur. Supernum igitur manna anima percipiet, cum per vocem compunctionis eleuata, in speciem internæ refectionis obstupescit, vt diuina dulcedine repleta mire respondeat: quid est hoc? Quæ dum ab infima cogitatione suspenditur, ea quæ de supernis conspicit, insolite miratur: & cum hac voce corporis nostri sorditas rumpitur, vetustæ vitæ protinus visus mutatur: vt anima superno spiritu afflata, & in summis appetat, quæ contempserat, & contemnat in infimis, quæ appetebat. Hoc autem manna minutum erat sicut semen coriandri, album & suaue. Quid verbo Dei minutius, quidue subtilius, aut quid dulcius & suauius eloquijs Dei, quæ sunt super mel & fauum? Sed quid est, quod sexta die duplum colligi iubetur, quod etiam sufficiat in sabbato? Sexta dies ista est sexta ætas mundi, in qua nunc sumus. In hac ergo duplum colligit, qui propter spem vitæ æternæ verbum Dei & audit & facit. In hac duplum recondit, qui & bene viuit, & alijs misericordiam præbet. Quod reponebatur propter sabbatum, non corrumpebatur. Bona enim opera facta propter futuram requiem, in futuro sæculo permanent. Qui vero infideles erant, & præter causam sabbati seruabant de manna, ebulliebant ex eo vermes, & computrescebat. Sic & qui propter præsentem vitam & amorem sæculi thesaurizant, his & ille vermis ebullit, qui non moritur. Isti sunt vermes, quos generat auaritia, & diuitiarum cæca cupiditas. Hi sunt, qui habent pecunias, & videntes in necessitate fratres suos claudunt ab eis viscera sua. Sed & is, qui post susceptum Dei verbum peccat, efficitur ei ipsum Dei verbum vermis, qui eius semper conscientiam fodiat, & arcana pectoris rodat: quamquam & vermis sit Christus, ipso loquente: *Ego autem sum vermis & homo.* Sicut enim ipse est alijs in ruinam, alijs in resurrectionem, ita & ipse in manna, fidelibus quidem dulcedo mellis, infidelibus vermis efficitur. *Dixitque Moyses ad Aaron: Sume vas vnum, & mitte ibi manna, quantum potest capere gomor; & pone coram Domino ad seruandum in generationes vestras, sicut præcepit Dominus Moysi. Posuitque illud Aaron in tabernaculo reseruandum.* & cæter. Quæri potest, vbi Aaron poneret ante Deum, quando nec vllum simulacrum fuit, nec arca testamenti iam fuerat instituta. An forte ideo de futuro dixit, repones, vt intelligeretur tunc ante Deum posse reponi quando futura erat arca? an potius ante Deum dictum est, quod in ipsa deuotione ostendi, in quocunque loco poneretur, vbi non nisi Deus, sed illud, quod adiungat, & *reposuit Aaron ante testimonium ad seruandum*, priorem magis sensum approbat. Hoc enim modo Scriptura dixit per prolepsin, quod postea factum est, cum esse cœpit tabernaculum testimonij. *Filij autem Israel comederunt manna quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem. Hoc cibo aliti sunt vsquequo tangerent fines terræ Chanaan*: filij autem, inquit, Israel ederunt manna annis quadraginta, quoadusque venirent in terram, quæ inhabitatur. Manna ederunt, quoad-

Ioan.6.

B

C

D

Psal.21.

Aug.

E vsque venirent in terram Chanaan. Significauit Scriptura per prolepsin, id est, hoc loco memorando, quod etiam postea factum est, non vixisse filios Israel in eremo nisi manna. Hoc est enim, quod ait, *vsque ad terram, quæ inhabitatur*: id est, iam non est eremus: non quia continuo, vt venerunt ad terram inhabitabilem, destiterunt vesci manna, sed quia non ante. Traiecto enim Iordane significatur manna cessasse, vbi panes terræ manducauerunt. Quod ergo ingressi sunt habitalem terram, antequam transirent Iordanem, vel tantum manna vesci, vel vtroque cibo potuerunt. Hoc quippe intelligi potest, quando cessasse manna non dicitur, nisi traiecto Iordane. Cur autem in illa eremi inopia etiam carnes desiderauerunt, quando de Ægypto cum suis multis pecoribus exierunt, magna quæstio est: nisi forte dicatur, cum per eremum pascua tanta non essent, & ex eo minor futura videatur fœcunditas pecorum, pepercisse illis pecoribus, ne omnibus deficientibus, etiam sacrificijs necessaria defuissent: vel si quid aliud dici potest, vnde quæstio illa soluatur. Congruentius tamen creditur, non eos carnes desiderare, quas de pecoribus habere poterant: sed eas, quæ deerant, ex aquis videlicet. Ipsas quippe in illa eremo non inueniebant, vnde illis ortigometra data est, id est, aues, quas coturnices multi Latini interpretati sunt: cum sit aliud genus auium ortigometra, quamuis coturnicibus non vsquequaque dissimile. Nouerat enim Deus, quid desiderauerint: & desiderium eorum, quo carnis genere satiaret. Sed quia Scriptura concupiuisse illos carnes dixerat, nec expresserat cuiusmodi carnes, ideo quæstio facta est. Notandum autem, quod secundum aliam editionem hic locus Scripturæ ita legitur: *Manna ederunt filij Israel, quoadusque venirent in partem Phœnices.* Iam dixerat: *quousque venirent in terram, quæ inhabitatur.* Sed quia non expresserat proprie, quam diceret, repetitione videtur quandam proprietatem expressisse dicendo, *in partem Phœnices*. Sed tunc illam terram sic credendum est appellatam. Modo enim non hoc vocatur nomine. Alia quippe est, quæ Phœnice appellatur, regio Tyri & Sidonis, qua illos transisse non legitur: quanquam Scriptura fortasse potuerit terram Phœnices appellare, vbi palmarum arbores iam esse cœperant post eremi vastitatem: quoniam palma Græce sic appellatur. Inito enim perfectionis fine inuenerant locum, vbi septuaginta palmarum arbores fuerant & duodecim fontes. Sed postea eos excepit eremi prolixitas; vbi tale aliquid non fuit, quousque venirent ad loca, quæ colebantur. Verum ille sensus est probabilior, vt credamus sic appellatam fuisse tunc terram. Multarum enim terrarum & locorum, sicut fluminum & vrbium nomina, certis existentibus causis, antiquitate mutata sunt. Sequitur: *Gomor autem decima pars est Ephi*: Ephi ergo mensura est trium modiorum, vt in libro Ruth ostenditur; & gomor mensura est Atticorum chœnicum trium: vnde & in Leuitico, & in Numerorum libro, quoniescunque decima pars ephi in sacrificio exhiberi iubetur, mensura gomor expensa intelligitur.

F

G

H

CAPVT VII.

De transitu filiorum Israel à deserto Sin in Raphidem, vbi murmurauit populus pro aquæ penuria.

IGitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin per mansiones suas, iuxta sermonem Domini, castra metati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum populo. Qui iurgatus contra Moysen ait: da nobis aquam vt bibamus. Quibus respondit Moyses: Quid iurgamini contra me? Cur tentatis Dominum? Sitiuit ergo populus ibi præ aquæ penuria, & murmurauit contra Moysen dicens: Cur nos exire fecisti de Aegypto, vt occideres & nos & liberos nostros ac iumenta siti? Cap.17. Raphidim est locus in deserto iuxta montem Choreb. Sciendum autem, quod omnis eremus vsque ad montem Sinai Sin vocetur; & ex tota prouincia etiam locus vnius mansionis nomen acceperit, sicut & Moab tam vrbis quam prouinciæ nomen est. In hac solitudine quinque mansiones sunt. Suph & eremus, sin & Daphca & Alus, & Raphidim. Vnde

A Exod. 14. breuiter in Exodo notatur, quod *profecta est omnis multitudo filiorum Israel de eremo Sin per mansiones suas, iuxta os Domini, & venerunt Raphidim.* Ex quo perspicuum est plures mansiones vnius regionis vocabulo demonstrari. *Clamauit autem Moyses ad Dominum dicens: Quid faciam populo huic? Adhuc paululum, & lapidabunt me. Ait Dominus ad Moysen: Antecede populum, & sume tecum de senioribus Israel, & virgam qua percussisti flumen, & tolle in manu tua, & vade.* Flumen Aaron legitur non Moyses virga percussisse. Nam Moyses eadem virga mare diuisit, non flumen. Quid sibi ergo vult: Aug. *Accipe virgam in qua percussisti flumen?* An forte mare appellauit flumen? Quærendum exemplum locutionis huius, si ita est. An quod Aaron fecit Moysi potius tributum est, quia per Moysen Deus iubebat, quæ faceret Aaron? Quandoquidem & primis suis verbis Deus hoc illi ait de fratre suo: *Erit tibi ad populum: tu illi quæ ad Dominum. En ego stabo coram te ibi super petram Horeb, percutiesque petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israel: & quia tentauerant Dominum dicentes: Estne Dominus in nobis, an non?* Isido. Post manna queritur populus ab ardore sitis, & fons de petra erupit: eadem autem petra, quæ percussa aquam commouit, CHRISTI figuram habuit, qua aperta cuncta fluxerunt. Ad quem velut virga lignum passionis accessit, vt emanaret credentibus gratia. B Percussa enim, fons manauit: percussus in cruce Christus, sitientibus lauacri gratiam, & donum Spiritus Sancti effudit. Petram enim istam figuram Christi habuisse 1.Cor. 10 probat Apostolus, cum dicit. *Bibebant*, inquit, *de spirituali consequente eos petra: petra autem erat Christus.* Quod autem sitiens populus pro aqua murmurat aduersus Moysen, & propterea iubet Deus, vt ostendat ei petram, de qua bibant, quid hoc significat, nisi quia si quis est, qui legens Moysen, murmurat aduersus eum, & displicet ei lex, quæ secundum litteram est scripta, ostendit ei Moyses petram, quæ est Christus: & adducit eum ad ipsum, vt inde bibat, & reficiat sitim suam.

CAPVT VIII.

De pugna Amalech contra Israel.

C *VEnit autem Amalech, & pugnabat contra Israel in Raphidim. Dixitque Moyses ad Iosue: Elige viros, & egressus pugna contra Amalech, Cras ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea. Fecit Iosue, vt locutus ei erat Moyses: & pugnauit contra Amalech. Moyses autem & Aaron & Hur ascenderunt super verticem collis. Cumque leuabat Moyses manus vincebat Israel. Sin autem paululum remisisset, superabat Amalech. Manus autem Moysi erant graues. Sumentes igitur lapidem subter eum, in quo sedit. Aaron autem & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte, & factum est, vt manus ipsius non lassarentur vsque ad occasum solis. Fugauitque Iosue Amalech & populum eius in ore gladij.* Aug. Et ecce ego stabo super cacumen collis, & virga Dei in manu mea, Moyses dicit ad Iosue, cum præciperet pugnari aduersus Amalech. Nunc ergo virga Dei dicitur, quæ primum dicta est virga Aaron; postea vero virga Moysi. Sicut dicitur Spiritus Heliæ; qui est Spiritus Dei, cuius particeps factus est Helias. Sic illa potest dici & Dei iustitia, quæ nostra est, sed donata à Deo. De qua loquens Apostolus, Iudæos arguit dicens. *Ignorantes Dei iustitiam, & suam iustitiam volentes* Rom. 10. *constituere*, id est, tamquam à se sibi paratam. Contra quales dicit: *Quid enim habes, quod non accepisti?* Mystice autem D adscendit Moyses in montem: Iesus contra Amalech militat, tenet virgam Moyses, brachiaque sua in modum crucis extendit. Sic hostis, id est, Diabolus, viam cælestis patriæ intercludere volens, signo crucis Dominicæ superatur. Dum leuaret manus Moyses, vincebat Israel. Rursum, dum inclinaret, superabat Amalech. Eleuantibus enim nobis actus nostros ad cælum, rectores tenebrarum subijciuntur. At contra remissis orantes manibus, hoc est, conuersationem terrenam sectantes, hostis victor insequitur. Zach. 5. Sedet Moyses super lapidem, de quo narrauit Zacharias, qui septem habebat oculos, & in Samuelis volumine appellatur lapis adiutorij, & vtramque manum Aaron & Hur quasi duo populi aut duo testamenta, sustentant. Aliter: Moyses sedit in lapide, cum [illegible] in E[illegible]. Sed hæc eadem lex manus graues [illegible], quæ peccantes quosque non misericorditer pertulit, sed secure districtione percussit. Aaron vero mons fortitudinis, Hur autem ignis interpretatur. Quem itaque mons iste fortitudinis signat, nisi Redemptorem nostrum? de quo per Prophetiam dicitur: *Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium?* Esa. 2. Aut quis per ignem, nisi Spiritus Sanctus figuratur? de quo idem Redemptor noster dicit: *Ignem veni mittere in terram?* Aaron ergo & Hur graues manus Moysi sustinent, atque sustentando leuiores reddunt; quia mediator Dei & hominum cum igne Sancti Spiritus veniens, mandata legis grauia, quæ dum carnaliter tenerentur, portari non poterant, tolerabiliora nobis per Spiritualem intelligentiam ostendit. Quasi enim manus Moysi leues reddidit, quia pondus mandatorum legis ad virtutem confessionis retorsit. Hanc nobis sequentis misericordiæ promissionem innuit, cum per Prophetam dicitur: *Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.* Ezech. Hinc iterum sub Iudææ specie vnicuique peccatrici animæ dici- Ierem. 3 tur: *Si dereliquerit vir vxorem suam, & illa recedens duxerit virum alium, numquid reuertetur ad eum vltra? Numquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis. Tamen reuertere ad me, dicit Dominus.* F Ecce paradigma turpis mulieris dedit. Ostendit quod post turpitudinem recipi non possit: sed hoc ipsum paradigma, quod protulit, per misericordiam vincit, cum dicit fornicantem mulierem recipi nequaquam posse, & tamen ipse fornicantem animam, vt recipiat, expectat. Pensemus pondus tantæ pietatis. Dicit, quod fieri non potest & demonstrat, quia hoc ipse facere etiam contra morem potest. Ecce vocat & inquinatos denuntiat, etiam hos amplecti quærit, à quibus desertum esse se queritur. Inflexit ergo ad misericordiam duritiam legis, quia quos iuste ille damnat, ipse misericorditer liberat. *Dixit autem Dominus ad Moysen: Scribe hoc ad monumentum in libro, & trade auribus Iosue. Delebo enim memoriam Amalech sub cælo. Ædificauitque Moyses altare, & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea.* Iubet Dominus bellum cœptum contra Amalech in libro conscribi, & tradi auribus Iosue: prædicitque quod deleturus sit memoriam Amalech. Quid hoc significat, nisi quod omnipotens Deus per legem, cuius typum Moyses tenet, de Saluatore nostro prænuntiat, quod ipse deleturus sit G memoriam hostium spiritualium: atque sanctæ Ecclesiæ læsione compescens demersurus sit eos in profundum abyssi: hostes videlicet illos, de quibus Propheta dicit: *Periit memoria eorum cum sonitu: & Dominus in æternum permanet?* Psal. 9. Et vt ostenderet militibus Christi, nullo tempore pigritiæ inertia esse torpendum, sed semper paratos esse ad prælium, paulo post subdidit dicens: *Quia manus solius Domini, & bellum Dei erit contra Amalech à generatione in generationem.* Manus solius Domini & bellum Dei contra Amalech est, id est, contra malignos spiritus, qui sanguinolenta & corruptibilia opera semper sinunt. Interpretatur enim Amalech populus bruchus, vel populus lingens sanguinem. Cum Christus in membris suis, hoc est, sanctis viriliter & sine cessatione in præsenti tempore contra spirituales nequitias præliatur; à generatione videlicet in generationem, id est, vsque ad finem mundi, quando perfecte victoria perpetrata, sancti cum triumpho ad cæleste regnum comitantes regem suum Christum, intrabunt, regnum & ipsi accepturi perpetuum; tunc & illud veraciter impletur, quod Apostolus dicit: *Absorpta est mors in victoria.* H Et alibi scriptum est: *Mors*, inquit, Apoc. 21. *vltra iam non erit, neque luctus neque clamor, quæ prima abierunt.*

(***)

CAPVT

A

CAPVT IX.

De aduentu Iethro cognati Moysi in desertum cum vxore & filijs Moysi. & de consilio, quod dedit Moysi pro labore iurgiorum leuigando.

Cap. 18. *CVmque audisset Iethro sacerdos Madian cognatus Moysi omnia, quæ fecerat Dominus Moysi & Israel populo suo, eo quod eduxisset Dominus Israel de Aegypto, tulit Sephoram vxorem Moysi, quam remiserat, & duos filios eius, quorum vnus vocabatur Gersam, dicente patre: Aduena fui in terra aliena. Alter vero Eliezer, Deus enim ait patris mei adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis. Venit ergo Iethro cognatus Moysi, & filij eius & vxor ad Moysen in desertum, vbi erat castrametatus iuxta montem Dei. Veneruntque Aaron & omnes senes Israel, vt comederent panem cum eo coram Domino.* Quæritur, vbi ante Deum, quando nec

Aug. tabernaculum fuit, nec arca testamenti, quæ postea sunt instituta? Neque enim & hic de futuro dictum accipere pos-

B sumus, sicut dictum est de manna, quod positum est in vase aureo. Ergo ante Deum id accipere debemus factum. Vbi enim non Deus? *Altero autem die sedit Moyses, vt iudicaret populum, qui assistebat Moysi de mane vsque ad vesperam. Quod cum vidisset cognatus eius, omnia scilicet, quæ agebat populo, ait: Quid est hoc, quod facis in plebe? Cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de mane vsque ad vesperam? Cui respondit Moyses: Venit ad me populus quærens sententiam Dei. Cumque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me, vt iudicem inter eos, & ostendam*

Aug. *præcepta Dei & leges eius.* Quæri potest, quomodo ista Moyses dixerit, cum lex Dei adhuc nulla conscripta esset, nisi quia lex Dei sempiterna est, quam consulunt omnes piæ mentes: vt quod in ea inuenerint, vel faciant, vel iubeant, vel vetent: secundum quod illa incommutabili veritate præceperit. Nunquid enim Moyses, quamuis cum illo loqueretur Deus, per singula credendum est, quod consulere soleret Deum, siquid esset in disceptationibus tantæ multitudinis, quæ illum in hoc iudicandi negotio à mane vsque ad vesperam detinebat? Et tamen nisi suæ menti præsiden-

C tem Dominum consuleret, legemque eius sapienter attenderet, quid iustissimum iudicare inter disceptantes posset, non inueniret. *At ille: Non bonam*, inquit, *rem facis. Stulto labore consumeris & tu & populus iste, qui tecum est. Vltra vires tuas est negotium. Solus illud non poteris sustinere: sed audi verba mea atque consilia, & erit Dominus tecum.* In eo quod Iethro consilium dat generi suo Moysi, ne occupatus iudicijs populi, & ipse & populus consumeretur consummatione intolerabili, prima quæstio est, cur hoc Deus famulum suum, cum quo ipse tanta & talia loquebatur, ab alienigena passus est admoneri. In quo Scriptura nos admonet, per quemlibet hominem detur consilium veritatis, non debere contemni. Videndum etiam, ne forte ibi voluerit Deus ab alienigena admoneri Moysen, vbi & ipsum posset tentare superbia. Sedebat enim iudiciaria sublimitate. Nam hunc sensum indicat, cum ipse Iethro eos eligere iussit ad iudicandas causas populi, qui odissent superbiam. Deinde quam sit obseruandum, quod alibi Scriptura dicit: *Fili, ne*

Eccl. 11. D *in multis sint actus tui*, satis & hic apparet. Deinde verba Iethro dantis consilium Moysi, consideranda sunt. Dicit enim: *Nunc itaque audi me, & consilium dabo tibi, & erit Deus tecum.* Vbi mihi videtur significare nimis intentum humanis actionibus animum, Deo quodammodo vacuari, quo fit tanto plenior, quanto in superna atque æterna liberius extenditur. Sequitur: *Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, vt referas, quæ dicuntur ad eum, ostendasque populo cæremonias & ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, & opus quod facere. Prouide autem de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam: & constitue ex eis tribunos & centuriones, quinquagenarios & decanos, qui iudicent populum omni tempore. Quidquid autem maius fuerit, referant ad te: & ipsi minora tantummodo iudicent: leuiusque tibi sit partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Domini: & præcepta eius poteris sustentare: & omnis hic populus reuertetur cum pace ad loca sua.* Quod vero adiungit & dicit, esto tu populo in his quæ ad Deum, & referes verba eorum ad Deum, & testaberis illi præcepta Dei & legem eius, & de-

E monstrabis illis vias in quibus ambulabunt in eis, & opera quæ faciant, cum populo vniuerso hæc agenda esse demonstrat. Nõ enim ait vniuscuiusq; verba referre ad Deum, sed verba eorum: cũ supra dixisset: *Esto tu populo in his quæ ad Deũ sunt:* Post hæc admonet, ne singulorum negotia quæ inter se habent, deseratur. electis videlicet potentibus viris, Deũ colentibus, iustis, & qui oderint superbiã: quos constitueret super millenos: alios super centenos: alios super quinquagenos: alios super denos. Sic & ab ipso Moyse remouit graues & periculosas occupationes: nec istos grauauit: quãdoquidem ipsi mille haberẽt vnũ super se, & sub illo haberent alios decem: & sub eis alios viginti: & sub his alios cẽtum: vt vix aliquid ad singulos quosq; præpositos perueniret, quod iudicare necesse haberent, insinuantur. Hic etiam humilitatis exẽplum, quod Moyses cum quo Deus loquebatur, nõ fastidiuit neq; contempsit alienigenæ soceri sui consiliũ: quanquã & ipse Iethro eũ Israelita nõ fuisset, vtrũ inter viros Deũ verum colentes, religiosos; sapientes habedus sit, quemadmodũ & Iob, cũ ex ipso populo nõ fuisset,

F merito quæritur: imo credibilius habetur. Ambigue quippe posita sunt verba: vel vtrum sacrificauerit Deo vero in populo eius, quando vidit generũ suum. vel vtrum eũ adorauerit ipse Moyses: quanquã de adoratione etiã si expresse positum esset, honor videretur socero redditus eo modo, quo solet hominibus honorificentiæ causa exhiberi: à patribus: sicut de Abraham scriptum est, quod *adorauerit filios*

Gen. 27. *Heth.* Quos autẽ dicat grammatoisagogas post decutiones, nõ facile sciri potest, quoniã hoc nomẽ in nullo vsu habemus vel officiorũ vel magisteriorum: Nã quidam Doctores interpretati sunt: vt intelligãtur magistri literarum, qui introducunt in literas, sicut resonat Græcum vocabulũ. Hic sane significatur ante legẽ datã, quod habuerint Hebræi literas, quæ à quo cœperint esse, nescio vtrũ valeat indagari. Nõnullis enim videtur, à primis hominibus eas cœpisse, & perductas esse ad Noe: atq; inde ad parẽtes Abrahæ: & inde ad populum Israel. Sed vnde hoc probari possit, ignoro.

Isido. Hoc magnæ admirationis est vt diximus, quod Moyses Propheta Deo plenus, qui cũ Domino facie ad faciẽ loquebatur, ab homine gẽtili consiliũ accepit, vt faceret omnia quæcũque diceret ille. nisi vt formã humilitatis populorũ principibus daret, & futuri sacramenti designaret imaginẽ. Scie-

G bat enim futurum quandoque quod populum ex gentibus congregatum, ea quæ in lege deerant, eo suggerente compleantur: binumque & spiritualem intellectum, afferret ad legem Dei: & sciebat quia audiret eundem populum lex, & faceret omnia quæcunque diceret: legisque diminutio suggerente Euangelio completetur.

De aduentu filiorum Israel ad montem Sinai: vbi mandauit populo per Moysen, vt essent parati in diem tertium.

CAPVT X.

Cap. 19. *MEnse tertio egressionis Israel de terra Aegypti, in die hac, venerunt in solitudinem Sinai. Nam profecti de Raphidim, & peruenientes vsque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem lo-*

H *co: ibique Israel fixit tentoria è regione montis. Moyses autem ascendit ad Deum: vocauitque eum Dominus de monte & ait: Hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filijs Israel. &c.* Accessit itaque post hæc populus quadragesima septima die egressionis Israel

Isido. ex Aegypto ad montem Sina: ibique Moyses ascendit ad Deum: & Dominus ad eum descendit. Sed quid est moraliter quod Moyses in montẽ ascendit & Dominus in montem descendit? Mons quippe, altitudo contemplationis nostræ est: in qua ascendimus: vt ad ea quæ vltra infirmitatem nostram sunt, intuenda subleuemur. Sed in hanc Dominus descendit: quia sanctis multis proficientibus parum de se aliquid, eorum sensibus aperit.

Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Aegyptijs: quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. Alas aquilarum, doctrinas mystice appellat duorum testamentorum. Bene ergo scriptura sacra pennis aquilarum assimilatur: quæ nos ab infimis suis exhortationibus eleuant: & suis consolationibus portant: suisque documentis semper ad ardua opera

A virtutum, & ad cœlestia præmia prouocant. *Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculiũ de cunctis populis. Mea est enim terra omnis & vos eritis mihi regnum & gens sancta.* Hoc laudis testimonium quondã antiquo Dei populo per Moysen datum est, quod postea rectè gentibus dat Apost. Petrus dicens: *Vos autẽ genus electum, regale sacerdotium: gens sancta, populus adquisitionis* quia in Christũ

1.Petr. 2. videlicet crediderunt qui velut lapis angularis, in eã quã in se Israel habuerat salutem, gentes adunauit. Quas genus electum vocat propter fidem: vt distinguat ab eis qui lapidẽ viuum reprobãdo, facti sunt ipsi reprobi. Regale autẽ sacerdotium, quia illius corpori sunt vniti, qui rex summus, & sacerdos est verus: regnum suis tribuens vt rex & vt pontifex, eorum peccatum sui sanguinis hostia mundãs. Regale sacerdotium eos nominat, vt & regnum se parare perpetuum, & hostias immaculatæ conuersationis Deo semper offerre, meminerint. Gens quoq; sancta & populus adqui-

B sitionis vocantur: iuxta id quod Apostol. Paulus Prophetæ

Abac. 2. exponens sententiam dicens: *Iustus autem meus ex fide viuit.* Quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Nos autẽ nõ sumus inquit subtractionis filij in perditionem: sed fidei, in adquisitionem animæ. Et in Actibus Apostolorum.

Act. 20. *Vos ait Spiritus S. posuit episcopos, regere Ecclesiam Domini, quam adquisiuit sanguine suo.* Populus ergo adquisitionis facti sumus in sanguine nostri redemptoris: quod erat quondam populus Israel redemptus sanguine agni de Ægypto.

Venit Moyses, & conuocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones quos mandauerat Dominus. Respondit quod vniuersus populus simul. Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus. Cumq; retulisset Moyses verba populi ad Dominum, ait ei Dominus. Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te: & credat tibi in perpetuum. Per caliginem & omne quicquid tenebrosum in decessu Deitatis litera legis designatur: per montem vero & omne quicquid ibi splendidum fuit, sensus spiritualis demõstratur. Omne leue & lucidum ad fideles pertinet. omnis autem tetra & tenebrositas, ad infide-

C les terrẽdos. Ideo autem lex cum terrore datur, vt populus carnalis Deũ timeret, & legẽ eius cũ reuerentia cõseruaret.

Nuntiauit ergo Moyses verba populi ad Dominum: qui dixit ei: Vade ad populum: & sanctifica eos hodie & cras: Lauentq; vestimenta sua. & sint parati in diem tertium Die enim tertio, descendet Dominus coram omni plebe super montem Sinai. Hac quidem die reperitur data lex, quæ in tabulis lapideis scripta est digito Dei: sicut consequentia docent. Dies autem iste tertius, apparet tertij esse mensis ab exitu ex Ægypto. Ex die ergo quo pascha fecerunt, id est, agnum immolauerunt & ederunt, qui fuit quartusdecimus primi mensis, vsque ad istum quo lex datur, dies quinquaginta numerantur: decem & septem sc. primi mensis: reliqui ab ipso XIV. deinde omnes XXX. secundi mensis: qui fiunt XLVII. Et tertius tertij mensis, qui est à solennitate occisi agni quinquagesimus. Ac per hoc in

D ista vmbra futuri secundum agni immaculati diem festum, sicut quinquagesimo die lex data est, quæ conscripta est digito Dei, ita ipsa veritate noui testamenti, à festiuitate agni immaculati Christi Iesu, quinquaginta dies numerantur: vt Spiritus S. de altissimis datus est. Digitum autem Dei esse Spiritum S. supra iam diximus teste Euangelio. Quod autem Dominus præcepit Moysi, vt populum sanctificet hodie & cras, vtque ipsi lauent vestimenta sua, & sint parati in diem tertium, mystice significat, quod omnis qui ad conspectum Dei peruenire desiderat, sanctificare se debet, id est, sana fide & digna conuersatione præparare: & vestimenta sua lauare, id est, opera sua mundare: in præsenti videlicet & in futuro tempore: quod significat hodiernus & dies crastinus: quatenus ad gloriam resurrectionis & immortalitatis Dominicæ, pertingere possit Hoc quoque insinuat dies tertius, quia Christus die tertia à mortuis resurrexit. *Constituesque terminos populo per circuitum & dices: Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius. Omnis qui tetigerit mõtem, morte morietur. Manus non tanget eum: sed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis: siue iumentum fuerit, siue homo, non viuet.* Quid est quod legẽ daturus Dominus, in igne fumoq; descendit, nisi quia humiles per claritatem suæ ostensionis illuminat, & superborum oculos per caliginem erroris obscurat. Prius ergo mẽs [illegible] ab omni carnalis concupi[illegible] & tunc ad aciem contemp[illegible] erigenda. [illegible] lex accipitur, populus à m[illegible] prohibetur. [illegible] infirmis adhuc mẽtibus [illegible] ena desiderãt, c[illegible] limia non præsumant. Vbi & rectè dicitur: [illegible] *montem, lapidabitur.* Bestia etenim montem tagit, [illegible] irrationabilibus desiderijs subdita, ad cõtemp[illegible] atio[illegible] se erigit Sed lapidibus percutitur, quia summa [illegible] ipsis supernis põderis ictibus necatur. Qui ergo cu[illegible] apprehendere perfectionis nituntur, contemplati[illegible] tenere desiderãt, prius se in cãpo operis per exe[illegible] bent, vt sollicite sciant, si nulla iã mala proxim[illegible] si subirrogata à proximis, equanimiter portãt: si obiectis bonis temporalibus, nequaquã eos lætitia soluit: si subtractis, non nimio mœrore sauciantur: ac deinde perpendant, sicũ ad semetipsos introrsus redeunt, in eo quod spiritualia rimantur, nequaquam secum rerum corporalium vmbras trahunt: vel fortasse tractas, manu discretionis abigunt: si incircunscriptum lumen videre cupientes, cunctas circunscriptionis suæ imagines deprimunt: & in eo quod super se contingere appetunt, vincunt quod sunt.

F

Cum cœperit clangere buccina, tunc ascendant in montẽ. Quid est quod prius prohibet populum ne ascendat in montem, nec tangat fines illius, minaturq; transgressoribus mortẽ, nunc autem iubet vt quãdo cœperit clangere buccina, tunc ascendãt in montem: nisi quod humanam audaciam compescens premit: & ad obediendam diuinæ iussioni, mentẽ erigit? Ad sonitum ergo buccinæ ascendere oportet in montem: quia ad sacræ prædicationis vocem se erige debet ad superna, mens auditorum. Nec enim inordinate ad inuestigationem sacramentorum cœlestium, animus pertinax se immittere debet, irrationabili motu præsumptionis suæ instigatus: sed ad vocationem diuinam promptus ac deuotus subsequi, quo prouocat gratia largitoris.

Cum[q]; lauissent vestimenta sua, ait ad eos: Estote parati in diem tertium: nec appropinquetis vxoribus vestris. Quid est quod post lauationem vestimentorum prohibet accessum vxorum, nisi vt ostendat nobis, non sufficere ad virtutem contẽplationis, mundationem operum per pœnitentiæ lamentum, sine castitate tam corporum, quã etiam animarum? Oportet ergo vt mundemus actus nostros præteritos per compunctionem lachrymarum & puritatem integram seruemus præcordiorum: quia aliter non sufficimus ad contemplationem Dei, & ad perceptionem veræ sapientiæ. Hinc ipsa veritas ait: *Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.* Et in Salomone scriptum est: *Spiritus S. disciplinæ effugiet fictum: & in animam maleuolam non introibit sapientia.*

G

Matth. 5.

Sap. 1.

De eo quod die tertio cœperunt audiri tonitrua, micare fulgura, & nubes operire montem: clangorq; buccinæ vehementius perstrepere, cum Dominus descendisset de monte.

CAPVT XI.

H

Cap 19.

I*Am aduenerat dies tertius & mane inclaruerat: & cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorq; buccinæ vehementius perstrepebat* Quinquagesima die post actum pascha, data est lex Moysi: ita & quinquagesimo die post passionem Domini, quã pascha illud præfigurabat, datus est Spiritus S. promissus paracletus descendens super Apostolos, & qui cum eis erãt In centesimo vigesimo Mosaicæ ætatis numero cõstitutis & diuersis linguis c[illegible] dentium, totus Euangelica prædicatione mundus [illegible] repletus est. Dicitur illic scripta lex digito Dei: & Dominus dicit de Spiritu S. *In digito Dei eijcio dæmonia.* Aspicit illuc cunctus populus voces & lampades montemque fumantem, tonitrua & fulgura, clangoremque buccinæ perstrepentem. In vocibus namque & tonitruis, clamor [illegible] ædicationum intelligitur: in lampadibus, claritas miraculorum: in sonitu buccinæ, prædicatio fortis sanctorum. Quæ omnia [illegible] duentu Christi & sancti Spiritus, completa sunt: quando omnes discipuli Christi in varietate linguarum præceptis [illegible] gnis intonuerunt Interpretatur autem Sinai rubus quod significat Ecclesiam, in qua & Dominus Moysi loquutor.

Isido.

Luc. 11.

Quod

A [illegible] descendit Dominus, in igne fumoque [illegible] significat, quia & fideles claritas suæ osten[illegible] [illegible] los, per summum erroris ob[illegible]. Quod vero videntur [illegible], hoc significat: quia [illegible] terrena [illegible] piunt, caliginem malitiæ eum descen[illegible] [illegible] humilitate n[illegible], non agnouerunt. Alias in caligine visus legem dedit: quia veritatem suæ legis non secuturis infidelibus, quasi per caliginem dixit, vt videntes non videant.

Timuit populus qui erat in castris. Cumq; eduxisset eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad radices montis. Intueri libet, quomodo sacra eloquia in exordijs narrationũ, qualitates exprimunt terminosq; causarum. Aliquando namq; à positione loci, aliquando à positione corporis, aliquando à qualitate aëris, aliquando à qualitate temporis signãt, quid de ventura actione subijciant. A positione locorum diuina scriptura exprimit subsequentium merita finesque causarum: sicut de Israële dicit, quia verba Dei in monte

B audire non potuit: sed præcepta in campestribus accepit: subsequentem nimirum infirmitatem populi indicãs: quia ascendere ad summa non valuit: sed semetipsum in infimis neglecte viuendo, laxauit. A positione corporis futura denuntiat, sicut in Actibus Apostolorum Stephanus, *Iesum à dextris virtutis Dei stantem*, se vidisse manifestat. (Act. 7.) Stare quippe, pugnantis est vel iuuantis. Et recte stare cernitur, qui in bello certaminis, opitulatur. A qualitate aëris res subsequens demonstratur, sicut Euangelista cum prædicante Domino nullos tunc ex Iudæis credituros diceret, præmisit dicens: *Hyems autem erat.* (Ioan. 10.) Scriptum namque est: *Abundauit iniquitas: refrigescit charitas multorum.* (Matt. 24.) Ideo ergo hyemis curauit tempus exprimere, vt inesse auditorum cordibus malitiæ frigus indicaret. Hinc est quod negaturo Petro præmittitur, quia frigus erat. & stans ad prunas, calefaciebat se. Iam namque intus à charitatis calore torpuerat: & ad amorem præsentis vitæ, quasi ad persecutorum prunas in firmitate æstuante recalebat. A qualitate quoque temporis, finis exprimitur actionis: sicut non rediturus ad veniam: & ad traditionis perfidiam nocte Iudas exisse perhibetur, cũ egrediente illo, ab Euangelista dicatur: *Erat enim nox.* (Ioan. 13.) Hinc enim & iniquo diuiti dicitur: Hac nocte repetunt animam tuam abs te. (Luc. 12.)

C Anima quippe quæ ad tenebras ducitur, non in die repeti, sed in nocte memoratur. Hinc est quod Salomon qui sapientiam non perseueraturus accepit, in somnis hanc & nocte accepisse describitur. Hinc est quod Angeli ab Abraham meridie veniunt: punituri autem Sodomam, ad eam vespere venisse memorantur.

Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod descendisset Dominus super eum in igne: & ascenderet & fumus eius quasi de fornace. Eratq; omnis mons terribilis & sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius & prolixius tendebatur. Quid per montem, nisi ipsa nostra contemplatio designatur: in qua nos ascendimus, vt ad ea quæ vltra infirmitatem nostram sunt, videnda subleuemur? Sed in hunc Dominus descendit, quia nobis multum proficientibus, parum de se aliquid nostris sensibus aperit: si tamen dici in illo vel parum vel aliquid potest, qui vnus semper & idem intelligi, particulariter nõ potest: & tamen à suis fidelibus participari dicitur, cũ in eius substantia, pars nullatenus admittatur. Sed quia hunc exprimere perfecto

D sermone non possumus, humanitatis nostræ modulo, quasi infantiæ imbecillitati præpediti, cũ aliquatenus balbutiendo resonamus. Sonitus inquit buccinæ paulatim crescebat in maius, & prolixius tendebatur. Sonitus buccinæ, est sermo prædicatorũ: qui secundũ auditorum intellectum formari debet: vt cuique personæ videtur expedire. Non enim eodem tenore doctrinæ imbuenda est ruditas neophytorum, qua instruenda est capacitas eruditorum. Vnde & Paulus quibusdam suis auditoribus dixit: *Non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in Christo, lac vobis dedi non escam.* (1. Cor. 3.) & reliqua. Et alibi: *Loquimur* inquit *sapientiam inter perfectos: quam nemo principum huius seculi cognouit.* (1. Cor. 2.)

Descenditq; Dominus super montem Sinai, in ipso montis vertice: & vocauit Moysen in cacumen eius. Ecce Dominus descendere in montis vertice dicitur, & vocare Moysen in cacumen eius. in quo ostenditur, quod ipse Dominus profectũ sanctorum suorum semper ad sublimiora & perfectiora prouocat, quibus ipse summa perfectio est: quia eius visio perpetua, consummatio est omnium virtutum.

E *Quo enim ascendisset, dixit ad eum: Descende & contestare populũ, ne forte velint transcendere terminos ad videndũ Dominũ, & pereat ex eis plurima multitudo.* Contestatur populum Dominus, ne forte velint transcendere terminos præstitutos ad videndũ Dominum: quia magna discretione cuiq; opus est, ne velit vltrà quã debet & quã possit, de ipsa diuina natura rimari ac tractare conetur. Vnde & scriptura dicit: *Qui maiestatem scrutatur, opprimitur à gloria.* Et alibi ipsa Sapientia dicit. *Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi: ne forte satiatus, euomas illud: & peiures nomen Dei tui.* (Prou. 25. Eodem)

Locutusq; est Dominus Moysi cunctos sermones hos: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis. (Cap. 20. Orig.) Omnis qui dicit se cõtemnere præsens seculũ quod figuraliter Ægyptus appellatur, & per verbum Dei vt secundum scripturas dicã translatus est. & nõ inuenitur, quia ad seculũ futurũ festinat ac tẽdit, de huiusmodi anima dicit Deus: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti.* Nõ ergo hæc ad illos tamen dicuntur, qui de Ægypto profecti sunt,

F sed multo magis ad te qui nunc audis ista: si tamẽ proficiscatis ex Ægypto, & Ægyptijs vltra non seruias, dicit hæc Deus: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis.* Vide si nõ negotia seculi & actus carnis domus est seruitutis: sicut rursus è contrario, relinquere secularia & secundum Deum viuere, domus est libertatis: sicut Dominus in Euangelijs dicit: *Si permanseritis in verbo meo, vos agnoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.* (Ioan. 8.) Ergo Ægyptus domus est seruitutis: Iudæa vero & Ierusalẽ, domus est libertatis. Audi & Apostolum de his secundũ sapientiã quæ erat in mysterio data fuerat, pronuntiantẽ: *Quæ autem sursum est* inquit *Ierusalem, libera est: quæ est mater omnium nostrũ.* (Gal. 4.) Sicut ergo Ægyptus ista terrena prouincia, filijs Israel domus dicitur seruitutis, ad comparationem Iudææ & Ierusalem, quæ eis domus efficitur libertatis; ita ad comparationem cœlestis Ierusalem, quæ vt ita dicam, mater est libertatis, totus hic mundus, & omnia quæ in mundo sunt domus est seruitutis.

G Et quoniam de paradiso libertatis pro pœna peccati, ad huius mundi ventũ fuerat seruitute, idcirco primus sermo decalogi, id est prima mandatorum Dei vox, de libertate profertur dicens. *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis.* Hanc vocem in Ægypto positus audire nõ poteras: etiam si tibi iniungatur, vt Pascha facias: etiam si accingaris lumbos & sandalia accipias in pedibus: etiã si virgam teneas in manu, & azyma cum amaritudine comedas. Et quid dico, in Ægypto positus hæc audire non poteras? Sed ne inde quidẽ profectus, in prima statim mãsione hæc audire potuisti: nec in secunda nec in tertia. nec cum transieris mare rubrum: etiamsi ad Maram veneris, & fuerit tibi amaritudo in dulcedinem versa: etiamsi in Elim veneris ad duodecim fontes aquarũ, & septuaginta arbores palmarũ: etiamsi Raphidim præterieris, cæterosq; profectus ascenderis, nondum ad eiuscemodi verba idoneus iudicaris. sed cum veneris ad montẽ Sina. Multis ergo ante laboribus peractis, multis ærumnis & tentationibus superatis, vix aliquando merebaris præcepta suscipere libertatis, & audire à Domino: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis.*

H Verum hic sermo, nondũ sermo mandati est: sed qui sit qui mandat, ostendet. Nunc ergo videamus quod sit initium decem mandatorum legis, & si non ea currimus omnia initia, saltem prout Dominus dederit, explicemus.

Sermo Dei ad populum, decalogum legis proferens.

CAPVT XII.

PRimum ergo mandatum est: *Non erunt tibi dij alij præter me:* & post hæc sequitur: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum: nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea neque coles.* (Cap. 20.) Hinc puto & Apostolum Paulum sumpsisse illud, quod ad Corinthios scribit dicens: *Siquidem sunt qui dicuntur dij, siue in cœlo siue in terra.* (Orig. 1. Cor. 8.) Et addidit: *Sicut & sunt dij multi &*

A *Domini multi: sed nobis vnus Deus pater, ex quo omnia & nos ab ipso: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia & nos per ipsum.* Tale etenim est quod dicit: Licet sint multi Domini qui alijs gentibus dominentur, & dij multi qui ab alijs colantur, sed nobis vnus est Deus & vnus Dominus. *Non facies tibi idolum: neque omnem similitudinem eorum quæ sunt in cœlo, vel quæ in terra.* &c. Aliud ergo est facere idolum, aliud similitudinē. Et siquidem Dominus nos ad ea quæ dicenda sunt, illuminare dignetur, ego sic arbitror accipiendum, quod verbi causa, siquis in quolibet metallo auri vel argēti vel ligni vel lapidis, fa[...]ie speciem quadrupedis alicuius, vel serpentis vel auis, & [...]am illam adorandam, nō idolum sed similitudinem fecit: vel etiam si picturam adhuc ipsum statuat, nihilominus similitudinem fecisse dicendus est. Idolum vero facit ille, qui secundum Apostolum dicentē, quia idolum nihil est, facit quod non est. Quid est autem quod non est? Species quam nō vidit oculus, sed ipse sibi animus pingit. Verbi gratia: vt siquis humanis membris caput canis aut arietis formet. vel rursum in vno hominis habitu duas B facies fingat: aut humano pectori postremas partes equi & piscis adiungat. Hæc & his similia qui facit, non similitudinem sed idolum facit. Facit enim quod non est: nec habet aliquid simile sui: & idcirco hæc sciēs Apostolus, dicit, quia idolum nihil est in mundo. Non enim aliqua ex rebus extantibus assumitur species: sed quod ipsa sibi otiosa mens & curiosa reperit. Similitudo vero, cum aliquid ex his quę sunt vel in cœlo vel in terra vel in aquis, formatur sicut superius diximus. Veruntamen non sicut de his quæ in terra sunt vel in mari similitudinibus, in promptu est pronuntiare. Ita etiam de cælestibus, nisi quis dicat de sole & luna & stellis hoc posse sentiri. & horum namque formas exprimere, gentilitas solet. Sed quia Moyses eruditus erat in omni sapientia Ægyptiorum, etiam ea quæ apud illos erant in occultis & reconditis, prohibere cupiebat.

Ego enim sum Dominus Deus tuus, Dominus zelans. Vide benignitatem Dei, quomodo vt nos doceat & perfectos faciat, ipse fragilitatem humanorum nō recusat affectuum. Quis C enim audiens Deum zelantem, non continuo miretur, & humanæ fragilitatis vitium putet? Sed omnia propter nos & agit & patitur Deus: & vt possimus edoceri, notis & vsitatis nobis affectibus loquitur. Videamus ergo quid est quod dicit, quia Dominus zelans ego sum. Sed vt contemplari facilius possit diuina de humanis, secundum ea quæ superius disseruimus, doceamus exēplis. Omnis mulier aut sub viro est & subiecta est legibus viri, aut meretrix, & vtitur libertate peccandi. Qui ergo ingreditur ad meretricē, scit se ad eā ingressum esse mulierem, quæ prostituta est, & cūctis volentibus patet: & ideo indignari nō potest, si cū ea etiam alios videat amatores. Qui vero legitimo vtitur matrimonio, non patitur vti vxorē potestate peccandi: sed accenditur zelo ad castitatē matrimonij conseruandam, quo possit ex ea fieri legitimus pater. Hoc ergo exēplo intelligamus omnē animā, aut prostitutā esse dæmonibus, & habere plurimos amatores, ita vt intret ad eā modo quidē spiritus fornicationis: illo discedente, intret spiritus auaritiæ: post hunc veniat superbiæ spiritus: inde iræ: inde inuidiæ: D post etiā, vanæ glorię: alijq; cū eis plurimi. Isti omnes ita cū infideli anima meretricantur, vt alter alteri non inuideant: nec zelotypia moueātur adinuicē. Et quid dico quod alter alterū non excludat? Imo & inuitant se inuicem & sponte cōuocant: sicut paulo ante iam diximus, quod in Euange-
Luc. 11. lio scriptū est *de illo spiritu, qui exijt ab homine & regressus adduxit secum septem alios nequiores se spiritus*, vt in vna anima simul habitarent. Sic ergo nullā zelotypiam amatorum suorum patitur anima, quæ dæmonibus prostituta est. Si vero legitimo coniuncta sit viro, illi viro cuius matrimonio Paulus
2. Cor. 11. animas coniungit & sociat, sicut & ipse dicit, *Statui enim vos*
Matt. 22. *vni viro, virginem castam exhibere Christo.* Et de quo in Euāgelijs scriptum est, quia rex quidam fecit nuptias filio suo. In huius ergo viri, nuptias, cum se anima dederit, & legitimō cum eo sortita fuerit matrimonium, etiamsi fuit aliquando peccatrix, etiamsi meretricata est, tamen si se huic viro tradidit, vltra eam peccare non patitur: non potest ferre, vt rursum anima quæ se sortita est virum, alludat adulteris: excitatur super eam zelus e[...]: defendit coniugij castitatē.

E Et zelans dicitur Deus, quia animam sibi mancipatā, non patitur dæmonibus admisceri. Alioquin si eam [...]derit temerantem iura coniugij, & o[...]ones quærere ad peccatum, tunc vt scriptum est. *dat ei libellum repudij. & dimittit eam*
Deut. 24. Ierem. *dicens: vbi est libellus repudij matris vestræ, quo dimisi eam?* Quibus etiam addit & dicit: *Ecce p[...]catis vestris venundati estis. & propter iniquitates vestras, dimisi matrem vestram.*

Visitans iniquitatem patrum in filijs in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me: & faciens misericordiam in millibus, qui diligunt me: & custodiunt præcepta mea &c. Nunc ergo videamus secundum hanc quam diximus progeniem, quomodo Deus peccata patrum reddat in filios in ter[...] & quartam progeniem, & in ipsos non reddat patres. Nihil enim de patribus dixit. Diabolus ergo quia peccandi iam modum excessit, sicut Propheta dicit, quemadmodū vestimentum in sanguine concretum, non erit mundum, ita & ipse non erit mundus in hoc seculo. neque corripitur pro peccato, neque flagellatur. Omnia namque ei seruata sunt in futurū. Vnde & ipse sciens sibi illud statutum tempus esse pœnarum, dicebat ad Saluatorem. *Quid venisti ante tempus*
Matth. 8. *torquere nos?* Dum ergo stat hic mundus, peccata sua non recipit diabolus, qui est peccantium pater. Redduntur autē
F in filios, id est in eos quos genuit per peccatū. Etenim homines in carne positi corripiuntur à Domino: verberātur: flagellantur. Non enim vult Dominus mortē peccatoris, sed vt reuertatur & viuat. Et propterea benignus & misericors Dominus reddit peccata patrum in filios: vt quomodo patres idest diabolus & Angeli eius, cæterique principes mundi ac rectores tenebrarum harum (Et ipsi enim efficiuntur patres peccati sicut & diabolus) quomodo inquā patres isti indigni sunt, qui in præsenti seculo corripiantur, sed in futuro recipiunt quæ merentur, filij eorū, id est, quos peccare persuaserint, & qui nihilominus per ipsos adsciti fuerint ad consortium societatemque peccati, hi recipiunt quæ gesserunt: vt purgatiores ad futurum seculum pergant: & vltra diabolo socij non efficiantur in pœna. Quia ergo misericors est Dominus, & omnes homines vult saluos fieri, propterea dicit. *Visitabo in virga facinora eorum: & in flagellis*
Psal. 88. *peccata eorum Misericordiam autem meam non auferam ab eis.* Visitat igitur Dominus animas & requirit, quas ipse pessimus persuasione peccati pater genuerit, & dicit ad vnamquamque earū. *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere*
Psal. 16. G *populum tuum, & domum patris tui.* Visitat ergo tempus peccantium & commonet te: & in flagello & in virga te visitat pro peccato, quod tibi diabolus pater subiecit: vt reddat illud tibi in signum, id est, dum in corpore degis. & sic completur, reddi peccata patrum in sinus filiorum in tertiam & quartam progeniem. Dominus enim zelans est: & animā quam sibi desponditin fide, non vult illam permanere in contaminatione peccati: sed vult eam cito purgari, & velociter abijcere omnes immunditias suas, sicuti forte surreptum est. Si vero permanet in peccatis & dicit, Non audiemus vocem Domini, sed faciētes faciemus voluntates nostras, & incendemus thura reginæ cœli, sicut exprobratur per Prophetā, tunc seruantur etiam ipsi ad illam Sapientiæ
Ier. 44. sententiam quæ dicit: *Quoniam quidem vocabam & non audiebatis, sed irridebatis sermones meos, itaq; & ego vestram perditionem irridebo.* Vel illa quæ posita est illis in Euāgelio dicente Domino: *Discedite a me in ignem æternū, quem præparauit Deus dia-*
H *bolo & Angelis eius.* Possumus & alio modo hanc sententiam
Matt. 25. intelligere: quia dicit Deus, quod *visitet iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem*: vt in his qui peccata patrum sequuntur, iustæ sententiæ damnatio permaneat. Nam quasi iniustitia videretur alium peccare, & alium luere peccata. Sed ex eo quod sequitur, his qui mē oderunt, cōminationis siue præcepti scandalum soluitur. Non ideo enim puniuntur in tertia & quarta generatione, quia deliquerunt patres eorum, cum patres potius qui fuerunt peccatores, puniri debuerunt: sed quia patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum, hæreditario malo & impietate perierunt: in ramos quoque de radice crescente. Sunt qui hoc quod nunc in Exodo scriptum est, *Reddens iniquitates patrum super filios in tertiam & quartam generationem*, ita edisserant, vt ad animam humanam, sententiam referant: patrem in nubis, leuem punctum sensuum & incentiua

A vitiorum esse dicentes: filium vero si cogitatio peccatum conceperit. Nepotem, si quod cogitaueris atque cóceperis, opere perpetraris. Pronepotem autẽ, hoc est, generationẽ quartam, si non solum feceris quod malũ est & scelestũ, sed in tuis sceleribus glorieris: secundũ illud quod scriptũ est:

Prou. 18 *Impius cum in profundum malorum venerit, contemnit.* Quod au-

Ezech. 18 tem iuxta Ezechielem Dominus dicit, *Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel dicentes, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt: Viuo ego dicit Dominus Deus, si erit vobis vltra parabola hæc in prouerbiũ in Israel. Ecce omnes animæ meæ sunt: vt anima patris, ita & anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* Manifestat quod iustus iudex vnicuique secundum propria reddet merita. Sicut enim peccata filiorum non nocent patribus, qui nun prauum exemplũ peccati filijs præbuerunt, ita peccata patrum iniquorum, non redundant ad filios, si eorum imitatores in malo nõ fiunt: sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Non abolitione vtique substantiæ, sed ex eius con-

Ioan. 14. sortij priuatione, qui dicit, *Ego sum vita.* Et alibi loquitur: *O-*

Ioan. 5. *mnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Amen amen*

Coloss. 3. *dico vobis, qui sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æ-*

B *ternum. Vita enim nostra abscondita est cum Christo in Deo:* quia victuri sumus, quãdo Christus apparuerit vita nostra in gloria. Et implebitur illud quod scriptum est:

Ioan. 8. *Amen amen dico vobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui me misit, habet vitã*

Isidor. *æternã, & in iudiciũ non venit, sed transibit à morte in vitã.* Primũ decalogi mandatum ad Deum patrem pertinet dum dicit:

Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Vtique hæc audiens, vnũ Deum patrem colas: & in multos fictos Deos fornicationem tuam non effundas. Secundum præceptum ad filium pertinet dum dicit:

Non assumes nomen Dei tui in vanũ. Id est, ne æstimes creaturam esse filium Dei: quoniã omnis creatura vanitati sub-

Ioan. 1. iecta est: sed credas eum æqualẽ esse patri: Deum Deorum, verbũ apud Deum, per quẽ omnia facta sunt. Tertium mãdatum de sabbato ad spiritũ pertinet sanctum: cuius dono requies nobis sempiterna promittitur. Nam quia Spiritus Sanctus dicitur, propterea & septimum diem sanctificauit

Gen. 1. Deus. In alijs enim diebus operum, non est nominata sanctificatio, nisi in sabbato, vbi dicitur, *requieuit Deus.* Proinde

C igitur hoc mandatũ pertinet ad Spiritum sanctũ, tam propter nomen sanctificationis, quã etiam propter æternam requiem ad donũ S. Spiritus pertinentẽ. Dicitur enim ibi:

Memento vt diem Sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies opera tua. Septimus autem dies, Sabbatum est Domini Dei tui: non facies omne opus. In sex dierũ opere, sex ætatum operatio cõtinetur. In septimo vero requies, beati illius regni tempus ostenditur, quod carnaliter Iudæi celebrantes peccant: & hoc vt non nos ad fidẽ mendacij fallentes aptemus cla-

Esa. 1. mat per Prophetam dicens: *Neomenias & sabbata vestra, odiuit anima mea.* Quomodo ergo sanctificata erant sabbata illa quæ odiuit Deus? Illud ergo sabbatum est sanctificatũ, vbi post bona huius vitæ opera, requies nobis æterna promittitur. Ideoque quicquid agimus, si propter futuri seculi requiem facimus, veraciter sabbatum obseruamus. Post hæc præcepta septenarius succedit numerus mandatorũ ad dilectionem pertinens proximi: & incipit ab honore paren-

D tum. quod tamen in ordine quartum est:

Honora patrem tuum & matrem tuam. A parentibus enim suis homo aperit oculos: & hæc vita ab eorum dilectione sumit exordiũ. Inde hoc mandatum primum est in septem: sicut Dominus ait in Euangelio: *Honora patrem tuum & ma-*

Matth. 15 *trem tuam: quod est mandatum primum.* Sed quomodo primũ quia quartũ, nisi quia prædictũ est, in septenario numero, qui pertinet ad dilectionẽ proximi, primũ est in altera tabula? Nã ideo duæ tabulæ legis datæ sunt. Iubetur ergo in hoc præcepto, filios honorare parentes: neq; contumeliosos illis existere: sed officio pietatis debitam reuerentiam præstare. Nã qui parentibus honorem deferre non nouit, quibus parcere potest, qui suos odit? Quintum,

Non mæchaberis, id est, ne quisquam præter matrimonij fœdera, alijs fœminis misceatur, ad implendã suam libidinem. Nam specialiter adulterium facit, qui præter suam, ad alteram accedit vxorem. Sextum:

Non occides. Etenim non solum opere perpetrans homicidium facit, sed etiam & qui incurrit in eum esurientẽ vel

E nudũ qui mori possit, cui si indumentũ cibumq; porrigendo subuenias, & idem homicida tenebitur. Septimum:

Non furtum facies. quod est vitium rapacitatis. Octauum:

Non falsum testimonium dices. quod est crimen mendacij & falsitatis. Nonum:

Non concupisces vxorem proximi tui. In hoc præcepto vetat intentionem adulterinæ cogitationis. Nam aliud est facere aliquid tale præter vxorem, aliud appetere alienam vxorẽ. Ideo duo præcepta sunt, *Non mæchaberis*, &, *Non concupisces vxorem proximi tui.* Decimum:

Non concupisces rem proximi tui. In quo præcepto damnat ambitionem seculi, & refrenat concupiscentiã rerum. Itaque horum primũ prohibet superstitionem: secundũ errorem: tertiũ interficit seculi amorem: quartum impietatem: quintũ allidit fornicationem: sextum crudelitatem: septimũ rapacitatem: octauum perimit falsitatem. Nonum adulterij cogitationẽ: decimum mundi cupiditatem. Et notandũ, quia sicut decem plagis percutiũtur Ægyptij, sic decem præceptis conscribuntur tabulæ, quibus regantur populi Dei, & dæmones occidantur. Sed ad plagas decem nõ pertinet, quod primũ factũ signi causa, vt virga in serpentẽ conuerteretur. Aditus enim ipse erat ad Pharaonem: quo commendabatur Moyses educturus ex Ægypto populum Dei. Nondum enim contumaces feriebantur: sed diuino signo tam terrebantur. Virga significabat regnum Dei: idẽque regnum Dei esse, vtique populum Dei. Serpens autẽ, tempus mortalitatis huius. Mors enim à serpente propinata est. Tanquã ergo cadentes de manu Domini in terram, mortales facti sunt: vnde proiecta virga ex manu, serpens effecta est. Fecerũt & magi Pharaonis similiter. Virgis eorũ proiectis, serpentes facti sunt: sed prius serpens Moysi, id est, virga Moysi, deuorauit omnes serpentes magorũ. Tunc demũ cauda cõprehensa, identidẽ virga facta est: & regnũ remeauit ad manũ. Sunt ergo virgæ magorum, populi impiorũ, victi Christi nomine: cum in eius corpus transferũtur, tanquã à serpente Moysi deuorantur: donec redeat regnum Dei ad manum Dei. Sed in fine mortalis seculi, quod significat cauda serpentis, magnum signum fiet. Audistis quæ debeatis desiderare: audite quid debeatis vitare.

Augusti.

F

Comparatio decalogi ad decem plagas Aegypti.

G

CAPVT XIII.

PRimum præceptum in lege de colendo vno Deo: *Non erunt tibi* inquit *dij alij præter me.* Prima plaga Ægyptiorũ, aqua conuersa est in sanguinem. Compara primũ præceptũ primæ plagæ: Deum vnũ ex quo sunt omnia in similitudine intellige aquæ, ex quo generãtur omnia. Quo autem pertinet sanguis, nisi ad carnem mortalẽ? Quid est ergo cõuersio aquæ in sanguinem, nisi quia *obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt: & cõmutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis.* Gloria incorruptibilis Dei sicut aqua. Similitudo imaginis corruptibilis hominis, sicut sanguis: & hoc quidem fit in corde impiorum: nam Deus incõmutabilis manet. Neque enim quia & Apostolus dixit, *Commutauerunt*, ideo mutatus est Deus. Secundum præceptũ: *Non accipies nomen Domini Dei tui in vanum.* Qui enim accipit nomen Domini Dei sui in vanum, non mundabitur. Nomen Domini nostri Iesu Christi, veritas est. Ipse enim dixit: *Ego sum veritas.* Veritas ergo mundat: vanitas inquinat. Et quoniam qui loquitur veritatem, de Deo loquitur: Qui enim loquitur mendacium de suo loquitur. Veri item loqui, est rationabiliter loqui. Vanitatem loqui, est strepere potius quã loqui. Et merito: quia secundũ præceptum est dilectio veritatis, cui contraria est dilectio vanitatis. Loquitur autem veritas, perstrepit vanitas. Huic præcepto secundo, contrariam vide secundam plagam. Quæ est illa secunda plaga? ranarũ abundãtia. Habes expressam significatam vanitatem, si attendas ranarũ loquacitatẽ. Vide amatores veritatis non accipientes in vanũ nomen Domini Dei sui, loqui sapientiã inter perfectos. Etiã & inter perfectos loqui quod ipsi sapere non possunt: non est recedere à veritate, & pergere in vanitatem. Quamuis enim imperfecti non

Rom. 1.

H

Ioan. 14.

capiant

A capiant si quid paulo excelsius fuerit disputatum de verbo Dei apud Deum per quod facta sunt omnia, possintque capere quod inter eos loquitur Paulus, tanquam *inter parvulos Christi, Iesum Christum & hunc crucifixum.* non tamen illa est veritas, & ista vanitas. 1.Cor.2. Vanitas autem esset, si Christum mortem non impleuisse, sed finxisse diceremus: si vulnera illa in phantasmate fuisse: si sanguinem non verum, sed simulatum de vulneribus emanasse: si talsas eum cicatrices tanquam post falsa vulnera demonstrasse. Cum vero ista omnia vera dicimus facta, dicemus certa, expressa, impleta credimus & prædicamus. Quamuis de sublimi illius Dei incommutabili veritate non loquamur, non tamen imus in vanitatem. Qui autem illa omnia in Christo falsa & simulata dicunt, ranæ sunt clamantes in palude: strepitum vocis habere possunt: doctrinā sapientiæ insinuare non possunt. Denique in Ecclesia loquuntur inhærentes veritati, veritatem per quam facta sunt omnia: veritatem verbū carnem factum & habitare in nobis: veritatē Christum natum de Deo: vnum de vno: vnigenitum & coæternum: veritatem

B accepta forma serui, natum ex virgine Maria, passum, crucifixum, resurgentem, ascendentem, vbique veritatem. Et quam paruulus capere nō potest, veritatem & in pane & in lacte. In pane magnorum, in lacte paruulorum. Idē quippe panis vt lac fiat, per carnē traijcitur. Qui autē huic veritati contradicunt, & sua vanitate decepti decipiunt, ranæ sunt tædium inferentes auribus, non cibū mentibus. Audi de-

Psal.18. niq; homines rationabiliter loquentes. *Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.* Sed voces non inanes: quia *in omnem terram exijt sonus eorū. & in fines orbis terræ verba eorum.* Si autē & ranas vis è cōtrario intelligere, illū

Psal.11. versum Psalmi recole: *Vana locuti sunt vnusquisq; ad proximum suum.* Tertium præceptū: *Memento diem sabbati sanctificare.* In tertio isto præcepto insinuatur quędā vocationis [illegible], quæ est cordis tranquillitas ac mentis, quā facit cōscientia. Ibi sanctificatio, quia ibi spiritus Dei. Denique videte vo-

Esa 66. cationem, hoc est quietem. *Super quem* inquit *requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem verba mea?* Inquieti ergo redduntur à Spiritu sancto prouocatores rixarū, amatores calumniarum, seminatores cōtentionis: quorū præcordia vanitatis sunt cupidiora quam veritatis. Ideo

C inquietudine sua, non ad se mittunt quietem sabbati spiritalis. Contra istorum inquietudinē dicitur, tanquam vt sabbatū habeant in corde, sanctificationem spiritus Dei: Esto mansuetus ad audiendū verbū, vt intelligas. Quid intellecturus sum? Deum dicentē: Cessa ab inquietudine tua: non sit tumultus quidam in corde tuo per corruptionem, volitantibus phantasmatibus & compingentibus te. Non sit ita.

Psal 45. Deum enim intellecturus es dicentem tibi: *Vacate & videte, quoniam ego sum Dominus.* Tu inquietudinem vacare non vis contentionum tuarum corruptione cæcatus: exigis videre quod non potes. Attende enim, & contrariam tertiam plagam huic præcepto tertio. Sciniphes natæ sunt in terra Ægypti de limo. Muscæ quędā sunt minutissimę & inquietissimæ, inordinate volitantes, in oculos irruentes, non permittentes hominem quiescere. Dum abiguntur & irruunt: dum abiectæ, rursus redeunt: sic & omnino vana phantasmata cordis contentiosorū sunt. Tenete præceptum: cauete plagam. Quartum præceptum est: *Honora patrem tuum & matrem tuam.* Huic contraria quarta Ægyptiorum plaga.

D Cynomia enim quid est? Cynomia est canina musca: Græcum vocabulum est. Caninum est parentes non agnoscere. Nihil tā caninū, quam cum illi qui genuerunt, non agnoscuntur. Merito ergo vt catuli canum, cæci nascuntur. Quintū præceptum est. *Non mœchaberis.* Quinta plaga, est mors in pecoribus Ægyptiorum. Cum patemus hæc. Da hominem mœchari meditantē, coniugio nō contentum suo, appetitum quendā carnis in se domare non vult, qui est nobis, pecoribusque cōmunis. Etenim cōcumbere & generare, etiā pecudū est: ratiocinari & intelligere, humanū est. Ideo ratio quæ præsidet in mente, motus inferiores carnis, tanquā regnans & dominans, frenare debet: non immoderate & illicite passim vagaq; laxare. Ideoq; ipsis pecoribus natura datum est, instituente creatore, vt non moueantur ad fœminas & ad concubitū nisi certis temporibus. Neq; enim [illegible] se cohibet alio tēpore pecus: sed omnino ipso motu frigescente, torpescit. Ho[illegible] potest, quia & refrenare mo[illegible] potest. Tibi dominatio [illegible] rationis creator dedit: ib[illegible] except[illegible] mentiæ, tanqua[illegible] bestias inferiores, iura [illegible] sit. T[illegible] quod [illegible] potest. Labo[illegible] as aliquant[illegible] continend[illegible] cus. Sed gaudebis semper in æternitate ad quā non peruenit pecus. S[illegible] opus fatigat, merces consoletur. E[illegible] ipsa patientia est interiorem motū frenare: & quod habes [illegible] mune cū pecore, non tanquā pecus in omni re debes laxare. Quod si cōtemptis te, & imaginem Dei in qua fecit te neglexeris, victus cupiditate insignitarum rerum, tanquam amisso homine eris pecus: non quasi conuersus in naturam pecoris, sed in hominis forma habēs similitudinē pecoris:

qui nō audis dicentē: *Nolite esse sicut equus & mulus, non habentes intellectum.* Psal.31. Sed forte eligis tibi esse pecus, & libera vagari libidine, nulla lege appetitū carnis ad continentiam refrenandū. Attende plagā. Si pecus es, non times: sed saltē mori times. Sextum præceptū, *Non occides.* Sexta plaga, pustulæ in corpore, & vesicæ bullientes & scatentes: & incendia vulnerum, & fauillæ fornacis. Tales sunt animæ homicidales. Ardent ira, quia per iram homicidij, fraternitas deperit. Ardent homines ira, ardent & gratia. Sed alius est feruor sanitatis, alius feruor vlceris. Ardentes papulæ per totū, concepta homicidia scatent, & sanū non est. feruet, sed non de spiritu Dei. Nam & qui vult subuenire, feruet: ille, præcepto: iste, morbo: ille, bonis operibus: iste, fauce vlceribus. F

Si possemus videre animas homicidarū, plus plangeremus quam putrescentia corpora vlcerosorum. Sequitur:

Non furaberis. Præceptum septimum, & plaga septima, grando in fructibus: quod contra præceptum subducis, de cœlo perdis. Nemo enim habet iniustū lucrum sine iusto damno. Verbi gratia: qui furatur adquirit vestem: sed cælestem iudicio amittit fidem. Vbi lucrū, ibi damnū. Visibiliter lucrum, inuisibiliter damnum. Lucrum de sua cæcitate: damnū de Domini nube. Neque enim aliquid sine prouidentia charissimi: aut vere reputatis ea quæ patiuntur homines, dormiente Deo pati? Passim videntur fieri hæc, nubes colligi, imbres infundi, grandinem iaci, tonitruus terrā concuti, coruscatione terreri, passim putantur fieri, & quasi ad diuinam prouidentiā non pertinere, contra tales cogi- G

tationes vigilat ille Psalmus. *Laudate Dominum de terra.* Cum laudes dictæ essent de cœlo, *dracones & omnes abyssi, ignis grando, nix glacies, spiritus tempestatis, quæ faciunt verbum eius.* Ego qui suo malo desiderio forinsecus furantur Dei iudicio intrinsecus grandinantur. O si possent inspicere agrū cordis sui: profecto lugerent, dū ibi non inuenirent, quod in os mentis, mitterent: & si in furto suo, inuenirent, quod in auditatem ventris mitterent, maior fames esset hominis interioris: maior fames & periculosior plaga, & grauior mors. Multi mortui ambulant: & multi facinorosi de vanis diuitijs exultant. Denique seruū Dei scriptura inutis dicit locupletē. Psal.148. *Absconditum* inquit *cordis vestri homo, qui est ante Deū diues,* nō ante homines diues. Vbi Deus videt, ibi diues. Quid ergo tibi prodest? vbi homo non videt, furaris: & vbi Deus videt, grandinaris. 1.Petr.3. Octauum præceptum: *Falsum testimonium non dices.* Octaua plaga, locusta, animal dente noxiū. Quid autem vult falsus testes, nisi nocere mordendo: & consumere mentiendo? Denique admonens homines Dei Apostolus, ne se falsis criminationibus appetant. *Si mordetis* inquit, *& comeditis inuicem, videte ne ab inuicem consumamini.* Gal 5. H Nonum præceptum: *Non concupisces vxorem proximi tui.* Nona plaga, densæ tenebræ. Etenim est quædam mœchia, contra quam supra præceptum datum est, etiam non appetenda castitate vxoris alienæ. Mœchus est enim, & qui mouetur ad vxorem alienam, tantum quia non contentus est sua. Iam vero non solum post suam peccare, sed etiam alienam adtentare, vere densæ sunt tenebræ. Nihil enim sic dolet in eo de patiendis, & qui hoc facit alteri, nihil sic vult pati: ad aliena paratior est omnis homo. Hoc autem nescio vtrum ne est, qui tolerabiliter ferat odiens has tenebras ista facientium, talia concupiscentium, vere exagitatur furore horribili. Furor enim indomitus est, conculcare viri vxorem. Decimum præceptum est: *Non concupisces vllam rem proximi tui:* non pecus, non possessionem, non subiugium, non aliquid omnino

proxi-

[illegible] contraria est [illegible] com- [illegible] occurrit. [illegible] quirentibus: [illegible] statuare repre- [illegible] nisi sui concu- [illegible] quid proximo, [illegible] de furto iam supe- [illegible] m, Non enim de [illegible] criptura: nisi te inter- [illegible] poenale est clanculu auferre, multo [illegible] violenter eripere. Auferre ergo volens, [illegible], habet præceptum suum: concu- [illegible], quod notat Deus in corde, etiamsi [illegible] em quæras, non licet. Denique qui vo- [illegible] alienas tanquam iuste possidere, hæredes sequerũt [illegible] morientibus. Quid enim tam iustum videtur, quam [illegible] t derelictam possidere, & habere iure communi? [illegible] id apud te facit homo? dimissum est mihi: hæreditatem cõsecutus sum: testamentum lego: nihil videtur iustius ista voce auaritiæ. Tu laudas quasi iure possidentẽ: Deus damnat iniuste concupiscentem. Vide qualis es qui optas te ab [illegible] quo hæredem fieri. Non visuri habeat hæredes. In hæredibus autem nihil charius primogenito proinde in primogenitis suis punitis, qui concupiscendo res alienas, id quod tibi iure non debebatur, quasi iuris vmbra perquiris. Et facile est quidem fratres corporaliter amittere primogenitus. Moriuntur enim homines, siue ante parentes suos, siue post parentes suos mortui, moriuntur. Illud molestum est, ne per hanc occultam & iniustam concupiscentiam, primogenita cordis tui perdas. Primogenitus enim, in nobis imagine habet gratiæ Dei. Nouus natus, prior natus, inter omnes tanquam natos cordis nostri, primogenita fides est. Nemo enim bona operatur, nisi fides præcesserit. Omnia opera tua bona, filij tui sunt spirituales. Sed inter hos tibi primogenita est fides. Quisquis rem alienam occulte concupiscis, interius fidem perdis. Eris enim primo sine dubio simulator obsequens, non charitate sed fraude: vel-
C uti amans eum, à quo te cupis fieri hęredem. Amando eum mori quæris: & vt in re eius te videas possessorem, illi inuides successorem.

De eo quod perterritus est populus, visionu magnitudinem non ferens.

CAPVT XIV.

Exod. 20. *CVnctus autem populus videbat voces & lampades & sonitum buccinæ, montemque fumantem.* Solet quæri, quomodo populus videbat vocem, cum vox non ad visum, sed potius ad auditum pertinere videatur. Sed modo aliquo, veluti dicam: Videatur de omnibus quæ à me dicta sunt. Sic videre, solet pro generali sensu poni: non solum corporis, ve-
Gen. 41. rumetiam animi. Vnde est illud: *cum vidisset Iacob quia sunt escæ in Aegypto:* vnde vtique absens erat. Quanquam nonnulli, videre vocem, nihil aliud esse arbitrati sunt, quam intelligere: qui visus est mentis. Cum vero hic breuiter dicendũ esset, quod populus videbat vocem & lampades, & vocem
D tubæ & montem fumantem, quæstio maior oritur, quo- modo [illegible] fumum [illegible] pertinere [illegible] bis [illegible] fuisse di[illegible] audiebat vocem & videbat lam[illegible] videbat montem fumantem [illegible] quippe [illegible] voces erant de nubibus sicut [illegible] tuba: si tamen [illegible] dixit vocem, quæ de nubibus edebatur: ac per hoc melius in his quæ ad sensum audiendi pertinebant, generalis sensus est positus, hoc est videndi: cum breuiter totum vellet scriptura cõplecti, quam vt in his quæ pertinent ad videndi sensum, subinde ingeretur auditus: quia more loqui non solemus. Nam vide
E quid sonet, solemus dicere: audi quid luceat, non solemus.

Et perterriti ac pauore concussi, steterunt procul dicentes Moysi: Loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis Deus, ne forte moriamur. Multum & solide significatur ad vetus testamentum timorem potius pertinere, sicut ad nouum dilectionem: quanquam & in veteri nouum lateat, & in nouo vetus pateat. Quomodo autem tali populo tribuatur videre
F vocem Dei, si hoc accipiendum est intelligere, cum sibi loqui Deum timeant ne moriantur, non satis elucet.

Responsio Moysi ad filios Israel.

CAPVT XV

Cap. 20. *ET ait Moyses ad populum: Nolite timere. Vt enim probaret vos, venit Deus: & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis. Stetitq́; populus de longe. Moyses autem accessit ad caliginem in qua erat Deus.* Sic [illegible] cohibendi fuerant à peccatis, vtiq; timendo, ne pœnas sensibiles paterentur: quia nondum poterant amare iustitiam: & in hoc erat illis tentatio à Domino, qua probantur: vt appareret cuiusmodi essent: non vt Deo noti fierent quem non latebat, qualescunque essent: sed vt inter se ac sibimet. Multum tamen istis terroribus Testamenti veteri, differentia commendatur: quod etiam in epistola ad Hebræos aptissime dictum est. Moyses autem intrauit
G in nebulam vbi erat Deus, id est, vbi expressiora fiebant signa, quibus cognosceretur Deus. Nam quomodo nebula erat cui cœli cœlorum non sufficiunt, nisi quemadmodum nusquam non est, qui in loco nullo est? In sacro eloquio, intelligentiæ magna discretio est. Sæpe enim in quibusdam locis, illius & historia seruanda est & allegoria. & sæpe in quibusdam sola exquirenda est allegoria: aliquando vero sola necesse est, vt teneatur historia. Nam in quibusdam locis sicut diximus, historia simul tenenda est & allegoria: & vt tardiores pascantur per historiam: & velociores ingenio, per allegoriam. Vnde cum loquente Deo populus lampades & sonitum buccinæ & montem fumigantem cerneret, perterritus perijt, vt eis per Muysen Dominus loqueretur. Scriptum est, stetit populus de longe: Moyses accessit ad caliginem in qua erat Deus. Turba quippe populi, allegoriarum caliginem non valet penetrare: quia valde paucorum est, spiritualẽ intellectum rimari. Quia enim mentes carnalium sola sæpe historia pascuntur, loquente Deo, stetit populus de longe. Quia vero spirituales quique allegoriarum nubem penetrant, vt spiritualiter Dei verba cognoscant, Muyses accessit ad caliginem, in
H qua erat Deus.

LIBRI SECVNDI FINIS.

HRABANI MAVRI, MOGVNTINENSIS ARCHIEPISCOPI, IN LIBRVM TERTIVM SVPER EXODVM,

PRÆFATIO

IN priore quidem libro [illegible] quem ab exitu [illegible] hucusque de traditione legis in monte Sinai [illegible] talorum lectoris demitandum, eidem terminum [illegible] præsentem librum de his quæ restant, [illegible] Dominus [illegible] per Moysen populo Israel, [illegible] præcepta [illegible] expositionis eorundem [illegible].

CAPVT I

Præcepta iuris, quæ constituit Dominus in monte Sinai, loquens ad Moysen.

DIXIT præterea Dominus ad Moysen. [illegible] [illegible] ex quibus [illegible] ulcetur, [illegible]. Apud [illegible] *lapides vivi, sed ad fines domus* [illegible]. [illegible] quæ vnum [illegible] ordia [illegible] *per* [illegible] non [illegible] numa- [illegible], ad me [illegible] mpore [illegible] tempo [illegible] *Hæc sunt iudicia quæ propones. Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi: in septimo egredietur liber gratis. Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat. Si habens vxorem, & vxor egredietur simul,* [illegible] [illegible] Dominus [illegible] enim ex [illegible] pertum [illegible] quib- [illegible] præcep [illegible]

puerit [illegible] in [illegible] septim [illegible] te nolu [illegible] ricula [illegible] [illegible] *Sin autem* [illegible] *non seruiet* [illegible] *egredietur liber* [illegible]. Et [illegible] [illegible] hoc [illegible] Moyses [illegible] vt vide [illegible] Sic [illegible] *impletum* [illegible] *& eleuatum sunt* [illegible] iniquorum [illegible] quid [illegible] credimus, nih [illegible] te [illegible]. Secundus vero [illegible] seruire [illegible] pitur, ita vt [illegible] septimo liber [illegible]. Quid [illegible] per senarium numerum [illegible] perfectio [illegible] tur. Quid per septenarium [illegible] contemplatiua ex [illegible] tur. Sex annis seruit & septimo egreditur liber, qui per actiuam quam perfecte exhibuerit ad contemplatiuæ vitæ libertatem transit. Et notandum, quod gratis liber egreditur quia hi qui postquam omnia fecerint, dicunt se inutiles seruos esse: procul dubio sicut ipsa [illegible] ex munere, ita erit ex gratia [illegible] contemplatio. Cum quali veste intrauerit, cum [illegible] quia omnino necesse est, vt vnusquisque [illegible] quo [illegible] perseuerer: atque [illegible] ea [illegible] intentio [illegible] ad contemplatiuam transit, [illegible] mutauerit. [illegible] quam omnipotentis Dei [illegible], tam [illegible]. Sunt vero alij, qui bona opera post [illegible] ad seruitium omnipotentis Dei veniunt, [illegible] ergo op [illegible] bon [illegible] & [illegible] bere [illegible] seruus cum [illegible] emptus [illegible] est, potest [illegible] tam [illegible] & [illegible] actiuam [illegible] Vnde & [illegible] *Si habens vxorem, & vxor egrediatur simul.* Cum [illegible] greditur, quando is qui [illegible]

A

Si autem Dominus eius … filias, mulier & liberi eius, erunt Domini …

… bonæ … Dominus …

4 Reg 4.

Vxor vero … & libe…

… plation … *si dixerit seruus, … non egrediar liber.* … Dominum …

… Vir etiam quoque amans …

B

… contemplatiuam non … seruitute … transire. *Sed … & applicabit ad … , & postea … seruus in … seculum.* Is enim qui …

… vita pudicitiæ … modo … pars in di… Domini … tabernaculi … audiat, … non … Dei …

C

… post fecu…

… nos … post præsens secu… De qua …

… *& ipsa … gloriam filiorum Dei.* Tunc enim … gloriam filiorum Dei … Nunc … non solum actiua … contemplatiua, quæ super nostra … sed imitatur: quia … videtur.

Si quis … non egredietur sicut ancillæ exire … oculis Domini … tradidit … habebit potestatem, … Sin autem filio … uxorem … prouidebit puellæ … & … non negabit. … & cætera.

… quam Græci vocant … non abi…, … sicut … Hebrææ post exan…

D

passionis illius saluando [illegible] confidun[t]: monente [Apo]-
st[olo] ac dicente: Per ipsum ergo offe[ra]mus [h]ost[iam laudis]
dis semper Deo: [i]d est, fru[ct]um labiorum confite[ntium]
nomini [e]ius. Quod de omnibus & etiam ele[illegible]
videlicet summi sacerdotis, qui in spiritu & v[illegible]
rant patrem conuenienter accipi potest. C[illegible]
[illegible] quam huic altari conuenit, quod dic[illegible]
sanctorum erit Domino, de qu[o] in mundum nasc[iturum], di-
xit virgini matri Archangelus: *Spiritus sanctus superueniet in*
Luc. H
te Et reliqua: Descripta hucusque [illegible] [illegible]
super est adhuc descriptio labri ænei, in qu[o illegible] ma-
[nu]s suas ac pedes, ingressuri in taberna[culum illegible]
sed prætermittitur vnum Dom[in]i mand[a]tum, [q]uod &
nos breuiter tangere, ac pro modul[o] nost[illegible]
conuenit. Sequitur:

CAPVT XI.

De eo quod Dominus iubet pretium pro animabus singulo-
rum numerato populo, domino impendi.

LOcutusq; est dominus ad Moysen dicens: Quando tuleris summam
filiorum Israel, iuxta numerum dabunt singuli pretium pro ani-
mabus suis Domino, & non erit plaga in eis. Hoc autem d[abit] omnis
qui transit ad nomen dimidium [sicli iu]xta mensuram templi. Siclus
viginti obolos habet. Media par[s] [illegible]

[illegible] bus [illegible] nis o[illegible] exhi[illegible] dulæ seruitu[illegible] *Alioquin [illegible] erit in eis, cum facerint recensiti.* [illegible] llion [illegible] perpetua [illegible] in num[illegible] merentur so[illegible] omni[illegible] offerre detrectent dicturque de [illegible] libus: *Non dabunt Deo placationem suam: nec pretium redemptionis animæ suæ. Redemptio enim animæ, viri diuitiæ suæ,* vt Salomon ait: sue temporales: scilicet cum eas *distribuerit dederitque pauperibus: vt iustitia eius maneat in seculum seculi:* [illegible] spiritu[illegible]s, hoc est, ip[illegible] quam fecit, vel [illegible] erendo pauperibus, vel alia bona faciendo. *Dabit autem omnis qui transit ad nomen dimidium sicli,* hoc est, decem obolos [illegible] onal[illegible] id apt[illegible]s, quam obseruantia[illegible] legi[illegible] nobis valet [illegible] mente [illegible] omnem in co[illegible] operis plenitudi[illegible]m, & futuræ promissionem [illegible] cogno[illegible]. Denique in primis tribus dilectio Dei, in [illegible] entibus [illegible] dilectio est proximi comprehensa Ap[illegible]: *Plenitudo legis est dilectio.* Sed & [illegible] sacramentum nequaquam prætereundum, eodem numero de[illegible] continetur. Nomen enim Iesu apud Hebræos [illegible], apud Græcos Iota incipit. Quæ [illegible] que in [illegible], denarij est nota numeri. Decem que obolos [illegible] pretium animæ suæ Domino offerunt, qui Iesum Christum credentes, signum nominis eius quod denario numero incipit, in fronte & professione prof[illegible]runt. Et fortassis huius gratia sacramenti Dominus in Euangelio testatur: Iota vnum de lege præterire non posse: quia virtus decalogi quæ ibi continetur, fidesque [illegible] ipsius quæ ibi mystice significatur, nulla vnquam potest infidelium perturbatione corrumpi. *Qui habetur in numero a viginti annis & supra, dabit pretium.* N[illegible] vicenarius vtriusque testamenti commu[illegible]nem significat legis videlicet, quæ quinque libris scripta est, & Euangelij quod quatuor. Qua[illegible] XX. Annis XX. [illegible] ergo annis, [illegible] quisque in numer[illegible] solus est [illegible] dignus, qui & decreta legis spiritualiter intellecta, per gratiam adiutus Euangelij pro sua mensura & capacitate perficit: & de[illegible] gratiæ promissis, æternam [illegible] expectat. *Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet.* Quia siue magnus est [illegible] quisque [illegible] seu tener adhuc & [illegible] pro[illegible] eadem lex decalogi quæ Dei [illegible] ponitur. *Susceptamque pecuniam quam [illegible], trades in vsum tabernaculi testimonij, vt sit monimentum [illegible] Domino: & propitietur animabus [illegible].* [illegible] in mo[illegible] cum diuine [illegible] custod[illegible] quæ [illegible] perum [illegible]. Seruaturque eadem [illegible] machibus, [illegible] Ch[illegible] fieri [illegible] danda. [illegible] plaga [illegible] ductus te[illegible]

Ca[illegible]

[illegible]

L[illegible] ad M[illegible] um eum b[illegible] testimonij ad altare, [illegible] eius manus suas ac pedes, quando ingressi fuerint [illegible] monij & quando accesserint [illegible]. [illegible] quia baptismat[illegible] enim omne [illegible] in tabernacul[illegible] vel[illegible] ingr[illegible] ad [illegible] obl[illegible] in eo lauari[illegible] no[illegible] oblationem nobis comp[illegible] nen[illegible] lat, qua semper[illegible] locauit, in quo [illegible] tur, ex[illegible] per ignem Spiritus sancti. Al[illegible] tatem signi[illegible] cat eo[illegible] cel[illegible] sum, pro [illegible] desiderio cælestis [illegible] ortus, [illegible] Recte post altare holocausti, lab[illegible] lum sacerdotes, ingrediuntur taber[illegible] ma Domino incen[illegible] lant. [illegible] rum & compunctionum [illegible] necesse est, vt quisq; ad do[illegible] commisit pe[illegible] veniam [illegible] cum constantia dignis [illegible] pore protulerit, restat [illegible] venia effectus, iam desider[illegible] pus, quo mereatur [illegible] faciem [illegible] videre. [illegible] quam ab[illegible] lachrymis [illegible] vitæ [illegible] illius tole[illegible] lationem, dic[illegible] *[illegible] quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar,* i. cum his qui in tenebris erro[illegible] vocabulum Cedar [illegible] gaudia suspirans, multum [illegible] cælestem patriam [illegible] inter quos incola conuersor, hor[illegible] *[illegible] anima mea ad Deum viuum, quando veniam [illegible] cum Dei.* Quia profecto sitim, nequibat, subsequentia v[illegible] *lachrymæ meæ panes die ac nocte.* [illegible] faciem Dei ad q[illegible] rum [illegible] Igitur [illegible] poenit[illegible] Domino [illegible] erant [illegible] conf[illegible] quantum [illegible] erat arca Do[illegible] hrum & me[illegible] quod [illegible] lachrymæ [illegible] quib. [illegible] *fiat aqua [illegible]* Neq, n. [illegible] de [illegible] lauar[illegible] ipse

A [illegible] & filij eius, d[illegible] inse[illegible] quia sicut magnorum virorum [illegible] ctio [illegible] sic & compunctio solet esse [illegible] teru[illegible] ua dicimus, quasi soli altaris ministri huius [illegible] compunctionis [illegible] possint habere vel debeant virtute: sed memores B. Apostoli Petri, [illegible] cunctis fidelibus loquens de angulari lapide, qui est Christus, ait: *Et ipsi tanquam lapides viui superædificamini domos spirituales, [illegible] sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias.* Et quod Iohannes in Apoc.

Pet. 2.

Apoc. 20

Beatus, inquit, *& sanctus qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei & Christi.* Ad [illegible] nemus omnes fideles mystico sacerdotio [illegible], vt pote membra Christi, videlicet [illegible] otis æterni. Quibus etiam Beatus Apostol. Paulus [illegible] manum offerre debeant, ostendit dicens:

Rom. 12

Obsecro vos fratres per Dei misericordiam, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. Nunc ergo solum [illegible] tris sacri altaris, sed & omnibus perfectis in quocunque gradu positis, hoc lauacrum posuit Moyses, quia lex Dei cunctis generaliter fidelibus gratiam salutiferæ compunctionis prædicauit. Quod si in persona Aaron ipsum

B magnum pontificem Dominum Saluatorem accipere volumus, constat etiam eum huius aqua labri priusquam ad altare [illegible] laturus intraret, locum: quia priusquam thymiama [illegible] corporis propter salutem nostram in [illegible] cis [illegible] cenderet, pro nostro amore etiam lacrymas fudit, quod in resuscitatione Lazari celeberrime inuenitur. Bene autem additur, vt offerant in eo thymiama Domino, ne forte moriatur. Mors etenim timenda est a[illegible] spiritualis & æterna. Si quis ad ministerium altaris electus, thymiama orationum DEO reddere negligit, [illegible] timenda est. Si quis ad sacrosancta mysteria absque spirituali ablutione compunctionis intrare, & sancta domini communib. [illegible] ibus tractare præsumit. Lauent ergo manus suas ac pedes in aqua labri ænei, & sic ad altare accedant. Abluant lachrymis [illegible] ac deinde [illegible] ad [illegible] hostias [illegible] offerant: pedumq; [illegible] omni ponant. Quod æque præceptum [illegible] his qui [illegible] sacramentorum perceptione mundandi sunt, vt [illegible] prius [illegible] ctus suos cogitatusque

Iohan. 11

C [illegible] ad participanda [illegible] sacramenta procedant, ne audire mereantur illud Apostoli: *Quicunque enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini,* id est, nequaquam edulium panis, vini à communium escarum vilitate, [illegible] mente secernens. Diligentius vero [illegible] dum est, quod in conclusione subiungitur. *Legitimum sempiternum erit ipsi & semini eius per successiones.* Hæc ad [illegible] obseruatione cessarunt, sed iuxta priscam intelligentiam [illegible] obseruari [illegible] nunquam [illegible] eius per successiones, non quidem [illegible] nascendo, sed credendo in eum, quem Aaron [illegible] credi [illegible].

1. Corint. 11

Capvt XIII.

De confectione vnguenti optimi ad consecrandum tabernaculum ac vasa eius.

ibidem.

LOcutus est dominus ad Moysen dicens: *Sume tibi aromata primæ myrrhæ electæ quingentos siclos, & cinnamomi medium, [illegible], Calami similiter [illegible], casiæ [illegible] siclos in pondere sanctuarij: olei de oliuetis mensuram hin: facies que vnctionis oleum sanctum vnguentum compositum opere vnguentarij, & vnges ex eo tabernaculum testimonij, & arcam testamenti, mensamque cum vasis suis, candelabrum & vtensilia eius, altaria thimiamatis & holocausti, & vniuersam supellectile, quæ ad cultum eorum pertinent. Sanctificabisq; omnia, & erunt sancta sanctorum: qui tetigerit ea, sanctificabitur. Aaron & filios eius vnges, sanctificabis eos, vt sacerdotio fungantur mihi. Filijs quoq; Israel dices: Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras. Caro hominis non vngetur ex eo: & iuxta compositionem eius non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis. Homo quicunque [illegible] & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo.* A[illegible] dum est & [illegible] dum, quem d[illegible] da[illegible] vn [illegible] om[illegible] tabern[illegible] & [illegible] vasa [illegible] cum [illegible] ncta, e[illegible]

D

[illegible] sanctificabi[illegible]. Qui [illegible] tangendo sanctificabitur siue [illegible] tangere: siue tamen [illegible] popu[illegible] culum quando off[illegible] hostia [illegible] cunq; ab [illegible] offerebantur Deo. [illegible] non [illegible] bus neq; [illegible] admon[illegible] [illegible] *plus [illegible] dicens.* Vtiq; [illegible] pulus erat. Iubet autem, oleum vnctionis sanctum erit vobis in generationes vestras. Super carne hominis [illegible] tur: & secundum compositionem [illegible] non facietis in ipsis similiter. Sanctum est, & sanctificatum [illegible] Quicunq; fecerit similiter, & quicunq; dabit de eo [illegible] te nationi, interibit de populo [illegible]. Iubet igitur non [illegible] sacerdotib. sed vniuerso populo Israel, vt non faciant vnguentum in vsus humanos. Hoc est [illegible] *hominis non [illegible].* Prohibet ergo [illegible] in vsus suos. & interitum minatur, si quisq; similiter fecerit [illegible] tum ad vsus suos similiter simile confecerit: vel [illegible] hunc dederint exteræ nationi. Ac per hoc quod [illegible] ctificatio eius vobiscum, cum populo Israel [illegible] iubet, non video quid [illegible] quando veniebant cum suis quisq; muneribus [illegible] tabernaculum, & tangendo sanctificabatur. Propter illud oleum quo cuncta peruncta sunt. & [illegible] *qui tetigerit, sanctificabitur.* non tamen sic quemadmodum sacerdotes, qui etiam vt sacerdotio fungerentur, vngebantur ex illo. Porro vnguentum quo peruungitur tabernaculum, [illegible] est quo vngitur fideli populus [illegible] diuinitas tanquam in tabernaculo habitat. Potest quoque intelligi hoc vnguentum etiam virtute sanctorum odor iustitiæ longe lateque diffusus de quo dicit Apostolus. *Deo autem gratias, qui triumphat nos in Christo Iesu: odorem iustitiæ manifestat per nos.*

Car

Capvt XIV.

De confectione thymiamatis ex pretiosissimis aromatibus, & Beseleel artifice.

Ibid.

DIxitq; Dominus ad Moysen: *Sume tibi aromata, stacten & onycha, galbanum boni odoris, & thus lucidissimum: æqualis ponderis erunt omnia. Faciesque thymiama compositum opere vnguentarij, mixtum diligenter & purum, & sanctificatione dignissimum. Cumque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonij, in loco in quo apparebo tibi. Sanctum sanctorum erit vobis thymiama. Talem compositionem non facietis in vsus vestros quia sanctum est domino. Homo quicunque fecerit simile, vt odore illius perfruatur, peribit de populo suo.* [illegible] præcepit quibus aromatibus fiat thymiama [illegible], & dicit vnguentario more co[illegible] vnguen[illegible] ideo putare debemus [illegible] gatur. Sed vt dictum est, thymiama incensum, quod imponatur [illegible] altari incensi, vbi non licebat [illegible] erat intus in sancta sanctorum. Incensum [illegible] tuor odoratissimis generib. [illegible] minutis, i. stacte, onyche, galbano & thure [illegible] in forma orationum fidelium constit[illegible] A

H

Isidor.

pocal. ostendit: & illi quidem, inquit, 24. *seniores procidebant ante agnum, habentes vnusquisq; cytharas & phialas aureas plenas incensum, quæ sunt orationes sanctorum.* Quanquam & [illegible] torum, horum 4. odorum natura significat [illegible] perfectum est, [illegible] compositum: [illegible] galbanus & onyx terræ atq; igni: per hæc omnium [illegible] lo & infra cælum & in terra [illegible] sunt [illegible] ne[illegible] sum sit hic creaturæ laudis oratio. [illegible] ex aromatib. compositum [illegible] in altari [illegible] per [illegible] multiplicitate [illegible] dolen[illegible] & [illegible] quantum virtus virtuti iungitor, tantum [illegible]

Ap

A opus [illegible] exhibetur. Vbi & bene subiungitur: *Cumque in tenuissimum puluerem in vniuersa contuderis, pones ex eo coram testimonio tabernaculi.* In tenuissimum puluerem aromata [illegible] conterimus, cum bona nostra quæ in pdo cordis occulte [illegible] tuodimus: & si veraciter bona sunt, subtilius [illegible]tractemus. Aromata ergo in puluere redigere, [illegible] cogitando terere: & vsq; ad subtilitatẽ occultæ examinationis reuocare. Et notandũ, quod de eodem puluere dicitur: Pones ex eo coram testimonio tabernaculi: quia tunc nimirum bona nostra veraciter in conspectu iudicis placent, cum hæc mens subtilius recogitando conterit: & q. de aromatib. puluerem reddit, ne grassum durumque sit quod agitur: ne etiam si hoc arcta retractionis manus non comminuat, odorem de se subtilius non aspergat.

Cap. 31. *Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Ecce vocaui ex nomine Beselael filium Vri, filij Vr de tribu Iuda & impleui eum spiritu Dei, sapientia & intelligentia, scientia in omni tempore: ad excogitandum fabre, quicquid fieri potest ex auro & argento & ære, marmore & gemmis, & diuersitate lignorum. Dedique ei socium Ooliab filium Achisamech, de tribu Dan: & in corde omnis eruditi posui sapientiam, vt faciant cuncta quæ præcepi tibi.*

B &c. Quid est quod Beseleel cum iuberet adhiberi operibus tabernaculi faciendis, dixit ad eum, se repleuisse spiritu diuino sapientiæ & intellectus & scientiæ, in omni opere excogitare, & architectonari, &c. Vtrum Spiritus sancti muneri etiam ista opera tribuenda sint, quæ pertinere ad opificium videntur? an & hoc significatiue dictum est, vt ea pertineant ad diuinum spiritum sapientiæ & intellectus & scientiæ, quæ his rebus significantur. Tamen etiam hic cum spiritu repletus dicatur iste diuino sapientiæ & scientiæ, nondum legitur Spiritus sanctus.

Capvt XV.

Præceptum de custodia sabbati.

Exod. 31 *Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filijs & dices ad eos Israel. Videte sabbatum meum custodiatis: quia signum est inter me & vos in generationibus vestris: vt sciatis quia ego Dominus qui sanctifico vos. Custodite sabbatum. Sanctum est enim vobis. Qui polluerit illud, morte morietur. Qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui. Sex diebus facietis opus: in die septimo, sabbatum est requies sancta Domino. Omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. Custodiant filij Israel sabbatum: & celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternum inter me*

C *& filios Israel, signumque perpetuum. Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram: & in septimo ab opere cessauit.* Notandum enim quod in Septuaginta hic locus ita habetur. *Testamẽtum in æternum in me & filijs Israel.* Quid sibi vult quod cum de sabbato obseruando præciperet, ait, Testamentum est æternum in me & filijs Israel? non ait inter me & filios Israel, an quia sabbatum requiem significat, & requies nobis non est nisi in illo. Nam profecto filios Israel vniuersum populum [illegible] semen Abraham. & eius Israel secundum carnem, & secundum spiritum. Nam si Israel nõ esset dicendus nisi ex genere carnis, non diceret Apost. *Vide te Israel secundum carnem.* Vbi profecto significat esse Israel secundum spiritum, qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis. Sic ergo melius fortasse distinguitur, testamentum æternum in me. Et inde alius sensus sit, & filijs Israel tanquam in signum æternum, æternæ rei signum:

D quomodo *petra erat Christus*: quia petra significabat Christum. Non ergo ita vnguẽtum est testamentum æternum in me & in filijs Israel, tanquam in Deo. & filijs Israel sit hoc testamentum æternum in me: quia in illo promissa est requies æterna: & filijs Israel signum est æternum: quia filij Israel acceperant obseruandum signum quo requies significatur æterna, veris Israelitis, hoc est, filijs promissionis & visuris Deum facie ad faciem sicuti est.

Augustinus *Deditque Moysi completis huiuscemodi sermonibus in monte Sinai duas tabulas testimonij lapideas, scriptas digito Dei.* Cum tam multa locutus sit Deus, duæ tamen tabulæ dantur Moysi lapideæ: quæ dicuntur tabulæ testimonij. Figuræ in arca, nimirum omnia cætera quæ præcepit Deus ex illis decem præceptis, quæ duabus tabulis conscripta sunt, pendere intelliguntur, si

E diligenter quærantur, & bene intelligantur, quomodo hæc ipsa rursus decem præcepta ex duobus illis dilectione scilicet Dei & proximi, in quibus tota lex pendet & Prophetæ.

Capvt XVI.

De transgressione Aaron in formatione vituli aurei.

Cap. 32. *Videns autem populus, quod moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus aduersus Aaron ait: Surge fac nobis deos qui nos præcedant. Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit. Dixitque ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de vxorum filiorumque & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. Fecitque populus quæ iusserat, deferens inaures ad Aaron. Quas cum ille accepisset formauit opere fusorio & fecit ex eis vitulũ conflatilẽ. Dixeruntq́; Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerũt de terra Ægypti. Quod cum vidisset Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit dicens: Cras solennitas Domini est, &c.* Quod iubet Aaron inaures detrahi ab auribus vxorum atque filiarum, vnde illis faceret deos, non absurde intelligitur difficilia præcipere voluisse: vt hoc modo eos ab illa intentione reuocaret. Factum tamen illud q; fuit difficile, vt esset aurum ad faciendum idolum, propter eos

F notandum putaui, qui [illegible] irritantur, si quid tale propter vitam æternam diuinitus fieri, vel æquo animo tolerare iubeantur. *Sedit populus manducare & bibere & surrexerunt ludere.* Esus, potusque ad lusum impulit: lusus ad idololatriam traxit: quia si vanitatis culpa nequaquam caute compescitur, ab iniquitate protinus mens incauta deuoratur Salomone attestante: quia qui modica spernit, paulatim decidit. Si n. curare parua negligimus insensibiliter seducti, audacter etiam maiora perpetramus. *Locutus est autem Dominus ad Moysen dicens: Vade, descende: peccauit populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti. Recesserunt cito de via quam ostendisti eis. Feceruntq; sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt: Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Ædificare etiam rectorem valde mixtam sibi oportet, si perpendat, quomodo bonis rectoribus mixta sit, & regendi autoritas & benignitas consulendi. Disciplinam vel misericordia multum destituetur, si vna sine altera teneatur. Sed circa subditos suos inesse rectorib. debet, & iusta consulens misericordia, & pia sæuiens disci-

G plina. Hinc etenim namq; libet in Moysi pectore misericordiam cum seueritate sociatam. Videamus amantem, pie & districte sæuientem. Certe cũ Israeliticus populus ante Dei oculos pene inueniabilem contraxisset offensam: ita vt eius rector audiret, *Descende peccauit populus tuus,* Ac si ei diuina vox diceret, quia in tale peccatum lapsus est: iam meus non est. Atq; subiungeret *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos faciamq; te in gentem magnam.* Ille se mel & iterum pro populo cui præerat, obicem se ad impetum Dei iratæ mentis opponens ait: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti.* Pensemus quib. visceribus eundem populum amauit, pro cuius vita de libro vitæ deleri se petijt. Sed tamen iste qui tanto eius populi amore constringitur, contra eius culpas pensem*, quanto zelo rectitudinis accendatur. Mox etenim petitione primæ culpæ veniam ne delerentur obtinuit: ad eundem populum veniens ait: *Ponat vir gladium super femur suum. Ite & redite de porta vsq; ad portam per medium castrorum & occidat vnusquisq; fratrem & amicum & proximum suum. Ce-*

H *cideruntq; in die illa quasi 23. millia hominum.* Ecce qui vitam omnium etiam cum sua morte petijt, paucorum vitam gladio extinxit. Intus arsit ignib. amoris, foris accensus est zelo seueritatis. Tanta fuit pietas, vt se pro illis coram domino morti offerre non dubitaret: tanta seueritas, vt eos quos diuinitus ferire timuerat, ipse iudicij gladio feriret. Sic amauit eos quib. præfuit, vt pro eis nec sibi parceret: & tamen delinquentes sic persecutus est quos amauit vt eos etiam Domino parcente prosterneret: vtrobique legatus fortis: vtrobiq; mediator mirabilis: causam populi apud dominum precib. causam Dei à populo gladijs alienauit: intus amans diuinæ iræ supplicando obstitit: foris sæuiens culpam feriendo consumpsit: succurrens enim omnibus ostensa morte paucorum. Et idcirco omnipotens Deus famulum suum citius exaudiuit agentem pro populo: quia

A vidit quod super populum ictum esset, ipse pro Deo se ingessit. Hinc ergo populi vtrumque Moyses miscuit: vt nec disciplina deesset misericordiæ, nec misericordia disciplinæ.

Capvt XVII.

De eo quod Moyses Dominum iratum populo pro idololatria, precibus mitigauit: & de obiurgatione Aaron.

Ibid. *Rvrsumque ait Dominus ad Moysen: Cerno quod populus iste duræ ceruicis sit: dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Moyses autem orabat Dominum Deum suum dicens: Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti, in fortitudine magna, & in manu robusta? Ne quæso dicant Ægyptii: Callide eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret de terra,* &c. Omnes sancti qui iræ Dei obuiant, ab ipso accipiunt, vt contra impetum percussionis eius opponantur: atque vt ita dixerim, cum ipso se erigunt contra ipsum, eoque vis diuina sibi opponit secum: quia in eo quod aduersum sæuientis iram foris opponit, intus eis gratia nascentis fouet: & famulantes interius leuat, quos quasi aduersantes exterius tolerat.

B Portat ergo contradictionem deprecantium quam aspirat: & velut nolenti imponitur, quod ab ipso vt fiat, imperatur. Moysi etenim dicit: *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, faciamque te in gentem magnam.* Quid est seruo dicere, *Dimitte me*, nisi deprecandi ausum præbere? ac si ei aperte diceretur: Pensa quantum apud me valeas: & cognosce quia obtinere poteris quicquid pro populo exoras. Sed dum hæc ita sint, minus legentis animum mouet, quid est quod econtra in beati Iob historia per eundem sanctum virum dicitur: Iob. 9. *Deus cuius resistere iræ nemo potest.* Mirum valde est, quod iræ Dei nullus posse resistere dicitur: cum multos indignationi supernæ animaduersionis obuiasse eloquia diuina testantur. An non iræ Dei idem Moyses restitit, qui pro cadente populo erectus, ipsum supernæ percussionis impetum, mortis suæ oblatione restrinxit dicens: *Dimitte illis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro quem scripsisti.* An non iræ Dei Aaron restitit, cum inter [illegible] tientes ac mortuos, thuribulum sumpsit, atque animaduersionis ignem incensi fumo temperauit? An non Phinees iræ Dei restitit, qui luxuriantes cum alienigenis in ipso coitu trucidans,

C zelum suum diuinæ indignationi obtulit, & furorem gladio placauit? An non Dauid iræ Dei restitit, qui Angelo ferienti se offerens, placationis gratiam & ante tempus propositum exegit? An non Helias iræ Dei restitit, qui longo [illegible] tempore terræ aridæ, subductas de cælo pluuias [illegible] Quomodo igitur diuinæ iræ nullus posse resistere dicitur, cum multos sæpe restitisse exemplis existentibus demonstratur? Sed si subtiliter & beati Iob eloquia, & illorum facta pensamus, & verum cognoscimus, quia diuinæ iræ non resistitur: & verum, quia multi sæpe restiterunt. Nanque plerique sanctorum iræ Domini sicut [illegible] superius vndo narrauit edocuit, restitere probantur. Resistit autem iræ Dei non potest, cuius eius indignatio sese vt ita dixerim, medullitus mouet. Quæ dum se mouet, hanc opposito humana non temnit: nec se vtiliter cuiuslibet deprecatio obijcit, cum semel Deus ab iotimis iudicando disponit. Hinc est n. quod Moyses qui reatum totius plebis apud Dominum precib. texit, dumque se obicem obtulit, diuinæ iracundiæ vim placauit, ad petram Oreb [illegible] pro aquæ ablatione diffidens, re-

D promissionis terras ingredi Domino indicente non potuit. Hac de re sæpe accedens afflictum, sæpe desiderio se excitauit turbatum, & dispositæ vltionis iracundiam repellere a semetipso non valuit: qui hanc volente Domino & populo [illegible] Hinc Dauid quia prostrata plebe postmodum Angeli gladium prece compescuit, prius plorans & eiulans nudis pedib. filium fugit: & quousque perpetrati facinoris vltionem ad plenum reciperet, iram Dei nequaquam valuit pro semetipso temperare. Hinc Helias, & si vt humo parum aliquid quasi de diuina animaduersione sentiret qui [illegible] ad cælos rapitur, ante indignationem mulieris [illegible] desertum fugit, pro semetipso infirmatur [illegible], qui furorem Dei placat alijs, ei intercessionem. Iræ igitur Dei resisti valet, quando ipse

E qui iratus est, opitulatur, & resisti omnino non valet, quando se ad vlciscendum excitat, & ipse precem quæ ei funditur, non acceptat. *Placatusque est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum.* Siue iuxta alia exemplaria, *Et propitiatus est Dominus de malitia, quam dixit facere populo suo.* Malitiam hic pœnam intelligi volunt, sicuti est illud, In tam malitia exitus illorum. Secundum hanc dicitur, Et bonum & malum a Deo: non secundum malitiam, qua homines mali sunt. Malus n. Deus non est, sed mala irrogat mala quia iustum est. *Et reuersus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonij manu, scriptas ex vtraque parte, & factas opere Dei. Cumque appropinquasset ad castra, vidit vitulum & choros: iratusque valde, proiecit de manu tabulas & confregit eas ad radicem montis.* Iratus quidem Moyses videtur tabulas testimonij digito Dei scriptas, collisisse atque fregisse: magno tamen mysterio figurata est iteratio testamenti: quoniam vetus fuerat abolendum, & constituendum nouum. *Arripiensque vitulum quem fecerant, combussit & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aqua, & dedit ex eo potum filiis Israel.* Sed quid sibi velit iste

F vitulus, quem fecerunt filij Israel in solitudine, vel quid significet quod Moyses ipsum vitulum igni combussit, minutatimque concidit, & in aquam aspergens potum populo dedit? Si n. tabulas quas digito Dei, h. e. operatione Spiritus sancti scriptas acceperat, ideo fregit, quia indignos eos, quib. eas legeret, iudicauit. Si denique ab eis ille vitulus penitus aboleretur, incendit, & comminuit, & in aqua sparsit atque submersit: vt quid & potum de hoc populo dedit? Quem non excitet factum hoc ad quærendam & intelligendam Propheticam significationem? Occurrat ergo iam intentis mentib. quia diaboli corpus significatur in vitulo, i. e. homines in omnib. gentibus, quibus ad hæc sacrilegia caput, h. e. author, diabolus: aureum propterea, quia videntur idololatriæ ritus, velut a sapientibus instituti. De quib. ita Apost. Rom. 1. *Quoniam cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & immutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum & serpentium.* Ex hac q. sapientia iste vitulus aureos, qualia colebant Ægyptiorum etiam ipsi primates, tanquam docti homines adorare figmenta. Hoc ergo vitulo significatum est omne corpus, i. e. omnis societas gentilium idololatriæ deditorum: hanc sacrilegam societatem Dñs Iesus illo igne

G comburit, de quo in Euangelio dicit: Ignem veni mittere in terram. Et quoniam non est qui se abscondat a calore eius, dum in eum credunt gentes, igne virtutis eius, diabolica in eis forma soluitur. Totum deinde corpus illud comminutum, i. ab illa malæ conspirationis conflatione discissum, verbo veritatis humiliatur: & comminutum, in aqua mittitur, vt eos Israelitæ, i. Euangelij prædicatores, ex baptismo in sua membra, h. e. in dominicum corpus transferant. Quorum Israelitarum Petro de ipsis gentib. dictum est: Act. 10. *Macta & manduca.* Quare enim non, Occide & bibe? Ita ille vitulus per ignem zeli, & aciem verbi, & aquam baptismi ab eis potius quos absorbere conabatur, absorptus est. *Dixitque ad Aaron: Quid fecit tibi hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum? Cui ille respondit: Ne indignetur dominus meus. Tu n. nosti populum istum quod pronus sit ad malum. Dixerunt mihi: Fac nobis deos qui præcedant nos. Huic n. Moysi qui nos eduxit de terra Ægypti, nescimus quid acciderit. Quib. ego dixi: Quis vestrum habet aurum? tulerunt & dederunt mihi, & proieci illud in ignem, egressusque

H est hic vitulus.* Hic compendio locutus est, non dicens quod ipse formauerit, vt exiret vitulus fusilis, aut excusationis causa timendo mentitus est, tanquam ipse in igne periturum aurum proiecerit: atque ipso non id agente, formam vituli exierit. Quod ideo non est credendum hoc cum animo dixisse, qa nec Moysen latere posset, quid esset in viro, cum quo Deus loquebatur, & fratrem de mendacio non redarguit. *Videns ergo Moyses populum quod esset nudatus (spoliauerat n. eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat.* Notandum est, quemadmodum illud totum malum quod populus fecit, ipsi Aaron tribuatur, quod eis consenserat ad faciendum quod male petiuerant. Magis enim dictum est, spoliauit, vel dissipauit eos Aaron, quoniam cessit eis, quam dissipauerunt se ipsi, qui quasi tantum malum flagitauerunt.

Capvt

A

Capvt XVIII.

De visione facta in idololatras: deque eo quod Dominus iubet Moysi populum ducere in terram repromissionis: & de abnegato secum eius transitu.

Et stans in porta castrorum ait: *Si quis est Domini, iungatur mihi. Congregatique sunt ad eum filii Leui. Quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ponat vir gladium super femur suum. Ite & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem & amicum & proximum suum. Feceruntque filii Leui iuxta sermonem Moysi, & reliq.* Cum Moyses dicit ad Dominum, *Precor peccauit populus iste peccatum magnum, & fecerunt sibi deos aureos. Et nunc si quidem remittis illis peccatum illorum, remitte: sin autem, dele me de libro tuo, quem scripsisti.* Securus quidem hoc dixit, vt à consequentibus

B ratiocinatio concludatur, id est, vt quia Deus Moysen non deleret de libro suo, populo peccatum illud remitteret. Veruntamen aduertendum est, quantum malū in illo peccato perspexerit Moyses, quod tanta cæde crediderit expiandum: qui eos sic diligebat, vt pro eis illa verba Deo funderet. Merito quæritur, cum superius populum nudasse vel dissipasse dictus sit Aaron, cum in ipsum vindicta nulla processerit: neque cum Moyses interfici iussit omnem, qui Leuitis euntibus & ad portā redeuntibus occurrisset armatis: neque cum postea factum est, quod scriptura dicit: *Et percussit Dominus populum pro reatu vituli quem fecit Aaron.* maxime quia & hic hoc idem repetendo inculcatum est. Non enim dictum est, *Et percussit Dominus populum propter factum vituli*, quem fecerunt, sed *quem fecit Aaron*. & tamen non est percussus Aaron. Quid etiam illud, quod de sacerdotio eius ante peccatum eius Deus præcipiebat, impletum est. Sed iussit & ipsum & filios ablui: & sic ordinati sunt in sacerdotium. Ita nouit ille cui parcat vsque ad commutationem

C in melius & cui parcat ad tempus, quamuis eum præscierit in melius non mutari: & cui nō parcat, vt mutetur in melius: & cui non parcat, ita vt nec mutationem eius expectet. Et totum hoc ad id redit, quod Apost. dicit exclamans: *Quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius!*

Rom. 11. Nunc autem quid ēt propheticæ significationis habuerit, requirendum est, quod ex eis multos qui sibi absente ipso idolum fabricauerūt, sine vlla cuiusq; necessitudinis distinctione iussit interimi. Facile est, vt intelligatur hominum illorum interemptione significari vitiorū talium necem, qualibus ad eandem idololatriam defluxerunt. Talia quippe vitia sæuire nos iubet Apostolus

Col. 3. cum dicit: *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram.* fornicationem, immunditiam, luxuriam, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est idolorum seruitus. *Si quis*, inquit, *est Domini*, veniat & *iungatur mihi. Ponat gladium super femur suum. Ite & redite de porta vsque ad portam per mediū castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum.* Gladiū super femur ponere, est prædicationis

D studium voluptatibus carnis anteferre, vt cum sancta qui studet dicere, curet necesse est suggestiones edomare. De porta vsque ad portam ire, est à vitio vsq; ad vitium per quod ad mentem culpa ingreditur increpando discurrere. Per medium vero castrorum transire, est tāta æqualitate intra ecclesiam viuere, vt qui delinquentium culpas redarguit, in nullis se debeat fauore declinare. Vnde & recte subiungitur, *Occidat vir fratrem & amicum & proximum suum*, fratrem scilicet, proximum & amicum interficit, qui cum punienda inuenit, ab increpationis gladio, nec eis quos per cognationem diligit, parcit. Si ergo & ille Dei dicitur, qui ad feriendo vitia zelo diuini amoris excitatur, profecto esse se Dei deneget, qui quantum sufficit, increpare vitam carnalium recusat. Sed ipse numerus trium milium interfectorum, triplicem formam indicat peccatorum. Omne enim peccatum, aut

Cap. 33. facto, aut verbo, aut cogitatione committitur. *Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens, Vade, ascende de loco isto, tu & populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti, in terram quam iuraui Abraam, Isaac & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eam.* Vade, ascende hinc, tu & populus tuus quem eduxisti. alioquin dixisset tu & populus meus quem eduxi de terra Ægypti. Sed illi quando idolum poposcerunt, ita locuti sunt. *Moyses enim hic homo qui nos eduxit nescimus de Ægypto, nescimus quid factum sit.* Liberatorem scilicet suam in hominem

E constituendo defecerant. Hoc eis modo replicatur cum dicitur, *Tu & populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti.* Quod illis est criminis, non Moysi. Non enim aliud volebat, nisi vt non in illo, sed in Domino spem ponerent, & Domini misericordia se in gratiarum actione crederent, ab illa seruitute liberatos. Cuius tamen apud Dominum tanquam fidelissimi famuli, tantum erat meritum per illius gratiam, vt ei diceret Deus, *Sine me, vt irascar & conteram eos*. Quid vtrum iubentis sit cum ait, *Sine me*, an quasi petentis, vtrumque videatur, absurdum. Nam & si iuberet Deus, inobedienter famulus non parebat, & Dominum hoc à seruo velut pro beneficio petere, non decebat, cum præsertim posset eos etiam illo nolente conterere. Illi itaque alius sensus inspiciendus est, quod his

F verbis significauit Deus plurimum apud se prodesse illi populo, quia sic ab illo viro diligebantur, quem sic Dominus diligebat, vt eo modo admoneremur, vt cum merita nostra nos grauant ne diligamur à Deo, releuari nos apud eum illorum meritis posse quos diligit. Nam cum ab omnipotente dicitur homini, Sine me, & conteram eos. Quid aliud dicitur, quam conterem eos nisi diligerētur abs te. Ita ergo dictum est, *Sine me*, ac si diceretur, Noli eos diligere, & conteram eos, quia ne id faciam, dilectio tua in illos intercedit mihi. Obtemperandum autē esset Domino dicenti, Noli eos diligere, si hoc iubendo dixisset, & non potius admonendo & exprimendo, quid illum ab eo supplicio reuocaret. Nec tamen etiam illo intercedente, sine flagello disciplinæ populum dereliquit. Nescio quo enim modo vt sic eos diligeret ipse Moyses, Deus illos occultius diligebat: quia manifeste

G ferebat, vbi dicit Deus ad Moysen: *Vade, ascende hinc, tu & populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti, in terram quam iuraui Abraam, Isaac & Iacob dicens: Semini vestro dabo eam.* Continuo tanquam ad ipsum Moysen adhuc loquebatur occulta conuersione, quod Græce apostrophe dicitur. Iam ad ipsum populum loquitur, dicens: *Mittam angelum meum ante te, & eiciet Chananæum, & Amorrhæum, & Ethæum, & Pheresæum, & Gergesæum, & Eueum, & Iebusæum: & introducat te in terram fluentem lac & mel. Non enim ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis es, vt non deleam te in via.* Magna sacramenti & mira profunditas, tanquam maiorem misericordiam posset angelus habere quam Dominus: qui populo duræ ceruicis parceret. Et tamen etiam per angelum suum se quodammodo ab eis absente, qui nusquam esse absens potest, implere se dicit, quod patribus eorum iurauit. Tanquam & hic ostendens, hoc se ideo facere, quia illis patribus iustis promisit, non quod isti digni non essent. Quid ergo significat, nisi forte ideo se non esse cum eis qui duræ ceruice sunt, quia non eum propitium & salubrem, nisi humilitas & pietas

H capit. Esse autem Deum cum duræ ceruicis hominibus, nihil est aliud, quam vindicando adesse atque puniendo. Vnde cum eo modo malis non adest, parcendo facit, quo pertinet illud quod dicitur: *Conuertere facies* [illegible] *à facie eius*: quia si non auertit, euertit. Sicut enim fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. *Psal. 50.* *Audiens autem populus sermonem hunc pessimum, luxit: & nullus ex more indutus est cultu suo.* Pessimum sermonem dicit audisse populum, hoc est, crudelissimum atque mœstissimum. Quod enim maius alicui potest præstari beneficium, quam Dei gratiam habere præsentem, ac conditorem suum agnoscere sibi esse propitium? Aut quod maius est discrimen, quam amoris sustinere iram? Nihil habet boni, qui creatoris sui carebit gratia atque præsentia. *Dixitque Dominus ad Moysen: Loquere filiis Israel: Populus duræ ceruicis es: semel ascendam in medio tui, & delebo te.* Hoc est, quod aore dixit: In die vltionis visitabo, & hoc peccatum eorum: semel etiam dicitur ascendere Dominus in medio

A perfidorum, vt deleat eos: quia certissime & sine vlla dubietate venturus est iudicare viuos ac mortuos: iustis dare præmium, perennem gloriam: ac peccatoribus perpetuam pœnam. *Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi.* In septuaginta quoque ita legitur, Deponite stolas gloriarum vestrarum, & cultum, & ostendam quæ facturus sum tibi. Scire enim hic pro reuelare accipiendum est, sicut alibi, ignorare pro non manifestare. Vnde illud in Euangelio: De die autem illa & hora, nemo nouit, neque Angeli cœlorum, neque Filius, nisi pater solus.

Moyses quoque tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul vocauitque nomen eius, tabernaculum fœderis, & omnis populus qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad tabernaculum fœderis extra castra. Cumque egrediebatur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui. Aspiciebantque tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium. Ingresso autem illo tabernaculum fœderis, descendebat B *columna nubis, & stabat ad ostium. Loquebaturque cum Moyse cernentibus vniuersis, quod columna nubis staret ad ostium tabernaculi, stabantque ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum.* Hebræus populus de Ægyptia seruitute liberatus, cum loquente Deo columnam nubis cerneret, vnusquisque in tabernaculi sui foribus stabat & adorabat. De quibus & dicitur, *Cum egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui.* Quid est enim populum columnam nubis aspicere, & in tabernaculi sui foribus stare & adorare, nisi quod humana mens cum superiora illa atque cœlestia, vtcunque in ænigmate conspicit, iam claustra habitationis corporeæ per subleuatam cogitationem exigit, atque illum humiliter adorat? Cuius & si videre substantiam non valet, eminentiam tamen eius potentiam per illuminationem spiritus miratur. Et cum Moyses tabernaculum ingreditur, eius terga populus aspicit, & in papilionum suarum ostiis consistit: quia cum sanctus quisque prædicator alta de Deo loquitur, supernæ ha-
C bitationis, iam vtcunque tabernaculum ingreditur. Cuius prædicationem infirmi quique & si virtute plene penetrare non possunt, tamen velut terga aspiciunt, quia postrema quæ præualent, per intellectum sequuntur. Sed in ipsis quoque minimis quæ capere sufficiunt, iam de suis papilionibus quasi exeunt atque in ostiis stant, quia & habitacula carnis relinquere, & ad illa æternæ vitæ [illegible] quæ audiunt, progredi conantur. *Dixit autem Moyses ad Dominum: Præcipis vt educam populum istum, & non indicas mihi, quem missurus es mecum, præsertim cum dixeris, Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me.* In aliquibus exemplaribus ita legitur, Scio te præ omnibus, & gratiam habes apud me, quod pene idem est. Quid est enim [illegible] dicere, Noui te ex nomine, nisi scio te præ omnibus, id est, specialiter te noui præ omnibus? Et nomen enim, species cuiusque notatur. [*Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum manifeste, vt videam te, vt sim inueniens gratiam ante te, vt sciam quia populus*
D *tuus est gens hæc.*] Quod habet Græcus γνωστῶς hoc quidam Latini interpretati sunt, manifeste, cum scriptura non dixerit φανερῶς. Potuit ergo fortasse potius dici, *Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum scienter, vt videam te.* Quibus verbis satis ostendit Moyses, quod non ita videbat Deum in illa tanta familiaritate conspectus, vt desiderabat videre. Quod ille omnes visiones Dei, quæ mortalium præbebantur affectibus, & ex quibus fiebat sonus, quod mortalis attingeretur auditus, sic exhibebantur sicut Deus volebat specie qua volebat, vt non eis ipsa vllo sensu corporis sentiretur diuina natura, quæ inuisibilis vbique tota est, & nullo continetur loco. Et quia in duobus præceptis, hoc est, dilectionis Dei & proximi, tota lex pendet, ideo Moyses in vtroque suum desiderium demonstrabat, dilectionem, scilicet Dei, vbi ait, *Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum manifeste, vt videam te, vt sim inueniens gratiam in conspectu tuo.* In dilectione autem proximi, vbi ait, *Et vt sciam, quia populus tuus est gens hæc.* Quæritur quomodo Deus ad Moysen dixerit, *Scio te præ omnibus.* Nunquid Deus plus aliqua scit & aliqua minus [illegible] sicut dicitur quibusdam in Euangelio, *Non noui vos.* S[illegible] hanc enim scientiam qua Deus dicitur scire quæ sibi placent, nescire, quæ displicent. Non quia ignorat ea, sed quia non approbat. Sicut ars recte dicitur nescire [illegible] cum improbet vitia. Præ omnibus Deus Moysen [illegible]bat, quia Deo præ omnibus Moyses placebat. Notandum est, quod prius ipse Moyses dixerat Deo, *Dixisti mihi, Scio te præ omnibus*, quod illi Deus postea quam hoc ipse dixit, legitur dixisse, ante autem non legitur. Vt intelligamus non omnia esse scripta, quæ cum illo Deus locutus est. Sed diligentius requirendum est, in prioribus scripturæ partibus, an vera ita sit.

Capvt XIX.

De eo, quod Moyses vultus Dei contemplationem appetiuit, & Dominus coram eo transijt.

F Dixitque Dominus: *Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi. Et ait Moyses, Si non tu ipse præcedis, ne educas nos de loco isto. In quo enim scire poterimus ego & populus tuus, inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur ab omnibus populis, qui habitant super terram? Dixit autem Dominus ad Moysen: Et verbum istud, quod locutus es, faciam. Inuenisti enim gratiam coram me, & teipsum noui ex nomine, qui ait: Ostende mihi gloriam tuam, respondit: Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te. Et miserebor cui voluero, & clemens ero, in quem mihi placuerit, rursumque ait: Non poteris videre faciem meam. Non enim videbit me homo & viuet. Et iterum, Ecce, inquit, est locus apud me super petram. Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam te dextera mea, donec transeam, tollamque manum meam, & videbis posteriora mea. faciem autem meam videre non poteris.*] Si autem Deus erat, cum quo facie ad faciem loquebatur, cur se petebat videre, quem videbat? Sed hac ipsius petitione colligitur, quod eum sitiebat per incircumscriptæ naturæ suæ claritatem cer-
G nere, quem iam cœperat per quasdam imagines videre: vt sic superna essentia, mentis eius oculis adesset, quatenus ei ad æternitatis visionem, nulla imago creata temporaliter, interesset. Et viderunt ergo patres testamenti veteris Dominum, & iuxta Iohannis voce, *Deum nemo vidit vnquam.* Et iuxta eiusdem vocem Domini, *Nemo Deum vidit, & vixit:* qui in hac mortali carne consistentibus, & videri potuit per quasdam circumscriptas imagines, & videri non potest per incircumscriptum lumen æternitatis. Sin vero quibusdam in hac adhuc corruptibili carne, sed inæstimabili virtute crescentibus, quodam contemplationis acumine æterna Dei claritas videri, hoc quoque ab eiusdem viriutis sententia non abhorret qua dicitur: *Non enim videbit me homo, & viuet.* Quoniam quisquis sapientiam quæ Deus est vidit, huic funditus moritur, ne iam eius amore teneatur. Nullus
H quippe eam vidit, qui adhuc carnaliter viuit: quia nemo potest amplecti Deum simul & seculum. Qui enim Deum vidit, eo ipso moritur, quo vel intentione cordis, vel affectu operis, ab huius vitæ delectationibus tota mente separatur. Nemo ergo Deum vidit, & vixit. Ac si aperte diceretur: Nullus vnquam Deum spiritualiter vidit, & mundo carnaliter viuit. Cum autem dixisset Moyses ad Dominum, *Ostende mihi gloriam tuam*, respondit ei Dominus: *Transibit ante te gloria mea, & vocabor nomine Domini in conspectu tuo: & miserebor cui misericors ero: & misericordiam præstabo cui misericordiam præstitero.* Cum paulo ante dixisset: *Ipse antecedam te*, siue secundum aliam editionem, *facies mea præcedet te: & requiem tibi dabo.* Quid Moyses sic videtur accepisse: Antecedam te: tanquam non ei populo qui præsens in itinere futurus esset: & ideo ait: Si non tu ipse simul veneris nobiscum, ne me ducas hinc, &c. Deus autem neque ei hoc negauit dicens: *Et hoc tibi verbum quod dixisti faciam.* Quomodo ergo cum dixisset ei Moyses, *Ostende mihi gloriam tuam*, rursus tanquam præcessurus, & non cum eis simul futurus, videtur dicere: *Ego transibo ante te:* siue *transibit*

gloria

Ibid.

[illegible] *Cum venisset hora* [illegible] [illegible] mitte [illegible] [illegible] *Cum venisset ho*[illegible] [illegible] nitu [illegible] [illegible] magn[illegible] omni[illegible] o prophetia [illegible] ple [illegible] ad p[illegible] de h[illegible] [illegible] nes regni cœlorum quasi [illegible] in [illegible] ione mortuor[illegible] quoniam transitus ante [illegible] pa[illegible] ritus [illegible] factus est. Gratiam vero [illegible] eo ipse valde commendat, cum dicit: *Et vocabo nomine Domini in con*[illegible]. Tanquam in conspectu populi Israel, cum Moyses cum hæc audiret, typum gere[illegible] In conspectu enim gentis ipsius vbique dispersæ, vocatur Dominus Iesus in omnibus gentibus. *Vocabo* [illegible] dixit, non vocabor: actiuum verbum pro passiuo [illegible], genere locutionis insitato. In quo nimirum [illegible] latet. Sic enim fortasse significare voluit [illegible], gratia sua fieri, vt vocaretur [illegible] minus in omnibus gentibus. Quod vero addidit, &
B
[illegible] cui misertus ero, & misericordiam præstabo, [illegible] misericordiam præstitero, ibi plane expressius osten[illegible] vocationem qua nos vocauit in suum regnum & glo[illegible] non pro meritis nostris, sed pro misericordia sua. [illegible] oniam enim se gentes introducturum pollicebatur [illegible]. *Vocabo in no*[illegible] *ne Domini in conspectu tuo*, commem[illegible] [illegible] de miser[illegible] debuit tacere. Sicut Apostolus di[illegible]
LOcutus est dominus ad Moysen dicens: Anima quæ peccauerit, & contempto Deo, negauerit depositum proximo suo quod fidei eius creditum fuerit, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam [illegible], siue rem perditam inuenerit, & inficians insuper iurauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus peccare solent homines, conuicta delicti, reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere integra, & quintam insuper partem domino cui damnum intulerat. Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum sacerdoti iuxta æstimationem mensuramque [illegible], qui rogabit pro eo coram domino, & dimittetur illi. Certum quod [illegible] demum ordine & pec[illegible] quod in fine [illegible] quæ iureiurando committitur, ipsi[illegible] tradit: [illegible] tam[illegible] exeo, quod in[illegible] est, arietis sacrificium [illegible] præcepit: Quamobrem enim Paulo ante [illegible] peccato [illegible] arietem [illegible], nunc a nobis comm[illegible] dixi[illegible] sequentis diximus. [illegible] tum quod iureiurando est, & quod in [illegible] putauit: q[illegible] omnimodo vtrum[illegible] quæ [illegible] & qui [illegible] randum transgredi[illegible] sed & ipsi Deo, quem [illegible] facit. Non enim paruit ca[illegible] D[illegible] contra conscientiam suam [illegible] positum [illegible] suo abnegare, aut aliquid [illegible] extorquere [illegible] aut

D

[illegible] per[illegible] ditur. [illegible] si [illegible] non te[illegible] dum Historiam. C[illegible] tio sensus huic loco inserendus est. Ego [illegible] ipsam animam nostram & corpus, [illegible] mus a Deo, & vis videre maius aliud dep[illegible] accepisti a Deo: Ipsi animæ tuæ Deus ima[illegible] & similitudinem commendauit. Istud erg[illegible] tam integre tibi restituendum est, quam a te constat te susceptum. Si enim sis misericors, *sicut pater tuus in cælis misericors est*, imago Dei in te est, & integ[illegible] tum seruas, si perfectus es sicut & pater tuus cœlestis [illegible] fectus est, imaginis Dei in te depositum manet. Similiter & cætera omnia ipsius, si iustus, si sanctus, [illegible] dus corde, & omnia quæ in Deo præsto sunt per naturam, si tibi per imitationem subsistant, depositum apud te diuinæ imaginis saluum est. Si [illegible] e contrario agas, & pro misericorde crudelis, pro pio impius, pro benigno violentus, pro quieto turbulentus, pro liberali raptor existas: abiecta imagine Dei Diaboli in te imaginem suscepisti: & bonum depositum, commendatum tibi diuinitus abnegasti. Aut non hoc erat quod sub mysterio Apostolus electo discipulo mandabat Timotheo dicens: *O Timothee bonum depositum custodi.* Ego etiam illud addo, quod & Christum Dominum depositum [illegible] cepimus, & sanctum spiritum depositum habemus. Videndum ergo nobis est, ne hoc sancto deposito non sancte vtamur, & cum nos in consensum sui, peccata sollicitant, inremus nos non suscepisse depositum: quod vtique si habeamus in nobis pecc[illegible] consentire non possumus: sed & ipse sensus rationabilis qui in me est, commendatus mihi est, vt eo vtar ad intelligentiam diuinorum. Ingenium item, memoria, iudicium, [illegible], & omnes qui intra me sunt motus, commendati mihi videntur a Deo, vt eis vtar in his quæ præcepit lex diuina. Si vero ad [illegible] artes, solers & perspicax versatur ingenium, & rebus Dei abutamur, in his quæ non vult Deus: hoc est ab[illegible]rare depositum & beneficia vertere in perfidiam. Post hoc de rapina dicitur: Raptores sunt [illegible]unt & boni: Boni quidem illi de quibus dicit Saluator: *qui regnum diripiunt.* Sunt autem & mali r[illegible] de quibus dicit Propheta: *Et rapina pauperum in domibus vestris.* Apostolus vero abrupte pronuntiat dic[illegible]: *Nolite errare, quia neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.* Est tamen aliquid & [illegible] cundum spiritalem in[illegible] telligentiam culpabiliter rapere, sicut illi laudabiliter rapiunt regna cælorum, vt verbi caussa dicamus. Si homo nondum purgatus a vitiis, nondum segregatus a prophanis & sordidis actibus, velit se cœtui sanctorum, latenter ingerere, & sermonem quo perfecta & mystica tractantur audire, huiusmodi homo secretorum & perfectorum [illegible] non bene rapuit. Meminisse e[illegible] oportet præcepti saluatoris, quod dicit: *Quia nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin vtres rumpentur, & vinum peribit*: ostendens quod animæ nondum renouatæ, sed in vetustate malitiæ perdurantı non oporteat nouitatum mysteriorum, quæ per Christum mundus agnouit, secreta committi. Addit deinceps [illegible] *aut si quid nocuit proximo, vel si inuenit perditionem.* Lex, literæ hoc videtur mandare: vt si quis inuenit quod alius perdi[illegible] [illegible] quisitum fuerit, reddat, nec periuret pro eo: [illegible] audientibus ædificatio. Item secundum Allegoriam [illegible] perditam, seu perditionem, [illegible] L X X. h[illegible]betur: non incongrue possumus intelligere testimonia, quæ praue interpretata ab hæreticis in[illegible]emus: Multum enim hæretici perquirunt in scripturis diuinis vt inueniant perditionem, vnde astruant [illegible] errorem: Sed si forte aliquis horum audiens in [illegible] sta Dei verba catholic[illegible] respiciat & intelligit quia quod inuenerat, perditio est, [illegible] hoc est, non sibi vendi[illegible] [illegible]

Luc. 6

F

Tim.

G

Matt. 11. [illegible] 5

1. Cor. 6

Matt. 9.

H

A [illegible] *Auaritia est idololorum seruitus.* Atque radix omnium malorum est cupiditas. *Reddet*, inquit, *omnia quæ per fraudem voluit obtinere integra, & quintam insuper partem Domino cui damnum intulerat.* Quoniam enim cum eo qui præiudicium passus est in rapina vel in deposito: & contra ipsum quoque Deum iniuste agi per fallaciam vel periurium diximus: Recte horum quintam Deo dari iubet ad quem tendit iniuria: quinta autem lingua est. Esse enim quintam etiam hanc diximus, cum sit vna de quinque sensibus. Hæc ergo offertur Deo, vt, deinceps non peccet, quia per ipsam vnumquodque prædictorum committitur. Notandum autem, quod in Septuaginta, non quintam partem, sed quintas superaugeri debere, scriptum reperitur. Sunt qui ita exponunt, vt non pro quinque verbi gratia nummis subtractis, vno addito, id est, pro quinque sex nummi reddantur. (B) Sed qui furatus sit quinque nummos, ipsos quidem re-

(E) [illegible] (Origenes) [illegible] istos [illegible] mus [illegible] in seculo [illegible]: & im[illegible] vsum eorum in his quæ no[illegible] Deu[illegible]us, restituamus: nunc ipsos quinque sanctis ac[illegible]us, religiosisque ministeriis & alios eis quinque addamus, qui sunt interioris hominis sensus, per quos vel mundi corde effecti. Deum videmus, vel aures habemus ad audienda ea, quæ docet Iesus, vel odorem capimus illum, quem dicit Apostolus: *quia Christi bonus odor sumus*: vel etiam gustum sumimus illum, de quo dicit Propheta: *Gustate & videte quoniam suauis est Dominus*, vel tactum illum, quem dicit Ioannes: *Quia oculis nostris perspeximus & manus nostræ palpauerunt de verbo vitæ*: His autem omnibus vnum superaddimus: vt ad vnum Deum hæc cuncta referamus. (F) Quid vero de arietis sacrificio agendum sit, supra expositum est.

2. Cor. 5. Psal. 33. 1. Iohn. 1.

FINIS LIBRI PRIMI.

HRABANI MAVRI, ARCHIEPISCOPI MOGVNTINI, ENARRATIONVM IN LEVITICVM,

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

De lege holocausti & ritu sacrificiorum & libaminum.

(C) LOcutus est Dominus ad Moysen dicens: *Præcipe Aaron & filiis eius: Hæc est lex holocausti. Cremabitur in altari tota nocte vsque ad mane: ignis ex eodem altari erit, vestietur sacerdos tunica & fœminalibus lineis, tolletque cineres quas vorans ignis exussit, & ponens iuxta altare spoliabitur prioribus vestimentis, indutusque aliis, efferet eos extra castra, & in loco mundissimo, vsque ad fauillam consumi faciet, & cætera*: Hic de iugi sacrificio lex loquitur: quod quotidie in libro Exodi offerre (Isichius.) præcepit sacerdotes. Ait enim sic: *Hoc est quod facies: In altari agnos anniculos duos per singulos dies iugiter.* (Exod. 19.) Et paulo post: *Oblatione perpetua in generationes vestras*: Dicit autem: *Facies holocaustum vnum agnum mane, & alium facies vespere.* Per hæc ergo intelligimus, quia in eorum quidem qui sunt de plebe, voluntate datum est, si volunt offerre holocaustum, propter quod sacrificium illud munus eorum, (D) vel ex spontanea oblatio nominatur: Neque enim ab omni homine perfectissima exigitur sapientia: Sacerdos tamen omnimodo debet perfecte sapere. Perpetuum [illegible] in sacrificiorum, id est, continuum holocaustum secundo in die mane & vespere offerre præcipitur, vt à perfecta sapientia incipiens, in eadem finiat, & totam suam vitam componat ad perfectionem. Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos: Oportet quippe eum qui holocaustum, id est, perfectæ sapientiæ operationem debet, semper accendere ignem sancti spiritus & non sinere extingui: Extinguitur autem & eorum quibus dunatus est negligentia. Propter quod & Paulus ait: *Spiritum nolite extinguere*: (Thes. 5.) velut in nostra potestate sit positum, extinguere illum, siue accendere. Tota autem nocte incendi ignem iussit, non quod in die non incenderetur: (G) Nam quomodo secundo fieret diebus singulis holocaustum: Sed quia manifestus erat ignis diuinus, nocturnum addidit, quia ergo nox, caligo est vitæ huius, id est, ea quæ multos obtinet ignorantia. De qua Paulus dicebat: *Nox præcessit: dies autem appropinquauit.* (Rom. 13.) Nos præcepit, qui holocaustum Dei facti sumus, etiam in nocte accendere ignem, vt cum alij legem transgrediantur & terreni sint, nos simus spirituales. Subdit autem. *Vestietur sacerdos tunica & fœminalibus lineis*: Sacerdos hic qui holocaustum offert, vnusquisque perfecte sapiens intelligitur, quia sacerdotium perfectionis exemplum est, propter quod & *regale sacerdotium, populus fidelis* appellatur: (1. Pet. 2.) vtpote legem perfectam Euangelii suscipiens. Qui ergo vult offerre holocaustum, *tunica*, id est, iustitia, *& fœminalibus*, id est, castitate induatur. *Deus* autem & tunicam & fœminalia vult esse non ex lana: quia linea vestis habilis, molliusque adhærens est corpori. Aspera autem ea quæ ex lana est. Ex quo docet, quia habiles multumque cohærentes sunt animæ Iustitia & Castitas: Simulque hoc docet, quod quemadmodum facile cuique est ad habendum sic virtutes volentibus eas consequi faciles sunt, & quæ cito conquiri possunt. (H) His autem indutum iubet auferre cineres holocausti quos ignis consumpsit de altari: Quid per hæc docens, nisi vt quemadmodum hostia aufertur, id est, sacrificium quod peractum est holocaustomatis, vt aliud iterum simile offeramus, ita & nos faciamus. Virtutes quippe quas cooperante spiritu gerimus, singillatim debemus ponere, vt alias rursus operemur, & non tantum præcedentibus contenti simus: sed & alias adiungamus: Quemadmodum is qui currit relinquens transcursa, ad reliqua currenda contendit: quia videlicet aliter ad brauium non potest peruenire: Propter quod cum auferri de altari præcepisset consummatum igne holocaustum, poni illud iuxta altare præcepit. Esse autem Christū holocaustomatis altare diximus: Auferimus ergo ei olim opere consummatas virtutes, quādo habemus tēpus operandi, quasi non nobis imputet præcedentes negligentibus,

si non

A ... s, alias construamus. Seruat enim nobis ... s iustus iudex quæcumque bona ... per iniquas actiones præuaricati ... ium tamen est quod aliis indum ... s sacerdos ... est in sacrificiorum ministerio, & ... cum procedit ad populum. Hoc faciebat & Paulus ... mus Pontificum, & peritissimus Sacerdotum, qui cum esset in cœtu perfectorum, tanquam inter ... sancta sanctorum positus, & stola & perfectione indutus dicebat. *Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam autem non huius mundi, neque principum huius mundi qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in ... absconditam, quam nemo principum huius seculi cognouit: si enim cognouissent, nunquam Deum maiestatis crucifixissent.* Se ... post hæc tanquam ad populum exiens, mutat ... & aliam duitur longe inferiore quam illa. Et ... dicit: *Nihil aliud, inquit, me iudicaui scire inter vos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum.* Extra castra autem in locum mun... simum iubet efferri, id est, præmittere ad futurum ... cium. Illud ... num extra castra est præsentis ... est mundus, qui ab omni corruptione mundum est futuri seculi iudicium: sed quid est quod

B addidit. *Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiiciens ligna mane per singulos dies?* Quemadmodum ergo materia ignis sunt ligna, mane autem ... iubet componi ... sunt materia subministrationis spiritus, diuina ... testimonia, & sacrorum eloquiorum meditatio, quæ supra esse ligna diximus: Ergo hæc, mane in lumine componere debemus, id est, in vigilantia & sobrietate animæ. Non solum enim nobis in die sed & in nocte, id est, non solum in tempore sobrietatis, sed & intelligibili nocte, de qua Paulus dicebat: *Non ergo dormiamus sicut & cæteri, non habentes spem, sed vigilemus & sobrij simus: Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt.* Ignis subiiciat subministrationis spiritus: in quo ordinari oportet intelligibilem hostiam & adipem pacificorum: ignis autem est iste perpetuus, qui nunquam deficiet de altari. *Spiritus enim est Deus, & qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare*, vnde & in-

C telligibile altare, quod est Christi corpus, inextinguibilem habet ignem subministrationis spiritus. Item, secundum Tropologiam: Altare Dei, est cor nostrum, in quo iubetur ignis semper ardere, quia necesse est ex illo ad Dominum charitatis flammam indesinenter ascendere. Cum per singulos dies sacerdos ligna subiiciat ne extinguatur: Omnis enim CHRISTI prædicator, membrum vtique summi sacerdotis effectus est, sicut cunctis ... dentibus Petrus Apostolus dixit: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium.* Et sicut Iohannes Apostolus dixit: *Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotium.* Sacerdos ergo in altare ignem nutriens, quotidie ligna subiiciat, id est, fidelis quisque ne in eo charitatis flamma deficiat, in corde suo tam exempla præcedentium, quam sacræ scripturæ testimonia congerere non desistat: Nam quasi quædam fomenta igni dare est, in exercitatione charitatis, vel exempla patrum, vel præcepta Dominica ministrare, quia enim interna nouitas nostra ipsa quotidie huius vitæ conuersatione veterascit: ignis ille adhibitis lignis

D nutriendus est, vt cum per vsum se vetustatis nostra nouitas extenuat per patrum testimonia & exempla renouetur. Et bene illic præcipitur, vt mane ligna per dies singulos congerantur: Hæc quippe non fiunt, nisi cum nox cæcitatis extinguitur, vel certe, quia mane prima pars diei est, post posita cogitationibus vitæ præsentis hoc priore loco quisquis fidelium cogitet, vt quod in se tamque quasi deficit, quibus valet nisibus, studium charitatis inflammet. Ignis enim iste in altari Domini, id est, in corde nostro citius extinguitur, nisi sollerter adhibitis exemplis patrum & Dominicis testimoniis reparetur. Bene autem illic subiungitur: *Et imposito holocausto desuper adolebit adipes pacificorum.* Nam quisquis in se ... ignem charitatis accendit, semetipsum vt que holocaustum ... desuper imponet, quia omne ... quod in ... vocabat exu... Cum enim cogitationum suarum ... considerat & vitam reprob... per immutationis gladium mactat in ara se ... cordis imposuit, &

ne ... a b ... ouæ ... issimum ... b ... in ... gubi ... net, ... *Ignis enim iste perpetuus, qui nunquam ...* nunquam prolocere ... tam post hanc vitam, ... tis adcresc it. Æterna quippe ... vt omnipotens Deus quo magis visus fuerit, ... diligatur.

Hæc est lex sacrificij & libamentorum, quæ offerent ... coram Domino ... coram altari. Tollet sacerdos pugillum similæ quæ conspersa est oleo & totum thus quod ... tum est. Adolebitque illud in altari in monimentum ... Domino, reliquam autem partem similæ, comedet ... cum filiis suis absque fermento, & comedet in loco ... tabernaculi: Ideo autem non fermentabitur, quia ... in ... offertur incensum. Sanctum sanctorum erit, sicut pro ... atque delicto. Mares tantum stirpis Aaron comedent ... tum sempiternum in generationibus vestris, de ... ni, omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur. Le... reiterans, quæ semel ... posuit, vt in ... ne mandati, legentes ad memoriam reuocaret. ... nus autem per repetitionem legis, necessario ... ret lectionem, interponit aliquid amplius, ... necessarium hoc mandatum & inexcusabile ... steret. Sicut ergo in præcedentibus, de ... sacrificia iterauit: permiscens eis assiduitatem ipsius, vt est illud: *Ignis qui in altari est semper ardeat, nunquam ... deficiat.* Sic & nunc, cum sacrificium similæ deduxisset ad medium, per quam significari Theologiam in huius libri exordio demonstrauimus: addidit, quod oporteat eam in loco tantum sancto & a masculis, non autem vbique, aut etiam ab omnibus comedi, De ipsa vnde qualia etiam nunc præcepit: *Hæc est lex sacrificij & libamentorum, quæ offerent filij Aaron coram Domino & coram altari*: Hoc ergo de quo nunc sermo est: filij Aaron, id est, sublimes in sapientia homines soli offerre debent coram Domino, id est, secundum quod Dei voluntas est, non superfluo in diuino disputantes, sed quæcumque nobis Christus reuelabit: Hoc enim intellige quod ait, *coram altari* Quia altare esse humanitas vnigeniti demonstrata est, ergo in his Theologiam constituamus, quæ nobis incarnatus tradidit Dominus, vt patrem in eo & ipsum in patre cogitemus, & de spiritu sancto sciamus quia & ipsius est filij, & a patre procedit. *Tollet sacerdos pugillum similæ quæ conspersa est oleo, & totum thus quod super similam positum est, adolebitque illud in altari in monimentum odorem suauissimum Domino.* Cum eleemosyna & oratione, hæc enim figurantur per oleum & thus, quibus necessario Theologia conquiritur, vtrinsque siquidem adiutorium vt non excidant ex veritate, qui de Deo loquuntur, necessarium habens huius in monimentum. Intelligibilis sacerdos Christus pugillum tollit, quia summa scientia apud eum permanet, quod in monimentum quidem est, quia in perpetuum erit permansura memoria. Neque enim quemadmodum ea quæ nunc est nostra scientia prouectu destruitur: Quia *quando venerit quod perfectum est*, sicut ait Paulus, *destruetur quod ex parte est.* Itaque summam cognitionis & perfectæ scientiæ esse apud Christum legislator innuit. Quid autem his subdat, intende, *Reliquam autem partem similæ comedet Aaron cum filiis suis*: Vt non ex toto a Theologia cessemus, pro eo quod summa scientia in futurum conseruatur: Quæ autem nobis ab eo relicta est, id est, tradita, hanc comedere nos iubet scientiam & operari: Sed intuendum vbi hanc & quomodo oporteat operari. Sequitur. *Absque fermento, & comedet in loco sanctuarii tabernaculi.* Non coquitur cum fermento, id est, secundum Iudaicam doctrinam, neque secundum gentile fermentum: quia non vult nos verbum loqui: sed vt munda sit ob omni permixtione, & absque omni fermento: Comedi autem illam in atrio tabernaculi testimonii præcepit, id est, operari in ecclesia. Tabernaculum enim testimonii cœlum est, in

A [illegible] od hab [illegible] st, [illegible] in [illegible] Theo- [illegible] *in [illegible] Demonum.* [illegible] tem in domo E[illegible] : Ait quippe P[illegible] *Nyph [illegible] cum et* [illegible]. [illegible] quæ domum [illegible] lesiam, quando semet ipsam [illegible] hoc tam domo [illegible] Deo loquitur Theologiam recte potest. Tales sunt, qui [illegible] de sacrificijs Domini, id est, loqui de Deo vel Theologia de diuinis & oblationibus dicitur de quibus subdidit: *Sanctum sanctorum est*: Qui [illegible] sanctorum contemplationem possident, [illegible] *pro peccato & quæ de [illegible]*: Similiter illud volens ostendere, pro peccato & pro delicto sacrificium. [illegible] enim de Deo maxime [illegible] ptionem & emundationem [illegible] habetur, quando oleo & thure eleemosynæ videlicet & orationi, sacrificium verbi Dei, id est, Theologiæ coniungitur. *Mares*, inquit, *tantum stirpis Aaron comedent illud, legitimum sempiternum est in generationibus vestris de sacrificiis Domini.* Non ergo omnium est de Deo disputare, sed talium qui, nihil fœmineum, nihil fluxum in cogitationibus habent, quod legitimum æternum in generationibus eorum. id est, in perpetuum custodire præcepit: vt in omni tempore intendamus, nullatenus de Deo disputare præsumere: quamdiu per qualdam [illegible] cogitationes diffluentes vel seculares. has phantasias à masculorum excidimus dignitate. Quod autem nouissime de sacrificiis dictum est, *Omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur*, hoc secundum literam Iudaicam non potest stare. Quomodo omnis qui tetigerit de sacrificio sanctorum sanctificatur, si homicida tetigerit, si prophanus tetigerit, incestus: Non enim excepit aliquem, sed dixit: *Omnis qui tetigerit ea sanctificabitur* quærendus est [illegible] intellectus mysticus: quia sacrificium pro quo hæc omnia sacrificia in typo & figura processerunt vnum & perfectum immolatum, est Christus: Huius [illegible] tetigerit: hoc est, si credulo [illegible] salutis suæ sacramentis passione & resurrectione [illegible], continuo sanctificatur, si immundus est, sanatur [illegible] plaga est. Omnis quippe Dei commemoratio sanctificationem præstat quod testatur Paulus dicens. *Quia omnis creatura Dei bona & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, sanctificatur autem per verbum Dei & orationem.* Sed cum dicit: tangentem sanctificari, plane ostendit, quia in disputando de Deo, id est, in Theologia, sufficit nobis etiam tantum tangere [illegible] quemadmodum ignem qui vult calefieri: Nam si interius mittat manum, pro eo quod potuit calefieri, comburitur, sic & qui profundius vel altius de Deo disputare præsumit. pro eo quod gloriosius quid vult ostendere, in blasphemiam cadit, dum comprehendere altitudinem diuinitatum dogmatum non possit.

Psal. 67. Coloss. 4. 1. Tim. 4.

B C

Capvt II.

D

De hostiis Aaron & filiorum eius in die vnctionis suæ.

Leuit. 6. *Et locutus est dominus ad Moysen dicens: Hæc est oblatio Aaron & filiorum eius quam offerre debent domino in die vnctionis suæ: Decimam partem Ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno: medium eius mane & medium vespere: quo in sartagine oleo conspersa frigetur, offeret autem eam calidam in odorem suauissimum domino: sacerdos qui patri iure successerit, & tota cremabitur in altari, omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo.* Omne sacrificium quod ad sacerdotis refertur personam, vnigeniti sacrificij figuram gerit, sicut per præsentem demonstratur legem. Ait enim: *Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Hæc est oblatio Aaron & filiorum eius quam offerre debent domino in die vnctionis suæ*: Multorum quidem sacerdotum hoc donum est. At quippe *Aaron & filiorum eius*, sed v[illegible] offertur [illegible] omnis sacerdotum [illegible] ergo & [illegible] Christi sacrificium [illegible] oblat[illegible] est. Et quoniam factum est *in die vnctionis eius* [illegible] tempore quo [illegible] est. [illegible] enim [illegible] in vn[illegible] incarnatio dicitur, de qua, ait Petrus: *I[illegible] quomodo eum vnxit Deus spiritu sancto & virtute*: Hæc vero quomodo aut quando facta sint, Gabriel Mariæ [illegible] xit: *Spiritus sanctus*, inquit, *superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi*: Quam ergo oblationem cum [illegible] vnctus fuerit, post incarnationem videlicet verbi [illegible] ator offerri præcepit? *decimam partem Ephi offerent similam in sacrificio sempiterno, medium eius mane, & medium eius vespere, quæ in sartagine oleo conspersa frigetur.* Sed decimam quidem ephi similæ, esse vnigeniti humanitatem. in superioribus ostensum est, cum & Ephi vtpote mensuram tres modios capientem, Trinitatem esse recte diximus. Si autem ephi, domini caro esse, vt & diuinitatis supereminentia demonstretur, dominicæque carnis cum ea inseparabilitas, hoc nihilominus in sacrificium perpetuum est: quia sicut ait Paulus: *Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos, vnde & saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad Deum*: *Medium autem eius mane & medium vespere*: Mane passio incipiens: Ex quo enim in atrio Caiphæ alapis cædebant alligantes, vsque ad vesperum protelata est: Tenebris enim eam interpolantibus, & à sexta hora vsque ad nonam factis, necessarie sacrificium in mane, & sacrificium vespere, diuidi dicitur: *Hoc autem in sartaginem oleo conspersa frigetur*: Sartaginem Domini crucem vt pote fortem, & nihil ab igne humanorum peccatorum læsam, accipi oportet, quæ etiam superimpositam Dominica carnem edibilem hominibus reddidit: Nisi enim super imposita fuisset cruci, nos corpus Christi nequaquam mystice percepissemus: Hæc in oleo conspergitur, quia nobis compassus est, impassibilis passione sustinuit carnis: Omne autem hoc sacrificium est suauissimi odoris Domino humano quippe generi salutem præstitit, hac autem Deo vtpote *creaturæ naturæ nihil est suauius. Ad maiorem autem explanationem quod vnigeniti sacrificium significet, intende quid subdidit. *Sacerdos qui patri iure successit*: Quod 70. ita ædiderunt: *Sacerdos vnctus pro eo ex filiis eius faciet, & cætera.* Quia*, quid est Christus & Iesus, Paulus probat dicens: *Nobis vnus dominus Iesus Christus per quem omnia.* Quia enim per Aaron est, non in loco ipsius, sed pro eo, translato in se videlicet sacerdotio, manifestum est ex eo, quod ipse sacerdotium suscipiens, illius sacerdotii ministerium cessare fecit. Sed & quod ædiderunt ex filiis eius: Esse ex eius filiis iuste creditur, vtpote qui ex Iacob fœmoribus descendebat: Beatissimæ genitricis Domini ex eadem tribu linea descendente. Quod ad conclusionem legis huius sequitur, intendendum est: *Et tota cremabitur in altari. Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo*: Quid ergo per hæc contestamur? nisi vt non dicatur de Domino: quod is qui ex muliere natus est, passus est: qui autem descendit de cælo, passus non est: *Nobis enim vnus dominus Iesus Christus per quem omnia*: quem hi qui crucifixerunt non cognouerunt cuius esset dignitatis atque virtutis. *Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.* Ipsius ergo est verbi incarnati passio, quæ prouenit in carne, quamobrem tota cremabitur in altari: Ipsius ergo est *qui semetipsum totum exinaniuit, & formam serui accepit, & habitu est inuentus vt homo: humiliauitque semetipsum, obediens factus vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Septuaginta dixerunt: *holocaustum fiet integrum*: Erit: Aquila ædidit: *Non ergo comedet ex eo quisquam*, id est non diuidetur; quia diuinum est, diuidere & partiri cibos, cum aliter mandi non possint. Christi autem sacrificium indiuisibile demonstratum est, & propterea comedi non potest. Potest & hoc sacrificium per alium typum figurari: Videlicet [illegible] ego suspicor sacrificium sacerdotis hæc ipsa sit lex quæ per Moysen promulgatur: *Cuius dimidium mane iubetur offerri: dimidium vero ad vesperam.* Quam legem in duas partes diuidi præcepit, in literam videlicet & spiritum. Et dimidiam quidem partem, quæ est litera, offerri iubet mane, primo

Act. 24. Luc. 1. Hebr. 10. *creatori *quidem 1. Cor. 8. Ibid. Phil. 2. Origenes

E F G H

scilicet

A scilicet legis tempore, quo illis quibus tunc secundum literam data est, nouam lucem & nouum protulit diem. Dimidium vero eius offerri iussit in vespera, in vespera cum nobis datus est saluatoris aduentus, in quo pars illa diuina, hoc est sensus vel spiritus legis, secundum quod lex spiritalis est, offeratur. *Oleo conspersa tenera*: Oleum ad misericordiam reuocatur, quæ debet in sacerdotibus abundare: *tenera*, ad subtilem & puram intelligentiam pertinet. Quod autem à sartagine dicitur, puro quod descriptum & multa continentia aridum & torridum velit esse sacerdotem, in quo nihil remissum haberi ad luxuriam, nihil fluitans ad libidinem possit. Quod autem sacrificium ipsum ex fragmentis nominauit in odorem suauit[illegible] uto quod fragmenta sacerdotum velit intelligi: cum legis per eos litera frangitur, & cibus ex ea latens intrinsecus spiritalis educitur, vt audientes turbæ reficiantur. Sicut & dominus fecisse refertur in Euangelio: *Vbi benedixit panes, & dedit discipulis: & discipuli confringentes apposuerunt turbis, & cum saturati fuissent omnes, superfuerunt*, inquit, *fragmentorum cophini duodecim*. Illud est ergo

Ioan. 6

B sacrificium ex fragmentis, cum minutatim quæ sunt legis sancta discutimus, vt spiritalem ex his cibum purumque capiamus: *Et hæc est*, inquit, *lex æterna*: Ioannes quidem Apostolus in Apocalypsi dicit esse Euangelium æternum, inuenimus & hic scriptum esse legem æternam, sed isti qui legem secundum literam [illegible] qui soluunt, velim mihi nunc dicerent: quomodo lex huius sacrificii esse possit æterna? Cum vtique, destructo templo, subuerso altari, & omnibus quæ dicebantur sancta prophanatis, ritus iste sacrificiorum non potuerit permanere, quomodo ergo æternum dicebat, quod olim cessasse & finitum esse iam constat? Restat vt secundum eam partem lex hæc æterna dicatur, qua nos dicimus legem esse spiritalē, & per eam spiritalia offerri posse sacrificia, quæ neque irrumpi vnquā, neque cessare possunt. Non enim in loco sunt qui subuertitur, aut in tempore quod mutatur: sed in fide credentis & in corde sacrificantis. Sane quod ait: *Non detur de sacrificio sacerdotis, sed holocaustum erit*: certum est ad Domini &

C saluatoris nostri personam referri: De illius enim sacrificio non edetur, sed holocaustum erit. Hoc in loco sacrificium, verbum ipsum accipiendum est & doctrina, de qua nullus edet hoc est nullus disputat, nullus retractat, sed holocaustum est: Quicquid enim dixit, quicquid statuit, æterna consecratione perdurat. Nullum omnipotenti Deo tale est sacrificium, quale zelus animarū: Hinc enim Psalmista ait: *Zelus domus tuæ comedit me*: Quantum vero frixura cordis, quæ per spiritalem zelum agitur, omnipotentem Dominum placat, aperte ostenditur, cum offerre per legem simila in sacrificium iubetur, de qua scriptum est: *In sartagine oleo conspersa frigetur, & offeret eam calidam in odorem suauissimum Domino sacerdos qui patri iure successerit, & tota cremabitur in altare*. Tunc enim simila in sartagine frigitur, cum munda mens iusti per zelum sancti ardoris crematur, quæ conspergi oleo præcipitur. Quia Græce oleos misericordia dicitur, non immerito per oleum misericordia designatur. quę in cōspectu omnipotentis Domini ardet & lucet. Conspergatur ergo oleo mens quæ in sartagine frigitur, quia sancti zeli districtio

Gregor. epist. 68.

D necesse est vt misericordiæ virtute & ardeat & clarescat: Amat enim eundem ipsum quem insequi videtur; Vnde & calida in odorem suauissimum Domino offerri præcipitur, quia si amorem zelus non habet, ea quæ in sartagine offertur calorem simila amisit. Et notandum quis ea offerre præcipitur, videlicet sacerdos qui patri iure successerit. Ille enim sacerdos patri iure succedit, qui esse se omnipotentis Domini filium moribus demōstrat, atque nobilitate intima operum suorum ignobilitate nō discrepat. Quæ in altare tota cremari præcipitur, vt videlicet holocaustum fiat: Holocaustum enim totum incensum dicitur, vnde & in translatione altera hoc in loco, hæc cadem simila quæ in sartagine frigitur, holocaustum [illegible] iubetur. H[illegible] autem inter holocaustum & sacrificium distat, quia omne quidem holocaustum sacrificium est, non vero omne sacrificium holocaustum: Sunt enim multa bona quæ aguntur sacrificia: sed holocausta non

E sunt, quia totam m[illegible] nam [illegible] m spiritalem minime incendunt: [illegible] nimi[illegible] ea quæ [illegible] sunt, vt tamen & quæ [illegible] culi non [illegible] nqu[illegible] ficium, & non holocaustum [illegible] q[illegible] quæ mundi sunt deserunt, & [illegible] a mente [illegible] d[illegible] moris accenduntur, ij n[illegible] um omnipoten[illegible] sacrificium & holocaustum fiu[illegible] t. [illegible] ne est munda mens iusti, [illegible] zeli spirit[illegible] per sollicitudinem animarum [illegible] & n[illegible] crificium, sed etiam holocaustum Domino [illegible] putatur.

CAPVT III.

Quo ordine hostia pro peccato oblata à Sacerdote compleatur.

F *LOcutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere Aaron & filiis eius: Ista est lex hostiæ pro peccato: [illegible] loco vbi offertur holocaustum, immolabitur coram Domino, sanctum sanctorum est, Sacerdos qui offeret, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi, quicquid tetigerit carnes eius sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto, vas autem fictile in quo cocta est confringetur. Quod si vas æneum, defricabitur, & lauabitur aqua, omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia sanctum sanctorum est. Hostia enim quæ cæditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonii, ad expiandum, in sanctuario non comedetur, sed comburetur igni.* Quæ est autem hæc lex? *In loco vbi offertur holocaustum immolabitur coram Domino, sanctum sanctorum est*, pro[illegible] Aaron & filiis eius prædicta mandantur: Quia offer[illegible] pro peccato sacrificium, id est, pœnitentiam sublimium & summum [illegible] est, atque, iterata subleuatorum, q[illegible] non præstat nisi à malo recessio. Ergo vbi holocausta immolantur, ibi & quæ pro peccato sunt occiduntur: Quia qui offert pœnitentiam, iam in[illegible] qua totum semetipsum obtulit Deo, & omnia [illegible] a seculo, vnde & holocaustum eius appellatur. Conuersatio & [illegible] vtriusque

Leuit. 6.

G oblatio, in conspectu est Domini: Placita enim est Deo, quando secundum eius intentionem offertur, sicut autem placita Deo sanctum sanctorum re[illegible] appellata est. Si enim non esset sanctorum sanctum pœnitentiæ sacrificium, nunquam pœnitentem introduxisset in sancta sanctorum eum, qui per peccatum inde prius expulsus est. *Sacerdos qui offeret, comedet eam*, qui offeret ait: Hic autem Christus est, qui nostra peccata suscepit: Recteque nostram offeret pœnitentiam. Et quoniam [illegible] madocet, loco cognosce in quo comedet. *In loco sancto in atrio tabernaculi*, vel sicut 70 ediderunt: *in atrio tabernaculi testimonii*. Atrium autem tabernaculi testimonii Ecclesiæ est, ipsa quippe ante cœlum, atrium tabernaculi testimonii est, vbi Christus pœnitentium salutē operatur, quia salus eius etiā cibus appellatur: *Meus enim cibus est*, inquit, *vt faciam voluntatem patris mei*., voluntas autem eius est, vt peccator conuertatur & saluetur. Insuper ait: *Quicquid tetigerit carnes eius*

Ioan. 4.

H *sanctificabitur*. Carnis autem pœnitentiæ intelligimus ieiunium, vigilias, cilicinum vestimentum, cum lachrymis orationem, eleemosynam, ex his enim consistit pœnitentia, quæ qui tangit, recte sanctificabitur. *Et si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto*: Sanguis pœnitentiæ propriè baptismus est, quia sicut vita omnis carnis sanguis est: sic & pœnitentiæ domum baptismus est. Omnis enim qui agit pœnitentiam, si non perceperit baptismum, inutilis est, & sine aliquo lucro pœnitentia, mortuaque, & exanimis. quia veterem peccati hominem non aliter quispiam nisi ablutione regenerationis deponit. Quod si dicas: Et quomodo qui olim baptizati sunt homines pœnitentiam agent? Cognosce quia virtus præcedentis baptismatis operatur & in ea quæ postea acta fuerit pœnitentia. Hæc ergo est interpretatio legislatoris: quod quemadmodum qui comedet carnes prædicti sacrificii, quamuis oblatio alterius sit, sanctificatur: per hoc autem ostenditur, quod & is qui non eget pœnitentia, si quid egerit horum, pœnitentiam agens sanctificatur similiter vel si multum paruus quispiam baptizatus fuerit, qui

needum

A necdum forte peccauit, mundatur, & quid ei est opus mundatio? Ad hoc ei opus est, quia *nemo est mundus a sorde, nam licet vnius diei vita eius sit super terram*, sordem tamen quam ex Adam successione & generatione traxit retinet. Et ideo eum qui sanguine pœnitentiæ aspersus est, nō dixit, sicut immundum lauari, ait enim: *Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa*: id est, caro; Ipsa est enim vestis interioris hominis, quæ si aspersa fuerit, ibi *Lauabitur in loco sancto*; in domo mystica spiritus. Ergo si quis foris lotus fuerit, sicut sunt verbi gratia, paganorum aspersiones, non lauatur: quia non in loco sancto aspersionem, neque ablutionem suscepit. *Vas autem fictile in quo cocta est confringetur, quod si vas æneum, defricabitur, & lauabitur aqua.* Quod est autem vas fictile & vbi iacens: Paulus ostendit, cum dicit: *In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea; sed & lignea & fictilia. Et quædam quidem in honore, quædam autem in contumeliam.* In contumeliam videlicet ea quæ sunt fictilia: Magnam autem domum vtpote quæ domus Dei est, Ecclesiam intellexit, in qua aurea vasa & argentea, iusti, fictilia peccatores sunt. Dixit quippe &

B *Esa. 3.* Esaias de Ierusalem: *Veniet contritio eius & comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida: & non inuenietur de fragmentis eius testa in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea.* Ergo quia vasa in quibus carnes sacrificii coquuntur, in templo sunt, esse autem in templo Dei quædam infirma vasa, ex prædictis verbis Apostolicis ostendimus. Quicumque est in templo vas fictile, id est, infimus quispiam & sordidus: & qui in peccando consuetudinem fecit, vt ex hoc sicut amator peccatorum, vas contumeliæ nominetur, cocto sacrificio per quod peccatorum dispensatur remissio, propterea confringitur siue conteritur: quia cum esset infirmus, bona male percepit, videns enim peccata dimitti, putat semper licere peccari, & ex eo quod iuuatur altera læsio & contritio, infirmitatis inuenitur alterius. Quicumque autem fortis est vt æs, & æruginem peccati non habens, hic co-

C ctione pœnitentiæ non conteretur, neque confringetur, sed defricatur siue extergitur, id est, diluitur: Et quomodo diluitur? aqua lotus. Videns enim alium pœnitentem, mouetur ad compunctionem & mundatur, aqua lachrymarum lotus. *Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur carnibus eius, quia sanctum sanctorum est.* Sacerdotem quidem offerentem integrum sacrificium & comedentem, intelligas Christum. Ipse autem nostram offeret pœnitentiam, ipse & comedit, quia cibum salutem peccatorum habet. Carnes autem sacrificii quæ pertinent ad pœnitentiam, omnis masculus de sacerdotibus comedet, omnem fortitudinem conuenienter exhibens, cui recte

Psal. 26. dicitur, *Viriliter age & confortare & sustine Dominum*; Et hæc quidem ita se habeant. Sed intuendum est quem subinferat terminum; *Hostia autem quæ cæditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculo testimonii, ad expiandum, in sanctuario non comedetur, sed comburetur igni: & cuius sanguis pro peccato in tabernaculum testimonii ad expiandum seu deprecandum offertur*: Vituli scilicet congregationis siue synagogæ: & idem vituli pro peccato pontificis: Hoc enim plenissime

D superius dixi, quia ergo illa sacrificia multis probationibus ad Christum ostendimus pertinere, recte ea comedi non præcepit, sed igne comburi: Neque enim per ea per quæ sibi vnusquisque remissionem peccatorum profligat: per ieiunium verbi gratia, aut vigilias, vel aliam similem conuersationem, per hæc Christus peragit remissionem, sed auctoritate & virtute propriæ diuinitatis: Christi enim passiones, per quas nobis remissio procuratur; non hominis cuiusquam puri: sed Dei sunt incarnati. Propter quod non est esibilis hominibus, sed igne consumitur; quia solius Dei est remissionem omni præbere

Hebr. 12. Origenes. suo plasmati, quem per ignem significat: *Deus enim noster ignis consumens est.* Hostiarum quædam quidem sunt Dei solius, ita vt nullus hominum participet ex ipsis: quædam sunt Aaron sacerdotis & filiorum eius: quædam ipsius & filiorum & filiarum eius, ita vt etiā vxori sacerdotis edere liceat ex his: quædam sunt sacerdotum & filiorum ac filiarum earū; sed de quib. edere liceat etiam filios Israel, & in illis quidem hostiis de quibus licet edere filios Israel,

E sine dubio habent participium etiam sacerdotes & filii sacerdotum; non tamen ex omni hostia, quam edet sacerdos, etiam filios Israel edere licebit. Prima ergo est hostia holocaustoma: Neq; n. oportebat aliam primo hostiam nominari, nisi eam quæ omnipotenti Deo offerebatur. Secunda hostia est, quæ ad edendum sacerdotibus mancipatur. Tertia, de qua et filios Israel contingere vel edere, ipsos scil. qui offerunt fas est; sed filios Israel, non omnes, nisi illos tantum qui mundi sunt: Soli n. qui mundi sunt de sacrificiis edere iubentur. Verum istas omnes hostias tu qui in occulto Iudæus es, nolo in animalib. requiras visibilibus, nec in mutis pecoribus. inueniri putes, quæ offerri debeat Deo: Istas hostias intra teipsum require, & inuenies eas intra domū tuā. Intellige te habere intra temetipsum greges boum, illos qui benedicuntur in Abraham: Intellige habere te & greges ouiū, & greges caprarum, in quibus benedicti & multiplicati sunt patriarchæ: Intellige esse intra te etiam aues cœli: Nec mireris quod hæc intra te esse dicimus: Intellige te alium mundum esse in

F paruo: & esse intra te Solem, esse Lunam esse etiam stellas: Hoc enim si ita non esset: nunquam dixisset Domi-

Gen. 15. nus ad Abraham: *Aspice ad cœlum & vide stellas si dinumerari possunt a multitudine: sic erit semen tuum.* Nec mireris inquā, si dicitur ad Abraham, *quia sic erit semen tuum*, sicut sunt stellæ cœli: de illis scil. qui ex fide eius geniti, rationabiliter viuant, ac diuinas leges & præcepta custodiant. Audi amplius aliquid saluatorem ad discipulos dicentem: *Vos estis*

Mat. 5. *lux mundi*: Dubitas ne esse intra te Solem & Lunam: ad quem dicitur: Quia lux sis mundi. Vis adhuc amplius aliquid de teipso audire! ne forte parua de te & humilia cogitans tanq; vilem, negligas vitam tuam. Habet hic mundus gubernatorem suum, habet qui eum regat & habitet in ipso, omnipotentem Deum, sicut ipse per Prophetam

Ier. 23. dicit: *Nonne cœlum & terram ego repleo, dicit Dominus*; Audi ergo ipse Dñs omnipotens quid etiā de te, hoc est, quid de

Ezech. 43. hominib. dicat. *Habitabo*, inquit, *in eis & in ipsis ambulabo*. Plus aliquid adhuc addidit erga personam tuam: *Et ero*, inquit *eis in patrem, & ipsi erunt mihi in filios & filias dicit Dominus.* Vi-

G de quam multa misericordia & benignitas Dei est. Et vbi holocaustum iugulatur illud, quod soli Deo offertur, ibi etiam hostia quæ pro peccato est immolari iubeatur; quo scilicet intelligat se qui peccauit & pœnitet, conuersus ad Deum, & contribulati spiritus hostiam iugulat in loco iā sancto stare & sociari his quæ pertinent ad Deum. Ibi ergo immolatur hostia pro peccato, vbi & holocaustum, *in conspectu*, inquit *Domini*. Est fortassis in conspectu Domini offerre sacrificium, & offerre non in conspectu Domini. Quis ergo est, qui offert in cōspectu Domini? Ille opinor qui non exiit à conspectu Domini: Sicut Cain, & effectus est gemens & tremens. Si quis ergo est qui habet fiduciam adstare in conspectu Domini, & nō fugit à facie eius, nec aspectum eius peccati conscientia declinat, iste in conspectu Dei offert sacrificium. Hanc ergo hostiam quæ offertur pro peccatis, dicit esse *sancta sanctorum*. Maius aliquid audere vult sermo; si tamen & vester sequatur auditus, quæ est hostia quæ pro peccatis offertur, & est sancta sanctorū;

H nisi vnigenitus filius Dei Dominus meus Iesus Christus? Ipse solus est hostia pro peccatis, & ipse est hostia sancta sanctorum. Sed quod addidit: *Sacerdos*, inquit, *qui offert illud, edet illud*. Hic ergo est sacerdos qui peccata populi cōedit, & consumit, de quo dictum est: *Tu es sacerdos in æternū secundum ordinem Melchisedech.* Saluator ergo & Dominus

Psal. 109. meus peccata populi edit. Quomodo edit peccata populi: Audi quid scriptum est. *Deus*, inquit, *noster ignis consumēs est.* Quid consumit Deus ignis? Nunquid tam inepti erimus vt putemus, quod Dei ignis ligna consumat, aut stipulam, aut fœnum? sed cōsumit Deus ignis humana peccata, illa absumit, illa deuorat, illa purgat, secundū quod

Esa. 1. & alibi dicit: *Et purgabo te igni ad purum.* Hoc est manducare peccatum eius, qui offert sacrificium pro peccato: Ipse enim peccata nostra suscepit, & in semetipso ea tanquam ignis comedit & absumit. Dicit ergo lex: *Sacerdos qui obtulerit, edet illud in loco sancto, in atrio tabernaculi testimonii*: Consequens n. est vt secundum imaginem eius qui sacerdotiū ecclesiæ dedit, etiam ministri & sacerdotes ecclesiæ pec-

A cata populi accipiant & ipsi imitantes magistrum remissionem peccatorum populo tribuant. Debent ergo & ipsi ecclesiæ sacerdotes ita perfecti esse, & in officijs sacerdotalib. eruditi: vt peccata populi in loco sancto, in atriis tabernaculi testimonij ipsi nũ peccando consumant. Quid autem est in loco sancto manducare peccatum? Locus erat sanctus in quem veniebat Moyses secundum quod dictum est ad eum: *Locus enim, in quo stas, terra sancta est*. Similiter ergo & in ecclesia Dei locus sanct⁹ est fides, *cum scientia & charitate de corde puro & conscientia bona*: Qui in his stat in ecclesia, in loco se sancto stare cognoscat. Edit ergo sacerdos carnes sacrificij in atrio tabernaculi testimonij, cũ intelligere potuerit quæ sit ratio in his, quæve mysteria, quæ describuntur de atrijs tabernaculi testimonij: Ad hæc n. atria secreta & recondita nullus accedit: nulli hæc nisi sacerdotibus patent; si tñ pateant, si scientia sua & intellectu mystico poterint eorũ secreta penetrare. Scio aũt esse & alia quædam in ecclesia dogmata secretiora, quæ adire nec ipsis sacerdotibus liceat; illa dico vbi archa reconditur, vbi vrna mannæ & tabulę testamenti. Illuc ne ipsis quidem sacerdotibus datur accessus: sed viri tñ pontifici & huic semel in anno, certis quibusdam & mystheris purificationibus conceditur istud intrare secretum. Sunt & alia ecclesiæ dogmata, ad quę possunt peruenire ét Leuitæ: sed inferiora sunt ab his quæ sacerdotibus adire concessum est. Scio & . hæc esse, ad quæ possint accedere ét filij Israel, hoc est, laici, nõ tamen alienigenæ, nisi si adscripti iam fuerint in ecclesia Dñi: *Aegyptius enim tertia generatione introibit in ecclesiã Domini*. Credo fidẽ patris & filij & Spiritus S. in quem credit omnis qui sociatur ecclesiæ Dei, tertiam generationem mystice dictam. Veruntamen sciendum est, quod ex hostiis quæ offeruntur, licet concedantur sacerdotib. ad edendum, non tñ omnia conceduntur: sed pars ex ipsis aliqua Deo offertur, & altaris ignibus traditur; vt sciamus etiã quod & si conceditur nobis aliqua ex diuinis scripturis adprehẽdere & cognoscere: sunt tamen aliqua quę Deo reseruanda sunt, quæ cum intelligentiam nostram superent, sensusque eorum supra nos sint, ne forte aliter á nobis quæ se habet veritas proferantur, melius igni illa seruamus: Et ideo ét in hoc loco, quę quidem cõcessa sunt hominibus ad edendum, prout possumus, intra tabernaculũ Domini consumplimus. Si qua vero supersunt, & vel vos in audiendo vel nos superant in dicendo, seruemus igni altaris, tanquam eam partem quæ pro peccato super altare Domini iubetur offerri.

Exod. 3. 1. Timot. 1. Deut. 23.

B

C

CAPVT IV.

Qualiter hostia pro delicto offeratur.

Leuit. 7. HAec quoq; est lex hostiæ pro delicto sanctum sanctorum est, idcirco vbi immolatur holocaustum, mactabitur & victima pro delicto. Sanguis eius per gyrũ fundetur altaris: Offerent ex ea caudã & adipem qui operit vitalia, duos renunculos & pinguedinem quæ iuxta ilia est, reticulum iecoris cum renunculis, & adolebit ea sacerdos super altare. Incensum est Domini pro delicto. Omnis masculus de sacerdotali genere in loco sancto vescetur his carnib. quia sanctum sanctorum est. Et sicut pro peccato offertur hostia: ita & pro delicto, vtriusq; hostiæ vna lex erit, ad sacerdotem, qui eã obtulerit, pertinebit. Delictum aliquando quidem recognitũ peccatum vocat: aliquando autẽ illud quod ipsum committimus Deum. Sicut illud quod in sanctis perpetramus, quemadmodum superius ostendimus. Scio tamen & illam differentiam, quæ nonnullis sapientium visa est, quod delictum quidem sit cum non facimus ea quæ facere debemus, peccatũ vero sit, cum committimus ea quę committere non debemus. Sed hæc quoniam non semper in scripturis diuinis sub ista distinctione inuenimus, ideirco generaliter adfirmare non possumus. Quæcunq; autem ad Deum referuntur, difficilem habent veniam, ita vt Heli filiis diceret: *Si homo peccauerit in hominem, orabit pro eo. Si vero in Deum peccauerit, quis pro eo orabit?* Necessarie ergo arietem figuram gerentem Domini, de quo dictum est: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*: sumi in sacrificio diximus: in quo solo est, peccata quæ in eum commissa sunt relaxare. Oportet autem quæri, quare non omnis aries in holocaustum fit, sicut & vitulus, qui pro populo & pro sacerdote oblatus est; ipse enim figuram gerere sacrificij vnigeniti, est pro-

Origenes. Isichius. 1. Reg. 2.

D

E *Quem cum immolasset Moyses, sumens de sanguine, tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus eius dextræ, similiter & pedis dextri: obtulit & filios Aaron, Cumque de sanguine arietis immolati tetigisset extremum auriculæ singulorum dextræ, & pollices manus ac pedis dextri, reliquum fudit super altare per circuitum.* Quis sit sacrificij huius effectus, vnctio aurium & manuum pedumque demonstrat Pro obedientia quippe nostra, *actioneque bona atque conuersatione celebratur, vnde & aures nostræ vnguntur: [illegible] in obedientia A[illegible] carentes, vnigeniti obedientiam consequamur. Postque hæc, extrema manuum vnguntur & pedum: quia non solum manus, sed & pedes pro actione accipiuntur. Quod probatur ex eo quod Dauid dicit: *Pes meus stetit in via recta.* Et rursus: *Statuit supra petram pedes meos.* Quia autem actiones quasdam bonas, quasdam autem malas habemus, & figuram malorum sinistra gerit, recte dextra vngitur: Confortantur enim ea quæ vnguntur, & destruuntur atque disperduntur ea quæ non vnguntur. Quod aperte demonstrat disperdens Ægyptum Angelus, quia vbi vnctio immolati inueniebatur, non percutiebat: Sed tamen primus sacerdos sanguine, & post eum filij eius secundum legem vngebantur, quia & ipse Dominus primus in cœna mystica, intelligibilem accepit sanguinem, atque deinde calicem Apostolis [illegible], post vnctionem Aaron & filiorum subdidit de sanguine; reliquum fudit super altare per circuitum, quod & Christum fecisse inuenimus: [illegible] ipse & Apostolis bibere dans, tunc intelligibilem sanguinem super altare, [illegible] licet suum corpus effudit. Corpus autem Christi Ecclesia est [illegible] omnis plebs eius, quod specialiter dicentem Matthæum inuenimus: *Et sumens [illegible] gratias agens dedit eis, & biberunt ex eo omnes. Et dixit eis, Hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effusus est.* His conueniunt ea quæ sequuntur: *Adipem autem & caudam, omnemque pinguedinem quæ operit intestina, reticulumque iecoris, & duos renes cum adipibus suis, & armo dextro separauit:* Pro cauda [illegible] *lumbum*, & pro intestinis, *ventriculum* & pro reticulo iecoris, *pinnam hepatis* ædiderunt. Cuius autem hæc figuram gerant, in salutari sacrificio, seu pacificorum, per singula discussum est. Non frustra autem ea, nunc in ariete consummationis commemorat: sed quia Christi mysticum pascha & eorum perceptio ad [illegible] utem hominum prouenit, quibus doctorem superædificare sequentia nostri mysterij præparat virtus. *Tollens autem de canistro azymorum quod erat coram domino, panem absque fermento & collyridam conspersam oleo, laganumque.* Pro canistro azymorum, [illegible] *canistrum consummationis* ædiderunt. Per canistrum autem consummationis, linguam Domini intelligimus: sola quippe præceptum perfectam [illegible] doctrinam introduxit, propter quod [illegible] bat: *Non veni soluere legem, sed implere*, vtpote ipse [illegible] plens quæ [illegible] minus erant in lege. Bene autem caue & canistrum, propter [illegible] contextum [illegible] totum vocauit. cum multa in parabolis [illegible]

(Marginal notes, right: "* Actione bona", "Psal. 25", "Psal. 39", "Matt. 26", "Matt. 5"; section letters F, G, H.)

A omnia intelligerent, quamquam fercolum eius ... dum & mensa totius doctrinæ erat. Quia ergo ratio ... erat mysteriorum, & ea quæ efficiuntur, ex ratione tribuuntur, recte de canistro consummationis, id est, de lege sua, panem mysticum proponit. Quomodo autem cum proponit panem absq; fermento & collyridam conspersam oleo, id est, Apostolicam doctrinam, legalemque & Propheticam. Lex enim & Prophetæ & Apostoli, eius memoriam faciunt, lex quidem dicens: *Hic est panis quem dedit vobis Dominus comedere*. Prophetæ autem: *Panis ei dabitur, & aqua eius fideles sunt, Regem in decore suo videbunt*. Apostoli autem vberius exponunt Christi mysterium, vnde nec laganam nec collyridam. Panes autem doctrinæ vtpote magis nutrientes dicuntur. Quos enim hic secundum Septuaginta, de oleo panes appellauerunt, hos secundum hos ipsos: Septuaginta collyridam in kænophegia canistrum consummationis exponens quod accipiebatur in vnctione sacerdotis, legislator appellauit, per collyridam significans legis eloquium. Quantum a. collyridæ deteriores sint panib. ad nutrimentum, nulli est dubium vnde Apostolorum sermones, Prophetarum & legis præponuntur sermonibus, quia maiorem perceperunt gratiam, ita vt Paulus diceret: *Posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos, deinde Prophetas*: Deinde ipsi post Euangelicam traditioné, introducunt Christi mysteria. Introducunt autem, legis, Prophetarumque veteres testimonijs, propter quod eis collyridæ & lagana simul subiecta sunt, & coniuncta. Sed quid his adiciat, intendamus.

Exod 16. Esa 33. B Ephes 4

Posuit super adipe & armum dextrum, tradens simul omnia Aaron ac filijs eius. Illud lex contestatur, quia omne desiderium omnemque actionem bonam offerri mysterio sit necesse, si tamen vis illud secundum Dei intentionem. Legisque suscipere: Sed & prædictum sequens ordinem ait: *Tradens simul omnia Aaron filijsque eius*: Prius siquidem Christus sua mysteria inchoauit, & tunc ea nobis qui facti sumus filij eius per lauacrum regenerationis tradidit. *Et leuauerunt ea coram domino.* Ipsum enim mysterium quod nobis tradidit, hoc cum sua carne in cælos leuauit; dicens autem, *Leuauit ea coram Domino*: modum quo obtulerit eis qui post futuri erant exposuit.

C

Rursumque suscepta de manibus eorum adoleuit super altare holocausti, eo quod consecrationis esset oblatio, in odorem suauitatis sacrificij Domini. Altare holocausti, Christi corpus dicit. Sed & odor suauissimus: De Christo enim, aperte in Canticis canticorum dicitur: *Vnguentum effusum est nomen tuum, propterea adolescentulæ dilexerunt te: Sacrificio Domini*, id est, sacrificij & holocaustomatis, *sicut mandauit Dominus*. Ipse enim mandauit *Quotiescumque hoc bibitis, mortem Domini in vobisme ipsis annuntiabitis*. Tulit & *pectusculum, eleuans illud coram Domino, de ariete consecrationis*, seu secundum Septuaginta, *consummationis in partem suam, sicut præceperat ei Dominus*: Sicut in sacrificio pacificorum seu salutari, pectusculum sic & hic offerebat, vtiq; intelligibili Moysi, i. Christo pectusculo arietis consecrationis seu consummationis separat. Quia per pectusculum fides & confidentia figuratur, sicut pridem diximus. Cum autem ipsius sit sacrificium, necesse est, vt & fides ipsi quæ in eo est deputatur? *Adsumensque vnguentum & sanguinem qui erat in altari, asperfit super Aaron & vestimenta eius, & super filios eius ac vestes eorum*: Cumque sanctificasset eos in vestitu suo: Quod vnigeniti sanguis & vnctio spiritus, vnius sunt operationis atque virtutis, & mittis recte oleum vnctionis & sanguinem altaris, id est, Dominici corporis legislator vnxerit, audi Iohannem dicentem: *Tria sunt quæ testimonium præbent, & tres vnum sunt, Spiritus, aqua & sanguis.* Vnum enim effectum sanctificationis habent. Multum autem recte vestem Aaron ab stolis filiorum Aaron lex separauit: Nam & si ad imitationem Domini vestem qui ab eo adoptati sumus, habemus, veruntamen quantum pontificis differat vestis, per anteriora didicimus. Si autem sanctificari intelligibilem Aaron aspersione sanguinis & olei cognouimus, non ammirandum quod dictum est Ipse enim Christus ad sanctificationem nostram, aspersionem proprij sanguinis videlicet passionem suam pro nobis obtulit, vnde filios Aaron & tunicas seu stolas cum Aaron dixerit sanctificari, quia quæcumq;

Cant. 1. 1. Cor. 11. D 1. Ioan 5.

in vobis contingunt ad eũ vt caput sectoris corporis necessario reducuntur. Ad probationem autem eorum quæ dicta sunt, Domini sermonibus vtimur verbis: Cum enim crucifigendus pro nobis esset, hæc sub orationis forma ad instruendam obedientiam Apostolorum dixit: *Sicut me misit Pater in mundum: & ego misi eos in mundum: & pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint & ipsi sanctificati in veritate.* Ergo aperte sanctificationem sacrificium quod pro nobis obtulit, ex quo & nobis sanctificatio proficit appellauit. E

Capvt XI.

De Aaron & filijs ne ante diem septimum vestitu suo exeant e tabernaculo.

Cumq; sanctificasset eos in vestitu suo præcepit eis dicens Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. Panes quoque consecrationis edite qui positi sunt in canistro, sicut præcepit mihi dominus dicens: Aaron & filij eius comedent eos. Quicquid autem reliquum fuerit de carne & de panibus, ignis consumet. De ostio quoq; tabernaculi non exibitis septem diebus, vsq; ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestræ. Septem enim dieb. finitur consecratio, sicut & impræsentiarum factum est, vt ritus sacrificij compleretur diu ac nocte manebitis in tabernaculo, obseruantes custodias domini, ne moriamini. Sic enim mihi præceptum est: feceruntq; Aaron & filij eius cuncta quæ præcepit Dominus per manum Moysi. Quid est quod dicit Moyses ad Aaron & filios eius cum sanctificantur ad ineundum sacerdotium? *Ad ostium tabernaculi testimonij sedebitis septem dies, die ac nocte, ne moriamini*: Numquid nam credibile est situ corporis vno loco sedere præceptos, per dies septem, die ac nocte: vnde se omnino non commouerent? Nec tamen hic tamquam allegoricè aliquid significarum quod non fieret: intelligere cogendi sumus accipere, sed potius agnoscere locutionem scripturarum, vbi sessionem pro habitatione & commoratione. Nouerunt quia dictum est de Semei, quod sederit in hierusalẽ annos tres. ideo putandum est per totum illud tempus in sella sedisse & non surrexisse. Hinc & sedes dicuntur vbi habent commemorationem quorum sedes sunt, habitatio quippe hoc nomen accepit. Præcipua tunc legislator prouidit discreuitque mysteria, & figuraliter per ea quæ nunc contemplatus est, tradidit intra Ecclesiam ea perfici, & nullatenus prophanorum visibus & auribus publicari, nec cuilibet volenti profanandi ea esse facultatem. Vide quia tabernaculum testimonij DEO cælum esse. Atrium autem tabernaculi huius Ecclesiam, quia ipse est ante cæli introitum collocata. Ipse Hierusalem quippe cælestis tenet imaginẽ, sicut olim prædiximus: intus in ea carnes sacrificij coqui præcepit. Ait n. *Præcepit eis dicẽs, coquite carnes ante fores tabernaculi & ibi comedite eas.* Quomodo ergo in his non ammiranda sit sapientia spiritus? nullam quippe dubietatem huiusmodi intellectui dereliquit: propterea carnes cum panibus comedi præcipiens, vt nos intelligeremus illud ab eo mysterium dici: Quod simul panis & caro est, sicut corpus Christi, panis viui qui de cælo descẽdit, & hoc ideo vt illic absolute mystica cœna debere celebrari. Aaron a. & filij eius illud recte comedunt. Nisi n. Christos rogatus ore sacerdotum ipse venerit, & cœnam sanctificauerit & initiauerit ea quæ aguntur nullatenus sacrificium dominicum fiunt. Sed hoc quod reliquũ est, de carnib. & panibus in igne incendi præcepit. Quod nunc videmus etiam sensibiliter in Ecclesia fieri, ignique tradi quæcunque remanere contigerit inconsumpta. Non omnino ea quæ vna die vel duabus aut multis seruata sunt. Sicut n apparet, nõ hoc legislator præcepit, sed quod reliquum est, incendi iubet: dies a. non commemorauit, vt quæcunq; cuiuscumq; rei caussa emergente remanserint inconsumpta, siue tempus in caussa sit, siue quid aliud fuerit, ignis opus & consumptio fiat. Ergo ex hoc quod agitur sensibiliter, significatio cuiusdam intelligibilis rei, eis qui intenderint, prouenit, vt quando ad comestionem sacrificij deficimus, & comedere illud integrè non possumus, mẽte forsan lassescente siue deficiente verum ea quæ videntur corpus oporteat intelligi Domini, in quo oculis, nec angeli possunt prospicere, non relinqui, sed etiam tradi ea igni oporret spiritus, vt ea comedat, quæ nobis sunt ex infirmitate inuisibilia.

Leuit. 8 F Augustinus 3 Reg 2. G Eusebius H

Quo-

A Quomodo autem comedat? com cogitauerimus virtutum spiritus esse possibilia ea quæ nobis impossibilia videntur. Vnde & subsequenter disputare legislator videtur: Dicit enim sic, *de ostio quoque tabernaculi non exibitis septem diebus* Septem curquia quinquagesima dies septenario, numero in semetipso multiplicato, & vno ei adiecto, perficitur: vnde & hebdomadarum eam festiuitatem, apud Moysen dici, manifestant sequentia.

Act. 1 His similia & Lucas tradidit. Ait enim de Domino & discipulis, *quibus & præsentauit semetipsum post mortem suam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis & loquens de regno Dei, & conuescens præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris.* Cernis quomodo consecrabat, siue perficiebat eos? *Apparens eis & docens de regno Dei, & conuescens*, dicens autem *ab Hierosolymis non discedere*: non præcepit ianuam tabernaculi progredi vel egredi, id est, non permittit prædicare vsque dum promissionem spiritus, quæ facta est quinquagesima die acciperent. Completis autem diebus: Petrus mox prædicationem incepit, quando & *additæ sunt animæ circiter tria millia*.

B Act. 2 Sic & ipsi per singula, mandatum hoc custodierunt, & maxime in eis complentur quæ in subsequentibus dicuntur: *Obseruantes custodias Domini, vt non moriamini, sic enim mihi præcepit Dominus, feceruntque Aaron & filij eius cuncta quæ locutus est Dominus per manum Moysi.* Si quæritur, cur Aaron, filijs suis coniungit, inuenietur caussa omnino necessaria & ad rei considerationem opportuna: Non enim exire de ianua tabernaculi testimonij, id est, non interim attrectare Euangelicam prædicationem, his quæ sunt prædicta. Apparuit ergo cum Apostolis, & Christus suam ianuam non egrediebatur, ipse siquidem erat qui & prædicādus erat, & qui in Apostolis loquebatur, propterea cum filijs & ipse Aaron consecrari seu consummari dicebatur. Qui sit autem consecrans siue consumans, legislator nequaquam subdidit. Ait enim: *Septem diebus finitur consecratio*, siue secundum Septuaginta, *consummauit manus vestras*, sicut & fecit. Manifestum est autem quod ipse erat qui filios consecrabat, siue perficiebat, qui & perficitur in eis siue consecrari vtpote in membris proprijs dicebatur.

C

Capvt XII.

De fine consecrationis & hostijs pro se & populo.

Leu. 9. F*Acto autem octauo die, vocauit Moyses Aaron & filios eius, ac maiores natu Israel, dixitque ad Aaron: Tolle vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, vtrumque immaculatos, & offeres illos coram Domino, & ad filios Israel loqueris: Tollite hircum pro peccato, & vitulum atque agnum anniculum & sine macula, in holocaustum, bouem & arietem pro pacificis: & immolate eos coram Domino: in sacrificio singulorum, simul in oleo conspersam offerentes, hodie enim Dominus apparebit vobis.* Diem enim octauam pentecostem appellat, quia pentecoste dies incidit in hac qua Saluator resurrexit, quæ esse octaua creditur, quia figuram gerit primitiarum futuri: sed & consummationis præsentis seculi, qui in septem reuoluitur diebus.

D Oportebat enim vt in qua die surrexit Christus, in eadem & spiritus adueniret. Tunc ergo vocari Aaron & filios eius & maiores natu Israel ait: Ecclesiam quodammodo per eorum qui dicti sunt ædificans vocationem; Tunc quippe prius conuocatum est Ecclesiæ spectaculum, in qua intelligibilis Aaron, id est, Christus sacerdos esse creditur: filij autem eius qui sublimis sunt conuersationis, & ideo sacerdotij ministri & cooperatores sunt: Maiores autem natu Israel, præsbiterorum ordo est. Ex his quippe corpus Ecclesiæ componitur: sed Aaron quidem accepit sibi vitulum pro peccato & arietem in holocaustum, vtrumque immaculatum, & obtulit coram Domino: Tunc enim Christus sacrificium suum innotescere cœpit: ex quo spiritus adueniens, Partos & Medus & Elamitas: & omnium gentium primitias ad Apo-

Act. 2 stolorum cænaculi superiora colligit. Accepit autem & ordo maiorum natu Israel, quem p[illegible] ximus, vtpote ipse sortem & figuram do[illegible] ad docendos nos vtilis est, vitamque [illegible] conuenientium potest. Quæ autem si[illegible] quæ[illegible] pit? *Hircum pro peccato*, pro pænitentia videlicet [illegible] um, *& vitulum & agnum anniculum in holocaustum, immaculatos*: perfectam videlicet & consummatam vitam, & conuersationem, quæ per hostias, id est, per holocausta significatur: *Et bouem & arietem pro pacificis*. Sed & ad sacrificium salutare mediocrem conuersationem, quæ tamen potest saluare eos qui offerunt, sicut supra diximus: *Coram Domino* autem omnia præcepit fieri: Oportet quippe omne virtutis opus vtpote vidente Deo peragi, & non corrumpi neque viciari cum permiscemus ei voluntatem nostram: sacrificium similæ conspersæ oleo theologiam, cum eleemosyna. Hoc enim prædicta sacrificia subtiliter nobis olim discussa innotuerunt. Quid autem hic nunc subdidit? *Quia hodie Dominus apparebit vobis*: Hoc conclusio & probatio est: quia de Pentecoste prædicta omnia dicebantur: In ea enim in eis apparuit

F Dominus spiritus videlicet de quo Paulus dicebat: *Dominus autem spiritus est.* Quomodo autem apparuit in eis: Dixit Lucas: *Visæ sunt eis dispertitæ linguæ sicut ignis & sederunt super singulos eorum.* Act. 2.

Tulerunt ergo cuncta quæ iusserat Moyses, ad ostium tabernaculi, vbi cum omnis staret multitudo. Aperte hic Ecclesiam exponit. *Ad ostium tabernaculi*, vel sicut Septuaginta *ante tabernaculum testimonij*, videlicet cæli, si enim Ecclesia frequentia est Angelorum primitiuorum qui scripti sunt in cælis ante tabernaculum testimonij, id est, ante faciem cæli. Sic enim & Aquila, *ante faciem* interpretatus est: omnis quippe contrita anima & omnis peccator, omnis misericordiam necessariam habens, omnis ab errore se conuertens, in hac Ecclesia congregatur: Non solum eos qui de plateis & vicis sunt, sed & eos qui de vijs & de sepibus vocari præcipiens: vt regalem cænam ingredientes implerent. Ait Moyses. *Iste est sermo quem præcepit Dominus, facite & apparebit vobis gloria eius.* Gloriam esse Domini spiritum manifeste ostendit quod Paulus ad Corinthios Matt. 22.

G scripsit: *Nos omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes in eamdem imaginem transformamur, de gloria in gloriam, sicut à Domini spiritu.* Vt ergo gloria Domini videretur, id est vt aduētus celebraretur spiritus. *Iste est sermo*, inquit, *quem præcepit Dominus*: facite videlicet mysticus, de quo Dominus præceperat: *Hoc facite in meam commemorationem.* Sermonem autem legislator ex consuetudine illud vocat: quia plus sermone subsistit huius dispensatio mysterij, maxime dominico verbo ea quæ apparent in aliud aliquid maius & intelligibile transferente. Vnde cum Manus imaginem panis vitæ qui descendit de cælo præsentaret: *Hic est panis* Exod. 16. ait *quem dedit vobis Dominus ad comedendum. Hic est sermo quem constituit Dominus.* Quid ergo ex his quæ dicta sunt legislator significat, nisi quia sine dubio agentibus eis sanctum mysterium & dominicam cænam celebrantibus, aduenit spiritus: Quod & si non planius expositum habemus, multa quippe studio breuitatis scriptura diuina prætermisit: quæ fas est ex alijs colligere. Erat enim dies qui appellatur dominicus in quo oportebat modis omnibus agere Apostolos mystica & sacra. Nam & nos H illorum sequentes traditionem, dominicam diem diuinis conuentib. sequestramus. Inuenimus autem & Christum similiter post resurrectionem à mortuis per mysticæ cænæ & panis fractionem manifestatum. Quod aperte quidem Lucas, tamen etiam Iohannes Euangelista tradit.

Dixit ad Aaron: *Accede ad altare & immola pro peccato tuo, offeres holocaustum, & deprecare pro te & pro populo: Cumque mactaueris hostiam populi, ora pro eo, sicut præcepit Dominus.* Vbi nostra translatio planius habet, *pro te & pro populo: pro te ipso & pro domo tua*, Septuaginta ædiderunt. Qui autem sint domus intelligibilis sacerdotis, Paulo dicente cognosce. Ait enim: *Christus autem vt filius in domo sua, quæ domus nos sumus, si fiduciam & gloriam spei vsque ad finem firmam retineamus.* Ergo hi qui profecerunt & perfectiores sunt, domus Habr. 3. eius iuste appellantur: pro quib. deprecatur & pro omnibus

po-

[illegible] & [illegible] ans [illegible] ca [illegible] n [illegible] onem [illegible] n. hoc o [illegible] o potest. [illegible] cur sacrifi[illegible], & pro [illegible] & holoca[illegible]tum [illegible] sacerdotis autem oblatum fu[illegible]e pro pecc[illegible] [illegible]ocaustum & consummationis, no[illegible] autem salutaris, [illegible] consummationis tunc oblatum est, quando sacerdotes sanctificati sunt, vt sacerdotio fungerentur, & hæc obtulit Moyses pro Aaron & filijs eius. Postea vero Aaron ipse iam sanctificatus & sacerdotio fungens, offerre pro se iussus est vitulum pro peccato & arietem in holocaustum: non autem iussus est pro se offerre cō[illegible]mmationis, quia tunc ideo oblatum est vt consummaretur sanctificatione, & sacerdotio fungi posset quo iam fungebatur.

B — *Leuit. 9.*

Statimq; Aaron accedens ad altare immolauit vitulum pro peccato suo, cuius sanguinem obtulerunt ei filij sui, in quo tingens digitū tetigit cornua altaris, & fudit residuum ad basim eius, adipemq; ac renunculos & reticulum iecoris, quæ sunt pro peccato, adoleuit super altare, sicut præceperat Dominus Moysi. Carnes vero & pellem eius extra castra combussit igne, immolauit & holocausti victimam: obtuleruntq; ei filij sui sanguinem eius: Quem fudit super altaris circuitum. Ipsam etiam hostiam in frusta concisam cum capite & membris singulis, obtulerunt. Quæ omnia super altare cremauit igni: lotis prius aqua intestinis & pedibus.

Ibidem.

Et cum [illegible] [illegible] hæc etiam in hoc loco sacrificia peraguntur, [illegible] superius diximus: Non ergo necesse est iterum eorum virtutem per singula dicere quæ in hoc sacrificio peraguntur, cum olim ea per ordinem discusserimus: & cuius comparationem gerant, nihil intermittentes, ostendimus: & quemadmodum in Domini sacrificio, quod cum vnum sit, non tantum nobis peccatorum præstans remissionem, sed & vitam perfectam in philosophia & consummatam efficiens, necessario & in vitulum qui pro peccato est & in arietem hunc qui in holocaustum immolatur oport[illegible] reputari, vnde & in persona sacerdotis vtrumque [illegible] [illegible]cimus oblatum. Iam ergo & ad subsequentia veniamus.

C

Et pro peccato populi offerens, mactauit hircum, expiatoque altare, fecit holocaustum, addens in sacrificio libamenta quæ pariter offeruntur. Et adoleuit ea super altare, absque ceremonijs holocausti matutini, immolauit & bouem atque arietem hostias pacificas populi: obtuleruntque ei filij sui sanguinem, quem fudit super altare in circuitu: Adipem autem bouis & caudam arietis, renunculosque cum adipibus suis, & reticulum iecoris posuerunt super pectora. Cumque cremati essent adipes super altare, pectora eorum & armos dextros separauit Aaron, eleuans coram Domino sicut præceperat ei Moyses.

Ibidem.

Cuius figuram ea quæ dicta sunt habeant, & quemadmodum pro pecc[illegible]to hircus pœnitentiæ sacrificium significet, [illegible]olocausta a[illegible] crucifixam conuersationem. Theologiam [illegible]ero simila, salutare autem seu pacificorum sacrificium, vitam, q̃ nos saluare po[illegible]st, [illegible]iam mediocriter sapientes sacrificiorum discussio præ[illegible]dens vnctionem sacerdotis, ostendit: ergo qui huius sanctiunis nescit explanationem [illegible] cum subtilitat[illegible] perquirens, etiā hæc per singula sciet. Illud a. nunc necess[illegible]riè addimus, quia S. Spiritus in Pente[illegible]sten prouenisse dei [illegible]ssionem cum in vnum congre[illegible]ati [illegible]ssent Apostoli, om[illegible]iaq; secundum legem Ecclesiæ ge[illegible] in significate considerauit legislator recte præcede[illegible] sacerdotis sacrificia, ac deinde s[illegible]binterit populi præcepit. Oportet n. E[illegible]lesiæ doctrinam à sacrificio vnigeniti [illegible]nch[illegible], vt introducamur docentes, quid nobis passio D[illegible] min[illegible] ca p[illegible] [illegible], aut co[illegible] [illegible] atq; [illegible]binteratur [illegible]nio pœnitentiæ, q[illegible] [illegible]q; o[illegible] nes necessarium [illegible] [illegible] mus vnde & [illegible] [illegible] in prædicat, [illegible]pœnit [illegible] totum q[illegible] [illegible] conuersa[illegible] [illegible] Subdit aūt & [illegible] possimus quamuis [illegible] [illegible] oportet Ecclesiam [illegible] [illegible] Dei [illegible] ortæ suscipere: Hęc [illegible] dicti [illegible] coſt[illegible] [illegible] ne agebant discipuli

D

Domini, prop[illegible] ma[illegible] [illegible] *rant ob[illegible]* [illegible] ne[illegible] [illegible] ricabant [illegible] pr[illegible] [illegible] necd[illegible]m [illegible] bum d[illegible] [illegible] qui[illegible] [illegible] ab[illegible] [illegible] di, [illegible] q[illegible] dum se ex [illegible] tuntamen in seme[illegible] [illegible] & quæcun[illegible]q; decent Ec[illegible] [illegible] vt ipsum videl. in semet[illegible] [illegible] Ecclesiæ caput: vnde & [illegible] [illegible] concion[illegible] [illegible] fuisset Petrus, [illegible] [illegible] di[illegible] [illegible] ræ expositionem atq; testimo[illegible] [illegible] separauerunt. [illegible] a. concionari, i. populum exhorta[illegible] [illegible] Pro[illegible] [illegible] er[illegible] pretari, & cleros sociare, Ecclesiasticæ dispensationis & ordinis sui, ergo manifestum est, quia quem[illegible] dmodum in Ecclesia collecti in illis dieb. erant, quod & l[illegible] [illegible] lator modis omnib. significari considerans, consequenter & ea quæ subsequuntur addidit: *Et tendens manum contra populum benedixit ei. Sicq; completis hostijs pro peccato & holocaustis & pacificis, descendit.* *Ibid.*

F

Vbi autem ista fecit, nisi super altare, id est, [illegible] altare stans, eiq; deseruiens: Inde ergo descendit vbi [illegible] [illegible]ani- mirum illius solutio quæstionis adiuuari hoc te[illegible] [illegible]nto videtur, vbi quærere[illegible] [illegible] in Exodo, quomodo se [illegible] potuerit ad altare, q[illegible] [illegible]d [illegible] [illegible] cubitis [illegible] [illegible] gr[illegible] [illegible] quippe illi intell[illegible] [illegible] [illegible] quia id [illegible] [illegible] ve [illegible] ne [illegible] [illegible] nulla [illegible] [illegible] larentur, [illegible] [illegible] est, si com[illegible] [illegible] [illegible] que ibi [illegible] de altari [illegible] [illegible] batur. [illegible] gradu, cum [illegible] esset gradus, & ideo [illegible]. Hic vero vbi a[illegible] [illegible] [illegible] fuerit a[illegible] [illegible]udo, vt nisi fac[illegible] per aliquid [illegible] aret apt[illegible] ministrare [illegible] [illegible] dum est quicquid illud erat quod ad h[illegible] [illegible] nis pon[illegible]batur, & auferebatur, non fuisse [illegible], & ideo non fuisse contra præceptum qu[illegible] [illegible] habere prohibitum est: hoc [illegible]utem qualecun[illegible] [illegible] cur scriptura, & ideo quæstio [illegible] [illegible]cta est: Sed [illegible] [illegible] cit scriptura. Sacerdotem cū fecisset sacrificia descendisse h. e. cum immolata imposuisset altari, vtique [illegible] [illegible] alicubi eum stetisse vnde descenderet, & quia ibi steterat, ideo trium cubitorum altari ministrando deseruire potuisse. Intende quia omnem nobis euidenter figuram Ecclesiæ vult exponere. Nā postquam dixit, descendit po[illegible] quam fecit pro peccato, & holo[illegible] [illegible]ustis & pacifici[illegible], ostendit quia compl[illegible] tion[illegible] [illegible] sacrificiorum, intellexit expositionem eorum, & [illegible] [illegible] [illegible]lixit, *Extendit*: Per d[illegible] [illegible] nem doctoralem [illegible] [illegible] designans, de qua post[illegible] [illegible] po[illegible] nem sacerdotes quibus figura intel[illegible]gibilis Aaro[illegible] [illegible] ta est, descendunt, & per orationem manus ad [illegible] leuant. Eleuation[illegible] [illegible] manuum, orationē [illegible] [illegible]us intellexit. Dicit a. sic: *Volo viros orare in omni loco, le[illegible]antes puras manus.* Ten[illegible] [illegible] eleuans ergo manus, be[illegible] [illegible] illos: quia per eleuationem manuum: per or[illegible] [illegible] m vi- delicet, sacerd[illegible] [illegible] pulo benedicunt. Sed [illegible] [illegible] dictionem præstant, ostendunt sequentia. *Ingre[illegible] autem Moyses & Aaron tabernaculum testimonij, & deinceps egressi benedixerunt populo.* Quamobr[illegible] [illegible] p[illegible]ius [illegible] be[illegible] [illegible] te- stimonij [illegible] gred[illegible]untur, & postea b[illegible]nedictionem [illegible] stan[illegible] [illegible] non ignoremus q[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]naculo, videlicet de cœlo benedictionem proferunt [illegible] sacerdotes, dicentes sicut & Paulus *Bened[illegible] [illegible] Deus & Pater Domini nostri IESV Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo.* Hoc enim nobis & ip[illegible] [illegible] dens Dominus, qui [illegible] panes, & rursu[illegible] [illegible] dicens, ad cælum [illegible] [illegible] bat. Cur autem n[illegible] [illegible] Aaron, sed [illegible] M[illegible] [illegible] [illegible] gam [illegible] p[illegible] [illegible] lum be[illegible] [illegible] nisi vt discamus, quia non prop[illegible] [illegible]ute sacerdote benedictionem [illegible] sed quia figura[illegible] [illegible] Christi [illegible] possunt pro[illegible]ter e[illegible] qui [illegible] [illegible] præstare bene[illegible] [illegible] ple- nitudine[illegible] [illegible] & Moyses vtpote cui imago est Domini credita [illegible] be[illegible] dicendum [illegible] [illegible] comprehenditur [illegible] & illud pe[illegible] quæ dicta sunt, lex significat, quia n[illegible] [illegible]

Augustinus G *Hesychius* *Timot. 2* H *Ephes. 1.*

[illegible]

C[illegible]

Apparet gloria Domini [illegible] gressu a Domino [illegible] helo [illegible].

APparuitque gloria Domini omni multitudini, & ecce ignis [illegible] super [illegible]. [illegible] ... sic [illegible] turba [illegible] Dominum [illegible] interpret [illegible] [illegible] præbebat [illegible] propter [illegible] Dominus [illegible] & Lucas [illegible] memoriam [illegible] erant [illegible] gentibus quæ sub cælo [illegible]. Omnium non solum conuen[illegible], sed expauit & ipse [illegible] intelligi [illegible] spiritus [illegible] Dominus [illegible] consumens est [illegible] consumere [illegible].

Caput XIV.

De Nadab & Abiu [illegible] alienum offerentibus, & occisis a Domino.

ARreptis[illegible] Nadab [illegible] thuribulis, posuerunt [illegible] super [illegible] Domino, ignem [illegible] Postea [illegible] exeunte [illegible]

[illegible]

[illegible] Dominus [illegible] Propter [illegible] monumenti [illegible] Moyses et Aaron [illegible] Dominus [illegible] populum [illegible] appropinquant [illegible] Moyses [illegible] per Moysen [illegible] Septuaginta [illegible]

A

sunt Misadai, Helisaphan, quorum vnus adrectatio Dei i.e. misaddai, helisaphan a. Dei mei specula interpretatur. Quicunque ergo scit adtrectare Deum, insuper autem & speculari, & Christi quidem carnem contrectari, speculari autem per oculos mentis diuinitatem, sicut Thom. manu contrectans carnem, & fide speculans diuinitatem, dicebat:

Ioan. 20

Dominus meus, & Deus meus. Hi ignem alienæ doctrinæ auferre & eicere illum cum tunicis à facie sanctorum potest. Quia personæ sanctorum sunt sacerdotes. Tunicæ autem sacerdotum conuersatio & vita, quæ in sacerdotij induuntur habitu, ergo cum sacerdotio quod ei sorte obuenit, à portione sacerdotali expelluntur, non solum autem à sacerdotum, sed & populi, vnde addidit, *extra tabernaculum*. Tabernaculum enim Dei, Ecclesiæ populus est, filij autem patrui Aaron siue fratris Aaron, hi qui hæc facere possunt rationabiliter nominantur. Si enim Pater intelligibilis Aaron Dauid est, & per eum idem omne corpus Prophetarum creditur. Prophetiæ quippe eum manifestum faciunt, atque quodammodo ignorantibus pariunt, frater autem germanus & vt ita dicatur. Igitur

B

Prophetiæ, Euangelium est. Omnia enim quæ in Euangelijs acta sunt, à Prophetis prædicta sunt. Filij fratris patris Aaron bene & nimis apte, hi qui Euangelicam conuersationem didicerunt, dicuntur, & hos qui alia docent arguere & repellere, vtpote perfectam habentes scientiam, necessario sunt dispositi. De qua Iohannes dicebat:

2. Io. 2

Omnis qui præcedit & non manet in doctrina Christi, Deum non habet, qui manet in doctrina, hic & filium & patrem habet: Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec ei dixeritis, Aue. Ergo proprium est eorum qui edocti sunt Euangelicam doctrinam eos qui adulterina & aliena prædicant, à facie sanctorum & tabernaculi expellere atque proijcere.

CAPVT XV.

Moyses prohibet Aaron & filios capita nudare & vestes scindere ob mortem interfectorum.

Leuit. 10.

C

LOcutus est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar atque ad Ithamar filios eius. *Capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere, ne forte moriamini, & super omnem cœtum oriatur indignatio: fratres vestri & omnis domus filiorum Israel plangant incendium quod Dominus suscitauit. Vos autem non egrediamini fores tabernaculi, alioquin peribitis: Oleum quippe sanctæ vnctionis est super vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptum Moysi.* Quid est quod Aaron & reliquos filios eius mortem duorum illorum lugere prohibens dicit

Augustinus

Caput vestrum cydara non denudabitur. Vbi certe ostendit cydaras tegmina capitum fuisse, nisi quod illud faciebant lugentes, quæ consuetudini ornatus essent contraria: Sicut enim in nostra consuetudine, qua caput apertum [illegible] habetur, operitur in luctu. Sic quia illi operimento capitis ornabantur, nudandum erat lugentibus. Quod ideo prohibet ne lugerent eos, in quorum pœna sanctificatus est Dominus, id est, commendatus est timor eius. Nec ideo quia lugendi non erant, nam permittit alios lugere illos, sed quia illi lugere tunc non debebant, cum dies sanctificationis eorum agerentur. Nondum completis septem quibus eos præce-

D

pit de tabernaculo non abscedere, quanquam possit videri, quia illo oleo fuerant sanctificati hoc dictū est, quod numquam quenquam lugere deberent. Ita enim dicit, *fratres autem vestri omnis domus Israel plorabunt incendium quo incensi sunt a Domino, & ab ostio tabernaculi testimonij non exibitis, ne moriamini: oleum enim vnctionis quod est a Domino, super vos est.*

Isichius

Non ignoramus quid cydara significent sacerdotum scil. quia omnis viri caput Christus Deus, caput autem Christi Deus, necessariè cydaris significatio quodammodo est simul vnigeniti humanitatis & diuinitatis. Hoc enim & per cydaris compositionem superius demonstrauimus: Ergo quæ oporteat custodire sacerdotes & doctores præcepit, id est, vt nec diuinitatem Christi nec humanitatem negent, nec contradicant, quia Deus ex Deo & verbum est ex Patre, h.e. enim [illegible] daram non auferre à capite videlicet non nudare intelligibili cydare, sed nec dispensationem teneant aut blasphement. Qui enim Christi dispensationem blasphemat, sacerdotalem rumpit stolam, quia omnes quidem homines qui in Christum crediderunt, multo magis autem sacerdotes sunt qui Christum induerunt, siquidem

E

Gal. 3.

quicunque in Christo baptizati sumus Christum induimus. Hæc agentes sacerdotes nec moriuntur nec congregationi superinducunt iram. Præpositorum enim vitia, offendiculum sunt subiectis. Et multo magis doctorum, discipulis eorum iræ Dei fiunt occasio, propter quod & omnem domum Israel, omnem videlicet Ecclesiam plangere incendium quo incensi sunt à Deo vult, quia damnum Ecclesiæ vnius membri & cuiuslibet casus est, quantomagis doctorum & sacerdotum perditio. His ita se habentib. illud quæri oportet, quomodo cū per præcedentem sanctionem, septem solos dies non egredi de tabernaculo testimonij præcepisset: his completis, hæc n. in octaua die aguntur, rursus eis Moyses præcepit, de ostio tabernaculi non egredi, non ergo contraria sibi sancit, sed manifestū est quod alium sacerdotis egressum ostij tabernaculi testimonij præcepit custodire, nam addidit, *ut non moriamini*: atqui hæc non scripsit in superiorib. ergo additamenta comminationis aliud quippiam se sanxisse significauit. Quia n. vt igne alienæ doctrinæ offeren-

F

tes quidem sacerdotes pereunt, alijs non extra sanctam scientiæ, videlic. Christi traditionis eius per ea quæ dicta sunt præcepit, non transgredi eam quam ipse mandauit prædicationem, sed sequi dominicum præceptum per omnia, sicut vnusquisq; non morietur. Hoc sacerdotibus præcepit quib. vt magistris & prædicatorib. verbi ministerium ex dono spiritus creditum est, de quo nunc legislator ait:

Iohan. 2.

Oleum quippe sanctæ vnctionis est super vos. Huius autem vnctionis virtutem, Ioannes nobis Euangelista demonstrat dicens: *Et vos vnctionem quam accepistis ab eo maneat in vobis, & non necesse habetis vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium.* Hæc Moyses per spiritum præcepit & Ecclesia custodit. Ergo consequenter legislator subdidit: *Qui fecerunt iux. a præceptum Moysi.*

CAPVT XVI.

G

Quod Aaron & filij eius non bibent vinum cum ingrediuntur Tabernaculum.

Leuit. 10

DIxit quoque Dominus ad Aaron: *Vinum & omne quod inebriare potest non bibetis, tu & filij tui, quando intratis in tabernaculum testimonij, ne moriamini. Quia præceptum est sempiternum in generationes vestras, & vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, & inter pollutum & mundum, doceatisq; filios Israel omnia legitima mea, quæ locutus est dominus ad eos per manum Moysi.*

Isichius.

Hanc vsq; nunc legem in Ecclesijs inuenis custodiri. Neque enim vnmi modo à vino abstinere præcepit, sed quando ad tabernaculum testimonij, aut ad altare ascendimus, i.e. quando quodcunque ministerium doctrinæ cælestis contingimus: ministerij enim altare figura est, tabernaculum a. testimonij significat cælestium rerum contrectationes: Vnde & Timotheo Paulus scribebat: *Vino modico vtere propter stomachum tuum & frequentes tuas infirmitates.* Qui autem modico vtitur, hic tempore

H

ministerij videlicet & doctrinæ ab omni violentia & ebrietate se abstinet. Similiter autem & sacerdotes hi qui student legem custodiunt, propter quod non solum Aaron, sed & filius eius, sublimiora videlicet adeptis, mandatum hoc tradit. Similia autem his & Paulus ad Ephesios scripsit:

Ephes. 5.

Nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed magis impleamini spiritu: Hebetem quippe ebrietas mentem reddit, & sobrietatem eius in deterius vertit, vt non intelligantur quæ aguntur. Quæ testificatur Esaias sic dicens:

Isa. 5.

Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandum, & potandum vsq. ad vesperam vt vino æstuetis. Cythara & lyra & tympanum, & tibia & vinum in conuiuijs vestris, & opus domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Qui autem opera domini non vident, quomodo diuidere inter sancta & prophana, aut munda & immunda, vel quomodo exhortari & illuminare populum de scripturis possunt? Vnde hoc mandatum sublimius ostendere cupiens, ipsum hoc ait locutum fuisse Dominum. Sed intende, quemadmodum locutum esse

Dominum Moysi, non per linguam, sed per manum dicit. Aut omnino dignitatem legis ostendere voluit, qui exposuit quidem eam Deus, scripsit autem Moyses, excepit vero eam, Deo quæ disposita sunt iubente.

Caput XVII.

Præceptum Domini, quid edere debeat de sacrificio Aaron & filij eius, &c.

Locutusque est Moyses ad Aaron & ad Eleazar atque Ithamar, filios eius qui residui erant. Tollite sacrificium quod remansit de oblatione Domini, & comedite illud absque fermento iuxta altare, quia sanctum sanctorum est. Comedetis autem in loco sancto quod datum est tibi & filijs tuis de oblationibus Domini, sicut præceptum est. Pectusculum quoque quod oblatum est & armum qui separatus est, edetis in loco mundissimo, tu & filij tui, ac filiæ tuæ tecum. Tibi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostijs salutaribus filiorum Israel, eo quod armum & pectus & adipes qui cremantur in altari elevaverint coram Domino: & pertineant ad te & ad filios tuos lege perpetua, sicut præcepit Dominus. Quia pectusculum confidentiam offerentium & fidem significat, & brachium promissæ ab eis conversationis actionem & correctionem, satis a nobis in his quæ de sacrificio pacificorum seu salutari [illegible] dicta sunt, demonstratum est: sed quamo[illegible] Aaron & filij eius [illegible] quæ dicta sunt deputantur, illic & rursum enim distractione legislator exposuit. Sacrificium enim [illegible] manserit de oblatione siue ab holocaustis domini, hoc dixit, quod superest de similia. Aperte ergo Aquila edidit dicens: *Donum quod reliquum est de fermento.* Huius interpretatio est etiam hoc quod legislator subdidit. Ait enim: *Et comedetis absque fermento iuxta altare:* Vbi [illegible] doctrinam Theologiæ hanc significat, sacrificium simile sine fermento esse quantum ad exteriorem doctrinam volens: Sim[illegible] [illegible] deus [illegible] partialis quædam apud nos est theologia. in cælis quippe eius est plenitudo, propter quod [illegible] quod remansit. id est, hoc quod superest comedi præcepit, vt ostendat summam apud eum esse atque seruari. Oportet autem eam comedi iuxta altare, id est, Christi corpus. Ex eo enim nobis theologia omnis ministratur, sed quod remansit de simila Aaron erit & filiorum eius. Quæ vero de sacrificijs pacificorum siue salutaribus sunt, Aaron & filiorum eius: siue secundum Septuaginta, *& domus eius* omnes videlicet populi, Theologiam quippe studere non omnium est, sed sublimium & appropinquantium Domino, atque eorum qui sequuti sunt Christum. C[illegible] qui autem [illegible] quæ ad pacifica seu salutem pertinent, omnis plebis sunt. *Inter hæc hircum qui oblatus fuerat pro peccato [illegible] Moyses, exustum reperit, iratusque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanserant ait: Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto quæ sancta sanctorum est, & data vobis, vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conspectu Domini, præsertim cum de sanguine illius non sit illatum intra sancta, & [illegible] eam debueratis in sanctuario, sicut præceptum est [illegible].* Quia omne peccatum per pœnitentiam deletur, & quia hi prædictum peccatum alterius doctrinæ & blasphemiæ commiserunt, saluati non sunt: causam legislator huius quæ eis sine misericordia venit mortis exponit. Hinc introducit Moysen pro peccato hircum, pœnitentiæ videlicet oblationem, quia quærens exquisiuit: sicut Septuaginta ediderunt: quod est valde quæsiuit, nec usque, ait, hi qui [illegible] erant filij Aaron quod non [illegible] hoc quod pro peccato erat in loco sancto. id est, pro eo quod pœnitentiam in Ecclesiam commissi peccati peragi, vt sacerdotes non fecerint: ipsis enim comedere quæ pro peccato sunt & orare oratione quæ est pro pœnitentia congregationis, & adquirere præceptum est. Quare? Quia Christus eos in proprium locum Ecclesijs constituit. Ipse autem suæ oblationis sanguinem, quæ pro nostro sanguine oblata est in sanctum, intus videlicet in cælestem habitationem, conspectui Patris sui obtulit, & in loco sacro, quem dicimus Ecclesiam comedi hoc sacrificium ad remissionem & propitiationem peccatorum præcepit, propter quod ait Moyses: *Quemadmodum præceptum est mihi,* id est, quemadmodum præcepi & mandaui: Christi enim gerere personam eum [illegible] sæpe diximus. Inquirit autem pro ignorans, nam quomodo in præcedentibus causam addidit. Cum [illegible] hircum pro peccato quærens exquisiuit Moyses [illegible] *hic incensum erat, vt exustum reperit* [illegible] quia [illegible] eius doctrinæ peccatum, blasphemia est in [illegible] Spiritum. Propter quod Stephanus doctores Iudæorum [illegible] præuaricantes legem & inobedientes, sub *dura ceruice* dura cordis appellat. Vt autem male interpretantibus legem & Prophetas dicebat: *Vos semper sancto spiritui restitistis,* nec statim eis ab intelligibili igne videlicet spiritus pro pœnitentia oblatio ablata est: Et propterea pro peccato hircus exustus dicitur, quia scientes & voluntariè peccantes, & si se dicunt pœnitere non pœniteor pure. Blasphemian. cor eorum occæcatum est: propter quod & Paulus dicebat. *Voluntariè enim peccantibus nobis post susceptam cognitionem veritatis, iam non pro peccato relinquitur hostia.* Nam sicut vera pœnitentia à clementissimo iudice veniam promereri potest, ita simulatio pœnitentiæ non placat sed irritat Deum: Quia *Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum*: De quo prædictus Apostolus ait: *Existimas hoc ô homo quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducet: secundum duritiam autem tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius.* Hoc enim sancti Patres irremissibile peccatum & blasphemiam in Spiritum sanctum esse dixerunt, quando quis in erroribus & [illegible] sceleribus vsque ad finem vitæ perseuerauerit, nec vult dum tempus habet conuerti ad Domini misericordiam deprecandam, de salute sua magis desperans quam de redemptoris omnium potentia confidens, cuius finis perpetuus erit interitus. *Respondit Aaron: Oblata est hodie victima pro peccato, & holocaustum coram Domino, mihi autem accidit quod vides, quomodo potui comedere eam? aut quomodo placere Domino in cerimonijs mente lugubri? Quod cum audisset Moyses, recepit satisfactionem.* Hodie quod tempus oporteat intelligi, aperte nobis Paulus tradidit cum dixisset enim Dauid: *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione:* Et interpretans ipse quia de præsenti quidem tempore vsurpatiue, propriè vero de tempore quod post aduentum Domini est, oportebat intelligi quod dictum est, vide quid subdidit: *Quoniam ergo superest quosdam introire in eam, & hi quibus prioribus annunciatum est, non introierunt propter incredulitatem* iterum terminat diem quandam hodie, in Dauid dicendo post tantum temporis sicut supra dictum est dicens: *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Si enim eis Iesus requiem præstitisset, nunquam de alio loqueretur post hanc diem: Ergo his quæ prædicta sunt ostenditur, quia aperte tempus post aduentum saluatoris significat, in quo intelligibilis sabbati hominibus requies prædicta est. Hoc ergo Aaron ex persona dicere Ecclesiæ, vt figuram gerens, non solum Christi sed Ecclesiæ videtur, vt quia hodie obtulerunt quæ pro peccato suo sunt, & holocausta sua, id est, quia post aduentum saluatoris deputati sunt ministrare & offerre pro pœnitentia, & philosophicam vitam exponere, alia docentes deprehensi sunt & talia in eis, Ecclesiæ acciderunt, vt sacerdotum & magistrorum lugeret, & ex blasphemia accedentem mortem: recte comedere hodie pro peccato non potuit, nec orationem adepta est pœnitentia, quia Domino videlicet Christo displicebat. Tractemus ergo ipsum locum. *Immolatus erat hircus pro peccato, & oblatus in holocaustum: Quæsiuit eum postea Moyses & combustum erat. Et iratus est Moyses ad filios Aaron Eleazar & Ithamar qui superfuerant, dicens: Quare non manducastis quod pro peccato oblatum est in loco sancto. Quoniam quidem sancta sanctorum sunt: hoc vobis manducare oportuit, vt auferatis peccatum synagogæ, & intus manducandum esse sicut mihi præceptum est. Cum ergo iratum eum vidisset Aaron, placide respondit ei: Si hodie obtulerunt pro peccato suo holocausta sua contra dominum, & acciderunt mihi talia, manducabo quod pro peccato hodie obtulerunt? Nunquid placebit Domino. Et audiuit Moyses, & placuit illi.* Quid ista significent consideremus. Nihil peccare solius est Dei, emendare sapientis est & corrigere erratum, & pœnitentiam gerere peccati: Id tamen est difficile in hac vita hominum. Quid enim tam rarum, quam vt inuenias virum qui ser-

plu-

A psum coarguat & factum condemnet suum. Rara [illegible] confessio de peccato, rara pœnitentia, rara in hominibus verbi eius adsertio. Repugnat enim natura, repugnat verecundia. Natura, quia omnes sub peccato, & qui carnem gerit, culpæ obnoxius est, ergo repugnat natura carnis, & illecebra seculi. innocentiæ integritatiq; repugnat etiam verecundia: quia erubescit vnusquisq; propriam culpam fateri, dum præsentia magis quam futura cogitat. Studebat autem Moyses peccati vacuam repperire animam, vt exuuias erroris deponeret, & nuda culpæ sine vllo sui pudore discederet, sed non inuenit quia cito impetus irrationabilis præuenit, & flamma quædam celerrimi motus animam depascitur, atque exurit eius innocentiam. Præponderant n. futuris præsentia, & violenta moderatis, & plura paucioribus. & iucunda serijs, & asperis mollia, & tristibus læta, & illecebros rigidioribus & propere opera tardioribus. Velox n. est iniquitas quæ ad nocendum occasiones suggerit. *Quia veloces pedes eius ad effundendum sanguinem.* Lenta autem virtus

B omnis & diuturna cunctatrix antejudicat, & adorienda incipitata mens boni speculatrix consiliorum suorum est, priusque examinat quid decorum atque honestum. Iniquitas vero opere cogitationi anteuertit. Pigra igitur & verecunda est pœnitentia, quia premitur & reuocatur præsentium pudore. Solis enim intendit futuris, quorum spes sera, tardior fructus, & ideo peritio ipsa tardior. Inter hæc spei & virtutis molimina, præcurrit impudentia, & specie præsentium pœnitentia excluditur, & tanquam exuritur affectus eius, & huiusmodi aboletur inuitus, quærit eam lex & non inuenit. Ambusta est enim feruore & fumo iniquitatis, & indignatio quædam legis mouetur. Dicit Moyses deuorandam fuisse pœnitentiam in sanctis sanctorum. Sacerdotes quasi segniores increpat. Respondit Aaron prouidum debere esse iudicium sacerdotale, nec facile malæ sanæ conscientiæ committendum id muneris, ne fiat error deterior priore. Vase enim fœtido, vel oleum vel vinum facile corrumpitur, ac deterioratur. Quo-

C modo autem poterat, vbi ignis alienus erat peccatum exuri, & hoc sub conspectu Domini, cui & occulta sunt cognita? Nunquid potest placere Domino si quis cum adhuc versetur in iniquitatibus, & iniustitiam corde inclusam teneat, dicat se agere pœnitentiam? Simile est ac si quis æger sanum se simulet, magis ægrotabit. quia nihil ei prodesse potest simulatio sanitatis, cum verbo adumbretur, non vllo fulciatur subsidio virtutis. Ignis itaque alienus est libido, ignis alienus est omne iniustæ incendium cupiditatis, ignis est omnis ardor auaritiæ. Hoc igni nemo [illegible] undatur, sed exuritur. D

Nam vbi iste ignis alienus est, si ignis in conspectu se offerat Domini, ignis eum cælestis absumit, sicut Abiu & Nadab quos exussit ignis cælestis, pariter cum his quæ pro peccato sacris fuerant oblata altaribus. Qui ergo vult mundare peccatum suum, ignem à se remoueat alienum, illi soli igni se offerat, qui culpam non hominem exurit, qui sit iste ignis, audi dicentem: *Qui [illegible] vos baptizabit in Spiritu sancto & igni.* Hic est ignis qui siccauit Emorousæ per duodecim annos sanguinem profluentem: hic est qui peccatum Zachæi abstulit dicentis: *quod dimidium bonorum suorum dat pauperibus, & si cui quicquam abstulit, redderet quadruplum.* Hic est ignis qui abstersit culpam latronis. Ignis enim consumens est, qui dixit ei, *h[odie] e[ris] mecum in paradyso*: illos itaque sanauit in quibus simplicem & puram repperit confessionem, nihil malignum, nihil fraudulentum. Denique Iudas ad remedium peruenire non potuit cum diceret: *Peccaui quod tradiderim sanguinem iustum*, quia alienum ignem voluebat in pectore suo, qui eum inflammauit ad laqueum. Indignus enim remedio fuit, quia non intimo mentis conuersus ingemuit & sedulo gessit pœnitentiam. Tantæ enim pietatis est Dominus Iesus, vt & ipsi donaret veniam, si Christi expectasset misericordiam. Hanc ergo culpam sacerdotes non auferunt, neque peccatum eius qui in dolo se offert, & adhuc in studio delinquendi est. Non enim possunt epulari in eo, quod plenum fraudis, & serpentis interius cicatricis est. Cibus enim sacerdotis est in peccatorum remissione. Vnde ait Princeps sacerdotum: *Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei qui in cælis est.* Quæ est voluntas Dei nisi ea: Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. In illo ergo subdolo, cibus nullus est, denique nec ipse epulandi suauitatem capere potest, in quo non syncera & pura conscientia est. Amaritudo enim fraudis, epulandi suauitatem obducit, nec permittit mala conscientia vt reficiat & pascat obnoxium animum pœnitentia. Ideo ergo talis affectus, talis petitio, talis pœnitentia non est vsui, aut voluptatis sacerdotibus, meritoque hircus ille qui pro peccato oblatus est in holocaustum, quia non fuit syncera hostia exustus est, quia in eius sacrificio, ignis alienus repertus est. Non est itaque complacitum & acceptum sacrificium DEO, non est acceptum nisi quod fuerit in diuitijs syncaeritatis & veritatis probatum.

Iohan. 1.

Luc 19.

Luc. 23.

Mat 27. E

F

FINIS LIBRI SECVNDI.

A

HRABANI MAVRI, MOGVNTINENSIS ARCHIEPISCOPI, ENARRATIONVM IN LEVITICVM,

LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

De animalibus quæ comedi debent, & quæ munda seu immunda sint.

Leu. cap. 11. LOCVTVS est Dominus ad Moysen & Aaron dicens: *Dicite filijs Israel: Hæc sunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ: Omne quod habet diuisam vngulam & ruminat in pecoribus comedetis: Quicquid autem ruminat quidem, & habet vngulam sed non diuidit eam, sicut camelus & cætera, non comedetis illud, sed inter immunda reputabitis. Chyrogrillus qui ruminat, vngulamque non diuidit, immundus est. Lepus quoque, nam & ipse ruminat sed vngulam non diuidit. Et Sus, quæ cum vngulam diuidat, non ruminat. Horum carnibus non vescemini, nec cadauera contingetis, quia immunda sunt vobis.*

B

Isichius. Hæc de quibus nunc sermo est & ipsa diuina eloquia maximam videntur habere contrarietatem. Qui enim ad Noe dixit: *Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum, & quasi olera virentia tradidi vobis omnia*: quomodo nunc quædam comedi de his quæ prius concessa sunt prohibuit? Quomodo etiam quando faciebat bestias terræ secundum genus suum & pecora & reptilia, dictum est: *Et vidit Deus quod essent bona*: Et rursus, *vidit Deus cuncta quæ fecit & erant bona valde*. Nullatenus autem bonum maxime & valde hoc quod immundum est esse potest, nunc autem tanquam oblitus quam de eis protulerat sententiam quædam quidem animalium munda, quædam dixit immunda. Ergo quædam erant bona, quædam non bona, sed non est ita, nam & si ad modicum castigare Iudæorum gastrimargiam volebat, tamen vera legis consideratio manifesta est & spiritalis præceptorum expositio, qualesque oportet esse legis studium dantes, docendum intentionem legislator habet. *Sicut enim non in solo pane viuit homo sed in omni verbo quod procedit de ore Dei*: Sicut panis nutrimentum corporis, sic & lex Dei nutrimentum est animæ, vtpote rationalis rationis virtus & substantia. Et sicut in superioribus ex his quæ immolantur, figurat eos qui offerunt, per ouem significans simplicem, per vitulum mandatorum operatorem, per hædum vero pœnitentem: Sic etiam nunc figurat per animalia eos, qui eis vescuntur: Ait enim sic.

Gen. 1.

C

Matth. 4.

Locutus est Dominus ad Moysen & Aaron dicens: Dicite filijs Israel: Hæc sunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ. Communis est lex: mandatum hoc ad omnes pertinet, totiusque populi est iustificatio: Loqui enim filijs Israel, omni videlicet populo præcepit. Quid autem præcepit loqui? *Hæc sunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ.* Nequaquam autem de animantibus terræ diceret, nisi intentionem haberet ab animalibus cœlestibus distinguendi. Ibi enim leonis esse vultum & vituli & aquilæ sicut & hominis dum Ezechiel animalia cherubin tradit, edocuit: Ergo in cælestib. animalibus custodia aut alia circumspectione non egemus, vt cognoscamus quæ sint munda: Omnia enim similiter munda & sancta sunt, sicut sancto Deo & ei quæ in circuitu eius sunt significat adstantia: Terræ vero animalia nõ omnia sunt munda, non propter naturam, sed propter nostrum excessum, & quia per iniquitatem naturam deprauauimus: sed quemadmodum munditiam eorum cognoscamus vel immunditiam, ex his quæ sequuntur intuendum est: *Omne quod habet diuisam vngulam & ruminat in pecoribus, comedetis.* Animalium maxima virtus in vnguibus esse creditur, quæ etiam cognationem habent cum dentibus, vnguium siquidem est ea discerpere quæ apta esui per dentes fiunt. Primum enim sciendum est, quicquid à Deo institutum est mundum esse, & in ipsa institutionis auctoritate purgatum. Quid ergo est in animalibus igitur mores pinguntur humani & actus & voluntates, ex quibus ipsi fiunt mundi vel immundi: Hæc itaque munda esse dicit: *Omne*, inquit, *quod habet diuisam vngulam & ruminat in pecoribus comedetis*. Quod eum diceret, non pecora sed mores hominum discernebat. Denique hi homines mundi sunt, qui ruminant, qui in ore semper portant quasi cibum præcepta diuina, hi & vngulam findunt: Quia duo testamenta, legis & Euangeliorum credentes se firmo gressu innocentiæ iustitiæque statuunt. Item Iudæi ruminant quidem verba legis, sed vngulam non findunt, hoc est, quod nec duo testamenta recipiunt, nec in patrem & filium fidei suæ gressum statuunt, propterea immundi habentur. Hæretici quoque licet vngulam findant, in patrem & filium credentes, & duo testamenta recipientes, sed quia doctrinam veritatis in ore non ruminant, nihilominus & ipsi immundi sunt. *Qui quidem*, ait, *ruminat & habet vngulam, sed non diuidit eam, sicut camelus, &c. non comedetis illud, sed inter immunda reputabitis.* Camelus est Iudæus tumens per superbiam, quales Scribæ sunt & Pharisæi, ad quos dicebat Dominus. *Liquantes culicem, camelum autem glutientes.* Ergo scribæ & Pharisæi, ruminantes comedunt, quia in legis literæ gloriantur meditatione, & in cultu sabbati, purificationisque & sacrificiorum, aliorumque similium; vngulam autem non diuidunt, ea quæ ab eis comeduntur, neq; discernunt ab spiritu literam, & propterea eorum scientia immunda est. Tales sunt & qui leporem comedunt, & qui chirogryllum: Ruminant enim & ipsa sed vngulam non diuidunt. In populari autem multitudine Iudæorum vtrumque accipitur, debilia quippe esse animalia hæc dicuntur, testante Dauid & Salomone vtrorumque animalium debilitates. Salomon quidem cum ait: *Lepusculus plebs inualida posuit in petra cubile suum*: Dauid vero *Petra refugium herinaciis siue chirogryllis*: quorum vnum est velox & timidum cum infirmitate, id est, lepus: aliud autem debile quidem sed rapax & bestiale atque mortuorum dicunt id est, chirogryllus. Quod omni quidem plebeio, maxime autem Iudæorum inest populo. De quibus dixit Dauid: *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Quantum autem timidi & infirmi filij Iudæorum sint, vox diuina ostendit cum dicit: *Væ cordibus trepidis & manibus remissis*: Quanta a. iniustitia & feritas apud eos erat, audi Esaiam dicentem: *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij, iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ.* Post hus: Suem dicit esse immundum: quia diuidit vngulam & non ruminat: Qui ergo sint qui æmulentur ac propterea illum comedere dicuntur. Petrum expositorem & magistrum suscipe: Eum quippe qui habet scientiam diuinorum, sed non illa bene vtitur, actionibusque incongruis eam polluit, vitæque immundæ semetipsum tradidit, Suem etiam ipse appellauit dicens: *Melius fuisset eis non cognoscere viam iustitiæ, quam cognita ea retro reuerti à tradito sibi sancto mandato: Contigit enim illis res veri prouerbij. Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro cœni.* Sed quod his quæ dicta sunt addidit: *Horum carnib. non vescemini, nec cadauera contingetis, quia immunda sunt vobis.* Hoc est, nec cameli, nec leporis, nec chirogrilli, nec suis, quæ inter immunda iudicauit.

D

Ezech. 1

Isichius

F

Moral.

Matt. 23.

G

Prou. 30.

Psalm. 103

Psal. 13.

Esa. 1.

H

2. Pet. 2

Nam camelus, scribarum & Pharisæorum vt diximus, personam gestat, qui per superbiam, stultitię vitio notabiles sunt, quæ contraria est sapientiæ: Stultorum quippe est proprium superbire. Lepus vt timidus, fortitudini contrarius est Chirogrillus vt rapax, iustitiæ: Sus vt

A *Isichius* vita sordida viuens & immunda, castitati contraria est. Horum nec carnes comedamus, id est, nec quam videntur habere virtutem sequamur; In hypocrisi enim illam & non in veritate sectantur, multumagis autem morticina eorum tangenda non sunt, nec malis eorum communicandum est actionibus. Ipsa enim huiusmodi proculdubio morticina sunt vitæ. *Hæc sunt quæ gignuntur in aqua, & vesci licitum est: Omne quod habet pinnulas & squamas, tam in mari quam in fluminibus, & stagnis, comedetis, Quicquid autem pinnulas & squamas non habet eorum, quæ in aquis mouentur & viuunt, abhominabile vobis & execrandum erit, carnes eorum non comedetis, & morticina vitabitis, cuncta quæ non habent pinnulas & squamas in aquis, polluta erunt.*

Isichius. Ex eo quod non aperte diuina scriptura genera piscium exposuit à quibus abstineri vult, superfluum est hæc in præsenti quærere: Nusquam enim piscium in ea inueniemus vocabula.

R. Semetipsam ergo in hoc etiam imitatur loco. Veruntamen illud nunc notari oportet: quia quemadmodum in spontaneis sacrificijs, quæ & dona legislator appellauit;

B aliquando quidem operatores legis; aliquando autem simplices; aliquando vero contemplatores, per oblationum significauit modos, aliquando eos qui saluantur ex gentibus, quibus & sacrificia de simila vt simplicibus deputauit; quod ostendit ex eo quod dicit: *Si anima obtulerit donum Domino non addes*; Si anima de populo terræ quemadmodum in aliorum sacrificiorum enunciationibus solet: Sicut ergo in illis, sic & [illegible] per ciborum abstinentiam, quales debent esse qui [illegible] meditantur ostendere cupiens, per ruminare liquidem & vngulam diuidere Iudæum significauit: qui debet legis implere mandata, & ab spiritu literam diuidere & legem spiritaliter intelligere: Per hæc autem quæ nunc dicta sunt ostendit, de gentibus se loqui, vnde & existimo non expressis nominibus piscium memoriam factam; quia nec nomina illorum scribi super terram cupit Ecclesia. Vnde & de illa

Psal. 101. Dauid ait: *Scribantur hæc in generatione altera*, videlicet futura in cœlis: ibi enim filiorum eius scripta sunt nomina.

C *Hæc sunt quæ gignuntur in aquis & vesci licitum est.* Intelliguntur per hæc hi qui ex gentibus saluati sunt: vtpote regenerationem habentes in aqua baptismatis. De quibus &

Isaiæ 40. Esaias dicebat: *E [illegible] fluminis*, siue vt Septuaginta *sunt aquæ multæ, gentes multæ*. Vnde & [illegible] conueniunt quæ sequuntur: *Omne quod habet pinnulas & squamas, tam in mari quam in fluminibus & stagnis comedetis*. Eadem etiam his qui ex gentibus sunt de meditatione legis, alijs præcepit verbis: Vult enim eos habere in meditatione legis pinnulas, vitamque sublimem atque cœlestem, sed expositionem legis huic similem, propter quod non pinnulam habere sed pinnulas eos vult, quia autem ignorantia diuinæ scripturæ gentes obtinuerat: non enim susceperant legem neq; Prophetas, nec alia in eis erat scientia diuina subtilior: Ne ergo hoc morbo permanenti & perpetuo laborarent squamas eos habere vult, quæ facile auferentur; Quia autem squamæ temporalem, & quæ facile careant ignorantiam significant, demonstrant

Act. 9. ea quæ de Paulo scripta sunt in Apostolorum Actibus:

D Cum enim zelo iudaico Ecclesiam persequeretur, ignoraretque eum quem persequebatur, facile caruit zelo propter ignorantiam, postquam cognouit quem persequeretur, vocatus à Christo, Et postquam ei ab Annania euangelizatum est, squamæ ceciderunt ab oculis eius, & mox vidit. Ergo in modum squamarum superiacebant, instantes ei temporales ignorantiæ. Vnde nimis consequenter legislator subdidit: *Quicquid autem pinnulas aut squamas non habet eorum quæ in aquis mouentur, & viuunt, abhominabile vobis & execrandum erit*; Sicut enim quædam piscium genera testam pro pelle habentia, quorum squama auferri non potest, tales sunt qui nec squamas ignorantiæ verbo Dei deponere, nec cultum spiritus suscipere patiuntur; hi & si in mari inueniantur baptismatis: & si in fluminibus pœnitentiæ, abhominabiles sunt in omnibus quæ mouentur & viuunt in aquis. Et enim vitam sortiti sunt in baptismate, vocationem tamen regenerationemque corruperunt, dum pinnulas & squamas nō habent, sublimem videlicet vitam cognitionemque diuinorum quæ cœlestis est, sed [illegible] cæcum [illegible] ignorantia

E detinent: & propter [illegible] his qui squamas habent non adnumerantur: [illegible] quanta [illegible] subtilitate sermonum vt videl[illegible] maxima [illegible] myst[illegible] & animmitabilia significans legislator [illegible] Pinn[illegible] enim squamas coniunxit; Quia quemadmodum piscibus, quibus sunt squamæ, his sunt omnimodo [illegible] pinnulæ; sic quibus ignorantia temporalis est, & quæ propter [illegible] cito careri possit: his & cognitio sublimis & vita cœlestis addicitur. Horum ergo qui non sunt tales, nec carnes comedere, sed nec morticina tangere, nec aliquam communionem omnino cum eis habere, oportet: Quod testatur Paulus

1. Corint. 5. dicens: *Si is qui frater nominatur, est fornicator aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere.* Adulter aut auarus, aut ebriosus, aut detractor, non habet pinnulas, vitam videlicet habens sordidam & immundam: idolorum autem cultor in his qui squamas habent, non computatur, durant quippe & in morem testæ, atque insanabilem habere [illegible] tur

F diuinorum ignorantiam, alias nequaquam postquam

Gregorius. Deo coniunctus est vltra seruisset idol[illegible]. Præterea notandum est, quod pisces qui pinnulas & squamas habent, dare saltus etiam super aquas solent; Quid ergo pinnatis piscibus nisi electæ animæ figurantur; quia profecto solæ in cœlestis Ecclesiæ corpus transeunt quæ modo virtutum pinnulis fultæ, saltus dare per cœleste desiderium sciunt, vt superna contemplatione appetant, quamuis in seipsis iterum ex mortali carne relabantur Soli ergo in electorum corpore quasi cibus electus transeunt, qui in eo quod in imis deseruiunt, aliquando superna conscendere, mentis saltibus sciunt, ne semper in profundis curarum lateant & nulla eos amoris summi quasi liberi aeris aura contingat. Qui ergo rebus temporalibus occupantur, tunc bene exteriora disponunt, cum sollicite ad interiora refugiunt, cum nequaquam foras perturbationum strepitus diligunt, sed apud semetipsos intus in tranquillitatis sinu requiescunt.

G *Hæc sunt quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda sunt vobis: Aquilam & gryphem, & halietum, & miluum ac vulturem iuxta genus suum; & omne corui genus in similitudinem suam struthionem & noctuam, & larum & accipitrem iuxta genus suum: bubonem & mergulum, & ibim: cygnum & onocrotalum & porphyrionem, erodionem & charadrium iuxta genus suum, vpupam quoque & vespertilionem.*

Isichius Nec eorum qui ad contemplationem vacant vitam, in hoc legislator indiscussam reliquit: sed quemadmodum in oblatione sacrificiorum, proprium eis legis capitulum deputauit, ita & in inquisitione ciborum, fines eis proprios dedit, quos producens & terribiliores faciens, non sicut de pecoribus & de piscibus etiam de his sancit. Ibi enim ait: *Hæc sunt animalia quæ comedere debetis, de cunctis animantibus terræ:* Et rursus: *Hæc sunt quæ gignuntur in aquis & vesci licitum est:* Hic autem: *Hæc sunt*, inquit, *quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda sunt vobis*. Vere abhominatione dignum est & valde inter illicita atque nimis euitanda connumerandum, contemplationi vacantem quempiam sponte tales

H habere maculas, quales per denumeratas aues legislator significat: Ait enim *aquilam & gryphem & halietum & miluum ac vulturem iuxta genus suum*, rapaces & cibum alienum male sectantes, quæstibusque iniustis gaudentes, per prædicta significat; quia enim quidam inueniuntur in ecclesiis [illegible] eos qui putantur contemplationi operam dare qui non quemadmodum debent ad hoc vacant, sed [illegible] instantur: Audi Paulum dicentem, *Si quis*

1. Tim. 6. *aliter docet & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi: & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus exoriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui à veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.* Hoc ergo significant ea quæ nunc denumerata sunt, animalia victum ex rapina conquirentia: Quædam autem ex his, alias aues inuadunt, & ex venationibus earum nutriuntur; Alia vero in domos ingredientia diripiunt quæ repererint, ne quidem gerentium se obsoniis parcentia, quibus sunt

A 2.Timoth. 3. similes quidam qui *penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis*: quas Paulus arguit. Vultur, rixis & bellis gaudet, propter cadauera præliorum, intantum vt etiam sequatur exercitum. Num ergo oportet aliorum casibus pasci, atque nutriri eum qui contemplationi dat operam. Coruini ergo generis animalia sunt affectionis expertia, quod manifestum est ex eo, quod emissus à Noe ex prima cum coruus auolatione transgressus est, cui similis Iudas circa suum magistrum fuit & Dominum. Strutio auis quidem est sed volare non potest, totamque vitam suam circa terram occupat, quales sunt quidam Deo militantes & sæculi negotijs se implicantes. Noctuam vero, pro qua Septuaginta *glaucum* dixerunt, hanc asserunt in nocte acuti esse visus, sole autem apparente minus vtilitate oculorum frui. Tales sunt qui legis gloriantur contemplatione, & scientia, lucem euangelicæ conuersationis capere non valentes. Larus, animal est in vtroque viuens, id est, aqua & terra, qui sicut

B auis quidem volat vt aquatile autem natat, cui non male comparantur hi qui simul circumcisionem venerantur

Galat. 5. & baptisma, ad quos Paulus dicit: *Si circumcidimini Christus vobis nihil proderit.* Accipiter inter rapaces aues est, habet autem quiddam aliud, propter quod à legislatore positus est, mansuescit quippe, & cooperatur ad rapacitatem; Quem imitantur hi, qui mansueti quidem videntur esse & sensu tranquilli sunt autem cum potentibus & auaris atque rapacibus. Nicticorax animal est, quod in nocte tantummodo rapit atque operatur, sicut sunt

Galat. 5. gentes intelligibiles, noctis operibus: Quæ sunt, fornicatio, immundicia, impudicitia, idolorum cultus, & his similia. Ibis & porphyrion: & quem Septuaginta nominant pelicanus, & cygnus, & herodius. & charadrius, longi esse colli, trahereque cibum ex altitudine terræ atque aquarum dicuntur; Quæ animalia imitari, nec de inferioribus euellere cibum, sed de cœlestibus. Ille siquidem contemplationi vacat, qui ad superiora mente contendit, & non solum intelligibilem, sed & sen-

C Matth. 6. sibilem cibum à Deo expectat: Vnde ait Dominus, *Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis: neque corpori quid induamini. Scit enim pater vester cœlestis, quia omnibus his necesse habetis.* Vpupa lugubre animal, amansque luctuum est, sæculi autem tristitia mortem operatur.

Propter quod oportet eum qui diligit Deum semper gaudere, sine intermissione orare, in omnibus gratias agere, quia gaudium fructus est spiritus. Vespertiliones circa terram volant, ita vt pennis pro pedibus vtantur quando ambulant, quod indignum est in eis, qui contemplationi dant operam; Quorum enim est volatus circa terram, horum etiam contemplatio procul dubio in terrenis occupatur. Non ergo incredulus sis nec dubites, quod etiam hæc, quæ nunc dinumerata sunt animalia ad ostensionem figuramque eorum, à quibus abstinere debent, contemplationi vacantes posuit legislator. Sed inquies, Quomodo horum animalium non cibus sed imitatio prohibetur: cum Pelicano & Nicticoraci Dauid Propheta semetipsum comparauerit, dicens:

D Psal. 101. *Similis factus sum pelicano in solitudine, factus sum sicut nicticorax in domicilio*; Per Aquilam autem Moyses ipsum signi-

Exod. 19. ficet Deum dicentem ad Israel, *Quomodo portauerim vos super alas Aquilarum*: Nam & Prophetæ Leonem Christum appellant: Leonem autem è diuerso Petrus esse diabolum dicit: Nec tamen secundum hoc leo Christus secundum, quo diabolus dicitur: absit à nobis, absit ista impietas; Sed quia simul regium, nec non rapax atque immite est animal, eumque dignitatem laudabilem, vituperabilem tamen operationem gerat, quod quidem laudabile habet, hoc in Christi regno accipitur, quod autem vituperabile in diabolo, id est, rapacitas, immanitudo: Quod & in Aquila considerantes, hoc absque dubietate reppertimus, Propter altitudinem enim volatus eius, figuram eius in DEVM Moyses sumpsit, quia vero rapax, à cibo eius abstinendum dixit. Propheta autem Dauid lugens hominem in peccato constitutum, nicticoraci hunc sicut in nocte viuentem comparauit: per pelicanum autem vtpote per animal amans solitudinem, figurauit eum, qui forsan amicis de[...] est aut cognatis, aliorumque similium societa[te] destitutus. Sed vt hæc cuncta breuiter replicentur [...] animalium: vitam damnat infortuem & criminibus tortuosam.

Cum autem in cibum Suem prohibet, reprehendit [E] [*Sicinam.*] vtique cœnosam & luteam & gaudentem vitiorum sordibus vitam; vt cum leporem accusat reformatos vtique in fœminis viros damnat. Quis autem mustellam, cibum faciat? sed furtum reprehendit; Quis lacertam? sed odit vitæ incertam varietatem; Quis postremo stellionem vesci possit? vt hæc lex magnopere prohiberet? sed maculas mentium execratur: Quis accipitrem, aut miluum, aut aquilam? sed odit raptores violentu scelere viuentes; Quis vulturem? sed execratur prædam de aliena morte quærentes; Sic & cum coruum prohibet, voluntates nigras: passerem quoque dum interdicit, intemperantiam coarguit, Quando noctuam? odit lucifugas varietates; Quando casandrium, genus aulam nimis diligens, linguæ intemperantiam; quando cignum prohibet, ceruicis altæ superbiam denotat; Quan- F do vespertilionem, quærentes tenebras noctis, similiter & errores.

Omne de volucribus, quod graditur super quatuor pedes, abhominabile erit vobis: Quicquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quæ salit super terram, comedetis, vt est bruchus in genere suo; attacus atque ophiomachus, ac locusta, singula iuxta genus suum. Ab omni mundos esse peccato atq; actione sordida eos, qui contemplatiuam vitam pollicentur oportet. propterea quicunque quidem volatilibus similes sunt superiorum, videlicet adsequi contemplationem promittentes, quæ ducit ad cœlos: sed reptilibus comparantur, quia passionibus terram & concupiscentiis operam dant, etiam si in quatuor ambulant pedes; id est, & si euangelicam simulant prædicationem, quæ dicit: *Non veni vocare iustos:*

Matth. 9. *sed peccatores in pœnitentiam*: Et: *Non habent necesse sani me-*

Ibidem G *dicum, sed qui male habent*, A quo latro saluatus est, & adultera iustificata. Et qui plus debebant plus diligere ignoscentem dicuntur: sed tamen quia non secundum veritatem socialem amplectuntur vitam, abutuntur autem compassione prædicationis pro suis voluptatibus, immundi sunt atque abhominabiles, vtpote qui in tali conuersatione, & in tanta scientia, turpem quandam ingrediuntur & immundam vitam. Quibus autem sunt crura excelsiora pedum, vt per ea exiliant à terra, interim vnde propterea ponuntur, quia cum sint in carne, non secundum carnem militant, sed à sordidis exiliunt actionibus, & secularibus hominibus, vt doceant eos atque instituant permiscentur; ita vt & cum adulteris aliquando, & cum publicanis habitent, & tamen immundis eorum non commisceantur actionibus: resiliunt enim ab eis & auolant, & cum societatem peccati ipsorum refugiant, peccatoribus tamen, vt eos à peccatorum sordibus liberent atque reuocent, plerunque cohabitant:

1.Pet. 2. Sicut Dominus: *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus*

H *in ore eius*: cum peccatoribus comedebat & bibebat, doctrina eos institutioneque iustificans, & ad sui prouocans æmulationem, nihil eorum ipse imitans, nec ab eis inquinatus: Propter quod dixerunt Cantica Canticorum: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens super*

Cant. 2. *colles.*

Oportet ergo nos habere crura sublimiora pedibus; non qualia Iudæorum pedes habent, qui in vtrisque vestigijs suis, in lege videlicet & Prophetis claudicant, sed qualia habent ea, quæ dicuntur Cherubin. De quibus

Ezech. 1. dictum est: *Et crura eorum crura recta, & penna in pedes eorum.* Recte & indeclinabiliter in Euangelicis pedibus,

Ephes. 6. de quibus dictum est: *Calceati pedes in præparatione euangelij pacis*: Hic quamuis super terram ambulet; quamuis cum peccatoribus dispensationis cuiusdam gratia, inuamini[...]que conuersetur, illud implens Apostolicum:

1 Cor. 10. *Siquis vos vocat infidelium ad cœnam, & vultis ire, omne quod vobis appositum fuerit comedite, nihil interrogantes propter conscientiam*, Tamen volatile permanet & mundus est,

A sciens à terra emi[illegible]r atque exili[illegible], & i[illegible]n adhærere [illegible] sæcularibus actionibus. Bene autem talium animalium etiam vocabula prædidit legislator; bruchum & locustū attacum atque ophiomacum nominans. Cuius autem

Nahum. 3. operationis sint siue virtutis; Naum Propheta satis explanat, ait enim: *Bruchus expansus est & auolauit: Custodes tui quasi locusta locustarum: quæ consident in sepibus in die frigoris:* Vel sicut Septuaginta: *Emicauit sicut attelabus commixtus tibi, sicut locusta quæ transcendit maceriam in die frigoris.* Ex quibus cernis quia & si peccatoribus commisceamur, & si in die gelu siue pruinæ, id est, abundantiæ peccati: *Cum enim*, inquit, *abundauerit peccatum, refrigescet charitas multorum.* Transiliamus maceriam, spinosam videlicet peccatorum coaceruationem, nō similes effecti eis sed subiicientes eos nobis, vt fiant doctrinæ obedientes, aperte salua-

1. Cor. 9. mus & saluabimur: Vnde ait Paulus: *Factus sum Iudæis sicut Iudæus: his qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cum ipse sub lege non essem; his qui sine lege sunt, quasi sine lege essem, cum ipse*

B *sine lege Dei non essem, sed sub legem esse Christi: Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem.* Sed tamen in morem bruchi, impetum facere & euolare necesse habemus, vt sicut locusta siue attacus esse qui pro huiusmodi attacum dicunt, exilire possimus & emicare: Sic enim apte conueniet, quod in eodem Propheta sequitur: *Sol ortus & eleuatus est, & non est inuentus locus eius:* Quoniam orto iustitiæ sole, qui illuminat abscondita, emicant atque exiliunt hi qui cum peccatoribus conuersantur ad solatium iustitiæ, & non iam locus illorum ille esse cognoscitur, cuius habitum pridem demonstrabant, cum quodammodo venerarentur quos & erat necesse saluari: Ophimaci autem ab appellatione manifestatur & virtus, quem imitari bonum est, & intelligibilibus repu-

Ephes. 6. gnare serpentibus: reminiscentes quod *non sit nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus:* Hi sunt quippe intelligibiles serpentes & venenati dracones.

C *Quicquid ex volucribus quatuor tantum habet pedes execrabile erit vobis, & quicumque morticina eorum tetigerit polluetur, & immundus erit vsque ad vesperum, & si necesse fuerit, vt portet quippiam horum mortuum, lauabit vestimenta sua & immundus erit vsque ad Solis occasum. Omne animal quod habet quidem vngulam, sed non diuidit eam nec ruminat, immundum erit, & quic-*

Isichius *quid tetigerit illud contaminabitur.* Quod reptilia volatilium quæ in quatuor ambulant pedes, eos qui abutuntur euangelicam vitam, & vitam sectantur sordidam & immundam significent. Diuidere autem vngulam, sicut hic Septuaginta dicunt, sed non ruminare, id est legem quemadmodum oportet meditari, & literam diuidere ab spiritu, sed non ea, quæ in ea scripta sunt operari, neque ita conuersari ut in præcedentibus ostendimus; vnde necessarie eorum morticina, id est, actiones, in quibus peccati morte intereunt, fugere præcepit, & nullo modo participari talibus, nec contingere ea: Non solum autem tangentes, sed & portantes aut accipientes quip-

D piam ex eis polluimur: Portat autem peccata, qui dicit malum bonum, & amarum dolce, & tenebras lu-

Isa. 5. cem, Quod Esaiæ Prophetæ reprehenditur voce: quia per hoc exercens alium ad iniquitatem, & inuitans ad malum, à quo prohibere debuerat super semetipsum quodammodo suscipit iugum: Non autem oportet quempiam peccatum alterius in semetipsum transferre.

Psalm. 18. Ob hoc enim & Dauid ait: *Et ab alienis parce seruo tuo.* Si enim alienorum participes efficiamur peccatorum, immundi vsque ad vesperam permanemus, id est, vsque dum agamus pœnitentiam, hanc enim vesperam Dauid ait: *Ad vesperam demorabitur fle[illegible], & ad matutinum lætitia.* Propterea lauari quoque vestimenta legislator præcepit, aperte demonstrans quod immundi simus vsque dum actiones nostras lachrymis diluamus.

E

Capvt II.

De immunditiis Morticina animalis.

Lcuit. 11. *Qvod ambulat super manus ex cunctis animantibus quæ incedunt quadrupedia, immundum erit; Qui tetigerit mortuina eorum pollutus vsque ad vesperam: & qui portauerit huiuscemodi cadauera, lauabit vestimenta sua & immundus erit vsque ad vesperum: Quia omnia hæc immunda sunt vobis:* Nullum lex *Isichius.* peccatum præterit tacite, sed quæcumque actiones per euangelicum Testamentum prohibitæ sunt, texit has prius ænigmatib. vt vtriusq; sanctionis consonantiam discens; confitearis Deum qui in eis locutus est, timensq; recedas ab omnibus quæ prohibuerunt. In quatuor ergo incedit, qui ad euangelicam conuersationem migrat, ambulat autem in manibus, qui quæstus eam causa, lucrique turpis adipiscitur, manus cito imponens, vt ex

F ea quippiam capiat commodi, hic omnibus recte connumeratur atque comparatur bestiis: Siue enim adulterum dicas, siue auarum, siue homicidam, siue detractorem, siue blasphemum, in his omnibus est, vtpote omnium peccatis communicans, per iniustam manus impositionem. Huius morticina sunt hi quibus manus imposuit. In ipsis enim patitur, peccati mortem. Qui ergo tangit ea, & qui leuauerit ex eis recte polluitur, qui quidem tangit ea, id est, qui conuersatur dicit, quia nullatenus competentem dignitatem atripuerunt, quam caupunantes, olim omnimodo per hanc iustificati sunt, sed post hæc in antiquis iniquitatibus permanent. Sed & qui portauerit ex eis, veluti portans falsum testimonium, perhibendo, & dicendo dignum qui indignus est, immundus erit vsque ad vesperam, quam superius diximus pœnitentiam: Lauans autem vestimenta mundabitur.

Hæc quoque inter polluta reputabitur de his quæ mouentur in

G *terra. Mustela & mus, & crocodilus, singula iuxta genus suum: Migale & cameleon, & stellio ac Lacerta, & talpa, omnia hæc immunda sunt; qui tetigerit morticina eorum, immundus erit vsque*

Isichius *ad vesperam.* Nec nunc Dei creaturam legislator accusans, immunda haberi hæc præcepit animalia, nam quomodo ea alio diuinæ scripturæ loco reperies esse lauda-

Prouerb. ta; Salomon quippe in prouerbiis dicit: *Quatuor sunt minima terræ & hæc sunt sapientiora sapientibus.* Inter quæ leporem, siue secundum Septuaginta *erinaceum*, & stellionem computauit: Quorum vnum superius cum camelo & lepore vt immundum, lex accusauit, Stellionis autem nunc mentionem fecit. Non ergo natura eorum immunda est, sed nec omnis actio, Nam quomodo poterant ista laudari? Sed quædam circa ipsa sunt actiones aptæ irrationabilibus animalibus, & quæ nullum iudicium exigunt, quæ nec nobis aptæ sunt, nec propriæ nostræ sunt, atque propterea quando à nobis contingun-

H tur, immundos nos faciunt; Per terram vero repere non est hominum, quibus concessum est, vt recti incedant, cœlumque respiciant: Quia super terram repere est sordida opera, terrenaque gerere quæ per differentiam animalium, quæ nunc denumerata sunt legislator significauit. Mustela enim animal est dolosum & valde furti vacans, Mus propter ventris ingluuiem multa quotidie pericula sustinet. Crocodilus duri corii & malitiosus est, lutoque pascitur: Migale animal est compositum, non natura sed vitæ conditione ad decipiendum aptum, id est, vt dolos faciat, ea rapiat, ventremque repleat: Propter quod compositum nomen accepit ex vtroque animali, ex quibus hæc habet vitia: Cameleon in malo mitescit, & præ infirmitate mansuetum esse se fingit, cum sit immansuetum animal, Stellio, id est, ascalobotes, nimis quidem paruulus vel minutissimus, venenosus tamen est; Lacerta in sepulchris habitat. Talpa cæcū est animal, quod de terra generatur; Dicunt n. eam de terra simul & pluuia creari corrupto luto, cum prius pluuiam suscipit. Hæc ergo immunda sunt, de omnib. quæ repunt super terram, non quia alia non sunt immunda, sed quia hæc maxi-

A me sunt, propter quod pollutionem maiorem habent, siue malitiam. *Omnis qui tetigerit morticina eorum, immundus erit vsque ad vesperam.* Bene ergo probat intentionem legislatoris ipsa litera: Si enim immunda natura essent, ea quæ nunc dicta sunt animalia oportebat immondum esse, & qui ea viuentia tangeret. Nunc autem qui tetigerit morticina eorum, ipse solus immundus est. Morticina eorum sunt prædictæ actiones, id est, dolus, furtum, duplicitas siue [illegible]onia, & circa alia occupatio, necnon circa terrena festinatio, ex qua mentis excæcantur oculi: Quia ergo in his animæ contingit mors, morticina rectè nominantur, Et qui ea tangit, id est, qui in eis polluitur, sicut &

1. Corint. 7. Paulus ait: *Bonum est homini mulierem non tangere*, procul dubio immundus est. Nihil enim sic hominem polluit, [illegible] que dum vespera veniente, de qua Dauid

Psal. 29. dicebat: *Ad vesperum demorabitur fletus.* Ait autem de pœnitentia, intelligibili purificatione vt diluamus.

Et super quod ceciderit quicquam de morticinis eorum polluetur, tam vas ligneum & vestimentum, quam pellis & cilicia, &

B *in quocumque fit opus, tingentur aqua, & polluta erunt vsque ad vesperam: & sic postea mundabuntur. Vas autem fictile, in quo horum quicquam intro ceciderit polluetur, & ideirco frangendum*

Isichius. *est.* Admirabili diuisione etiam nunc vtitur legislator: Quia enim aliquando ex negligentia, aliquando peccamus ex opere malorumque studio, sicut illi de quibus

Prouerb. 23. Salomon in Prouerbiis dicebat: *Cui væ? cuius patri væ? cui contra? cui rixa? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? nonne his qui studant vino, & vacant calicibus epotandis.* Rectè hos inter eos, qui tangunt morticina posuit, qui venientem animæ negligentiam & ob stuporem defectumque

2. Reg. 11. [illegible] Quemadmodum Dauid surgens [illegible] de stratu suo, & ambulans in solario, & Vriæ vxorem lauantem se videns, captus à muliere est, quæ nimis erat pulcherrima: Qui adulterium simul homicidiumque commisit. In hos cadere morticina dicuntur: neque enim ipsi ad peccatum festinauerunt, sed inciderunt in ea: & quodammodo super se cadens peccatum

C suscipiunt, quia autem omnium susceperunt & non restiterunt, propterea rectè immundi sunt. *Tam vas ligneum & vestimentum, quam pellis & cilicia*; id est, siue vitam leuem quandam & mediocrem habeat; Talia enim sunt

* ad tegendum. vasa lignea, aut * tangendum sufficientem sicut est vestimentum, siue patientem, quam pellis significat, siue eam, quæ est patientium, hanc enim cilicium siue saccus significat. Omnino autem vas est in quo opus possit agi [illegible] tuis, sic enim intelligis, in quocumque fit opus, polluta erunt vsque ad vesperam, id est, vsque tempus pœnitentiæ.

Tingitur autem aqua lauacri vel lacrymarum & mundabitur: *Vas autem, ā le,* qui totus terrænus est, id est, luti [illegible] con[illegible]ersus. In hunc si inciderit morticinum, peccatum [illegible] quod est mortem est, interiusque eum penetret [illegible].

Psalm 108. Sicut Dauid dicebat: *Et induit se m[illegible] sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius.* Qui non solum ingredi maledictionem, sed & [illegible] in quo ingressa est dicit, necessario illum [illegible],

D Neque enim eius immunditia sicut aliorum facile purgari potest, labore quippe multo & contritione, & quodammodo reformatione contritæ & humiliatæ men[illegible], sicut ait Dauid: si mundari vult. vnde & beatus Paulus eum qui cum vxore patris fornicatus est intantum contriuit: vt *Sathanæ eum traderet in interitum carnis, quatenus* in tali contritione *saluaretur spiritus.*

1. Corin. 5.

Omnis cibus quem comederis si fusa fuerit super eum aqua immundus erit. & omne liquens quod bibitur de vniuerso vase immundum erit. Cibum esse & potum in omni vase, bonas

Isichius. actiones intelligimus, propterea enim dixit: Cibus quem come[illegible] & li[illegible]ens quod bibitur: quia malarum a[illegible] & cibus & potus prohibetur, id est, earum communicatio. [illegible] ergo in aliqua bonarum actionum quæ in omni vase sunt, id est, in omni homine, siue [illegible]pe siue plebeio, siue sapiente, siue imperito, venerit quo[illegible] eorum quæ dicta sunt inciderit morticinum, necessario immundus erit. Nam [illegible] si non ab [illegible] nino mala quadam intentione actionem b[illegible] [illegible], sicut hi faciunt qui propter [illegible] eorum pietatem fingunt. Postea [illegible] eius superbia, dolus aut hypocrisis [illegible] quod morticinum vtpote mortem [illegible] [illegible] insciens dicitur, erit & [illegible] siquidem actionem mala subingr[illegible] pol- luit.

Quia autem addidit legi quæ est de cib[illegible] *Si fusa fuerit super eum aqua,* ostendit quia eas quæ sunt po[illegible] ma actiones: quæ sit & sermo ei de fideli & baptismo est: de infideli autem actione nullam mentionem facit: Quod probat beatus Paulus, dicens: *Scripsi vobis in Epistola. Non commisceri fornicariis. Non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis: Si is qui frater nominatur, est fornicator, aut immundus, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere: Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare:* Intantum nullus ei sermo est de actione siue conuersatione eorum, qui foris sunt. 1. Corin.

F

CAPVT III.

Fontes & cisterna à morticinis munda sunt, non vasa fictilia.

E*T quicquid de morticinis istiusmodi ceciderit super illud immundum erit; siue clibani, siue cytropodes destruentur & immundi erunt. Fontes vero & cisterna & omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticina eorum tetigerit polluetur.* Si autem clibani & cytropodes noxentur, quomodo non magis aquarum collectione in quibus con[illegible] animalia hæc incidentia computrescerent. Sed putas quid clibani vel cytropodes significent: magistros videlicet in quibus cibi sacræ doctrinæ coquuntur, operationis spiritus igne supposito. Non est autem mirum clibanos eos per Metaphoram & cytropodas appellari, quum in multis scimus diuinam scripturam talibus vsam nominibus. Nam Dauid *Moab*, id est, gentem, *lebetem* appellauit. Ait enim: *Moab olla spei meæ.* Propter baptismatis aquas quæ in eis calefiunt. Sed & Ezechiel lebetem Ierusalem appellat, sed plenum carnibus, siue vt Septuaginta *veneno*: Viros in ea male docentes, & viuentes significans.

G

Secundum hanc ergo rationem clibani & cytropodes quibus coquantur cibi videlicet populi doctrinæ dici possunt. His ergo si inciderit morticinum, id est, si * peccantis mortificantis actio superuenerit, immundi fiunt & destruuntur: Quia qui docent non furari furantur: & qui prædicant non mæchari mæchantur. Doctrina autem siquidem bona est, non est immunda nec diuina, propter hoc abhominanmt eloquia, quod ex eis quidam forsan immundi prædicatores effecti sunt: & propterea fontes videlicet opulentas doctrinas & cisternas siue lacus, linguas loquentes mediocria & doctrinam mutuatam habentes, sed & collectiones aquarum, eos qui vndique huiusmodi verborum affluentiam congregant esse munda. * peccan

H

Bene autem lex subdidit, *Qui morticina eorum tetigerit polluetur*, vbi Septuaginta edunt, *qui vero tetigerit omnem immunditiam animæ morticinorum ipsorum immundus erit.* Et animam addiderunt, ne forte putares de repentibus sensibilibus aut bestijs dici: Nam eorum qui tangit morticina, non animæ, sed corporis immunditiam tangit.

Ergo de doctoribus intelligendum est, qui immundi facti sunt immunda quadam & mala actione. Hominum enim doctrinis quando fuerint secundum legem DEI intendere, operibus autem eorum nullo modo communicare, nec tractare ea, vel omnino contingere debemus, reminiscentes verborum Domini, quæ ad confirmationem præsentium dixit ad populum sine discipulos: *Super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisæi, Omnia* Matth.

[illegible]

CAPVT [illegible]

De animalibus [illegible].

O*Mne quod [illegible] super ter[illegible] mobile erit, nec [illegible] super pectus quadrupes [illegible] super humum tra-[illegible] noline contami-[illegible] nec tangatis quicquam eorum, ne immun-di [illegible].*

[illegible] autem [illegible]

[illegible]

Hæc est lex animantium & volucrum & omnis anim[illegible], quæ movetur in aquis & [illegible] repat in terr[illegible], vt [illegible] mundi [illegible] immunda, & sciatis quid comede[illegible] aut quid respuere de[illegible].

L[illegible] nihil re-iiciendum [illegible], quod cum gratiarum actione percipitur, sanctifica-tur enim per verbum Dei, [illegible] Pa[illegible] & orationem. [illegible] comede[illegible], [illegible] id est, bon[illegible] Si autem [illegible] Qui [illegible] de-tra[illegible], de quibus [illegible] *qui devorant plebem meam sicut e[illegible],* [illegible]cant h[illegible] abstinen-tiam.

A

CAPUT V.

De mulieribus quamdiu post partum immundæ sint.

Levit. 12

LOcutus est Dominus ad Moysen dicens, loquere filiis Israel & dices ad eos, Mulier si susceptο semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruæ, & die octauo circumcidetur infantulus: Ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ, omne sanctum non tanget, & nec ingredietur sanctuarium, donec impleantur dies purgationis [illegible] autem fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui: & sexaginta & sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ.

Isychius.

Iuxta literam igitur [illegible] men suscipiens est mulier, [illegible] pit ex semine. Hanc septem diebus esse immundam dicit. Et h[illegible] quamobrem? videlicet quia sator immundus est, vtpote h[illegible]es Adam [illegible] per transgressionem immundus factus est, atque [illegible] Euæ mixtus, omne genus humanum [illegible] immundum. Aperte autem h[illegible] in sacra scriptura legitur, quod postquam [illegible] de paradyso, mulierem [illegible] Adam [illegible] atque ita deduci cœpit humanum genus. Sept[illegible] autem di[illegible] ideo mulierem esse præce[illegible] [illegible] per cuius semen suscepit im[illegible] [illegible] quoque nost[illegible] pol[illegible] luit, vel [illegible] numerus [illegible] significat, per quem [illegible] tur, propter quod etiam eius requies, [illegible] ma dies est, [illegible] bile speratur sabbatum. Q[illegible] Inducens et [illegible] ad [illegible] eam, quam [illegible] beatitudinem. Quod man[illegible] [illegible], quæ Deus ad Adam dicit *M[illegible] dicta*

B

Gene. 3

terra in operibus tuis. Spinas & tribulos germinabit tibi. Propter[illegible] nun[illegible] tor *secundum dies separationis menstruæ.* [illegible] Septem[illegible] *secundum dies purgationis menstruæ, immunda erit.* [illegible] autem hoc sit, [illegible] interpretes pl[illegible] [illegible] S[illegible] machus quidem dicens, *secundum dies separationis [illegible]* Aquila, *separationis [illegible]*: Theodotion, *separationis a loco eius.*

C

Marc. 11.

M[illegible] autem afflictio & dolor, tunc esse cœpit, [illegible] paratu[illegible] paradyso Adam nostram [illegible] in sudore vultus comedere panem con[illegible] [illegible]mus Hinc sensu pleniorem & [illegible] [illegible]bano[illegible]m, cum dicit, *Et die octauo cir[illegible] infantulus.* Dies enim octauus [illegible] p[illegible] mæ di[illegible] qui imago est præsentis vitæ succedit figuram [illegible] futuri sæculi, in quo carnem præputii circumcidi[illegible] omnia opera carnis deponentes. Tunc quippe [illegible] non pe[illegible] tur sed nec comestur, aut bibi[illegible] [illegible] *Erimus autem* procul dubio, sicut [illegible], ex corruptibilibus incorruptibiles, *sicut angeli* [illegible] omnino ex immundis effici[illegible]

1. Corin. 15.

mur. *Seminatur* ig[illegible] Paulus, *in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.*

D

[illegible] propter quem infantem octauo d[illegible] [illegible] ante circumcisionem, abho[illegible] [illegible] & immundam; propter cau[illegible] [illegible] diximus: Mundatur autem [illegible] quæ imaginem gerit resurrectionis [illegible].

[illegible] quærendum est, quamobrem pue[illegible] præcipiens, [illegible] quidem immun[illegible] [illegible] dicit, v[illegible]que ad diem [illegible] in quo infans circumciditur: Octaua [illegible] circumcidi, Septem autem diebus [illegible] esse immundam, aut forte, qui [illegible] [illegible] autem lux [illegible] sordemque contra[illegible] [illegible] muliere [illegible] & quære [illegible] rei gratia [illegible] sanguine m[illegible]

[illegible] dum impleantur [illegible] [illegible] quod aut de[illegible] tanget, & [illegible] [illegible] teriu[illegible] secundos. Vlt[illegible] ca, non mihi vnum [illegible] [illegible] tabernaculum, vbi erat altare [illegible] [illegible] potuit? Nam sæpe appel[illegible] [illegible] ipsum atrium, cum dicitur. *In loco sancto* [illegible] Illuc fortassis [illegible] lebant intrare mulie[illegible] [illegible] bant dona sua, quæ imponeret [illegible]

Abud ergo per hoc legislator [illegible] cat; Quia in diebus quadraginta masculus [illegible] Duo hæc per ea, quæ dicta sunt [illegible], id est, ipsa quidem substantia generis human[illegible], munda [illegible] ut a Deo creata.

Omnia enim, quæ fecit Deus bona valde, & m[illegible] magis homo. Propter quod ait, in sanguine mu[illegible] siue purificationis mulierem se[illegible] Qui aut[illegible] successionem Adæ transgredientis lapsus est, [illegible] que semen suscepit, & con[illegible] omne sanctum non tangit, & in sanctuario non [illegible] tur, vsque compleantur dies purificationis [illegible] compleantur dies quadraginta, [illegible] tur. Ipsa quippe [illegible] stræ, quamuis fuerit [illegible] in sanctuarium, [illegible] fueramus, nisi imago Dei [illegible] [illegible]ctorum nobis [illegible] saluandam, ipse quoque incarnatus [illegible] imaginem saluare volens; sed in quadra[illegible] cœlum eam sustulit secundum quod [illegible] plasmans in vulua donat; Et tunc ad verum [illegible] natura nostra ingreditur.

Aperte autem hæc probantur per ea, quæ de ge[illegible] fœmineo sanciuntur, Quia enim octogesima die fo[illegible] in vtero fœminæ dicuntur, tantundem numerum [illegible] [illegible] onem dierum purificationis eatur [illegible] quæ [illegible] suscipiunt præcepit. ait enim sic *Si fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui,* Et cum oporteret quatuordecim dicere [illegible] [illegible], sed duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui; propter quod ad illum nos transmittit [illegible] [illegible]lum, id est, vt in septem quidem diebus esse hum[illegible]nam vitam fluxus autem menstruus afflictionem eius & dolorem & miseriam intelligamus.

Dixit autem duabus hebdomadibus. Recte, quia duplo genus muliebre mulctatum est, Ha[illegible] etenim & cum Adam maledictionem: In sudore vultus sui manducans panem suum, habet etiam ipsam terram, spinas & tribulos germinantem, quæ cum ex terra o[illegible] in terra reuertitur, habet etiam pœnam specialem *In tristitia paries filios, & ad virum tuum conuersatio tua, & ipse tui dominabitur*: Et propterea, *Duabus*, inquit, *hebdomadibus immunda erit, iuxta ritum fluxus menstrui: Sexaginta autem [illegible] ex diebus in sanguine mundo*, id est, purificationis *sedebit san[illegible] non tangens, vsque dum compleantur dies octuaginta* [illegible] enim & decem super sexaginta [illegible] ciunt: in quibus fœmina in vtero formatur Er[illegible] aliqua dubitatione legislator ostend[illegible] [illegible] facto maledicto nostrum genus [illegible] sanctis, [illegible] nem Dei, quar[illegible] & propterea su[illegible] en mulie[illegible] nonis parienderum paruulorum, de[illegible] Quod [illegible] quam breui non magis [illegible] diebus formationis de sanctis m[illegible] stra hoc interrogas Inc[illegible]tum est [illegible]

H

A verum mat[illegible], vt [illegible] stium esse poterat, qu[illegible] b[illegible] opo[illegible] team [illegible] prolibere [illegible] manifestata est causa, pro qua hæc [illegible] legislator in l[illegible] posuit. *Cumq; [illegible] fuerint [illegible] genuerit, pro filio siue pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ, siue turturem pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonij, & tradet sacerdoti, qui offeret illa coram Domino. & rogabit pro ea, & sic mundabitur, a profluuio sanguinis sui. Ista est lex parientis ma[illegible] [illegible] fœminam: quod si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, aut duos pullos columbæ, vnum in holocaustum, & alterum pro peccato, orabitq; pro eo sacerdos, & sic mundabitur.* Totam hic intentionem suam legislator aperuit, quia pullunones non motus naturales faciunt, sed peccatum, de quo Dauid dicebat: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea*: Non suæ matris peccatum aliquod accusans, sed matrem naturam appellat, immunditiam peccati Adam & Euæ, in omne genus nostrum descendisse significans: Et propterea quando completi fuerint dies purificationis secundum prædictum modum, sacrificium pro peccato iubet offerri: Qui & agnum anniculum in holocaustum tunc immolari præcepit, euidenter illud ostendit & adprobat considerann, quia Dei imago, perfectionem generi nostro tribuit, uam formationem quidem dies ostendunt, mundationis perfectionem autem sacrificium holocausti. Sed hic propter hoc interim legislatoris sapientiam obstupesce, quia euenire poterat vt studentes legem dicerent: quali deprecatione pariens infantem opus habebat, quæ ipsa non peccauit: Nonenim ex fornicatione, sed de nuptiis generauit: Interpretari necessitatem huius deprecationis volens, addidit: *Et mundabitur a profluuio sanguinis sui*: Profluuium sanguinis inobedientiam dicens: Vnde immunditia & pœna eius in totum genus humanum fluxit. quam & nos deponamus, sacrificia pro nobis, quæ dicta sunt offerentes: *Duos turtures aut duos pullos columbarum*, legis meditationem, contemplationemque & scientiam siue cognitionem. Horum enim habere figuram prædi[illegible] animalia demonstratum est, quia autem negligentia le[illegible], immunditiam hominibus introduxit, meditatio & [illegible]entia, per quam manifeste correctio prouenit, mund[illegible], liberareq; nos ab illata pridem pęna poterit in Christo Iesu Domino nostro. Ergo Dominus nostræ per omnia memor salutis non solum homo fieri cum Deus esset, sed etiam cum diues esset, pauper fieri dignatus est pro nobis: vt nos sua paupertate simul & humanitate, diuitiarum & diuinitatis suæ donaret esse participes. Sed libet paulisper intueri cur hæ maxime volucres in hostiam Domini iuberentur offerri: Nam & Abraham Patriarcha tanto ante legem

D [illegible]pon, has in holocaustum Domini legitur obtulisse: & implentiq; legis ceremoniis, qui mundandus esset, per has iubebatur munda[illegible] Columba ergo simplicitatem, turtur indicat castitatem: quia & columba simplicitatis, & castitatis turtur amator est ita vt si coniugem casu perdiderit, non alium vltra quærere curet. Vnde & in laudibus Ecclesiæ loquitur Dominus: *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis*: Et iterum: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum*: Genas quippe vt turturis habet anima, quæ ab omni impudicitiæ peste castam se custodit, & immunem: Oculos habet columbarum, quæ nulli nocere desiderans, etiam inimicos simplici amore contuetur. Sed & vtraque auis memorata, quia gemitum pro cantu edere solet, [illegible] hoc [illegible] tristitiam designat, de qua Dominus memoratur dicens: *Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium*: Et rursus: *Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur*. Merito ergo turtur & columba Domino offeruntur in hostiam, quia nimirum simplex & pudica fidelium conuersatio, gratum est illi sacrificium iustitiæ: quia qui laborat in gemitu suo, qui lachrymis suis stratum suum singulas per noctes abluit, acceptissimam prorsus Deo victimam mactat. E Cum vero vtraq; auis ita propter consuetudinem gemendi præsentes sanctorum luctus & desideria superna designet, hoc tamen differunt, quod turtur soliuagus, columba autem gregatim gemere consueuit: Et ob id, ista secretas orationum lachrymas, illa publicos Ecclesiæ conuentus insinuat. Bene autem puer Iesus primo circumciditur, ac sic interpositis diebus Hierosolymam cum hostia defertur quia & ipse tam iuuenis, prius omnem carnis corruptionem moriendo ac resurgendo calcauit: Ac deinde interpositis diebus cum ipsa carne iam immortali quam pro nostra salute hostiam Deo fecerat, ad gaudia supernæ ciuitatis ascendit: Et vnusquisq; nostrum prius aqua baptismi à peccatis omnibus, quasi vera circumcisione purgatur, ac sic proficiente gratia nouæ lucis. ad altare sanctum salutari hostia Dominici corporis & sanguinis consecrandus ingreditur. nam & ipsa singulariter simplex & casta nostri saluatoris humanitas, quæ oblata est patri pro nobis non incongrue per immolationem columbæ, siue turturis. potest figuraliter exprimi: Sed & omnis in fine mundi Ecclesia primo communi resurrectionem cunctam terrenæ labem mortalitatis & corruptionis exuet, ac deinceps in regnum cælestis Hierusalem bonorum victimis operum Domino commendata transfertur. F

Margin: Psal. 50. — B — C — Cant. 2. — Ioh. 16. — Matt. 5.

FINIS LIBRI TERTII.

A Dominum Moysi, non per linguam, sed per manum dicit. Aut omnino dignitatem legi ostendere voluit, quia exposuit quidem eam Deus, scripsit autem Moyses, excepit vero eam, Deo quæ disposita sunt iubente.

Caput XVII.

Præceptum Domini, quid edere debeat de sacrificio Aaron & filij eius, &c.

Leuit. 10. *Locutusque est Moyses ad Aaron & ad Eleazar atque Ithamar, filios eius qui residui erant. Tollite sacrificium quod remansit de oblatione Domini, & comedite illud absque fermento iuxta altare, quia sanctum sanctorum est. Comedetis autem in loco sancto quod datum est tibi & filijs tuis de oblationibus Domini, sicut præceptum est. Pectusculum quoque quod oblatum est & armum qui separatus est, edetis in loco mundissimo, tu & filij tui, ac filiæ tuæ tecum. Tibi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostijs salutaribus filiorum Israel, eo quod armum & pectus & adipes qui cremantur in altari eleuauit sint coram Domino: & pertinent ad te & ad filios tuos lege perpetua sicut præcepit Dominus.* Quia pectusculum confidentiam offerentium & fidem significat, & brachium promissæ ab eis conuersationis actionem & correctionem, satis à nobis in his quæ de sacrificio pacificorum seu salutari Isychius. B per partes dicta sunt, demonstratum est: sed quamobrem Aaron & filij eius ea quæ dicta sunt deputauit, illic & eorum enim [illegible] tractione legislator exposuit. Sacrificium enim quod remansit de oblatione siue ab holocaustis Domini, hoc dixit, quod superest de simila. Aperte ergo Aquila edidit dicens. *Donum quod reliquum est de fermento.* Huius interpretatio est etiam hoc quod legislator subdidit. Ait enim: *Et comedite absque fermento iuxta altare:* Vbique doctrinam Theologiæ hinc significat, sacrificium similæ sine fermento esse quantum ad exteriorem doctrinas volens: Sim[illegible] etiam ostendens quod partialis quædam apud nos est theologia: in cælis quippe [illegible] est plenitudo, propter quod h[illegible] quod remansit, id est, hoc quod superest comedi præcepit, vt ostendat summam apud eum esse atque secum. Oportet autem eam comedi iuxta altare, id est, Christi corpus. Ex eo enim nobis theologia omnis C ministratur, sed quod remansit de simila Aaron erit & filiorum eius. Quæ vero de sacrificijs pacificorum siue salutaribus sunt, Aaron & filiorum eius, siue secundum Septuaginta, *& domus eius* omnes videlicet populi, Theologiam quippe studere non omnium est, sed sublimium & adpropinquantium Domino, atque eorum qui sequuntur Christum. Com[illegible] qui autem e[illegible] quæ ad pacifica seu salutem pertinent, totius plebis est. *[illegible] hircum [illegible] qui oblatus fuerat pro peccato [illegible] quæreret Moyses, exustum repperit, iratusque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanserant, ait. Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto quæ sancta sanctorum [illegible] & data vobis, vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conspectu Domini, præsertim cum de sanguine illius non sit illatum intra sancta, & comedere eam debueratis in sanctuario, sicut præceptum est* Isichius. [illegible] Quia omne peccatum per pœnitentiam deletur, & quia hi prædictum peccatum altenus doctrinæ & blasphemiæ [illegible], saluati non sunt: causam legislator huius quod eis sine misericordia venit mortis exponit. Hinc introducit Moysen pro peccato hircum, pœnitentiæ videlicet oblationem, quia quærens exquisiuit: sicut Septuaginta ediderunt: quod est v[illegible] quæli-
D [illegible] [illegible] que, ait, h[illegible] qui [illegible] erant filijs Aaron quod non comederunt hoc quod pro peccato erat in loco sancto [illegible], pro eo quod pœnitentiam in Ecclesiam commissi peccati per[illegible] gi, vt sacerdotes non fecerint: ipsis enim comedere quæ pro peccato sunt & orare oratione quæ est pro pœnitentia congregationis, & adquirere præceptum [illegible]. Qui [illegible] Quia Christus eos in proprium locum Ecclesijs constituit, ipse autem suæ oblationis sanguinem, quæ pro nostro sanguine oblata est in sanctum, intus videlicet in cælestem habitationem, conspectui patris sui obtulit, & in loco sancto, quem dicimus Ecclesiam comedi hoc sacrificium ad remissionem & propitiationem peccatorum præcepit, propter quod ait Moyses. *Quemadmodum præceptum est mihi,* id est, quemadmodum [illegible] cepi & mandaui: Christi [illegible] gerere personam e[illegible] M[illegible] sem diximus. Inquirit autem nõ ignorans, nam quomodo in præcedentibus causam addidit. Cum dixisset enim, h[illegible] pro peccato quærens exquisiuit Moyses, [illegible] *hircum [illegible] erat, sine exustum repperit* [illegible] tur qui[illegible] nus doctrinæ peccatum, blasphemia est [illegible] tum. Propter quod Stephanus doctores Iudæorum præuaricantes legem & inobedientes, sub *dura ceruice* duri cordis appellat. Vt autem male interpretantibus legem & Prophetas dicebat: *Vos semper sancto spiritui restitistis,* Act. 6. necessario eis ab intelligibili igne videlicet spiritus pro pœnitentia oblatio ablata est. Et propterea pro peccato hircus exustus dicitur, quia scientes & voluntariè peccantes, & si se dicunt pœnitere non pœnitent pure. Blasphemian. cor eorum occæcatum est: propter quod & Paulus Hebr. 10. dicebat. *Voluntariè enim peccantibus nobis post susceptam cognitionem veritatis, iam non pro peccato relinquitur hostia.* Nam si erit vera pœnitentia a clementissimo iudice veniam promereri potest, ita simulatio pœnitentiæ non placat sed irritat Deum: Quia *Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum:* De quo prædictus Apostolus ait: *Existimas hoc ô homo quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit: secundum duritiam autem tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius.* Hoc enim sancti Patres F Rom. 2. irremissibile peccatum & blasphemiam in Spiritum sanctum esse dixerunt, quando quis in erroribus & sceleribus M. vsque ad finem vitæ perseuerauerit, nec vult dum tempus habet conuerti ad Domini misericordiam deprecandam, de salute sua magis desperans quam de redemptoris omnium potentia confidens, cuius finis perpetuus erit interitus. *Respondit Aaron: Oblata est hodie victima pro peccato in holocaustum coram Domino, mihi autem accidit quod vides, quomodo potui comedere eam? aut quomodo placere Domino in ceremonijs mente lugubri? Quod cum audisset Moyses, recepit satisfactionem.* Hodie quod tempus oporteat intelligi, aperte nobis Paulus tradidit cum dixisset enim Dauid: *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione:* Et in- Psalm. 94. Hebr. 3. terpretans ipse quia de præsenti quidem tempore visus G patitur, propriè vero de tempore quod post aduentum Domini est, oportebat intelligi quod dictum est, vide quid subdidit: *Quoniam ergo superest quosdam intrare in illam, & hi quibus prioribus adnunciatum est, non introierunt propter incredulitatem* iterum terminat diem quandam hodie, in Dauid dicendo post tantum temporis sicut Hebr. 3. supra dictum est dicens: *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Si enim eis Iesus requiem præstitisset, nunquam de alio loqueretur post hanc diem: Ergo his quæ prædicta sunt ostenditur, quia aperte tempus post aduentum saluatoris significat, in quo intelligibilis sabbati hominibus requies prædicta est. Hoc ergo Aaron ex persona dicere Ecclesiæ, vt figuram gerens, non solum Christi sed Ecclesiæ videtur, vt quia hodie obtulerunt quæ pro peccato suo sunt, & holocausta sua, id est, quia post aduentum saluatoris deputati sunt ministrare & offerre pro pœnitentia, & philosophicam vitam exponere, alia docentes deprehensi sunt & talia in eis, Ecclesiæ acciderunt, vt sacerdotum & magistrorum lugeret, & ex blasphemia accedentem mortem: recte comedere hodie pro peccato non potuit, nec orationem adepta est pœnitentia, quia Domino videlicet Christo displicebat. Tractemus ergo ipsum locum. *Immolatus erat hircus pro peccato,* H *& oblatus in holocaustum. Quæsiuit eum postea Moyses & combustus erat. Et iratus est Moyses ad filios Aaron Eleazar & Ithamar qui superfuerant, dicens. Quare non manducastis quod pro peccato oblatum est in loco sancto. Quoniã quidem sancta sanctorum sunt: hoc vobis manducare oportuit, vt auferatis peccatum synagogæ, & intus manducandum esse sicut mihi præceptum est. Ait. Cum ergo iratum eum vidisset Aaron, placide respondit ei: Si hodie obtulerunt pro peccato suo holocausta sua contra dominum, & acciderunt mihi talia, manducabo quod pro peccato hodie obtulerunt. Nunquid placebis Domino. Et audiuit Moyses, & placuit illi.* Quid ista significent consideremus. Nihil peccare solius est Dei, emendare sapientis est & corrigere erratum, & pœnitentiam gerere peccati: Id tamen est difficile in hac vita hominum. Quid enim tam rarum, quam vt inuenias virum qui sei-

A psum coarguat & facta condemnet suum: Rara [illegible] confessio de peccato, rara pœnitentia, rara in hom[illegible] verbi eius adsertio. Repugnat enim natura, repugnat verecundia. Natura, quia omnes sub peccato, & qui carnem gerit, culpæ obnoxius est, ergo repugnat natura carnis, & illecebra seculi, innocentiæ integritatiq; repugnat etiam verecundia: quia erubescit vnusquisq; propriam culpam fateri, dum præsentia magis quam futura cogitat. Studebat autem Moyses peccati vacuam repperire animam, vt exuuias erroris deponeret, & nuda culpæ sine vllo sui pudore discederet, sed non inuenit quia cito impetus irrationabilis præuenit, & flamma quædam celerrimi motus animam depascitur, atque exurit eius innocentiam. Præponderant n. futuris præsentia, & violenta moderatis, & plura paucioribus, & iucunda serijs, & asperis mollia, & tristib. læta, & illecebros rigidiorib. & propter opera tardiorib. Velox n. est iniquitas quæ ad nocendum occasiones suggerit. *Quia veloces pedes eius ad effundendum sanguinem.* Lenta autem virtus

B omnis & diuturna cunctatrix anteiudicat, & adorienda incipit: ita mens boni speculatrix consiliorum suorum est, priusque examinat quid decorum atque honestum. Iniquitas vero opere cogitationi anteuertit. Pigra igitur & verecunda est pœnitentia, quia premitur & reuocatur præsentium pudore. Solis enim intendit futuris, quorum spes sera, tardior fructus, & ideo petitio ipsa tardior. Inter hæc spei & virtutis molimina, præcurrit impudentia, & specie præsentium pœnitentia excluditur, & tanquam exuritur affectus eius, & huiusmodi aboletur intuitus. quærit eam lex & non inuenit. Ambusta est enim feruore & fumo iniquitatis, & indignatio quædam legis mouetur. Dicit Moyses deuorandam fuisse pœnitentiam in sanctis sanctorum. Sacerdotes quasi segniores increpat. Respondit Aaron prouidum debere esse iudicium sacerdotale, nec facile malæ sanæ conscientiæ committendum id munens, ne fiat error deterior priore. Vase enim fætido, vel oleum vel vinum facile corrumpitur, ac deterioratur. Quo

C modo autem poterat, vbi ignis alienus erat peccatum exuri, & hoc sub conspectu Domini, cui & occulta sunt cognita? Nunquid potest placere Domino si quis cum adhuc versetur in iniquitatibus, & iniustitiam corde inclusam teneat, dicat se agere pœnitentiam? Simile est ac si quis æger sanum se simulet, magis ægrotabit. quia nihil ei prodesse poterit simulatio sanitatis, cum verbo adumbretur, non vllo fulciatur subsidio virtutis. Ignis itaque alienus est libido, ignis alienus est omne iniustæ incendium cupiditatis, ignis est omnis ardor auaritiæ. Hoc igni nemo mundatur, sed exuritur.

Nam vbi iste ignis alienus est lignis in conspectu offerat [illegible] omini, ignis eum cælestis absumit, sicut Ab[iu] & Nadab quos exussit ignis cælestis, pariter cum his qu[æ] pro peccato sacris fuerant oblata altaribus. Qui ergo vu[lt] mundare peccatum suum, ignem à se remoueat alienum, illi soli igni se offerat, qui culpam non hominem exurit, qui sit iste ignis, audi dicentem: *Qui [illegible] [v]os baptizabit in Spiritu sancto & igni.* Hic est ignis qui siccauit Emoroussæ per duodecim annos sanguinem profluentem: hic est qui pecc[a]tum Zachæi abstulit dicentis: *quod dimidium bonorum su[o]rum daret pauperibus, & si cui quicquam abstulit, redderet quadru[pli].* Hic est ignis qui abstersit culpam latronis. Ignis eni[m] consumens est, qui dixit ei, *h[odie mecum eris in paradyso:* [illegible]]los itaque sanauit in quibus simplicem & puram reppe[rit] confessionem, nihil malignum, nihil fraudulentum. D[e]nique Iudas ad remedium peruenire non potuit cum d[i]ceret: *Peccaui quod tradiderim sanguinem iustum*, quia alienu[m] ignem voluebat in pectore suo, qui eum inflammauit a[d] laqueum. Indignus enim remedio fuit, quia non intim[i] mentis conuictus ingemuit & sedulo gessit pœnitentiam. Tantæ enim pietatis est Dominus Iesus, vt & ipsi donar[et] veniam, si Christi expectasset misericordiam. Hanc erg[o] culpam sacerdotes non auferunt, neque peccatum ci[us] qui in dolo se offert, & adhuc in studio delinquendi e[st]. Non enim possunt epulari in eo, quod plenum fraudis, & [s]erpentis internis cicatricis est. Cibus enim sacerdotis e[st] in peccatorum remissione. Vnde ait Princeps sacerdot[um]: *Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei qui in cælo [est].* Quæ est voluntas Dei nisi ea: Cum conuersus ingemueri[s] tunc saluus eris. In illo ergo subdulo, cibus nullus est, d[e]nique nec ipse epulandi suauitatem capere potest, in qu[o] non syncera & pura conscientia est. Amaritudo enim fraudis, epulandi suauitatem obducit, nec permittit ma[lam] conscientia vt reficiat & pascat obnoxium animum pœ[nitentia]. Ideo ergo talis affectus, talis petitio, talis pœn[i]tentia non est vsui, aut voluptas sacerdotibus, merito[que] hircus ille qui pro peccato oblatus est in holocau[stum], quia non fuit syncera hostia exustus est, quia in eiu[s] sacrificio, ignis alienus repertus est. Non est itaque com[placitum] & acceptum sacrificium DEO, non est acceptum nisi quod fuerit in diuitijs synceritatis & veritatis probatum.

FINIS LIBRI SECVNDI.

A *Ischibus.* vita sordida viuens & immunda, castitati contraria est. Horum nec carnes comedamus, id est, nec quam videntur habere virtutem sequamur; In hypocrisi enim illam & non in veritate sectantur, multo magis autem morticina eorum tangenda non sunt, nec malis eorum communicandum est actionibus. Ipsa enim huiusmodi procul-dubio morticina sunt viri. *Hæc sunt quæ gignuntur in aquis, & vesci licitum est: Omne quod habet pinnulas & squamas, tam in mari quam in fluminibus, & stagnis, comedetis; Quicquid autem pinnulas & squamas non habet eorum, quæ in aquis mouentur & viuunt, abhominabile vobis & execrandum erit, carnes eorum non comedetis, & morticina vitabitis, cuncta quæ non habent pinnulas & squamas in aquis, polluta erunt.* *Ischibus.* Ex eo quod non aperte diuina scriptura genera piscium exposuit à quibus abstineri vult, superfluum est hæc in præsenti quærere: Nusquam enim piscium in ea inuenimus vocabula. R. Semetipsam ergo in hoc etiam imitatur loco. Veruntamen illud nunc notari oportet: quia quemadmodū in spon- B taneis sacrificijs, quæ & dona legislator appellauit; aliquando quidem operatores legis; aliquando autem simplices; aliquando vero contemplatores, per oblationum significauit modos, aliquando eos qui saluantur ex gentibus, quibus & sacrificia de simila vt simplicibus deputauit, quod ostendit ex eo quod dicit: *Si anima obtulerit donū Domino non addas;* Si anima de populo terræ: quemadmodum in aliorum sacrificiorum enunciationibus solet: Sicut ergo in illis, sic & hic per ciborum abstinentiam, quales debent esse qui legem meditantur ostendere cupiens; per ruminare siquidem & vngulam diuidere Iudæum significauit: qui debet legis implere mandata, & ab spiritu literam diuidere & legem spiritaliter intelligere: Per hæc autem quæ nunc dicta sunt ostendit, de gentibus se loqui, vnde & existimo non expressis nominibus piscium memoriam factam; quia nec nomina suo- *Psal. 101.* rum scribi super terram cupit Ecclesia. Vnde & de illa Dauid ait: *Scribantur hæc in generatione altera,* videlicet futura in cœlis: ibi enim filiorum eius scripta sunt nomina. C *Hæc sunt quæ gignuntur in aquis & vesci licitum est.* Intelliguntur per hæc hi qui ex gentibus saluati sunt: vtpote regenerationem habentes in aqua baptismatis. De quibus & *Isaiæ 40.* Esaias dicebat: *Ecce gentes quasi stilla situlæ,* siue vt Septuaginta *sicut a pisciculi,* *gentes multæ.* Vnde & eis conueniunt quæ sequuntur: *Omne quod habet pinnulas & squamas, tam in mari quam in fluminibus & stagnis, comedetis:* Eadem etiam his qui ex gentibus sunt de meditatione legis, alijs præcepit verbis: Vult enim eos habere in meditatione legis pinnulas, vitamque sublimem atque cœlestem, sed expositionem legis huic similem, propter quod non pinnulam habere, sed pinnulas eos vult. quia autem ignorantia diuinæ scripturæ gentes obtinuerat: non enim susceperant legem neq; Prophetas, nec alia in eis erat scientia diuina subtilior: Ne ergo hoc morbo permanenti & perpetuo laborarent, squamas eos habere vult, quæ facile auferrentur; Quia autem squamæ temporalem, & quæ facile careant ignorantiam significāt, demonstrauit *Act. 9.* ea quæ de Paulo scripta sunt in Apostolorum Actibus: D Cum enim zelo iudaico Ecclesiam persequeretur, ignoraretque eum quem persequebatur, facile caruit zelo propter ignorantiam, postquam cognouit quem persequeretur, vocatus à Christo, Et postquam ei ab Anania euangelizatum est, squamæ ceciderunt ab oculis eius, & mox vidit. Ergo in modum squamarum superiacebant, instantes ei temporales ignorantiæ. Vnde nimis consequenter legislator subdidit: *Quicquid autem pinnulas aut squamas non habet eorum quæ in aquis mouentur, & viuunt, abhominabile vobis & execrandum erit;* Sicut enim quædam piscium genera testam pro pelle habentia, quorum squama auferri non potest, tales sunt qui nec squamas ignorantiæ verbo Dei deponere, nec cultum spiritus suscipere patiuntur; hi & si in mari inueniantur baptismatis: & si in fluminibus pœnitentiæ, abhominabiles sunt in omnibus quæ mouentur & viuunt in aquis. Et cum vitam sortiti sint in baptismate, vocationem tamen regenerationemque corruperunt, dum pinnulas & squamas nō habent, sublimem videlicet vitam cognitionemque diuinorum quæ cœlestis est sed cor cæcum in ignoran dentinent: & propterea in his qui squamas habent n adnumerantur: Intende autem quanta subtilitate s monum vt videlicet maxima per eos mysteria & amn tabilia significans legislator vtatur. Pinnulis enim squ mas coniunxit; Quia quemadmodum piscibus, quib sunt squamæ, his sunt omnimodo & pinnulæ, sic quib ignorantia temporalis est, & quæ propterea cito care possit: his & cognitio sublimis & vita cœlestis adijcit Horum ergo qui non sunt tales, nec carnes come sed nec morticina tangere, nec aliquam communione omnino cum eis habere, oportet: Quod testatur Paul dicens: *Si is qui frater nominatur, est fornicator aut auarus, idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere.* Adulter aut auarus, aut ebrios aut detractor, non habet pinnulas, vitam videlicet h bens sordidam & immundam: idolorum autem cult in his qui squamas habent, non computatur, dum qu pe & in motem tellæ, atque insanabilem habere diuinorum ignorantiam, alias nequaquam postqua Deo coniunctus est vltra seruisset idolis. Præterea nota dum est, quod pisces qui pinnulas & squamas haber dare saltus etiam super aquas solent; Quid ergo pinn ns piscibus, nisi electæ animæ figurantur; quia profec solæ in cœlestis Ecclesiæ corpus transeunt quæ modo v tutum pinnulis fultæ, saltus dare per cœleste desideriu sciunt, vt supernam contemplationem appetant, quar uis in seipsis iterum ex mortali carne relabantur. Soli e go in electorum corpore quasi cibus electus transeun qui in eo quod in imis deseruiunt, aliquando super conscendere, mentis saltibus sciunt, ne semper in pr fundis curarum lateant & nulla eos amoris summi qua liberi aeris aura contingat. Qui ergo rebus temporal bus occupantur, tunc bene exteriora disponunt, cu sollicite ad interiora refugiunt, cum nequaquam for perturbationum strepitus diligunt, sed apud semetipso intus in tranquillitatis sinu requiescunt.

Hæc sunt quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda sun vobis: Aquilam & gryphem, & halietum, & miluum ac vult rem iuxta genus suum; & omne coruini generis in similitudine suam: struthionem & noctuam, & larum & accipitrem iuxta g nus suum: bubonem & mergulum, & ibin: cygnum & onocr talum & porphyrionem, erodionem & caradrium iuxta gen suum, vpupam quoque & vespertilionem. Nec eorum qui a contemplationem vacant vitam, in hoc legislator indi cussam reliquit: sed quemadmodum in oblatione sacr ficiorum, proponens eis legis capitulum deputauit, ita & in inquisitione ciborum, fines eis proprios dedit, qu producens & tenuiores faciens, non sicut de pecor bus & de piscibus etiam de his sancit. Ibi enim ait: *H sunt animalia quæ comedere debetis, de cunctis animantibus terr* Et rursus: *Hæc sunt quæ gignuntur in aquis & vesci licitum e* Hic autem: *Hæc sunt,* inquit, *quæ de auibus comedere non deb tis, & vitanda sunt vobis.* Vere abhominatione dignum e & valde interdicta atque nimis euitanda connumerat dum, contemplationi vacantem quempiam sponte tal habere maculas, quales per denumeratas aues legislat significat: Ait enim *aquilam & gryphem & halietum & m uum ac vulturem iuxta genus suum,* rapaces & cibum ali num male sectantes, quæstibusque iniustis gaudente per prædicta significat; quia enim quidam inueniunt in ecclesijs inter eos qui putantur contemplationi op ram dare qui non quemadmodum debent ad hoc v cant, sed aliter instantur: Audi Paulum dicentem, *Siq aliter docet & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Ie Christi: & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, n hil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum, ex qu bus exoriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones mal conflictationes hominum mente corruptorum, & qui à veritate pr uati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.* Hos ergo sign ficant ea quæ nunc denumerata sunt, animalia victum rapina conquirentia: Quædam autem ex his, alias au inuadunt, & ex venationibus earum nutriuntur; Al vero in domos ingredientia diripiunt quæ repererint, quidem gerentium se obsonijs parcentia, quibus su

A 1. Timoth. 3. similes quidam qui *penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis*: quas Paulus arguit. Vultur, nexis & bellis gaudet, propter cadauera præliorum, intantum vt etiam sequatur exercitum. Non ergo oportet aliorum casibus pasci, atque nutriri eum qui contemplationi dat operam. Coruini ergo generis animalia sunt affectionis experta, quod manifestum est ex eo, quod emissus à Noe ex prima cum coruus auolatione transgressus est, cui similis Iudas circa suum magistrum fuit & Dominum. Strutio auis quidem est sed volare non potest, totamque vitam suam circa terram occupat, quales sunt quidam Deo militantes & sæculi negotijs se implicantes. Noctuam vero, pro qua Septuaginta *g[l]aucum* dixerunt, hanc afferunt in nocte acutiesse visus, sole autem apparente minus vtilitate oculorum sui; Tales sunt qui legis gloriantur contemplatione, & scientia, lucem euangelicæ conuersationis capere non valentes. Larus, animal est in vtroque viuens, id est, aqua & terra, qui sicut

B auis quidem volat vt aquatile autem natat, cui non male comparantur hi qui simul circumcisionem venerantur

Galat. 5. & baptisma, ad quos Paulus dicit: *Si circumcidimini Christus vobis nihil proderit.* Accipiter inter rapaces aues est, habet autem quiddam aliud, propter quod à legislatore positus est, mansuescit quippe, & cooperatur ad rapacitatem; Quem imitantur hi, qui mansueti quidem videntur esse & sensu tranquilli sunt autem cum potentibus & auaris atque rapacibus. Nicticorax animal est, quod in nocte tantummodo rapit atque operatur, sicut sunt

Galat. 5. gentes intelligibiles, noctis operibus: Quæ sunt, fornicatio, immundicia, impudicitia, idolorum cultus, & his similia. Ibis & porphyrion: & quem Septuaginta nominant pelicanus, & cygnus, & herodius, & charadrius, longi esse colli, traheréque cibum ex altitudine terræ atque aquarum dicuntur; Quæ animalia imitari, nec de inferioribus euellere cibum, sed de cœlestibus. Ille siquidem contemplationi vacat, qui ad superiora mente contendit, & non solum intelligibilem, sed & sen-

C Matth. 6. sibilem cibum à Deo expectat: Vnde ait Dominus, *Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis: neque corpori quid induamini. Scit enim pater vester cælestis, quia omnibus his necesse habetis.* Vpupa lugubre animal, amansque luctuum est, sæculi autem tristitia mortem operatur.

Propter quod oportet eum qui diligit Deum semper gaudere, sine intermissione orare, in omnibus gratias agere, quia gaudium fructus est spiritus. Vespertiliones circa terram volant, ita vt pennis pro pedibus vtantur quando ambulant, quod indignum est in eis, qui contemplationi dant operam; Quorum enim est volatus circa terram, horum etiam contemplatio procul dubio in terrenis occupatur. Non ergo incredulus sis nec oblites, quod etiam hæc, quæ nunc dinumerata sunt animalia ad ostensionem figuramque eorum, à quibus abstinere debent, contemplationi vacantes posuit legislator. Sed inquies, Quomodo horum animalium non cibus sed imitatio prohibetur: cui Pelicano & Nicticoraci Dauid Propheta semetipsum comparauerit, dicens.

D Psal. 101. *Similis factus sum pelicano in solitudine, factus sum sicut nicticorax in domicilio*; Per Aquilam autem Moyses ipsum signi-

Exod. 19. ficet Deum dicentem ad Israel, *Quomodo portauerim vos super alas Aquilarum*: Nam & Prophetæ leonem Christum appellant: Leonem autem è diuerso Petrus esse diabolum dicit: Nec tamen secundum hoc leo Christus secundum, quo diabolus dicitur absit à nobis, absit ista impietas; Sed quia simul regium, nec non rapax atque immite est animal, eumque dignitatem laudabilem, vituperabilem tamen operationem gerat, quod quidem laudabile habet, hoc in Christi regno accipitur, quod autem vituperabile in diabolo, id est, rapacitas, immansuetudo: Quod & in Aquila considerantes, sine aliqua dubietate reppenimus, Propter altitudinem enim volatus eius, figuram eius in DEVM Moyses sumpsit, quia vero rapax, à cibo eius abstinendum dixit. Propheta autem Dauid lugens hominem in peccato constitutum, nicticoraci hunc sicut in nocte viuentem comparauit: per pelicanum autem vtpote per animal amans

E solitudinem, figurauit eum, qui forsan amicis de[…] est aut cognatis, aliorumque similium societa[te] […]

Augustinus rus. Sed vt hæc cuncta breuiter repl[i]cem[us] de […] animalium: vitam damnat informem & criminibus tortuosam.

Isidorus Cum autem in cibum Suem prohibet, repreh[en]di[t] vtique cœnolam & luteam & gaudentem vitiorum sordibus vitam; vt cum leporem accusat tesurmatos viroque in fœminis viros damnat. Quis autem mustellam, cibum faciat? sed furtum reprehendit; Quis lacertam? sed odit vitæ incertam varietatem; Quis postremo stilionem vesci possit? vt hæc lex magnopere prohiberet? sed maculas mentium execratur: Quis accipitrem, aut miluum, aut aquilam? sed odit raptores, violentia scelere viuentes; Quis vulturem? sed execratur prædam de aliena morte quærentes; Sic & cum coruum prohibet, voluntates nigras: passerem quoque dum interdicit, intemperantiam coarguit; Quando noctuam? odit lucifugas varietates; Quando casandrum, genus aulam nimis diligens, linguæ intemperantiam; quando ci- F gnum prohibet, ceruicis altæ superbiam denotat; Quando vespertilionem, quærentes tenebras noctis, similiter & errores.

Omne de volucribus, quod graditur super quatuor pedes, abhominabile erit vobis: Quicquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quæ salit super terram, comedere debetis, vt est bruchus in genere suo; attacus atque ophiomachus, ac locusta, singula iuxta genus suum. Ab omni mundos esse peccato atq; actione sordida eos, qui contemplatiuam vitam pollicentur oportet, propterea quicunque quidem volantibus similes sunt su[p]ernorum, videlicet adsequi contemplationem promittentes, quæ ducit ad cœlos: sed reptilibus comparantur, quia palpant terram & concupiscentijs operam dant, etiam si in quatuor ambulant pedes; id est, & si euangelicam simulant prædicationem, quæ dicit. *Non veni vocare iustos:*

Matth. 9. *sed peccatores in pœnitentiam*: Et. *Non habent necesse sani medicum, sed qui male habent*, A quo latro saluatus est, & G adultera iustificata. Et qui plus debebant plus diligere ignoscentem dicuntur: sed tamen quia non secundum veritatem socialem amplectuntur vitam, abutuntur autem compassione prædicationis pro suis voluptatibus, immundi sunt atque abhominabiles, vtpote qui in tali conuersatione, & in tanta scientia, turpem quandam ingrediuntur & immundam vitam. Quibus autem sunt crura excelsiora pedum, vt per ea exiliant à terra, inter munda propterea ponuntur, quia cum sint in carne, non secundum carnem militant, sed à sordidis exiliunt actionibus, & secularibus hominibus, vt doceant eos atque instruant perutilis erunt; ita vt & cum adulteris aliquando, & cum publicanis habitent, & tamen immundis eorum non commisceantur actionibus: resiliunt enim ab eis & auolant, & cum societatem peccati ipsorum refugiant, peccatoribus tamen, vt eos à peccatorum sordibus liberent atque reuocent, plerumque cohabitant:

1. Pet. 2. Sicut Dominus: *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus* H *in ore eius*: cum peccatoribus comedebat & bibebat, doctrina eos institutioneque iustificans, & ad sui prouocans æmulationem, nihil eorum ipse imitans, nec ab eis inquinatus: Propter quod dixerunt Cantica Canticorum: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens super* Cantic. 2 *colles.*

Oportet ergo nos habere crura sublimiora pedibus; non qualia Iudæorum pedes habent, qui in vtrique vestigijs suis, in lege videlicet & Prophetis claudicant, sed qualia habent ea, quæ dicuntur Cherubin. De quibus dictum est: *Et crura eorum crura recta, & pinnati pedes eorum.* Ezech. 1. Recte & indeclinabiliter in Euangelicis pedibus, de quibus dictum est: *Calciati pedes in præparatione euangelij pacis.* Ephes. 6. Hic quamuis super terram ambulet; quamuis cum peccatoribus dispensationis cuiusdam gratia, suauamnique conuersetur, illud implens Apostolicum:

1. Corin. 10. *Siquis vos vocat infidelium ad cœnam, & vultis ire, omne quod vobis adpositum fuerit comedite, nihil interrogantes propter conscientiam*, Tamen volatile permanet & mundus est,

sciens

A

sciens tetracemi atque exiliat, & eum adhaerere locustis a bonis. Bene autem talium animalium etiam vocabula protulit legislator, bruchum & locustū attacum atque ophiomacum nominans. Cuius autem

Nahum. 3. operationis sint siue virtutis, Naum Propheta satis explanat, ait enim: *Bruchus expansus est & auolauit: Custodes tui quasi locusta locustarum: quæ consident in sepibus in die frigoris:* Vel sicut Septuaginta: *Emu aust sicut attelabus commixtus tib: sicut locusta quæ transcendit maceriam in die frigoris.* Ex quibus cernis quia & si peccatoribus commisceamur, & si in die gelu siue pruinæ, id est, abundantiæ peccati: *Cum enim,* inquit, *abundauerit peccatum, refrigescet charitas multorum.* Transiliamus maceriam, spinosam videlicet peccatorum coaceruationem, nō similes effecti eis sed subuenientes eos nobis, vt fiant doctrinæ obedientes, aperte saluamus & saluabimur: Vnde ait Paulus: *Factus sum Iudæis*

1. Cor. 9. *sicut Iudæus: his qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cum ipse sub lege non essem, his qui sine lege sunt, quasi sine lege essem, cum ipse sine lege Dei non essem, sed sub legem esse Christi: Omnibus omnia*

B

factus sum, vt omnes lucrifacerem. Sed tamen in morem bruchi, impetum facere & euolare necesse habemus, vt sicut locusta siue attacus esse qui pro huiusmodi attacum dicunt, exilire possimus & emicare: Sic enim apte conueniet, quod in eodem Propheta sequitur: *Sol ortus & eleuatus est, & non est inuentus locus eius:* Quoniam orto iustitiæ sole, qui illuminat abscondita, emicant atque exiliunt hi qui cum peccatoribus conuersantur ad solatium iustitiæ, & non iam locus illorum ille esse cognoscitur, cuius habitum pridem demonstrabant, cum quodammodo generarentur quos & erat necesse saluari. Ophimaci autem ab appellatione manifestatur & virtus, quem imitari bonum est, & intelligibilibus repu-

Ephes. 6. gnate serpentibus: reminiscentes quod *non sit nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus:* Hi sunt quippe intelligibiles serpentes & venenati dracones.

C

Quicquid ex volucribus quatuor tantum habet pedes execrabile erit vobis, & quicumque morticina eorum tetigerit polluetur, & immundus erit vsque ad vesperum, & si necesse fuerit, vt portet quippiam horum mortuum, lauabit vestimenta sua & immundus erit vsque ad Solis occasum. Omne animal quod habet quidem vngulam, sed non diuidit eam nec ruminat, immundum erit, & quic-

Isichius *quid tetigerit illud contaminabitur.* Quod reptilia volatilium quæ in quatuor ambulant pedes, eos qui abutuntur euangelicam vitam, & vitam sectantur sordidam & immundam significent. Diuidere autem vngulam, sicut hic Septuaginta dicunt, sed non ruminare, id est legem quemadmodum oportet meditari, & literam diuidere ab spiritu, sed nunc ea, quæ in ea scripta sunt operari, neque ita conuersari in præcedentibus ostendimus; vnde necessarie eorum morticina, id est, actiones, in quibus peccati morte intereunt, fugere præcepit, & nullo modo participari talibus, nec contingere ea: Non solum autem tangentes, sed & portantes aut accipientes quip-

D

piam ex eis polluimur: Portat autem peccata, qui dicit malum bonum, & amarum dulce, & tenebras lu-

Isa. 5. cem, Quod Isaiæ Prophetæ reprehenditur voce: quia per hoc exercens alium ad iniquitatem, & inuitans ad malum, à quo prohibere debuerat super semetipsum quodammodo suscipit iugum. Non autem oportet quempiam peccatum alterius in semetipsum transferre.

Psalm. 18. Ob hoc enim & Dauid ait: *Et ab alienis parce seruo tuo.* Si enim alienorum participes efficiamur peccatorum, immundi vsque ad vesperam permanemus, id est, vsque dum agamus pœnitentiam, hanc enim vesperam Dauid ait: *Ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.* Propterea lauari quoque vestimenta legislator præcepit, aperte demonstrans quod immundi simus vsque dum actiones nostras lachrymis diluamus.

E

Capvt II.

De immunditiis Morticina animalis.

QVod ambulat super manum ex cunctis animantibus quæ incedunt quadrupedia, immundum erit, Qui tetigerit morticina eorum pollutus vsque ad vesperam: & qui portauerit huiuscemodi cadauera, lauabit vestimenta sua & immundus erit vsque ad vesperum: Quia omnia hæc immunda sunt vobis. Nullum lex Leuit. 11.

peccatum præterit tacite, sed quæcumque actiones per Isichius. euangelicum Testamentum prohibitæ sunt, texit has prius ænigmatib. vt vtriusq; sanctionis conformitatem discens, confitearis Deum qui in eis locutus est, inuentisq; recedas ab omnibus quæ prohibuerunt. In quatuor ergo incedit, qui ad euangelicam conuersationem migrat, ambulat autem in manibus, qui quæstus eam causa, lucrique turpis adipiscitur, manus cito imponens, vt ex

F

ea quippiam capiat commodi, hic omnibus recte connumeratur atque comparatur bestiis: Siue enim adulterum dicas, siue auarum, siue homicidam, siue detractorem, siue blasphemum, in his omnibus est, vtpote omnium peccatis communicans, per iniustam manus impositionem. Huius morticina sunt hi quibus manus imposuit. In ipsis enim patitur peccati mortem. Qui ergo tangit ea, & qui leuauerit ea, recte polluitur, qui quidem tangit ea, id est, qui conuersatur dicit, quia nullatenus competentem dignitatem acceperunt, quam cauponantes, olim omnino modo per hanc iustificati sunt, sed post hæc in antiquis iniquitatibus permanent. Sed & qui portauerit ex eis, velut portans falsum testimonium, perhibendo, & dicendo dignum qui indignus est, immundus erit vsque ad vesperam, quam superius diximus pœnitentiam: Lauans autem vestimenta mundabitur.

G

Hoc quoque inter polluta reputabitur de his quæ mouentur in terra. Mustela & mus, & crocodilus, singula iuxta genus suum: Migale & cameleon, & stellio ac lacerta, & talpa, omnia hæc immunda sunt; qui tetigerit morticina eorum, immundus erit vsque

Isichius *ad vesperam.* Nec nunc Dei creaturam legislator accusans, immunda haberi hæc præcepit animalia, nam quomodo ea alio diuinæ scripturæ loco reperies esse lauda-

Prouerb. 30. ta; Salomon quippe in prouerbiis dicit: *Quatuor sunt minima terræ & hæc sunt sapientiora sapientibus.* Inter quæ leporem, siue secundum Septuaginta *erinaceum*, & stellionem computauit: Quorum vnum superius cum camelo & lepore vt immundum, lex accusauit, Stellionis autem nunc mentionem fecit. Non ergo natura eorum immunda est, sed nec omnis actio, Nam quomodo poterant ista laudari? Sed quædam circa ipsa sunt actiones aptæ irrationabilibus animalibus, & quæ nullum iudicium exigunt, quæ nec nobis aptæ sunt, nec propriæ nostræ sunt, atque propterea quando a nobis contingun-

H

tur, immundos nos faciunt; Per terram vero repere non est hominum, quibus concessum est, vt recti incedant, cœlumque respiciant: Quia super terram repere est sordida opera, terrenaque gerere quæ per differentiam animalium, quæ nunc denumerata sunt legislator significauit. Mustela enim animal est dolosum & valde furti vacans, Mus propter ventris ingluuiem multa quotidie pericula sustinet. Crocodilus durus corde & malitiosus est, lutoque pascitur; Migale animal est compositum, non natura sed vitæ conditione ad decidendum aptum, id est, vt dolos faciat, ea rapiat, ventremque repleat: Propter quod compositum nomen accepit ex vtroque animali, ex quo hæc habet vitia: Cameleon in malo mitescit, & præ infirmitate mansuetum esse se fingit, cum sit immansuetum animal, Stellio, id est, ascalobotis, nimis quidem paruulus vel miserrimus, venenosus tamen est; Lacerta in sepulchris habitat. Talpa cæcū est animal, quod de terra generatur; Dicunt n. eam de terra simul & pluuia creari corrupto luto, cum prius pluuiam suscipit. Hęc ergo immunda sunt, de omnib. quæ repunt super terram, non quia alia non sunt immunda, sed quia hæc maxi-

A ne sunt, propter quod pollutionem maiorem habent, siue malitiam. *Omnis qui tetigerit morticina eorum, immundus erit vsque ad vesperam.* Bene ergo probat intentionem legislatoris ipsa litera: Si enim immunda natura essent, quæ nunc dicta sunt animalia oportebat immundum esse, & qui ea viuentia tangeret. Nunc autem qui tetigerit morticina eorum, ipse solus immundus est. Morticina eorum sunt prædictæ actiones, id est, dolus, furtum, duplicitas siue ironia, & circa alia occupatio, necnon circa terrena festinatio, ex qua mentis cæcantur oculi: Quia ergo in his animæ contingit mors, morticina recte nominantur. Et qui ea tangit, id est, qui in eis polluitur, sicut & 1. Corint. 7. Paulus ait: *Bonum est homini mulierem non tangere*, procul dubio immundus est: Nihil enim sic hominem polluit, vt peccatum vsque dum vespera veniente, de qua Dauid Psal. 29 dicebat: *Ad vesperum demorabitur fletus.* Ait autem de pœnitentia, intelligibili purificatione vt diluamus.

Et super quod ceciderit quicquam de morticinis eorum polluetur, tam vas ligneum & vestimentum, quam pelles & cilicia, & B *in quocumque fit opus, tingentur aqua, & polluta erunt vsque ad vesperam: & sic postea mundabuntur. Vas autem fictile, in quo horum quicquam intro ceciderit polluetur, & idcirco frangendum* Isichius. *est.* Admirabili diuisione etiam nunc vtitur legislator: Quia enim aliquando ex negligentia, aliquando peccamus ex opere malorumque studio, sicut illi de quibus Prouerb. 23. Salomon in Prouerbiis dicebat: *Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? nonne his qui student vino, & vacant calicibus epotandis.* Recte hos ... eos, qui tangunt morticina posuit, qui venientem animæ negligentiam & ob stuporem defectumque 2. Reg. 11 ... incurrunt: Quemadmodum Dauid surgens ... & ambulans in solario, & Vriæ vxorem lauantem se videns, captus à muliere est, quæ nimis erat pulcherrima: Qui adulterium simul homicidiumque commisit. In hos cadere morticina dicuntur: neque enim ipsi ad peccatum festinauerunt, sed inciderunt in ea: & quodammodo super se cadens peccatum C suscipiunt, quia autem omnino susceperunt & non restiterunt, propterea recte immundi sunt. *Tam vas ligneum & vestimentum, quam pellis & cilicia*; id est, siue vitam lenem quandam & mediocrem habeat; Talia enim sunt * ad tegendum. vasa lignea, aut * tangendum sufficientem sicut est vestimentum, siue patientem, quam pellis significat, siue eam, quæ est pœnitentium, hanc enim cilicium siue saccus significat. Omnino autem vas est in quo opus possit agi ... tutis, sic enim intelligis, in quocunque fit opus, polluta erunt vsque ad vesperam, id est, vsque tempus pœnitentiæ.

Tingentur autem aqua lauacri vel lacrymarum & mundabuntur: *Vas autem fictile*, qui totus terrænus est, id est, luto fæcum conspersus. In hunc si inciderit morticinum, peccatum quod ... mortem est, internisque eum pene-Psalm 108. tret ... : Sicut Dauid dicebat: *Et induit se maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius.* Qui non solum ingredi maledictionem, sed & ... in eo, in quo ingressa est dicit, necessario illud ... præcepit, Neque enim eius immunditia sicD ut aliorum ... purgari potest, ... quippe multo & contritione, & quodammodo reformatione contritæ & ... eget, sicut ait Dauid: si mundari vult. vt de ... Paulus eum qui cum vxore patris fornicatus est intantum contemnit: vt *Sathanæ eum traderet in* 1 Corin. 5 *interitum carnis, quatenus* in tali contritione *saluaret spiritum*.

Omnis cibus quem comedetis si fusa fuerit super eum aqua immundus erit: & omne liquens quod bibitur de vniuerso vase im- Isichius. *mundum erit.* Cibum esse & potum in omni vase, bonas actiones intelligimus, propterea enim dixit: Cibus quem comedetis & liquens quod bibitur: quia malatum ... omni & cibus & potus prohibetur, id est, caret communicatio. Si ergo in aliqua bonarum actionum quæ in omni vase sunt, id est, in omni homine, siue principe, siue plebeio, siue sapiente, siue imperito, v... quo ... eorum quæ dicta sunt ... morticinorum, neccesse ... immundus erit. Nam & si non ab ... nimo m. ... m, sicut hi faciunt qui propter ... ctorum, pietatem fingunt. Postea ... eius superbia, dolus aut ... quod morticinum vtpote mortem ... cipanti inferens dicitur, erit & his immunditia ... si quidem actionem mala subingred... sunt.

Quia autem addidit legi quæ est de cibo: *Si fusa fuerit super eum aqua*, ostendit quia eas quæ sunt post baptisma actiones: quæ sit & sermo ei de fideli & baptizato 1. Corint. est: de infideli autem actione nullam mentionem facit: Quod probat beatus Paulus, dicens: *Scripsi vobis in Epistola Non commisceri fornicariis. Non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus alioquin debueratis de hoc mundo exisse, Nunc autem scripsi vobis: Si is qui frater nominatur, est fornicator, aut immundus, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere: Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare:* Intantum nullus ei sermo est de F actione siue conuersatione eorum, qui foris sunt.

Capvt III.

Fontes & cisterna à morticinis munda sunt, non vasa fictilia.

C de illis loqui suppleuit, recte suæ austeritatem deposuit districtionis. Et de his quæ sunt secundum legem iudaicam dogmatibus loquitur, & quæ in ea sunt culpas, subobscurum alborem & lucentem esse dixit. Quemadmodum ergo cicatricem albam esse diximus, transgressionem legalis literæ, sic & eius ignorantiam subobscurum alborem, & lucentem intelligamus dici: Ignorantiam autem non omnium, quæ dicit, nec eorum quæ communia cum lege naturali, vel Euangelicis præceptis sunt posside: Neq; enim ignorare non occidas, non mœchaberis, non furtum facies, cuilibet ignoscitur: sed quorumdam particularium, paruorumq; mandatorum ignorantia: veluti quando oportet mundari menstruatam, quando offerri pro pariente masculum, quando etiam pro ea, quæ fœminam peperit; propter quod eam subobscurum alborẽ, vtpote paruas cicatrices particularium præceptorum ignorantiam habentem appellauit. Qui ergo talis est, necesse non habet mundari: Neq; enim ad iustificationem pertinent Iudæorum, sed vt ad grauaretur eorum iugum tradita sunt. Propter quod & Deus per prophetam dicebat:

Ezech. 20. D *Dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent.*

CAPVT IV.

De viro de cuius capite capilli defluunt.

Leuit. 13. *VIR de cuius capite capilli fluunt, caluus ac mundus est, & si à fronte ceciderint pili recaluaster, & mundus est: Si autem in caluitio, siue in recaluitio albus vel rufus color fuerit exortus, & hoc sacerdos viderit, inquinabit eum, haud dubie lepra quæ orta est in caluitio.* Reminiscendum est quia capilli pro cogitationibus intelleximus: Ornare quippe caput ac tegere con-

Hesych. structi sunt, sicut cogitationes mentem, n[illegible] [illegible] inordinatas cogitationes deducamus ad medium, quia & capillorum [illegible] compositio fœditatem pro [illegible], in super quemadmodum capillorum quidam [illegible] idunt alii autem renascuntur, nulloq; tempore nasci cess[illegible], sic & his, quæ sunt in nobis cogitationibus decidentibus, aliæ renascuntur: Ergo hic caluum a[illegible] nem, non eum qui omnino in[illegible] quis enim est homo, qui non c[illegible] pite habeat? Hunc ergo describit qui [illegible] cas per simplicitatem gerit, eumque mu[illegible] præcepit. Quemadmodum enim mundu[illegible] qui ex toto simplex est: sic & illum qui ex [illegible] me autem huoc, qui ex simplicitate est [illegible] nam [illegible] gendum est in capillis fluentibus, hoc est [illegible] a fronte, quem & caluastrum appellauit. Hic autem [illegible] re deterior est, nam melius quidem est virtutes abscon[illegible] re, si tamen aliquis gloriam earũ prodat, tollerabilis passio est, & vicina veniæ, propter quod erit mundus: Quia enim secundum faciem diuina scriptura prodi virtutes & coram hominibus, per eas deum ornari: Adtende Paulum

2. Cor. dicentem: *Ea quæ secundum faciem sunt videte: Si quis videtur sibi Christi esse, hoc cogitet iterum apud semetipsum, quia sicut ipse Christi est, ita & nos.* Hoc autem, si nullum peccatum, ex simplicitate simplicis committatur, si autem facta fuerit

F in caluaria eius aut in recaluio macula alba aut rufa, lepra est. Quare: quia nemo sic est simplex, vt nesciat, quia non debeat manum in ignem mittere, neq; in præcipitii altitudine semetipsum dare, neq; abuti gladio in locis vitalibus, si autem hæc scit quomodo non amplius nouit quod occidere malum sit, quod detrahere pessimũ, quod idolothita comedere impium, atq; mulierem alienam concupiscere sit iniquum? Si ergo eum sacerdos macula habentem albam aut rufam in caluitio, aut in recaluitio cer*: Id est, in ea quę est ex toto vel ex parte simplicitate, Euangelicam vel legalem eius normam peccantem præuaricatum fuisse repperit, condemnabit, siue contaminabit eũ. Quare? quia haud dubie lepra orta est in caluitio: vel sicut 70 quia in capite eius macula eius att: id est, quia in validis & necessariis peccauit, in quib⁹ nemo peccans veniam meretur. Naturalis enim lex ad q̃ necessaria legis tendunt, & multo magis Euangelica præcepta, nec ab animabus quidem sunt aliena simplicibus. Sequitur: *Quicunq; ergo maculatus fuerit lepra & separatus ad arbitrium sacerdotis, habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatũ, ac sordidum se clamabit omni tempore quo leprosus est, & immun-*

G *dus solus habitabit extra castra.* Ea quæ ad faciem est interpre-

Isychius tatio literæ, omnino multis videtur esse ridicula: quid enim prodest vestimenta dissuere aut caput habere nudatum, os contectum? Nec ille enim qui corpore leprosus odorem spirat putoris, vt recte os suum huius rei operiat gratia: sed quia leprosum legislator intellexit eum, qui secundum prædicta peccato immundus est, necessario eius dissolui vestimenta præcepit, vt per hoc cognosci possit, quia dissolutas habeat virtutes, atq; vires animæ, quę eam ab æstu, atq; gelu peccati poterant custodire. Habere au-

Ephes. 6. tem eum & caput nudatum præcepit, vtpote salutis galeã non habentem, quam Paulus inter intelligibilia arma sumi præcepit: Os etiam non frustra operiri præcepit: Sed quia cum mali odoris peccatum sit & omnem prauam emittat exhalationem, multo magis tamen eam quæ p linguam est possidet: simul [illegible] & [illegible] [illegible] dignitate nunc qui talis est prohibet, quomodo enim culpæ caram coerceat, qui est ipse culpabilis: quomodo qui furatur, præcipiat non furari, qui mœchatur, iubeat non mœchari, vnde

H & Dauid dicebat: *Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras*

Psal. 49. *iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum: Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos post te.* Et quidem semper, hoc est, & omni tempore quo leprosus est, id est, omnibus diebus quibus in eo fuerit macula. Quid ergo p hæc significat? quia & si semel peccauerit, etiam si non addiderit ad peccandum, immundus tamen vsq; dum pœniteat dicitur quia sine pœnitentia, lepra peccati penitus non mundatur, ideoq; nactu intelligibilis lepræ in ipso manet. Præterea [illegible] leprosus, i. peccato [illegible] solus ac separatus habitat, [illegible] [illegible] quam [illegible] e- tatis eius [illegible] uocatur. V[illegible] de eo q peccauerat & Eccl[illegible] siæ vt conuert[illegible] emenda-

Matt. 18 re [illegible] deri [illegible] [illegible] *sit tibi, [illegible] sicut Ethnicus & publicanus.* Habitabit extra castra legi qu[illegible] Euangelicis nimis sunt secund[illegible] [illegible] con[illegible] [illegible]

[illegible]

A 2. Io. 10. [illegible] ab [illegible] legem leprosorum in catho[lica epi]stola scribit: *Quicunque venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, non recipiatis eum in domum, & aue ei ne dixeritis.* Et vt hæc omnia [illegible] memoria comprehendi possint, breuiter ea [illegible] capitulatim esse censemus, quibusdam tantum locis, [illegible] quod in alijs sanctorum prædicatorum dictis reperiebamus, sensu mutatis, ad idem tamē sacramentum per omnia respicientib. Lepra, doctrina est fals[a]. Proinde leprosi non absurde intelliguntur hæretici qui vnitatem veræ fidei non habentes, varias doctrinas profitentur errorum, veraque falsis admiscent, sicut & lepra veris falsisque locis humana corpora variando commaculat. Huius scilicet lepræ inuenimus legislatorem sex species in homine posuisse: Prima capitis & barbæ, secunda caluitij & recaluitionis, tertia carnis & cutis, quarta cutis corporis, & cicatricis albæ cū rubore, quinta vlceris & cicatricis, sexta vstionis: In capite lepram portat, qui in diuinitate patris, vel in ipso capite, quod est

1. Cor. 11. B Christus, peccat: *Caput enim viri Christus est.* Hanc lepram Iudæi habent, & Valentiniani, Marcionistę, Fabiani, Manichæi, Arriani, Sabelliani, Macedoniani, Anthropomorphitæ, Priscilliani, Donatistę, Nestoriani, Eutichiani, quique omnes in caluaria lepram gerunt, qui de Apostolis & Sanctis Christi peruerse aliquid sentiunt, atque eos falsum quodlibet prædicasse confingunt: sicut enim barba ornamentum est viri, ita Christi Apostoli & doctores, ornamentū est corporis Christi. In corpore lepram habent, qui Ecclesiæ detrahunt, sicut Carpocratiani, qui negant carnis resurrectionem, sicut Nouatiani, qui nuptias damnant, & peccantibus pœnitentiam negant, sicut Erachitæ, qui inter alios errores, regnum cœlorum paruulus habere non credunt, sicut * Arriani, qui vetant pro defunctis offerre sacrificium. In carne & cute gerunt lepram, qui carnalia vel exteriora suadere conantur, vt Cerinthiani, qui resurrectionem futur[am] in carnis voluptate existimant, vel sicut Arriani qui dicūt in fide manentib. quāuis carnaliter viuant non posse computari peccata. In cicatrice sin[e] vlceris lepram portat, qui post cognitionē, & medicinam Dei & manifestationem fidei quā in Christo suscepit, rursum in ipsa cicatrice ostendit aliquod indicium erroris prioris, aut perfidia dogmatis veteris. In

C carne vrita [illegible] estat lepram, qui de anima quę vita est carnis, aliquid f[a]lsum existimat, sicut Luciferiani, qui dicunt animam de carnis substantia propagatam, sicut Arabici, qui animam simul cum corpore mori putant. In cicatrice vstionis lepram habent Manichæi hæretici, qui inani abstinentiæ cruciatu, corpora sua exurunt, & per infidelitatem, non munditiam inde sed lepram gignunt. De talibus enim prædicabat Apostolus: *Discedunt, inquit, quidam à fide attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam*

1. Tim. 4. *conscientiam, vetātium nubere, abstinere à cibis quos Deus creauit ad [per]cipiendum.* Sed & [illegible] licet colores leprarum, id est, pallidam [illegible], album, liuidam, nigram, florescētem. Itaque dum pall[id]am lepram dicit, imbecillam & fragilem [illegible] mentem [illegible]. Itaq; perdito colore integræ sanitatis erron[ea illegible] languescit, cum autem rubicundam lepram o[st]endit, homicidij cruore mentem infectam denota[illegible]: Cum vero albam, illos hæreticos qui se mundos appellant, siue r[e]liquos qui de falso merito gl[orific]antur, [illegible] Nouatus. Cum autē

D nigram [illegible] lepram commemorat, inmundiç & liuoris notas execratur: Cum vero nigram insinuat sacrificiorum fumo & busto i[d]olatriæ d[illegible] conscientiam detestatur. Cum autem florescentem toto corpore & cooperientem omnem pe[illegible] corporis [illegible] vsq; ad pedes dicit, auaritiæ crim[en illegible] nunc fœtidum & iucundum putatur ho[illegible] nem [illegible] esse in h[o]c mūdo, & diuitem vide[illegible] lo, hæ enim [illegible] auaritiæ unius genus h[o]minum quasi totum corpus [illegible] erroris istius contagiu[illegible] macul[illegible]. Cum au[tem] lepram quæ habet ruborem [illegible], eum hom[ine]m denotat qui cum [illegible] animo & mend[illegible], facile in furo[rem illegible], leu [illegible] tat Pallore [illegible] lingua [illegible] cat, rubor iracun-

d[illegible] Lib. [illegible] que lepr[illegible] qui sacrificiorum oblationibus en[illegible] tur, id [illegible] corde cōtrito & hu- E

Psal. 50. miliato: *Sacrificium enim Deo spiritus contribulatus est.* Est & idololatriæ quæ aqua diluitur baptismi. Est & hæreticorum, quæ septem dierum purgatio[n]e extra castra habeantur, id est, per septiformis [illegible] spiritus agnitionem purificetur, est quæ visu sacerdotis aufertur p[er] doctrinam. Genus autem lepræ quod mundari omnino non potest, eorum est, qui in Spiritu sancto peccant, nec d[i]cunt pœnitentes posse consequi veniam, de his ait veritas: *Qui peccauerit in Spiritu sancto, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro.* Quod vero iubetur leprosis vt exeant de castris, & sed[e]ant solis donec mundetur lepra eorum, intelligitur hæreticos proijci debere ab Ecclesia, donec proprio errore purgentur, & sic reuertantur ad Dominum. Eiusmodi vero dissutis tunicis, capite deoperto, & ore obuoluto sedere iubetur, lepræ munditiam expectans, dissutis tunicis, id est, omnibus secretis manifestatis; capite deoperto, vt à cunctis eius facinus videatur, ore clauso, ne vlterius impia doceat vel loquatur. F

Capvt V.

De lepra vestium, staminis atque subteminis

Ibidem. V*Estis Lanea aut linea quæ lepram habuerit in stamine, atque subtegmine, aut certe pelle, vel quicquid ex pelle cōfectum est, si alba aut rufa macul[a] fuerit, suspecta lepra reputabitur, ostendeturque sacerdoti, qui consideratam recludet septem diebus, & die septimo rursum aspiciens, si rursu[s] deprehenderit, lepra perseuerans est: pollutum iudicabit vestimentum, & omne in quo fuerit inuenta, & idcirco comburetur flammis. Quod si eam viderit non creuisse, præcipiet, & lauabunt id in quo lepra est, recludensq; illud septem diebus aliis, & cum viderit faciem quidem pristinam non reuersam, nec tamen creuisse lepram, immundum iudicabit, & igne comburet, eo quod infusa sit in superficie vestimenti, vel per totum lepra, sin autem obscurior fuerit locus lepræ, postquam vestis est [lo]ta, abrumpet eum, & à solido diuidet: Quod si vltra apparuerit in his locis quæ prius immaculata erant, lepra volatilis & vaga debet igne comburi. si cessauerit lauabit ea quæ pura sunt secundo, & munda erunt. Ista est lex lepræ vestimenti lanei & linei staminis, atque subtegminis, omnisque*

G Isichius. *supellectilis pelliceæ quomodo mundari debeant vel contaminari.* Inde eorum quidam forsitan ac nimis abiectum legislatorem æstimabit, quia de stamine atque subtegmine, quæ trama vulgo nuncupatur loquitur, relinquens quæcunque animas audientium legem possunt ad meliora componere. Qui enim inquiunt sordidatum stamen quid subtegmen siue trama leprosa facta, quid pellicium vas maculam habens, nostræ obest vitæ? Vnde non nos oportet ad solam intendere literam, sed ad fructum spiritus, qui quemadmodum sub folio, ita sub litera legalis vineæ custoditur, tantam enim curam noster legislator gerit, vt non [so]lum de illa cautos faciat lepra, quæ ex his, quæ iam dicta sunt peccatis euenit: sed & de hac, quæ frequenter [illegible] virtutes euenire dum male eis [illegible] vntur, solet. Al[ia illegible] itur vestimenta animæ, alia vestimenta sunt corporis, quæ nec sordidata nec expoliata contristant. Quo-

H modo enim pertinent ad hæc quod Ioseph Ægyptijs vestimentis spoliandus erat, vel quomodo pilis cameli Baptista Ioannes indueretur: Sed ea quæ sunt animæ oportet esse clariora. De quibus Salomon dicebat: *Omni tem-*

Eccles. 9 *pore sint vestimenta tua candida.* Dauid etiam: *Omnis gloria e-*

Psal. 44. *ius filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis circumdata varietate.* Gloriam intus animæ decorem asserēs in fimbrijs aureis, quæ videlicet sunt virtutes. Sed horum vestimentorum quædam sunt lanea, quædam sunt linea, lanea preciosa & magna multumq; animam calefacientia, linea vero vilia parumq; calefacientia, lanea vestis animæ est virginitas, li[nea] castitas coniugalis, lanea, à quæstu vel à possidendo continentia, linea habitatum largitas rerum: Lanea eremi philosophia, linea in ciuitate honestas siue modestia, laneum, vsq; ad mortem pro veritate certare, lineum, falsum non loqui. Vnde & Salomon Ecclesiam duplicibus vestitam per significationem asserens dicebat: *Quæsiuit lanam*

Prou. 31. *& linum: & operata est consilio manuum suarum.* Et rursus: *Stra-*

A *gulam vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius.* Sed quia stamina [illegible] quæ subtegmini ex quibus contexuntur vestes, [illegible] ator mentionem facit, quorum nunc subtilitatem explicemus. Non enim solummodo virtutes, sed ea ex quibus constant perscrutari desiderat. Duo ergo hæc, verum nobis procurant virtutem, intentio nostra, & diuinus auxilios [illegible], & subtegmen quidem innuit nostram intentionem, stamen autem Dei nutum. Et recte: quia stamen est in vestimento firmius, quomodo & [illegible] nutus vel gratia indisruptibilis in nobis atque incommutabilis perstat, sustinens subtegmen nostræ intentionis, vt perficiatur bonæ actionis vestimentum. Pelles ex quibus confici quid potest, tentationes pro pietate seu fide, & pro virtute tribulationes dicit pelles. Quare? Quia quemadmodum mortua pellis est, de qua fieri potest vas, veruntamen de ea vter forsitan aut cadus, aut stratum, aut pellis tabernaculi, aut aliquid aliud fit vtile: sic & tribulationes, & temptationes mortificant in sæculo hominem. Humiliant enim eum & valde in nihil redactum ostendunt, vas tamen ex eis bonum [illegible] vtile fit patientia, atque probatio, quæ omnimodo à Domino corona subsequitur: Quia enim pelles tribulationes & temptationes appellari non sit incongruum, audi Iob dicentem de suis tribulationibus & temptationibus: *Pelli meæ consumptis carnibus, hæsit os meum: & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos: Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Prohibet ergo nec in virtute perfecta, quod est vestimentum, vel si magna est, vel mediocris. Hanc enim laneorum & lineorum differentiam [illegible], [illegible] albam aut rufam: vel sicut S[illegible] viridantem aut flammiscentem. Dicitar [illegible] superbiam, flammantem cynodem: H[illegible] prævaricatio, quia vbique C[illegible] vana gloria, liberas esse præcepit, [illegible] neque [illegible] ad placendum h[illegible] quippe mercedem suam [illegible] ab hominibus [illegible] a Domino expe[illegible]. [illegible] ligitur, quia ad modicum [illegible] ita vt diceret Dauid: *Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani: transiui & ecce non erat.* Et rursus de eisdem: *Sunt [illegible], & si [illegible].* Ergo aper[illegible] quia superbiam [illegible] vanam gloriam pro[illegible] virtuti. Sed nec in stamine, siue in subtegmine vult lepram quæ dicta est euenire, id est, vt nec ipsi [illegible] superbia vel vana gloria virtutes intendamus, nec a D[illegible] gratiam nobis concurrere deprecemur, sed [illegible] temptationes cum aliquo ex his nos legislator [illegible] desiderat, qui si tale quippiam forsitan vt hominibus euenire contigerit, inspicere ea a sacerdote vult, & neque virtutem neque intentionem virtutis, nec temptationum patientiam repellere, mox & denuntiare immunda, & suspicione superbiæ vel vanæ gloriæ præcepit, nec rursus sicut munda inspicere, sed separate eos septem diebus & tempore discernere passionem. Et siquid [illegible], immunda sunt prædicta omnia in

D quibus [illegible] euenerit. [illegible] perseuerat [illegible], pro[illegible] Ergo stam[illegible] memoriam [illegible] emunda [illegible], sed in igne conc[illegible]. Si autem post [illegible] lutionem eam videri non [illegible] præcepit [illegible] & [illegible] in quo lepra [illegible] id est [illegible] per pœnitentiam præcepit. Deinde post dilutionem recludere illud septem dies [illegible] & sic cognoscere verum inueniat maculam superbiæ, vel vanæ gloriæ permanentem. quamuis non [illegible], tamen incommutata ob hoc est quia ad pœnitentiam non [illegible], immundum est, & igne [illegible] Corroborata est [illegible] passio & propterea virtutem ho[illegible] corrigere malum vult, nec intendere, si enim obt[illegible] fuerit locus lepræ, id est, incerta lepra & dubia, postquam vestis est lota per pœnitentiam, abscidere passionem à vestimento v[illegible] cæterorumque quæ prædi[illegible] sunt præcepit quomodo autem superbiam abrumpit [illegible] ter & vanam [illegible], id est, vt nec hon[illegible], ex[illegible] titur, nec laudibus quibus [illegible] tur vel gaudeat, sicque [illegible] suspicione [illegible] horum incidat [illegible] poterit. Sin autem vltra appar[illegible] maculata fuerant, id est, in vesti[illegible] ne, vel in stamine, vel in pelle, id est, [illegible] temptationibus, adhuc eandem su[illegible] qua ablutus est, vel pœnituit, atque in [illegible] mundus huiuscemodi reputatur & igni [illegible] næ suscipit, quia lepra volatica & [illegible] est, q[illegible] semel maculæ dilutum fuerat, id est postquam [illegible] à suspicione mundatus est, rursus lauari vult, vt [illegible] mundus nominetur. Vnde apertissime illud tibi intelligere legislator innuit, quando de eodem peccato frequentibus vult lacrymis pœniteri, frequens enim commemoratio, nec ipsum vulnus permittit præualere nec aliud.

F Item alio modo: Lepra in veste linea, significare potest peruersitatem motum in mente amare. Vnde & per quendam colorem iustitiæ plusquam oportet sæuiunt in peccantibus, ad desperationem plusquam ad sanitatem prouocantes, contra Apostolum qui ait, *onera vestra inuicem portate.* Lepra autem in veste linea illos [illegible] gnificat, qui pro adulatione delinquentes corrigere n[illegible] sunt, sed male facientibus consentiunt: Aut certe qui molliter viuunt, & viriliter agere non student, lepra autem in stamine, potest significare animæ vitia, quia sicut stamen opus textrinum sustentat, ita & anima corpus stare, & vigere facit: Lepra autem in subtegmine, peccata sunt. quæ per corpus committuntur: In corpore etenim anima subsistit, veluti stamen in subtegmine, pellis vero vita est exterior, & conuersatio hominum carnalis. Vnde post peccatum, Adam & vxori [illegible] hus tunicas pelliceas Dominus fecisse dicitur. Lepra autem in pelle, malum exemplum est in conuersatione huius vitæ per quod indocti in errorem inducuntur. Q[illegible] ergo & de euenientibus in virtutes maculis leg[illegible] purificationis præceptum, per quæ leprosum mundet agnosce. Hoc enim intendens inuenies, quia legislatoris de lepra illa curæ fuit, quæ ex delictis in animabus nostris infligitur.

G

Capvt VI.

De oblationibus offerendis pro emundatione, & purgatione Leprosi.

H Locutusque est Dominus ad Moysen dicens. *Hic est ritus leprosi quando mundandus est, adducetur ad sacerdotem, qui egressus e castris, cum inuenerit lepram esse mundatam, præcipiet ei qui purificatur, vt offerat pro se duos passeres viuos, quos vesci licitum est, & lignum cedrinum, vermiculumque & hysopum. & vnum e passeribus immolari iubebit, in vase fictili super aquas viuentes: Alium autem viuum cum ligno cedrino, & cocco, & hysopo tinget in sanguine passeris immolati, quo asperget illum qui mundandus est septies, vt iure purgetur, & dimittet passerem viuum, vt in agrum auolet. Cumque lauerit homo vestimenta sua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua, purificatusque ingredietur castra, ita dumtaxat, vt maneat extra tabernaculum suum septem diebus. & die septima radat capillos capitis, barbamque & supercilia. ac totius corporis pilos, & lotis rursum vestibus & corpore, &c.*

Quia non nos o[illegible] arbitr[illegible] negligenter quippiam legisl[illegible] [illegible] præ[illegible] omnibus: Quia nunc quando de [illegible] solo Moysi, non etiam Aaron [illegible] tus Quia Moyses præcipue magi[illegible] secundum mu[illegible] tus qui dic[illegible] autem Chri[illegible] communis lepræ compet[illegible].

A propter quod nec de lepra vnius modi quæ fit in vulnere, vel in grana, aut in his hoc, aut aliter loquitur: sed ait: *Hic est ritus leprosi*: per hoc omnem speciem lepræ complecti volens, quia & CHRISTVS omne genus peccatorum mundauit. Ergo & nimis simillima est mysterio eius præsens materia: Quod ex eo discimus, quia leprosum non ire ad sacerdotem, sed ad eum ire sacerdotem præcepit. Sic que adduci eum qui mundandus est: Quemadmodum & CHRISTVS ad nos venit, & eos qui ab eo mundari, atque ablui necessarium habebant, & extra castra ad intuendum eum qui mundandus erat egredi sacerdotem præcepit, sicut nos CHRISTVS extra castra per passionem crucis, dispensationemque quæ tunc peracta est visitauit. Non prius autem hoc egit quam videret, quia macula lepræ ab eo sanaretur, id est, antequam nos caruisse vidisset errore. Quando ergo in eum non solum ex plebe Iudaica crediderunt; sed & pagani ascendentes eum videre cupiebant, nun-

Ioan. 12. B ciantibus hoc discipulis dixit: *Venit hora vt glorificetur filius hominis*, quando vidit quod præparatum esset humanum genus ad liberationem salutemque per crucem; hoc enim & gloriam suam appellauit, tunc quid suscepit? Videlicet duos passeres viuos quos vescibiles nimirum est: Habuit enim hæc CHRISTVS, diuinitatem scilicet & humanitatem, quia munda CHRISTI etiam humanitas & viuens est. Munda quidem, vtpote quæ proprium peccatum non habuit; viua autem, vt quæ genita non est ex viri immunditia: Et ideo non fuit maledictioni mortis obnoxia. *Sumes*, inquit, *& lignum cedrinum*, id est, crucem: Cedro autem ideo significatur, quia cedrus in lignis fortis est. Nam & arca de lignis cedrinis facta fuisse asseritur, quia lignorum imputribilium in constructione eius Moyses mentionem fecit. *Sumes & vermiculum*, quod Septuaginta edunt *coccinum tortum*, videlicet passionem: Dicitur enim propter tincturam sanguinem coccinum; vnde chlamydem coccineam cum eu-

C ceretur ad passionem, eum milites induerunt. Tortum autem esse quare dixerunt: Propter passibilitatem impassibilitatemque connexam, propter quod in eum passio secundum quendam est modum; hysopum autem boni odoris gratia spiritus cooperatrix emundationis

Psal. 50. nostræ est. Vnde Dauid: *Asperges me*, inquit *hysopo & mundabor*.

De passeribus ergo quos diximus esse CHRISTVM, hunc præcepit immolari vel occidi, id est, id quod erat passibile, & quod poterat occidi, & occidit in vase fictili super aquas viuentes, in nobis enim, id est, pro nobis. Siquidem sumus vas fictile de luto videlicet facti: Vnigenitus secundum carnem occiditur super aquas viuas, id est, baptismatis: Mors eius quippe nostrum figurat baptisma, quod ostendit Paulus dicens: *Quicunque in*

Rom. 6. CHRISTO *baptizati sumus, in morte eius baptizati sumus*. In hoc enim viuens passer, & lignum cedrinum, & coccinum tortum, & hysopus tingitur: Omnia enim hæc comprehenduntur in virtute baptismatis, quod diximus Dominicæ esse passionis figuram significationemque, sed

D viuens passer quem in vnigeniti necessario diuinitatem accipimus, in sanguine etiam hic occisi passeris, & a qua tingitur, id est, in gratia baptismatis, quia non in hominis passione, sed DEI & hominis baptizamur. Deinde post hæc, viuens passer in agrum vt auolet dimittitur: Ergo impassibilis diuinitas & inseparabilis erat a carne, quæ passa est, vnde & separabilis in sanguine baptizatur, vt impassibilis viua in agrum auolet: Ad altitudinem videlicet contemplationis emittitur, quo illum dimittente, nostro videlicet intellectu, sub huius enim contemplatione renetur, solum modo sponte detenta, cum a nullo alio detineri possit. Insuper is qui mundatus est vestimenta lauat: videlicet actiones, & si quas virtutes habuit, quia & has peccato polluit

Lauat autem pœnitentia, & radit pilum, id est, omnem cogitationem deponit, quia omnes eas habebat immundas: Et lauatus aqua pœnitentiæ aut baptismatis, tunc necessarie mundabitur: Nam & si mundum eum superius nominauit. Ait enim: *Cum visum fuerit esse mu-*

E *latum, efferet duos passeres* sed eum qui aptus erat ad mundationem dicebat. Nam quomodo is, qui iam mundus est, adhuc necesse habet mundari? Tunc & in castra ingreditur, vt conuentui nostro intersit, atque intelligibilium contubernium socius, & alterius communionis quæ cum fidelibus habetur, adquiratur fructus, a qua quia prohibeantur hi, qui necdum mundati sunt peccatores, audi Apostolum dicentem: *Si is qui*

1. Cor. 5. *frater nominatur, aut adulter est, aut auarus, aut detractor, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere*. Verumtamen septem dies extra tabernaculum suum manet, adhuc sanctorum communione propter subtiliorem custodiam, & paulatim ad meliora prouectum separatus. Tabernaculum enim vniuscuiusque nostrum, mysteriorum adeptio est, Tabernaculum a gelu tegens nos, & ab æstu, Tabernaculum in quo cœnat cum Deo, sicut cum patre filij, aut cum sponso sponsa, vel si a-

F liquid aliud dicitur, quod magis ad proximitatem cognationis pertinet: *Et die septima radet capillos capitis, barbamque & supercilia, ac totius corporis pilos*. Sed hic non solum caput, sed & barbam, & supercilia, & omnem simpliciter pilum qui in omni corpore est, ac per hoc & occultatum parum radi præcepit. Nullam ergo ei cogitationem veterem remanere vult: Non solum illas, quæ ornatum homini vtpote rationali, & multa de diuersis disceptanti præbent, illas enim per caput, propter ornatum & multitudinem significat: Sed nec has, quæ hominem contemplatiuum constituunt, de sublimibus & diuinioribus rebus cogitantem. Hoc enim superciliis designatur, quæ in altioribus sunt sita, & circa contemplatiuorum manentia sensuum organa: sed nec illas, quæ discretionale continentes, per barbam recte significantur: Quia barbam maxime inter virile genus & imberbe diuidat, hæc autem, non quomodo carere eum cogitatione cupiens præcepit, sed nouum totum, & quasi denuo genitum fieri volens, & ex-

G poliare veterem hominem, vt capiat nouum: Quomodo enim ei qui antiquum rasit pilum: alius nouus & recens nascitur, sic & huic veteribus carenti cogitationibus, aliæ nouæ ad meliora pullulant. Lauare etiam rursus vestimenta sua, id est, actiones mundas efficere, & lauabit iterum corpus aqua, secundo vtique illud lauans, nobis autem non est secundum baptis-

Ephes. ma: *Vnus enim Dominus, vna fides, vnum baptisma*. Et quomodo secundo lauabitur? Nisi absolute per lacrymas? Hoc enim non semel nec bis, sed tertio & frequenter licet peragi: Quia & Dauid dicebat: *Factæ sunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte*. Sequitur:

Assumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam absque macula, & tres decimas similæ in sacrificio, quæ conspersa sit oleo, & seorsum olei sextarium: Cumque sacerdos purificans hominem statuerit eum, & hæc omnia coram Domino in ostio tabernaculi testimonij, tollet agnum, & offeret illum pro delicto, olique sextarium. Et oblatis ante Dominum omnibus, immolabit agnum, vbi immolari solet hostia pro peccato, & ho-

H *locaustum, id est, in loco sancto. Sicut enim pro peccato: ita & pro delicto ad sacerdotem pertinet hostia, sancta sanctorum est, assumensque sacerdos de sanguine hostiæ quæ immolata est pro delicto: ponet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur: & super pollices manus dextræ & pedis: Et de olei sextario mittet in manum suam sinistram: Tingetque digitum dextrum in eo, & asperget septies contra Dominum: Quod autem reliquum est olei, in læua manu fundet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollices manus ac pedis dextri: Et super sanguinem qui fusus est pro delicto, & super caput eius: Rogabitque pro eo coram Domino, & faciet sacrificium pro peccato, tunc immolabit holocaustum, & ponet illud in altari cum libamentis suis, &*

Isaiah *homo rite mundabitur*. Postquam enim prima die qua egreditur sacerdos extra castra, immolari ad emundationem leprosi præcepit, ecce rursus nunc octaua die alia pro eo sacrificia fieri iubentur. Octaua enim dies eandem quam prima vim gerit: Quia omne præsens tempus in hebdomadibus conciditur, post quas octaua est, æquam vt diximus virtutem primæ gerens, vel omnino

ipsum renouans. Est autem hæc in qua Saluator surrexit in qua in castra ingrediemur. Post dies enim septē, cū qui mundatus est leprosus, die videlicet octaua in castris ingredi præcepit, sed castra qualia? Vtique illa quæ Iacob Patriarcha vidit, quando angelis sibi occurrentibus, locum *castra Dei* appellauit. Ad hæc mundatus leprosus vtpote olim iustificatus tempore resurrectionis venit, in cuius figuram, octauam diem sicut diximus legislator accepit. Quæ autem in eadem octaua die agi præcepta sunt, imaginem eius qui secundum nos est mysterij gerūt. Præcepit siquidem duos agnos immaculatus anniculos sumi, & ouem anniculam immaculatam vnam: Quorū quidem vnum pro peccato, alium autem in holocaustum præcepit immolari. Omnia autem hæc figuram gerunt sacrificij saluatoris: ipse enim propter peccata nostra, & delicta in hostiam, ipse in holocaustum fuit. Ex vtroq; autem genere propterea sacrificium offerri præcepit, vt ostenderet quia Christus pro nobis occisus, simul masculum fœmininamq; saluauit. Non frustra autem anniculum
B in vtroq; præcepit, sed perfectum per hoc sacrificium figurauit. Perfecta enim in prædictis animalibus sunt anniculi animalia, ita vt ad filios generandos sint idonea: sed quia eum qui mundatur, super sacrificium vnigeniti, etiam in fidē totius Trinitatis signari oportet, tres decimas similæ, id est, Trinitatem patris & filij & spiritus sancti habere oportet in vnaquaque persona perfectionem: Perfectus
Matt 13. quippe est deus numerus trinus, propter quod & Dominus dicebat: *Simile est regnum cælorum mulieri, quæ accipiens fermentum abscondit in satis farinæ tribus, vsq; dum perfermentaretur totū.* Sumi autem hæc conspersa oleo in sacrificium iubet, sacrificium autem dicit vnigeniti, quod in oleo cōspersum est, quia ob compassionem nostram gestum est. Sed quomodo dicimus in eo tres offerri similæ decimas? Aut quia & si vnigeniti passio ne, tamen totius Trinitatis, hoc quod ex illo sacrificio actum est mysterium fuit: In nomine enim patris, atq; ipsius vnigeniti filij, & sancti spiritus, etiam baptisma agimus; in quo in morte Christi baptizamur, & totum ipsum mysterium in eo sanctificatur. Præcepit
C autem & sextarium olei sumi, quia fide intelligitur & agitur vnumquodque eorum quæ prædicta sunt, quæ nunc sextarius nominatur, quia quemadmodum sextarius mensura est vel si cotylam, secundum LXX dicamus, * idem mensura vniuscuiusq; minus, & plus non capit. Sequitur:
* id est, in empiello erat eadē

[illegible] Minus autem propterea non suscipit, quia hoc quod minuitur, nequaquam iam sextarius vel cotyla poterit appellari: Sic & fides ad mensuram nobis [illegible] datur, quæ non cepit amplius aut minus, [illegible] in vnicuiq; a Deo est dispensata cogitatio: Quod [illegible] minus est, aut amplius, ad infidelitatem tendit. His [illegible] acceptis ad ostium tabernaculi testimonij, ad ingressum videlicet scientiæ Dei qui mundatus est adducitur *Sacerdos autem sumens agnum vnum pro delicto immolat.* Atqui si de corporali passione esset hæc sanctio, sicut quibusdam videtur, quid erat necesse agnum pro peccato immolari? Sed quia adumbrat propter infirmitatem Iudæorum mysteria, atq; spiritalem intellectum abscondit in litera, hic etiam dat quasdam occasiones contemplationis, per literam & verba quæ significent intellectum spiritus. Vnde
D & nunc cum agnum vnum pro peccato præcepisset immolari, qualem non dicit, quia ipse est proculdubio, quē pro delicto illic immolari iussit, cuius aures à lepra detinebantur. Propter quid ergo sic facit? nisi forte vt auditum muniat, & cautum reddat, quia ipse à dracone seductos peccatum introduxit: Per manum autem actiones significat, per pedem vero omnes nostros motus, & vias comprehendere & præuenire voluit, his enim custoditis, per sanguinem intelligibilis agni, & fidem quæ in eum est, quæ nobis per misericordiam & compassionem eius donata est, intelligibilis lepra nequaquam [illegible] omnium penetrare, quanquam & oleum sextarij [illegible] cotylæ quam esse fidem [illegible], in manu mittere sacerdotem vult, [illegible] fides, per quam & nos producimur in operibus [illegible], nec enim aliter [illegible] suam exerit, [illegible] manu [illegible] fuerit, id est, actione [illegible], & signata operibus. Mittit autem oleum in [illegible] manu, & intingit digitum dextrum in oleo: sicut Paulus ait *Per*
Cor. 6 *arma iustitiæ à dextris & sinistris* conuersatus, *per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam*, & quæ his similia sunt. Tunc aspergit septies contra Dominum, præsumit enim talis sacerdos apud DEVM, quando mundare eos qui necessitatem patiuntur, & dimittere eis peccata poterit, propter quod septies aspergit, quia numerus iste remissionis peccatorum esse demonstratus est. Sed postquam fudit super extrema dextrarum auricularum, & super pollices manus ac pedis dextri, secundum quod supra diximus, reliquum olei in capite fundit eius qui vocatus est vt mundaretur. Per caput sanctificationem omni præstans corpori; Christumq; Dominum eum qui mūdatus est per hanc vnctionem efficiens. Tunc, inquit, pro peccato sacrificium offertur, qualiter autem hoc fiat, non dicit, ex his enim quæ de delictis dicta sunt, possunt etiā ea quæ pro peccato sunt cōijci, vicina enim sunt & cōmunia, vtpote in communi materia. Post hoc immolat holocaustum, & ponit illud in altari, ergo prius nos Christi sacrificium à delictis & peccatis mundat, & tunc no- F
strum conficitur holocaustum. Quando enim intelligibili emundatione spiritus, totum nostrum corpus & animam sanctificantes, spiritales facti fuerimus, tunc digni ad ascensionem altaris efficimur, tunc plenissimam accepimus mundationem, post quam iam aliam necessariam non habemus.

CAPVT VII.

Quid offerre debeat pauper pro emundatione sua.

QVod si pauper est, & non potest manus eius inuenire quæ dicta sunt, sumet agnum pro delicto ad oblationem, vt roget pro eo sacerdos, decimamque partem similæ conspersæ oleo in sacrificium, & olei sextarium, duosque turtures sine duos pullos columbæ: quorum sit vnum pro peccato, & alter in holocaustum. Offeretque eos die octaua purificationis suæ sacerdoti ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino, qui suscipiens agnum pro delicto & sextarium olei, leuabit simul, immolatoque agno, de sanguine eius ponet super G
extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollices manus eius ac pedis dextri, olei vero partem mittet in manum suam sinistram, in quo tinctis digitum dextra manus, asperget septies contra Dominum, tangetque extremum dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri in loco sanguinis qui effusus est pro delicto. Reliquam autem partem olei quæ est in sinistra manu, mittet super caput purificati, vt placet pro eo Dominum. Et turturem siue pullum columbæ offeret vnum pro delicto, & alterum in holocaustum cum libamentis suis. Hoc est sacrificium leprosi qui habere non potest omnia in emundatione sua. Admirabili erga eos qui legem accipiunt legislator condescensione vtitur. Ecce enim veniam paupertati dat, & moderata pauperi sacrificia esse præcepit, ne forte obstupescat, dum maiora eis quam virtus est præcipiuntur. Sed quia nec eorum quæ dicta sunt quippiam facile in quæstu pauperum inuenimus: Qui enim non habet panem, vnde agnum? -sclum.
Qui autem pecunia eget, vnde emat columbam vel turturem? Manifestum est quod aliquam contemplationem intendat, & ad occulta spiritus deducat eum, qui vult ingredi ad thesauros absconditos scientiæ. Cum liceret enim ei coartare sacrificiorum numerum propter paupertatem offerentis, hoc omittens, vilia quædam eis & non magni pretij exquirit, quod facit tam paupertati ignoscens, quam etiam lucro sacrificiorum nolens eum fraudari, secundum literam: Nobis autem ex alio dat intelligere; quia lepra malitiam significat, deinde huius emundationi [illegible], hæc autem opera necessaria habet, quæ virtutibus & actionis studio valeant delere peccata: H
Propter quod Ioannes Baptista populo Iudæorum dicebat: *Facite fructum dignum pœnitentiæ.* Considerauit enim sic subtilis legislator eos, qui non omnia possunt quæ pertinent ad districtam rationem pœnitentiæ exhibere, opus habet enim pœnitentia orationem intentam, eleemosynam, vigilias, lacrum, ieiunium, postremo etiam illa quæ David dicit: *factæ sunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte.* Et: Luc 3.
Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum Psal. 6
meum

A *meum rigabo.* Se & *Cinerem sicut panem manducabam, & potum meum cum fletu temperabam.* Sunt etenim qui hæc omnia fortitan propter senectutem, aut propter nimiam corporis infirmitatem, vel aliam necessitatem agere non possunt, sicut in alio negotio præsentis libri interpretati sumus. Ignoscit his, quia volunt quidem, non inuenit autem manus eorum, non possunt enim, & vtpote veniam dans alteram eis viam pœnitentiæ, alia genera sacrificiorum exquirit; & ante omnia quidem agnū dicit: Oportet enim vnumquemque pœnitentiam agentem ad benignitatem ante omnia migrare, & hanc studere, quia hæc etiam cuilibet facilis ad adipiscendum est, qui à malis abstinuerit. Decimam partem similæ conspersæ oleo, id est, CHRISTI Theologiam adsequi; qui oleo seu misericordia, nostræ contemperari passus est carni: Et sextarium, seu secundum Septuaginta cotylam olei vnam, hanc autem esse manifestissime fidem in anterioribus demonstrauimus. Sed quid offerri cum his legislator præcepit: Duos turtures vel duos pullos columbarum: Hæc autem facile reperiuntur à quolibet, id est,
B continuā legis meditationem, quæ nō solum ex lectione, ne forte & hanc dicas esse quibusdam difficilem, sed & ex contemplatione, quæ est in animo, & mente conficitur, quæ vtræque pro sacco & ieiunio, & lachrymis & cinere cibo sunt atque similibus. Si enim illa ad humiliandam carnem & refrenandam animam à terrenis operibus agimus, facit autem hæc etiam legis meditatio, & continuum horum studium, districtaque diuinorum mandatorum atque beneficiorum contemplatio & perscrutatio, necessario hæc sacrificia pro illis introduxit;
Psal. 1. quæ etiam Dauid exponit, dicens: *Beatus vir qui non abyt in consilio impiorum: & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.* Quod manifestat agni sacrificium, omni carentis malitia; atque propterea innocentiam signans, *sed in lege Domini fuit voluntas eius,* illius videlicet qui mundam habet scientiam per contemplationem innocentium cogitationum; quales quosdam Pau-
1. Cor. 3. C lus dicit: *Legem non habentes, & opera legis scripta in cordibus suis,* per disciplinatas castasque cogitationes, demonstrantes: Qualis quoddammodo est turturis oblatio: *Tanget,* inquit, *extremum dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri in loco sanguinis, qui effusus est pro delicto. Reliquam autem partem olei, quæ est in sinistra manu, mittet super caput purificati, vt placet pro eo Dominum,* & cætera.
Origenes. Vides quomodo vltimæ & summæ purificationis est aurem purificari, vt purus & mundus seruetur auditus, & manum dextram, vt munda sint opera nostra: nec aliquid immundum his admisceatur & sordidum; sed & pedes purificandi sunt, vt ad opus bonum tantummodo dirigantur, nec vlla lapsus iuuentutis incurrant: Septies autem respergit sacerdos, contra Dominum ex oleo: Post omnia etenim quæ pro purificato celebrata sunt: postquā conuersus & reconciliatus est Deo: post immolatas hostias, ordinis erat, vt & virtutem super eum septemplicem sancti spiritus inuitaret, secundum eum qui dixerat: Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confir-
D ma me: Vel certe quoniam peccatorum corda, Dominus in euangelio testatur à septem dæmonibus obsideri, competenter septies ante Dominum sacerdos in purificatione respergit, vt expulsio septem spirituum malignorū de purificati corde septies excusso digitis oleo, declaretur. Sic ergo conuersis à peccato purificatio quidem per illa omnia datur, quæ superius diximus. Donum autem gratiæ spiritus per olei imaginem designatur, vt nō solū purgationem consequi possit is, qui conuertitur à peccato, sed & spiritu sancto repleri: quo & recipere priorem stolam, & anulum possit, & per omnia reconciliatus patri in locum filij reparari.

CAPVT VII.

De lepra domorum siue parietum, & recapitulatio de omni lepra.

Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron dicens: Cum ingressi fueritis terram Chanaan, quam ego dabo vobis in possessionem, si fuerit plaga lepræ in ædibus, ibit cuius est domus nuntians sacerdoti, & dicet: Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in domo mea, at ille præcipiet, vt efferant vniuersa de domo priusquam ingrediatur eam, & videat vtrum leprosa sit: ne immunda fiant omnia, quæ in domo sunt, intrabitque postea vt consideret domus lepram: Et cum viderit in parietibus illius quasi valliculas pallore siue rubore deformes, & humiliores superficie reliqua, egredietur ostium domus, & statim claudet eam septem diebus, reuersusque die septimo considerabit eam, si inuenerit creuisse lepram, iubebit erui lapides in quibus lepra est, & proijci eos extra ciuitatem, in loco immundo, domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum, & aspergi puluerem rasuræ extra vrbem in loco immundo, lapidesque alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri domum: Sin autem postquam eruti sunt lapides & puluis elatus, & alia terra lita, ingressus sacerdos viderit reuersam lepram, & parietes aspersos maculis, lepra est perseuerans, & immunda domus, quam statim destruent, & lapides eius ac ligna atque vniuersum puluerem proijcient extra oppidum, in loco immundo: Qui intrauerit domum quando clausa est, immundus erit vsque ad vesperam, & qui dormierit in ea & comederit quippiam, lauabit vestimenta sua, & cætera. Cum ingressi, inquit, fueritis Moyses & Aaron in terram Chananæorum. Quænam est hæc? *Quam ego dabo vobis in possessionem:* Quia enim septem numero gentes, id est, Chananæi, Pherezæi, Gergesæi, Amorræi, Iebusæi, Cethæi, & Aradæi, terram promissam Abrahæ possidebant, imaginem autem gerebant hæ septem iniquorum spirituum, de quibus Dominus in Euangelijs dicit: *Dum spiritus immundus exierit ab homine, adsumet alios septem spiritus nequiores se, & habitant in homine, cuius nouissima fiunt deteriora prioribus.* Hi autem spiritus veram terram ipsius Abrahæ, id est, gentium hæreditatem possidebant. Ipsi enim dictum est: *Quia patrem multarum gentium posui te.* Quando Moyses & Aaron (lex videlicet & Prophetæ, horum enim hi figuram gerunt; quia Aaron Moysi os qui figuram legis gerit, Propheta esse dictus est) ingressi fuerint inter gentes, tunc per eos Deus tyrannidem obtinentes in gentibus, qui sunt intelligibiles Chananæos, prædictos expellit spiritus. Possessionem autem legis & Prophetarum, & hæc prædicantium ipse esse concedit gentes, quas proprio adquisiuit sanguine; tam per ablutionem regenerationis, quam renouationem sancti spiritus, quem effudit abunde super nos, liberans nos ab his quibus dudum seruiebamus: & hi qui ex gentibus sunt possent Esaiæ canticum dicere: *Domine Deus noster possiderunt nos Domini absque te: tantum te recordabamur nominis tui.* Quæcumque autem eius possessio est, etiam seruorum & ministrorum eius procul dubio est. Ergo qoando Prophetæ, & lex in gentium hæreditatem ingressi fuerint, ministrantes Euangelicæ prædicationi, & ea quæ nunc de intelligibilibus dicta sunt apparere potuerint, ibit cuius [illegible] nuntians sacerdoti, & dicet: *Quasi plaga lepræ videtur esse in domo mea.* Quæ enim sunt domesticæ Ecclesiæ? propterea ait: *Ibit cuius est domus.* Audiamus Paulum dicentem: *Salutate Priscillam & Aquilam & domesticam eorum Ecclesiam.* Qui ergo huic præest, si senserit lepram intelligibilem, id est, si malæ & impiæ doctrinæ sensum quempiam comprehenderit, timens ne hoc quod studuit ad iustitiam, fiat ei ad iudicium: Vadet ad sacerdotem qui discernere possit. Ipse enim non absolute sacerdos est, quod manifestum est ex his quæ rursus Paulus ad Colossenses scripsit: *Salutate Nympham & domesticam eius Ecclesiam.* Quia multi propter zelum & pietatem ecclesias domesticas constituentes, in eis doctores diuinorum ministrosque, necnon & communionem atque exultationem eorum conuenientes suscipiebant. Is ergo qui huiusmodi est, ibit ad eū qui vere sacerdotij figuram g

A tit, quales fuerunt Petrus vel Paulus, vel Timotheus, cæterique, qui eorum doctrinam virtutesque custodierunt, irreprehensibiles permanentes: Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse, vt propterea possit aliena iudicare peccata. *Et dicet: Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in domo*, id est, sensus impiæ doctrinæ in mea domestica apparet Ecclesia. *At ille præcipiet, vt efferant vniuersa de domo*, siue vt Septuaginta edunt, *& præcipiet sacerdos detegere domum, & non introibit in omnem domum*, id est, præcipiet recedere omnem populum, qui in ea colligebatur, hic est tectus domus siue instructura, secundum quod frequenter ostendimus. Discedere autem eos præcepit, id est, opere ostendere, quod alieni sint à malo, quod apparuit in Ecclesia, & non communicent pœnæ, quæ est impijs ingerenda: Propter quod & Moyses quando Dathan & Abiron ad puniendum atque disperdendum deductus erat: Recedere reliquam multitudinem, vt non participes efficerentur pœnæ præcepit. Hoc est enim quod ait: *Ne immunda fiant omnia quæ in domo sunt, introibitque postea sacerdos vt consideret domus lepram. Et cum viderit in parietibus illius quasi valliculas pallore siue rubore deformes*, &cæt.

Num. 16.

B Parietes domus recte dicuntur hi, qui eam continent, id est, ordines, diuina dicentium atque docentium: Ex his quippe vere consistit Ecclesia, & non sicut quidam putant ex lignis atque lapidibus: Vnde & Moyses quando colligere iubebatur Ecclesiam: non ligna & lapides cæteraque similia, sed plebem, seniores, leuitasque conuocabat. Secundum quam rationem etiam Iacobus & Cephas, & Ioannes columnæ Ecclesiæ dicebantur. Ergo recte parietes, ministri sacrorum, doctoresque vtpote ipsi stabilitatem Ecclesiæ fulcientes: vt plebem quodammodo intra semetipsos colligentes. Pallens autem seu vt Septuaginta *viridans*, & rubicunda macula qualisque sit, satis interpretatio præcedentis sanctionis ostendit: esse enim illam vanam gloriam atque superbiam demonstrauit. Ex quibus maxime parietes Ecclesiæ cuiusque facta ministrantium doctorum, qui ad malas ac nefarias impiasque doctrinas prorumpunt. Si ergo aspectum parietem valliculas seu fossas habentem, id est, si humiliora facta ministrantium, vel magistrorum opinionem vallescentem, quodammodo ex comprehenso peccato perspexerit; *egredietur ostium domus, & statim claudet eam septem diebus*. Ecclesiæ moderatam ingerens increpationem, quæ pœnitentiæ percipit veniam & absoluitur: Septenarius enim numerus, peccati veniam significat. *Rursus sequenti die septima considerabit eam; si inuenerit creuisse lepram; iubebit erui lapides in quibus lepra est, & proijciet eos extra ciuitatem, in loco immundo*, & hoc quia diffusam maculam non inuenit, nec exuberantem impietatem, id est, his quidem qui peccauerunt, vtpote pœnitentibus ignoscit, & vt ex infirmitate peccantibus, dogmata autem & syngrammata in quibus est intelligibilis, lepra videlicet impietatis macula, hæc non solum extra domum, sed extra ciuitatem recte proijciunt, non solum de vna ea ecclesia, sed & de vniuersali ejicientes: Vniuersalis enim Ecclesia Hierusalem est ciuitas Dei viui, quæ continet Ecclesiam primitiuorum conscriptam in cælis, quamobrem etiam in locum immundum proijciunt, inter hæreticorum videlicet conuenticula. Hic est enim locus immundus, quia omnia recipit dogmata impietatis. Et quid post hæc? *Domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum, & spargi puluerem rasuræ extra vrbem in loco immundo*. Radunt domum, qui libros ecclesiasticos intelligere atque discernere subtiliter student, vt ipsi omnem malitiam diligenter perscrutantes, intidentesque doctores in prauis libris sacrum iudicationis excutientes, nullas inea impietatis sinant remanere reliquias: Sed quæ abraserint, hæc in prædictum immundum locum sicut immunda, & in immundis inuenta recte deputent, lapidesque alios reponi pro his, qui ablati fuerant & luto liniri domum. Quod lapides oporteat intelligi dogmata exponentium diuinam legem & syngrammata, de quibus quando sanæ doctrinæ sunt, non incongrue dicitur, lapides sancti voluuntur super terram. Et rursus:

Isichius.

C

D

E *Quicunque ædificauerit super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos*. Puluerem vero eam quæ particularis est interpretationem atque doctrinam, ipse Moyses legislator significat, quando enim Deuteronomium filijs Israel edebat, hæc ad eos dicebat: *Et erit quacumque die transgressi fueritis Iordanem terram, quam Dominus Deus tuus dabit, statues lapides grandes & linies eos puluere, & scribes super lapidem omnes sermones legis huius*. Lapides ergo erudi, & puluerem alium inferri dicens, purgata ab omni malo dogmata, atque doctrinam pro malis illis inferri, & Ecclesiam liniri sine vlla præcepit dubietate. Hoc enim nobis consideratio legis euidenter ostendit, an non & Paulus lepram dogmatum in doctoribus Antiochiæ cernens. Iacobo vtpote sacerdoti magno nunciauit, qui erasis prauorum doctorum nouis dogmatibus, auferens lapides in loco eorum, rectissimas Hierosolymitanæ Ecclesiæ literas: *Et puluerem suam*, videlicet doctrinam addens, vnxit Ecclesiam, curauitque quod acciderat: *Sin autem postquam eruti sunt lapides, & puluis elatus, & alia terra lita, ingressus sacerdos viderit reuersam lepram, & parietes aspersos maculis, lepra est perseuerans, & immunda domus*. Si enim electis malis dogmatibus, & alijs sanæ doctrinæ introductis, ipsa rursus impietatis doctrina inueniatur aspersa, id est, diffusa siue exuberans: Tunc sacerdos non ex longinquo auditus, sed ex inspectione sua cognoscit, quod permanens est impietatis passio & immunda: Talium ministrorum, doctorumque Ecclesiæ, in qua fuerit aspersa seu diffusa impietas, rectissime decernitur, quod ostendunt sequentia. Ait enim: *Quam statim destruent, & lapides eius ac ligna atque vniuersum puluerem proijcient extra oppidum in locum immundum*. Id est, non solum iam contaminant dogmata, sed & ipsos in quibus inuenta fuerint, & hos ex quorum locutione impia ecclesia constiterat: omnemque ipsam destruunt ecclesiam: *Odiui* enim inquit, *ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo*, sicut Dauid dicebat Ergo & extra eam quæ in cœlis est constituta, viua videlicet ac vera excluditur ciuitate, & cum immundis reputatur hæreticis. *Qui intrauerit in domum istam quando clausa est*: id est, quæ mulctæ seu pœnæ subiecta est, qui ingressus fuerit, quolibet ei communicans conuenticulo, *immundus erit*, vsque dum pœniteat, & multo magis qui in ea dormit: Hic siquidem non aliter suscipitur, nisi lacrymis lauerit intelligibilem stolam: dormire autem in ea intelligimus requiescentem in verbis eius, & non consuetudinis alicuius caussa in eius consilijs diuertentem. Sed & qui comederit in ea cibum scilicet mysticum, quia illius mysteria percipere præsumit, Ecclesiæ quam destruxit sacerdos reperiens impie agentem, & doctrinas malas, id est, ligna, fœnum, stipulam habentem. Vnde non solum lapides eius, neque enim erant preciosi, sed & ligna vtpote coniuncta fœno ac stipulæ proiecit. Sequitur:

1. Cor. 3.

Act. 15.

F

Psalm. 25

G

Quod si introierit sacerdos, & viderit lepram non creuisse, in domum, postquam denuo lita est, purificabit eam, reddita sanitate: Et in purificatione eius sumet duos passeres, lignumque cedrinum & vermiculum atque hysopum: & immolato vno passere in vase fictili super aquas viuas, tollet lignum cedrinum, & hysopum, & coccum, & passerem viuum, & intinget omnia in sanguine passeris immolati, atque in aquis viuentibus, & asperget domum septies, purificabitque eam tam in sanguine passeris, quam in aquis viuentibus, & in passere viuo, lignoque cedrino & hysopo atque vermiculo. Cumque dimiserit passerem auolare in agrum libere, orabit pro domo, & iure mundabitur.

H

Cuius imaginem hæc sacrificia, de quibus loquitur legislator gerant, per anteriora subtiliter exposuimus, quando ea & in vnoquoque leproso accipi præcepit. Hoc autem necessarie dicitur, quia manifeste apparet, quod legislator illam magis in Ecclesia docentium iniquitatem, quæ est in dogmate reprehendat: Quæ in dispensationem eius, qui pro nobis est incarnatus committitur, & propterea in domum mundandam hæc accipere sacrificia præcepit, quæ mysterium eius carnis, passionisque figurant, vtpote quæ sufficienter per has, quæ de his sunt Theologias possit sanare peccantium linguas, omniaque eorum mundare peccata. Sequitur.

A *Visus est vero [illegible] lepra & percussura lepra vestium & domorum, [illegible] pustularum papularum incontra macula, & [illegible] varias species coloribus immutatur, ut possimus scire quo tempore, quid mundum vel immundum fit.*

Hesychius. Ista est [illegible] lex lepræ. Q[illegible] tius sanctionem lepræ exposuit, necessarium iudicauit eius reiterare capitula. Et primo quidem complexiue genus, post hæc autem species per partes exposuit: Cum enim dixit, *ista est omnis lex lepra*, complexiue genus ostendit, species autem generis sunt apertissimæ quæ in subsequentibus addidit: præponens recte percussuræ, quod non est qualecumque peccatum, omnium quippe esse hoc detenus diximus. Est autem dogmatum impietas, quæ contingit quibusdam de populo, de quibus & legislator dicebat: *Vir aut mulier in quo fuerit plaga lepra.* Si autem tantummodo sacerdotum in memoriam fecisset, mulierem minime nominasset. Post hæc lepram quæ est in virtutibus posuit: Hæc sunt enim animæ vestimenta. Postea quæ sunt in Ecclesiarum d[illegible] ati[illegible] es [illegible] de [illegible] & eu[illegible] facit, [illegible] veram d[illegible] eam q[illegible] siue d[illegible] ue probat. Omnibus aut[illegible] possit [illegible] quo tempore, quid mundu[illegible] it, ostendens, quia [illegible] delinquens immun[illegible] peccaueit. quando autem ignorans, [illegible] propter ignorantiam meretur: Sicut & cæcus [illegible] ns. Ita vt Dominus de Iudæis diceret: *Si cæci essetis, non haberetis peccatum, nunc autem dicitis quia videmus, peccatum vestrum manet.* Sed nos oculis scientiæ ad ea, quæ expediunt, vtamur, vt per ipsos euitemus peccata, conquiramusque mundiciam, sciamus diem, in qua mundabimur scientéque occurramus, & totam legem lepræ custodiamus, mundi enim hoc modo in Dominicis tabernaculis habitabimus.

B

FINIS LIBRI QVARTI.

HRABANI MAVRI, ARCHIEPISCOPI MOGVNTINI, ENARRATIONVM IN LEVITICVM,

LIBER QVINTVS.

Caput I.

De viro qui fluxum seminis patitur, & mundatione ipsius.

C

Leuit.15. LOCVTVSQVE *est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Loquimini filijs Israel, & dicite eis: Vir qui patitur fluxum seminis immundus erit, & tunc iudicabitur huic vitio subiacere, cum per momenta singula adhæserit carni illius, atque concreuerit fœdus humor. Vir qui patitur fluxum seminis im-*

Hesychius. *mundus erit*, Septuaginta autem sic edunt: *Viro viro cui fuerit fluxus*, & cætera. Quod etiam duplicat hoc vnde mandatum datur, intentionem legis cupit ostendere, & quantam sollicitudinem habeat legislator, vt nihil eius penitus prætereat. Sicut quando dicit *Homo homo de filijs Israel, & de aduenis, & qui commoratur inter vos, qui fecerit holocaustum, aut sacrificium, & ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit ad faciendum hoc Domino, exterminabitur homo ille de populo suo.* Et his alia similia, de quorum conseruatione maximam legislator curam gessit: Hic autem

D secundum prædictam meditationem non dixit, *homo homo*, sed *viro viro*, duplicans quidem quemadmodum & ibi personam, propter fortitudinem vero sic appellauit perceptorem legis, quo vocabulo solos est diuinæ scripturæ significare eum qui perfectior est. Quod ostendit

Prou.20. Salomon, dicens: *Virum autem fidelem quis inueniet?* Sed

Ephes. 4. & Paulus: *Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis* CHRISTI. *Vir*, inquit *qui patitur*

Gregorius. *fluxum seminis.* Quid est sermo, nisi semen. Qui dum ordinate mittitur, audientis mens quasi concipientis vterus ad boni operis prolem fœcundatur: Si vero importune defluat, eum [illegible] tem polluens, generandi virtutem perdit, in mente quippe audientium semen futuræ cogitationis est, audita qualitas locutionis: Quia dum per aurem sermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Nam si sermo semen non esset, de prædicante Paulo ne-

Act. 17. quaquam diceretur: *Quid sibi vult seminiuerbius dicere?* De quo & Lucas dicit: *Ipse enim erat dux verbi.* Semen ergo vsui propaginis dicatum incompetenter fluens, cætera membra coinquinat, cum sermo per quem in audientium sensibus nasci scientia debuit, si inordinate prodeat, etiam quæ recte senserit fœdat. Qui ergo fluxum seminis sustinet, immundus asseritur, quia multiloquio subditus ex eo se inquinat, quod si ordinate promeret, prolem rectæ cogitationis edere in audientium corde potuisset; dumque incautus per loquacitatem defluit, non ad vsum generis, sed ad immunditiam semen fundit. Vnde Paulus quoque eum discipulum de instantia prædicationis admoneret dicens: *Testificor coram Deo &* CHRISTO IESV, *qui iudicaturus est viuos ac mortuos, & aduentum eius, & regnum eius, prædica verbum, insta, opportune, importune*: Dicturus *importune*, præmisit opportune, quia scilicet apud auditoris mentem, ipsa sua vilitate se destruit, si habere importunitas opportunitatem nescit. Quod autem dicit: *Tunc iudicabitur huic vitio subiacere, cum per momenta singula adhæserit carni illius, atque concreuerit fœdus humor.* Tunc quoque probabitur immunditiæ fluxus seminis, hoc est, nociuæ doctrinæ subiacere, cum frequentius prauitati sensus, atque superfluæ verborum effusioni operam dederit, quo magis per arrogantiam, temporalem gloriam quærat, quam in cœlesti regno perpetuæ mercedis fructum percipere appetat.

Omne stratum, in quo dormierit, immundum erit, & vbicumque sederit. Si quis hominum tetigerit lectulum eius, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immundus erit vsque ad vesperam. Quoniam multæ aliena docentium species sunt, quidam enim sicut dixit Paulus per inuidiam, quidam autem per contentionem, quidam vero per ignorantiam, quidam ex temerario multiloquio, de quo dixit ille Sapiens: *In multiloquio non effugies peccatum.* Quidam autem ex eo quod delectantur in quandam corruptione concupiscentiarum doctoralem conuertunt sermonem: recte legislator cum horum quosdam in sanctione lepræ, alios vero in ciborum differentia significasset, nunc rursus aliud genus eorum, qui ex impudicitia, & ex libidine alia docent, per hoc mandatum, quod est in fluxum seminis patientium exposuit. Sunt ergo quidam qui secundum proprias passiones sermonem doctrinæ temperant, & alijs quod ipsi diligunt, commendare satagunt, verbi gratia, cum si

A cmatur adulterij [illegible] fi de [illegible]sitate man[illegible] tum, vel si com[illegible] us, scien[illegible] ru[illegible] legem. Hic ergo quia magistri [illegible] nomine, & non [illegible] d[illegible] [illegible] d corrumpit doctrinam quam profert, non [illegible] Deo filios procreare, vnde & profluuium seminis pati dicitur. Et bene dicitur: *Omnis stratum in quo dormierit, immundum erit.* Stratum autem magistri, quia proprium est strati, vt in eo requiescat possessor eius, modis omnibus ille per hoc discipulus intelligitur: in quo propter nimiam obedientiam magister ipse, & eius spiritus requiescit: Quod manifestat Paulus ex his quæ ad Corinthios scripsit: laudans eos quod obedientes semetipsos Tito præbuerunt:
1. Cor. 7. *Habundantius autem gauisi sumus in gaudio [illegible], quia requieuit spiritus eius in omnibus vobis.* Eorum ergo qui impudica docent, & filiorum procreatione contradicunt, legitimasque respuunt nuptias, vt per hoc fornicationem introducant; propter quod & fluxum patientes seminis dicuntur: vtpote genitale semen & nuptiarum legem corrumpentes
1. Tim. 4 de quibus Paulus dicebat: *Quia in nouissimis temporibus recedent quidam a fide intendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi, [illegible] habentes conscientiam, prohibentes nubere & abstinere a cibis quos Deus creauit ad percipiendum.*
B Stratum quidem & vas secundum prædictum modum fiunt, quicumque intantum immundi sunt, vt nec mundationem eorum præcipere legislator: Scit enim eos ita morbo affectos, vt pœnitentiam agere nullatenus possint. Non enim ex ignorantia in tali doctrina, sed praua habitudine infecti, in impudicis corrupti seu dissoluti sunt verbis, vnde etiam intantum libenter et adhęserunt. *Si autem quis tetigerit lectulum eius*, id est, si particeps fuerit, sumpseritque de doctrina eius, & non insident dogmatibus eius, qui praua docet ac sordida, iniquorum verborum eius discipulus existens: Sed discipulorum illius, ipsi siquidem sunt eius vasa, & stratum qui audit eos: Ipse quoque immundus est, lauat tamen vestimenta sua per pœnitentiam, sicut sępe diximus: *Et ipse lotus aqua [illegible] [illegible], immundus erit vsque ad vesperam*, vsque dum tempus compleat pœnitentiæ. Huius enim figuram, vesperam multis gerit & maxime quia in consummatione
C sæculorum, id est occasu præsentis seculi, Christus nobis prædicauit pœnitentiam. Sequitur:

Qui tetigerit carnem eius, Lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperam. Si saliuam huiusmodi homo [illegible] super eum qui mundus est, Lauabit vestimenta sua, & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperam.
Isichius. Eum videlicet qui fit particeps doctrinæ prophana docentis, immundum esse vsque dum semetipsum diluat per pœnitentiam [illegible] quam legislator præcepit, siue vltro quispiam particeps efficiatur prauæ doctrinæ, hoc est enim carnem tangere fluxu [illegible] minis patientis: Siue docēs ex opere iniciat quodammodo semen ipsum, introducat atque sermonem doctrinæ suæ. hoc est enim saliuam proijcere: Propter quod Aquila, *si [illegible] expuerit*: Symmachus, *si expuerit*, ediderunt. *Septuaginta super eo sederit, immundus erit vsque ad vesperam.* Sicut stratum, in quo is, qui fluxum seminis patitur, requiescit, *& vas in quo sedet [illegible]*, id est, valde eis adhærentes discipulos. omnem itaque eorum quodammodo doctrinam excipientes diximus, qui etiam [illegible] cordis vt fictilia &
D lignea, ac lapidea vasa, quæ difficile mutari vel molliri possunt: Sic etiam in sagmate hic, siue vt Septuaginta ediderunt, *[illegible]*: negligentiore quidem discipulum, sed tamen mollius habentem cor ad commutandum se: Mollia enim sagmata asini legislator intellexit, sed is qui a bonis magistris excuti vel diluti, atque recipere malum discipulatum potest [illegible] q[illegible] ia talia sunt quæ Septuaginta *epis-emata* appellant id est, stratura. Et ipse videlicet immundus erit, vsque dum ad pœnitentiam se verterit. *Et omnis qui tetigerit quicquid sub eo erit, immundus erit vsque ad vesperam, & qui portauerit horum aliquid lauabit vestimenta sua, & ipse lotus*
Isichius. *aqua immundus erit vsque ad vesperam.* C[illegible] [illegible] non licere tangi fructum labiorum eorum, qui sol[illegible] [illegible] nt esse [illegible] p[illegible] hana docentibus, qui subdiderunt se [illegible] ip[illegible] quodammodo verbis atque incongruis doctrinis substernentes se: Quicumque autem hæc tetigerit, aut quicumque portauerit horum aliquid, id est, qui in se-

E [illegible] est [illegible] ue [illegible] n [illegible] mo [illegible] m hab [illegible] pœn [illegible] tigerit [illegible] talis e[illegible] ant [illegible] menta sua, & [illegible] mni [illegible] sent [illegible] d[illegible] ram. Nec sta[illegible] præ[illegible] ntibus [illegible] vsus [illegible] legi[illegible] ne omnino nobis d[illegible] speratio h[illegible] de c[illegible] centis praua, sed illam tantum quæ est, vt [illegible] d[illegible] spiciat ad pœnitentiam. Atque [illegible] conque fluxum seminis patiens tetigerit [illegible] commixtus fuerit. Non lotis autem manibus aqu[illegible] dum videlicet suam vitam per pœnitentiam abluit [illegible] re siquidem manus, sordis cuiusdam & maculæ [illegible] tionem manifestat. Propter quod Dauid dicebat: *[illegible]*
Psal. 25. *bo inter innocentes manus meas: & circumdabo altare tuum [illegible]. Et vas fictile quodcumque tetigerit is qui fluxum seminis patitur, confringetur, vas autem ligneum lauabitur aqua & mundum*
Isichius *erit.* In superioribus huius legis in qua dixit, fluxum seminis patientem, quoslibet homines tangere, diximus eo quibus ipse se praua doceos immiscuit, & sumpsit ad quandam societatem sui, hoc enim est aperte tāgere. Vn-
F de & Paulus propter societatem muliebrem cauendam:
1. Cor. 7 *Bonum est*, inquit, *hominem mulierem non tangere, propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquæque suum virum.* Hi ergo vasa eius effecti sunt, doctrinam qui ab eo licet paruam susceperunt, neque enim superseditis, id est, non totam in ipsos suam doctrinam extrahunt. tetigit tamen partem quandam tradens, permanentes igitur fictiles, id est, fragiles & terreni ad lutum suum, & ad corruptionem sui intendentes, quia corrumpuntur etiam a paucitate verborum, necessario conteruntur, si autem lignei, quia lignea vasa, luteis ac fictilibus vasis fortiora sunt, diutiusque subsistunt, aqua lauati mundantur: Neque enim insedit in eis, nec omnem eius, sicut diximus, malam doctrinam susceperunt; quamobrem nec sic infirmantur, vt per pœnitentiam sanari non possint. Ergo intentio est legislatoris ostendere, qui pœnitentiam
G agant, vel qui non, quia pœnitentiam agentibus salus offertur. *Si sanatus fuerit qui huiusmodi [illegible] fluxus passionem numerabit septem dies post emundationem sui; & lotis vestibus ac toto corpore in aquis viuentibus erit mundus.*

Scholion Mundatio est eius qui fluxum seminis patitur, eandem corruptionem seminis nequaquam vlterius sustinere. Si ergo sordida prauaque ac nefaria quispiam docens cessauerit. vtpote qui cessauit à tali impudicitia, mundus [illegible] dicitur Pr[illegible] sordidis autem sermonibus, quos effudit, prius necesse habet septem dies dinumerare ad omnimodam emundationem, quæ perficitur per aduentum CHRISTI, ministrationemque spiritus sancti, cuius septimplex donum nobis Esaias exposuit, cum ait: *Spiritus*
Isa. 11. *sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, [illegible] scientiæ & pietatis, & spiritus timoris Domini.* Quibus omnibus egent qui perfectam mundationem sibi procurari volunt, à malitia quæ est in locutione, siue in operibus. Sed & aqua viua lauant vestimenta & corpus, quæ sit vero vis vestimentorum & corporis, satis est in superioribus demonstratum: Aqua autem viua lauant, illa videlicet, de
Ioan. 7 qua CHRISTVS dicebat: *Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua viua.* Et rursus: *Qui-*
H
Ioan. 4 *cumque bibit ex aqua, quam ego dedi, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Ergo mundatio praua do[illegible]nis, per bonam legitimamque doctrinam prouenit. Hęc est enim viua aqua: quia vitam ad se accedenti præstat. Sequitur:

Die autem octauo sumet duos turtures aut duos pullos columba, & veniet in conspectu domini, ad ostium tabernaculi testimonij, dabitque eos sacerdoti, qui faciet vnū pro peccato, & alterum in holocaustum. Rogabitque pro eo coram domino, vt emundetur à fluxu seminis sui.
Isichius. Qui septē dies numerauit sibi, id est, operationes spiritus, hic octaua die, i. in gratia videlicet Christi, quæ octaua die resurrectionis enituit, seu claruit, sacrificiū offerre iussus est. Quod est autem hoc [illegible] rum [illegible] st duo turtur[illegible], aut duos pullos columbarū, dignum du[illegible] [illegible] cium. Ex alitibus enim sunt hæc animalia, & [illegible] tur quasi meditationi est animal, columba propter gemendi frequentiā, & propter simplicitate [illegible] spiritus de-

A ſignat imaginem: Oportet enim doctorem meditationi ſpiritali operam dare, propter quod vt ſacerdotem & magiſtrum ſibimetipſi ſumere hoc ſacrificium præcepit: Quod in alio ſacrificio niſi rurſus ſacerdotis alicuius fuerit ac magiſtri, dixiſſe nullatenus inuenitur. Ipſamq; deferre hoſtiam ad oſtium tabernaculi teſtimonij, ad Apoſtolorum videlicet doctrinas, ad velum tabernaculi teſtimonij, id eſt, habitationem Chriſti, & conuerſationẽ ſuperius ■ ſacrificijs oſtendimus, vt ad Apoſtolicam intentionem in futuro ſuam perficiat linguam. Sicut autem qui peccauit, & ſacerdotij habitum in ſe infirmauit, atq; meſficax reddidit, dare ſacerdoti, ac ſacerdotij miniſterium alio cedere iuſſus eſt, ſed accipiens ſacerdos duos turtures, aut duos pullos columbarum, quid facit: Vnum facit pro peccato, & vnum in holocauſtum, vt hoc quidem ſacrificij ad ablutionem eius, eorum quæ peccauit in doctrina contradicente legi proficiat. Illud autem ad ſapiẽter conuerſandum in futuro, huius enim eſt ſignum holocauſtum, & ſic deprecabitur ſacerdos pro eo coram domino, vt emundetur à fluxu ſeminis ſui: Nec enim aliter

B quiſpiam mundationem coram Domino facere poteſt, id eſt, ſecundum voluntatem & legem Dei, niſi de his qui peccauit pœnitens, & per ſacrificia orationum ſatisfaciẽs: poſteaq; recte viuendo, ac perfecte ſapiendo. Sequitur:

Vir de quo egreditur ſemen coitus, lauabit aqua omne corpus ſuum, & immundus erit vſq; ad veſperam, veſtem & pellem quam habuerit lauabit aqua, & immunda erit vſq; ad veſperam. Mulier cum qua coierit, lauabitur aqua, & immunda erit vſque ad veſperam. Neceſſariam habere regenerationem baptiſmatis humanum genus, ipſe Dominus oſtendit, dicens: *Niſi quis* (Ioan. 3.) *regeneratus fuerit ex aqua & ſpiritu, non intrabit in regnum cœlorum.* Cuius rei gratia, quia ſordis in nobis ex Adam inob- (Pſalm. 50.) edientia eſt transfuſa Dauid, *in iniquitatibus ſe natum, & in peccatis aſſeruit eſſe conceptum*, non matrem ſuam accuſans, ſed peccatum innuens, quod decurrit ex genere. Et nunc legiſlator eum de quo ſemẽ egreditur coitus, id eſt, eum qui pro filijs procreandis ſemen effudit, ſed & mulierem quæ ſuſcepit, lauare corpus præcepit, ob hoc, quia ſemen

C ſuſcepit per quod hoc templum noſtrum totum, id eſt, integer homo deſcribitur ex anima & corpore. Quia autem ſordidos effectus per inobedientiam, Adam, ſordidum eſſe etiam ſemẽ ſuum fecit, neceſſarie & corpus ſordidum eſt, ex quo ſemen tale procedit. Immundi autem vſq; ad veſperam eſſe nunc iuſtra dicuntur, quia in finem ſæculorum Chriſtus veniens oſtendit aquam qua genus noſtrum mundaretur: Et quia permanſimus vſq; tunc immundi, probatur ex eo, quod & hi qui necdum peccauerunt, id eſt, in ætate infirma cõſtituti, ſignaculum baptiſmi neceſſarium habent, ne forte morte ſuperueniente ſordidi tranſeant, ſordem quæ ex Adam deſcendit, in ſemetipſos habentes, & propterea non valentes in regnum cœlorum intrare. Veſtem autem & pellem quam habent cum coeunt, videlicet immunda eſſe, & lauari debere duarum rerum præcipue gratia: Nam extendit legem atq; manifeſtat, quãtum corpus humanum propter vnam inobedientiam ſordidum ſit effectum, vt etiam inſenſibilia ex eis polluantur, deinde per hæc manifeſtas facit mulie-

D res quę libidinis cauſa vitiis ad quendam temporalem cõmiſcentur viſum, qualem ſolent veſtimenta præbere hominibus, ſicut & abuſio pellium, quæ inueteratæ proijci ſolent. Nam & illarum conſuetudo veteraſcente amicitia repulſa, atq; in morem veſtimentorum ſeu pellium commutatur: neq; enim ſemper cum eis viuunt, cum quibus inordinate concumbunt. Quod ad ſanctificationem & caſtitatem, Iudæorum genus legiſlator trahens, nimis enim quidam eorum luxuriæ feruebant, hæc contra eos qui qualitercumq; effundunt ſemen, & eos qui hæc tangunt dicit: mundationem eis præcipiens, vt ſaltem coacti caſti efficerentur, & luxurioſis abſtinerent commixtionibus, faſtidio laboris frequentium purificationum. Hanc enim intentionem ſecundum literam, & in ſubſequentibus lex habet, licet aliquid aliud ſecundum ſpiritum ſignet: Sicut & ipſe expoſiturus ſum, quia nec ipſum qui hic eſt ſpiritalem intellectum prætereo. Quemadmodum ergo illum qui fluxum ſeminis patitur, eum qui corrum-

E pit doctrinam intelleximus, ſic de quo ſemen coitus egrederetur, eum qui ad Iudæos pertinentem doctrinam docet intelligimus: Nam ſicut effundens naturale & ſanum ſemen, propter ſordem tamẽ Adam, immundus eſt, ſic & eorum ſana propter legem quæ putatur doctrina, ſub culpa eſt & reprehenſibilis, quia literam docet quæ maledictionem infert diſcipulis ſuis: Neq; enim poſſibile eſt, quempiam per illam perfecte corrigi: Vnde Moſaicæ maledictioni diſcipulos ſuos ſubdit, ipſoſq; Iudæos qui in mulierem coeuntium accipiuntur figura, vtpote qui ſemper adhærent, & conquieſcunt doctoribus inſtitutionum ſuarum, hoc autem ipſum, & in eos qui in præputio ſunt, operantur, quando doctrinę eorum ſemen ſuſcipiunt, quos veſtimentum & pellem eſſe dicimus: vtpote temporaliter & tranſitorie doctrinas eorum, non autem vt & ipſi procreent aliquam legalem iuſtitiam ſuſcipiunt, nam quomodo poſſibile eſt, hunc in præputio permanentibus? ſed vt per ſermones eorum, & ipſi maledicto legis polluti accipiantur.

F

CAPVT II.

De muliere quæ fluxum ſeminis patitur non in tempore menſtruali, & mundatione ipſius.

Mulier quæ redeunte menſe patitur fluxum ſanguinis ſeptem diebus ſeparabitur: *Omnis qui tetigerit eam, immundus erit vſque ad veſperam, & in quo dormierit vel ſederit, diebus ſeparationis ſuæ polluetur. Qui tetigerit lectulum eius lauabit veſtimenta ſua, & ipſe lotus aqua, pollutus erit vſque ad veſperam. Omne vas ſuper quod illa ſederit, quiſquis attigerit, lauabit veſtimenta ſua, & lotus aqua, pollutus erit vſque ad veſperam.* (Leuit. 15.) Intentio legiſlatoris eſt, à muliebri libidine abducere hominem, ſimulque (Iſichius.) cum viris & mulieres prohibere à turpis commixtionis cauſſa. Non enim hoc pro filiorum procreatione agi maxime ea quæ nunc dicuntur adfirmant. Inuenit eum modum quo per varia temporum ac plurima interualla ab ingreſſu muliebri ſeparet viros, nam menſibus ſingulis

G fluxum ſanguinis patiuntur, ſeptem autem diebus immũdas eas eſſe, eoſq; etiam qui ſimpliciter tactũ eas cõtingunt, immundos eſſe vſque ad veſperam præcepit. Qui vero cum eis dormiunt, non vna die immundos ſed ſeptem dies eſſe dicit: Ergo ſub dietum multorum continentia, tam mulieres à viris, quam viri à mulieribus neceſſitate cohibentur: Et his quidem ſenſibilis Iudęus, & ſecundum carnem Iſraelita iuuari per literam poterat. Hoc eſt autẽ veriſſimum iuuamen ſpiritalis conſiderationis, quod eſt intus incluſum. fluxus enim ſanguinis animæ cuius perſonam vtpote effeminatam, & fortitudinem pietatis prodentem, in muliere nunc legiſlator inſinuauit, idololatria eſt, horus, ſecundum quod Septuaginta edunt, *fluxus in corpore eius.* Corruptio enim ſeu perditio eſt humani generis idololatrici ſanguinis effuſio, propter quod non dixit, *de corpore noſtro*: Neque enim à nobis eſt idololatria adinuenta, ſed à dæmonibus, in corpore videlicet generi noſtro inflicta eſt, & corruptio humanæ eſt affecta naturæ. Sed & tempora denuntians in quibus idololatria

H obtinuit. Deniq; Paulus dicebat: *Et quidem tempora ignorantiæ deſpiciens Deus, nunc adnuntiat omnes vbiq, pœnitentiam agere.* Quod dixit, *ſeptem diebus ſeparabitur*, quod alij: *Erit in purgatione ſua*, alij vero interpretes, *In ſeparatione iniquitatis ſuæ*: Alij autem, *miſeria*, ediderunt, vt per ſeptenarium dierum numerum tempora ſignificaret ſpiritus: quæ vſq; ad completionem temporum ſunt, in qua completione, euangelica prouenit prædicatio. In his enim ſeparati à Deo per idololatriam homines in ſeparatione iniquitatis & miſeriæ neceſſario erant, vſq; dum Deo per euangelicam conuerſationem coniungeremur, quæ in octaua die accipitur, quia ſignum & principium & arrha quodammodo ſæculi eſt futuri: Propter quod & octaua die ſaluatoris proceſſit reſurrectio. Non ſolum autem idolis ſeruiens anima, ſed & is qui eam tangit, id eſt, qui particeps eius efficitur, & multo magis hic qui in quo dormit, vel in quo ſedet vtpote qui doctrinæ eius & traditionis fit particeps: vel qui coierit cum ea, immundus erit, & mundatione

A opus habet, nec aliter mundatur, nisi lauatus aqua. Quid sit autem aqua, in praecedentibus diximus. Intantum autē oportet ab omni idololatriae malitia abstinere, & nec eos qui idolis seruiunt, nec hos quibus illi quasi organis, vel quasi lectis aut vasis vtuntur contingere, id est, in nullo cum eis communionem habere. Sequitur:

Mulier quae patitur multis diebus fluxum sanguinis, non in tempore menstruali, vel quae post menstruum sanguinem fluere non cessat, quamdiu hanc subiacet passioni, immunda erit, quasi sit in tempore menstruo. Omne stratum in quo dormierit, & vas in quo sederit, pollutum erit, quicumque tetigerit ea, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum.

Isichius. Quantum indicet spiritus Dei, legis contemplationem & lectionem literae, his quae per partes sanciuntur, ostendit, quia enim fluxum seminis patientem intelligi, in lege obscoena & corrumpentia docentem, olim diximus: Et de quo coitus semper egreditur, Iudaica vtente doctrina: Restabant autem hi qui paganorum doctrinam docent, ecce etiam ipsos nunc opportune subinfert: Esse ergo fluxum sanguinis, idolorum seductionem & errorem diximus, vt pote genere daemoniorum sanguine gaudente: Et non solum pecorum, aliorumque animalium irrationabilium, sed etiam hominum sacrificia praecipiente, ita vt in multis locis apud eos talia celebrarentur mysteria: Veluti Dionysij & Dianae aliorumque daemonum intantum fluxus sanguinis apud eos inoleuerat. Attende autem nunc quibus verbis legislator vsus est: *Mulier quae patitur multis diebus fluxum sanguinis, non in tempore menstruali.* Quod Septuaginta sic ediderunt: *Mulier si fluat profluuium sanguinis diebus compluribus* non dixit: *si fluit sanguinem*, quod est, idolis seruire, siue immolare: *sed si fluxerit fluxum sanguinis*, id est, si fluit maculam, & errorem idololatriae, facit autem hoc non in tempore menstruali, id est, non in temporibus in quibus idolorum seruitus obtinebat, haec enim esse menstrualia tempora, in illis verbis in quibus de ea loquebamur ostensum est, sed & postquam coepit scientia, & per euangelicam doctrinam, lumen pietatis illuxit. Ipse tamen, immunda fluit, & docet quaedam errori

C idolorum proxima, immundus est; sicut illi illorum temporum in quibus furor idolorum obtinebat, illa docentes quaecumq; ad illorum pertinebant errorem. Erant enim tunc etiam immundi, sed & nunc multo magis, tam quia iam nudata est immunditia eorum, & error conuictus, quam quia noluerunt oculos suos praebere luci verae

Matth. 9 intelligentiae. Huius enim mulieris imaginem gerere intelligimus eam quae in euangelijs fluxum patitur sanguinis, quae omnem quidem substantiam siue vitam suam in medicis expendit, id est, in eis qui apud eos erant philosophis: Non tamen sanata est per eos ab aegritudine erro-

Rom. 1. ris sui: *Quia dicentes se esse sapientes stulti facti sunt.* Cum enim viderentur simulachrorum cultu & furore alienati, terram tamen metiebantur, aerem & coelum, quorum scire, solius Dei est, exordia, terminosque. Haec ergo fimbriam Domini retro tangens, liberata est à fluxu. Dicimus autem fimbriam eius, fidem eius, nam cuius rei gratia fimbriam facere vestibus Moyses praeciperet? Quia enim di-

D uinitas debet intelligi in anterioribus, retro humanitatem intelligimus. Hanc gentes quae in fluxu constitutae erant sanguinis idolorum, proposito tetigisse dicimus: Quod si non solum eos qui ad effundendum idololatriae sanguinem vacant, sed etiam eos qui docent ea quae ad doctrinam pertinent paganorum, fluxum sanguinis exposuimus, nō est admirabile: Mos quippe est etiam apud exteriores affluens eloquium largissimeque se ac facile ad doctrinam effundens, fluxum vel rhetoricam appellare. Sequitur:

Si steterit sanguis & fluere cessauerit, numerabit septem dies purificationis suae: & octauo die offeret pro se sacerdoti duos turtures vel duos pullos columbarum, ad ostium tabernaculi testimonij, qui vnum facit pro peccato, alterum in holocaustum, rogabitque pro ea coram Domino, & pro fluxu immunditiae eius. Docebitis ergo filios Israel, vt caueant immunditiam, & non moriantur in sordibus suis cum polluerint tabernaculum meum, quod est inter eos.

Isichius. Quae virtus huius sacrificij sit, & qualis in his qui fluxum seminis patiuntur, inquantum necessarium erat [illegible] Similia enim & illic lex praecepit: Sicut enim [illegible] ipsum sumere turtures aut columbas in sa[illegible] xum seminis patientem legislator praecepit, quia [illegible] stri locum tenebat, atque personam, sic & nunc [illegible] quae fluit fluxum sanguinis; figurare enim eam diximus docentes quae ad errorem idololatriae pertinent. Quamobrem eloquentiam docens, & eloquentiae participans, sibimet ipsi sumere quae ad purificationem proficiunt potest. Quae ergo ad interpretationem desunt, haec in subsequentibus per ordinem dicebamus. *Docebitis*, inquit, *filios Israel vt caueant immunditiam, & non moriantur in sordibus suis cum polluerint tabernaculum meum quod est inter eos.*

Isichius. Quamuis omne peccatum immunditia sit animae, maxime tamen idololatriae, & quae ad eam pertinent. Has habere & in his timoratos filios Israel legislator esse desiderat, vt non crudelissima impietatis moriantur morte: polluunt enim impij tabernaculum Dei, quod in ipsis est, atqui corpus est, quo fluxu sanguinis aut seminis inquinatur. Sed quia impietatem sermo innuit, quae hominem totum polluere consueuit, propterea *cautos*, siue vt Septuaginta, *timoratos*, inquit, *facietis filios Israel, ab immunditia sua*: Quod neque de leprosis, neque de his qui tetigerunt morticina sanciuit. Sed & tabernaculi Dei quod in nobis est mentionem fecit, tabernaculum enim Dei est omnis noster homo, in quo Deus habitare creditur: Primum quidem per imaginem, quam nobis donauit, deinde per primitias quas à nobis sumpsit: *Verbum enim ca-*

Ioan. 1. *ro factum est*, quod per illam * munitionem etiam in reliquis habitare hominibus dicitur, quod probat Ioannes dicens: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.*

Ista est lex eius qui patitur fluxum seminis, & qui polluitur coitu, & quae menstruis temporibus separatur, vel quae iugi fluit sanguine, & hominis qui dormierit cum ea.

Isichius. Haec sibimet legislator connectere consueuit, vt ei qui meditationi legis studium praebet, manifestet, quomodo oporteat haec intelligi, & quae cum quibus cognationem secundum similitudinem intellectus habeant. Quia ergo esse fluxum seminis patiens, * doctor corrum-

G pens semen, & turpia atque corrumpentia ammonens, est probatus, & de quo egreditur semen coitus vt polluatur, is qui Iudaica praecepta docet, in quibus ipse vt mala bona docens, & legis intentionem transgrediens polluitur, dum ea quae ad literam pertinent, extra tempus profert, & modo quodam mundi, sicut immundis vtitur, de

Tit. 1. quibus dictum est: *Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum: sed polluta sunt eorum mens & conscientia.* Sanguinis autem fluxum patientes in menstruis suis, hi esse demonstrati sunt, qui ea quae ad impietatem tendunt, illo docent tempore, in quo genus hominum erroris idolorum detentum in menstruis suis, id est, in separatione malitiae, à malo enim separati non erant, vt ostenderet, quia eadem de his qui praua docent lex loquitur. De solo fluxu seminis patiente masculo dicit, foeminae autem fluxum seminis patientis mentionem secundum literam penitus non fecit. sed per mulierem

H quae fluit fluxum sanguinis, eum qui effundit doctrinam idololatriae intellexit, & propterea nunc eam fluxum seminis patientem appellauit, vt nos disceremus, quia eum qui corrumpit bonam doctrinam, turpiter eam & male proferentis, talem, qualis est is qui impietatem docet lex reputet. Vtrorumque enim verba corruptione plena sunt.

Capvt III.

Ne Aaron & filij eius omni tempore ingrediantur sanctuarium, & quid ante ingressum sit offerendum.

Leuit. 16. *Locutus est Dominus ad Moysen dicens: post mortem duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecti sunt.* Ecce & nunc Dei spiritus vnum corpus legis facit, &

Isichius. ad vnum redigit inuicem sibi cohaerentia. Et cum dudum manifestasset ea, quae ad doctrinam, quae contra legem est pertinent, modosq; eius multiplices quosdam

A atq; differentes exposuisset: V... ne eam redatgint lege, & commune quodammodo cōtra eam subdidit præceptum, & caussam mor... ipsius mani... iam fecit, id est, vnde contingit, & vnde superuenit. Audistis nim quādo filiorum Aaron, eorum, qui diuino igne consumpti sunt quærebamus mortem, quia cum verbum illic legalis traditionis & historiæ face... emus, igne sua alienum, alienam à Deo doctrinam ... vimus: & propterea à diuin... igne, ignē videlicet spiritus eos, qui ignem illum offerebant esse cō sumptos: Quia diuino igni aperte contradicunt, & contra spiritum agunt, hi, qui ea quæ mala & iniqua sunt docēt. *Et præcepit ei dicens. Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur sanctuariū, quod est intra velum coram propitiatorio, quo tegitur arca vt non moriatur, quia in nube apparebo super oraculum.* Quantū parcat Deus saluti nostræ ex multis quę in lege dicta sunt considerari, & disci potest, de quib. nihil negligentes, oculos mentis per singula intendamus. Recte maximam diligentiam legislator exhibet, vt non solū in verbis turpibus, aut in fabulis Iudaicis, aut in ali-

B ...o idololatriæ phantasmate, doctores nō excedant; sed nec occasione Theologiæ in impietatem cadant, quod mos est hæreticis pati. Substantiam enim discutientes Dei tam patris ad filium, quam filij ad spiritum sanctum differentiam introducunt, & alia similia quę nostram excedūt scientiam, absconditaq; sunt nobis, sicut nimis alta, atq; similia, non ex diuinis dogmatibus, sed ex suis cogitationibus exquirere volētes, à moderationis ecclesiasticæ excisi sunt corpore. Hoc ergo ne patiamur, lex præsentibus nos præmonet verbis. Ait enim sic: *Et dixit Dominus ad Moysen: Loquere ad Aaron fratrem tuum*, i. vt sacerdotes sibi inuicē hæc præciperent, & vnusquisq, doctorum talia proximo sanciret, qualia nunc Deus loqui ad Aaron Moysen præcepit, quæ sunt autem hæc? *Ne omni tempore ingrediatur sanctuarium, quod est intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca.* Commune omnibus mandatum, & communem hic proposuit legem, primum quidē sacerdotibus aptam, deinde omni, qui vult discutere diuina mysteria: Quamobrem

C secundū L X X. impersonaliter præcepit dicens: *Non ingrediantur omni tempore in sa... ... interius velamen.* qui, nō addidit, omnes prohibere ab hoc manifeste cupiēs; quia n. velamen corpus saluatoris intelligitur. Sicut Paulus euidenter ait. *Habentes autē confidentiam in introitu sanctorum, quam initiauit nobis viam nouam, & viuentē per velamē, id est, per carnem suam.* Ipse est enim verum & intelligibile propitiatorium, vtpote, quia ipse nobis peccatorum propitiationem præstat. Ait etenim idem Paulus. *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam eius, per liberationem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiationem per sanguinem ipsius.* Aperte ergo doctores vetuit, & sacerdotes prohibuit, & quoscunq, de Deo loqui fas est, exquirere substantiam Dei, & discutere Christi diuinitatem, ingredi interiora velaminis intelligibilis; Velamen enim Christus habet carnem, tegumentum diuinitatis suæ, quēmadmodum & hoc quod erat sensibile velamen, tegumentū sanctis sanctorum fuit. Non solum autē velamen, sed & testimonij arcani: carnem Domini appellauit, multis illā ne-

D cessariu appellans nominibus, quia multæ ex ea erant operationes, ad quam arcam omni tempore non præcipit doctores ingredi, vt curiose vtiq; non inquirent, quēadmodum *verbum caro factum est*, quomodo *qui in forma Dei erat, in forma serui factus est, quomodo exinaniuit semetipsum*, & in cœlis mansit. Horum enim fides salutem, periculū affert inquisitio. Hoc ergo qui credit, & non quærit, nō morietur, quia *in nube*, inquit, *apparebo super oraculum*; siue propitiatorium: Nube rursus Dominicam carnem, & euangelicum appellat verbum, eadem enim multis vocat nominibus, nec est Tautologia, sed operationis rerum quæ significantur apta imponit, & distribuit nomina. Aliquando enim velamen carnem dicit, tegumentum, hanc esse diuinitatis Christi significans: Aliquando autem arcam hominē videlicet, quem ipse Dominus exponens Iudæis, dixit: *Soluit. templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Quod Iudæis ignorantibus & docentibus: *Q. adraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?* Euang... lista ... linauit dicens: *Ille autem dicebat de tēplo corporis sui.* Aliquando vero nubem, quia nubis corpus quidem est. sed mundum & subsistentiam ex spiritu sancto habentem: Ex spiritibus enim, ... ntis, nubes subsistunt. Propter quod eius subtilitatem, & leuitatem, atq, munditā Esaias ostendens dicebat: *Ecce Dominus ascendit super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & commouebuntur simulacra Ægypti.* Nubem similiter non incongrue euangelicum appellamus verbum, qui... mo... st diuinæ scripturæ sancti spiritus doctrinam nubem appellare, vnde & vineam Iudæorum sicut infructuosam auferens dicebat. *Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrē.* In hac ergo nube Deus ta... in Dominica carne, quam in euangelica prædicatione i... sinuatur; & nihil amplius quæramus nos qui aliquid ... Deo scrutari volumus, sed quantum nobis euangelic... sermo tradit, quanta ex Dominica carne percipimus. S... quitur: *Vitulum offeret pro peccato, & arietem in holocaustum. Tunica linea vestietur: & fœminalibus lineis verecunda celabit. Accingetur zona linea, cydarim lineam imponent capiti, hæc enim vestimenta sunt sancta, quibus cunctis cum lotus fuerit induetur.* Admirabili ordine etiam nunc legislator ad ea, quæ iuua... possunt, & vtilia esse legentibus, legem: & qui thesauru... reconditum in ea perscrutantur vtitur. Cum enim dix... set non licere omni hora, i. nō continue, id est, sine inte... missione ingredi in sancta sanctorum, ne forte sine met... & circumspectione ad ea, quæ diuina sunt præsumamu... aut accedamus, nec maiorem perscrutationem omnin... prohibuit, sed quando nos hoc aut quomodo, iubet v... quando nosmetipsos perfecerimus, siue consummauer... mus, quemadmodum nunc tradidit, i. non ingrediat A... ron in sancta, nisi hæc fecerit. Hic ostendit quia non fu... non frequenter, sed nec omnino nu... ingredi in sublimi... tem diuinam contemplationem præcepit, quam & a... pellauit sanctuarium, vtpote quæ ac Deu est, qui sancti... sanctorum est, & eum qui bene ea vtitur sanc... ficat, l... qui vtiq; Aaron est, i. altam conuersationē habens: & q... in tantum prouectus est, ascendens ad Dei sanctificati... nem, vt, sicut diuina arca, respondere possit. Hoc n. A... ron interpretatur, hic ingrediēs vitulum offeret pro pe... cato, videlicet in sacrificio ingreditur Christi: qui quia n... solum pro peccatis nostris immolatus est, sed & vitam n... bis præstat perfectam, tamen in peccatorum nobis abs... lutionem quam virtutum perfectionem, Dei sacrificiu... conquirit, & adponit. Addit legislator: *Et arietem in holocaustū*, LXX. autem ediderunt, *de vitulo ex bobus*: Quia Chri... stus ex bobus illis operatoribus iustitiæ secundum car... factus est, verbi gratia Abraham, Isaac, Iacob, David N... boues, lex eos qui iustitiam operantur nouit, quia en... anes ex genere ouium est, veruntamen est præcipuus. ... gregis dux, recte significat Christum, qui ... ex massa n... stra, sed præcipuus & excellens nos, & dux generis hum... ni atq; rex est. In hoc, i. in Christo vult nos ingredi in s... cta, initiū enim de Deo loquendi Christus est & eius p... sio, quæ si non acta fuisset & tam paganorum nos error... quam ab vmbra legis. & caligine liberasset, nos de patr... diuinitate loqui minime potuissemus: *Nemo enim scit patrem nisi filius: & cui voluerit filius reuelare.* Sed qui is qui de D... locuturus est & intueri Deum. inquantū possibile est h... minibus vult, necesse est vt omnibus virtutibus armet... Attende & hoc quemadmodum adprobauit, virtutes ... nim quatuor generales sunt, iustitia, castitas, fortitud... sapientia. Propterea, inquit, *tunica linea induetur*, id est, ... stitiam, vnde scriptum est: *Sacerdotes tui induentur iustiti...* Induetur & fœminalibus lineis, hoc est, castitate, vest... tur zona, per zonam enim fortitudo intelligitur. Vn... ad Iob Dominus dicit: *Accinge sicut vir lumbos tuos.* Per c... darim quoque quæ indumentum capitis est, intelligit... modis omnibus sapientia: Nam in capite, sapientiæ e... organum non ignoramus, quod & cerebrum dicitur, v... de & omni est honorabilius corpori. Sed & hæc omn... linea esse propterea præcepit, vt ostenderet virtutum ... cilitatem & celerem conquisitionem vel habilem gr... eamq, adipiscenti esse, sicut & ea quæ linea sunt corpo... Quia etiam cum sublimis sit conuersatio earum potest ... se in terris, quorum singula in linum proueniunt, qu... altum quidem calamum habet, sed multum à terra al...

Ifidhim. (margin, beside "oraculum")
Hebr. 10.
Rom. 3.
Ioan. 1.
Phil. 2.
Ioan. 2.

A dit, facileq; congrui potest etiam à pauperibus, & ei qui hoc induetur acceptū gratumq; est, sicut supra diximus; æstuantē etiā refrigerat, sed & in gelu fouet; quod est virtutis proprium, quæ refrigerat quidem in æstu concupiscentiarum, in rigore autem temptationum calefacit, atq; ad zelum erigit, & non permittit fieri persecutores. Sed vt non etiam salutis perdas capitulū, quod est, baptisma, nec æstimes tibi sufficere virtutes sine dono baptismatis, addidit: *Hæc enim sunt vestimenta sancta, quibus lauabit cum lotus fuerit induetur.*
Isichius Lauatur omne corpus per aquam baptismatis, quia totum nostrum lauat, & renouat hominem. Ergo baptizari oportet prius, & ex aqua generari, ac spiritu ac sic prædictis virtutibus indui, atq; per eas Christum, hoc enim & ipse contextus legalium signat verborū. Postquam enim dixit legislator, ne omni tempore ingrediatur sanctuarium nisi hæc ante fecerit: *Vitulū offeret pro peccato*, subdidit. *& arietem in holocaustum, tunica linea vestietur*, & reliqua. Nunc soluo: Christum intelligibilem arietem, & verum holocaustum, virtutum videlicet perfectionē,
B *Ipsum enim virum perfectum & mensuram ætatis* Paulus appellauit suscipere nos & indui volens, propter quod & baptismatis gratiam introduxit, quia per ipsam maxime induimur: Quando autem hæc adepti fuerimus, in sancta sanctorum ingrediemur, non substantiam perscrutantes Dei, vel discutientes hoc enim prohibitum est, sed ad ea quæ sunt de dispēsatione Christi, sacrificioq; eius pro nobis, & bonis quæ per eastrumini sapientiæ dogmatib. studium dantes: Hoc enim manifestum faciunt maxime quæ sequuntur.
Ibidem. *Suscipietque ab vniuersa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocaustum. Cumq; obtulerit vitulum, & orauerit pro se & pro domo sua*, &c. Multa hic intentio dicentis, simul & audientis est necessaria, vt non recedant ab eo, quod rectū est, quia maxima sunt mysteria ea, quæ nunc exponit lex, & quidam in ipsis offendunt, ignorantes eorum virtutem dictorum, sed hæc quidem, in quibus offendunt, subtilius in subsequētibus dicentur. Quia autem idipsum Christum ea de quibus locutus est legislator
C in præsenti euidenter referuntur, manifestant species sacrificiorum & effectus, sed & hi, à quibus sacrificia accipiuntur: A synagoga enim vel vniuersa multitudine filiorum Israel, accipi sacrificia præcepit: Quia Christus qui pro nobis immolatus est, ex filiis Israel secundum
Rom. 9. carnem fuit. Ita vt Paulus diceret: *Ex quibus Christus secundum carnem, qui est Deus benedictus in sæcula, amen.* Deinde sacrificiorum alia quidem pro peccatis, alia autem in holocaustum iubet offerri, figurans, sicut oportebat Christi sacrificij virtutem, qui pro nostris peccatis offertur, audi
Hebr. 9. quippe Paulum dicentem: *Christus semel oblatus ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit expectantibus se.* Quia autem ad holocaustum, & ad perfectionem videlicet & prouectum vitæ atq; virtutum vnigeniti sacrificium factum est, quomodo dubitari licet, aperte Pau-
Rom. 7. lo dicente: *ergo fratres & vos mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, vt fructificemus Deo.*
* χίμαρος Hœdum qui Græce * chimarus dicitur, recte immolari
D ab eo qui pœnitentiam agit ostendimus, vtpote in repetitate & fluctu constituti, vsq; dum pœnitentiæ eius suscipiatur sacrificium, aries autem, vtpote ducatu gregi præsens, deputatus recte in holocaustum, id est, in virtute & perfectione vitæ accipitur. Quorum est enim, nisi præpositorum docere perfecta? His ita se habentibus omnimodo dicis, cur si hircos pro peccatis lex præcepit offerri nunc etiam vitulum offerri præcepit? Vna autem ratione, breuiq; solui atq; explanari potest. quia non vnius generis, sed tam peccatorum quam iustorum est vnigeniti sacrificium: & propterea hirci pro genere quodammodo peccatorum offerri præcipiuntur, vitulus autem pro iustis, quia bos cum sit ad operandum factum animal, in personam iusti secundum legem accipitur. Vnde & in vitulo ait: *Orabit pro se & pro domo sua*, domum Dei iustos appellans, *habitabo enim in eis, & inambulabo*, ipse est enim Deus, & illi eius populus: *Deprecabitur & pro*, id est, pro domo propitiatus
1. Pet. 1. *Nam & ipse autem non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.* Veruntamen Adam indutus est, qui propitia-

... nonne propter maledictum, quod ... inductum est genere, opus haberet. Au... ad Hebræos de Christo tali scribente ... *quotidie necessitatem, quemadmodum sacerdotes primum pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi, hoc enim fecit semel offerendo.*

Caput IV

De duobus hircis quorum vnus in sortem Dei pertinet, alter in emissarium dimittitur.

Ibidem *Cumque obtulerit vitulum, & orauerit pro se & pro domo sua, duos hircos faciet stare coram Domino in ostio tabernaculi testimonij, mittensque super vtrumque sortes, vnam Domino & alteram capro emissario. Cuius sors exierit Domino, offeret illum pro peccato, cuius autem in caprum emissarium, statuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces super eo, & mittat illum in solitudinem, his rite celebratis, offeret vitulum rogans pro se, &*
F *pro domo sua.*
Augustinus De duobus hircis, vno immolando, & altero in desertum dimittendo, quem apopompeum vocant, solet esse disceptatio; & à quibusdam hic immolandus in bono accipitur, ille autem dimittendus in malo: Non tamen iste sensus ideo confirmandus est, quia homo in castris ... in eremum hircus dimittitur, cum redierit lauare iussus est vestimenta sua, & corpus suum aqua, & sic ingredi in castra, tanquam & hoc sit indicium, cur in malo sit ille hircus accipiendus, à cuius contagione homo abluendus est, sic enim dicit abluendum, & qui alterius hirci, qui in loco acceperit carnes extra castra combusserit, quia & de illo & de vitulo fieri iubet: De quorum immolatorum sanguine fit aspersio, & sunt pro peccatis, ac per hoc non negligenter istorum duorum hircorum distinctio in Allegorica significatione tractanda est. Solent cæci in lu-
Isichius mine offendere, & infideles in lege Dei scandalizari: quod Petrus sciens tam de Pauli vasis electionis, episto-
G lis, quam de omni diuina scriptura dixit: *In quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem.* Hoc & nunc patiuntur, qui ad suam voluntatem, & non ad veram intentionem intelligunt legem Dei, & noxium animæ ac pestilentem idolorum cultum constituere, ab his quæ dicta sunt à legislatore inaniter cogitant. Nam dicunt: super duos hircos lex sortem mitti præcepit, vnum Domino, alterū autem ad emissionem separari præcepit, emissarium autem appellant diabolum, vt ex hoc occasionē præbeant ad colendum malignum, intantum aures * ob- * obstruentes, a peste obtur.
struentes, & intantum mente cæci, quomodo enim habet rationem, aut credibile est, quod Deus ipse sacrificium diabolo offerri præcipiat, qui per ipsum Moysen, & fratrem & filium & filiam, & ciuitatem integram quæ ad
Exod. 20. idola conuertitur, disperdi præcepit, & clamat. *Non erunt tibi dij alieni absque me?* Si autem in alicuius maligni personam, emissarium accepisset, nequaquam de eo, cum eo qui Dei erat, sors mitteretur, quia nec cum quolibet malo quemlibet bonum, sortem habere in diuinis scripturis inuenies, sed quotiens sors mittebatur æquales cum æ-
H qualibus mittebant sortes, sicut & tribus Israel diuidebant. Nam & quando pro Iuda ad Apostolatum alium eligere necesse habebant, super duos viros æquales virtutibus & doctrina Matthiam videlicet & Ioseph iustum sortem miserunt, ita vt Petrus concionando diceret: *Tu*
Act. 1. *Domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus accipere locum ministerij huius & apostolatus*: Non solum autem antequam sors mitteretur in duos hircos, coram Domino eos sisti præcepit, sed & illum in quo sors emissionis venit. Postquam eadem sors super eum ceciderit, & manifestum fuerit, statui coram Domino, præcepit, effundiq; super eo preces. Quomodo ergo qui ante faciem Dei statutus est, eiq; quodammodo consecratus, ipse rursus diabolo mittitur? vel quomodo propitiationem peccatorū hoc quod in quo transmittitur ... peragit: Si vero eius intentio est etiā iustos peccatores efficere, quomodo peccatorib. propitiationē ... profliga-

A

Psal. 108. Quomodo autem is ipse peccator de quo ait Dauid: *Constitue peccatorem a[...] [...], & Diabolus stet à dextris eius.* prop[...] [...]onem potest c[...]nquirere peccatorum: Solus quippe hoc Deus est [...] quem [...] [...]dicebat: *Et propitia[...] pe[...] [...], cop[...] [...]* His [...]go r[...] [...]e habentibus, &

Psal. 24. vndiq; incunct[...] h[...] ostenso intellectu, nunc [...]orem nos, quia de Christi [...] [...] procul dubio maxime hæc legislator dixerit. Vnde æstimo, mali intellectus zizania disseminare [...] [...] ventans volunt gloriæ myst[...] [...] dentes, clarumq; eis testimonium ex lege considerantes, quia enim Deus & homo erat, qui pro nobis incarnatus est Christus Iesus impassibilem diuinitatem custodiens, solã passionibus humanitatem præbuit. Effectus [...] passionis [...], i. nostra propitiatio, non solum passæ carnis, sed multo magis inpassibilis diuinitatis fuit. Quod testatur

Hebr. 1. Paulus dicens: *Qu[...] [...] [...]ssl[...] [...] [...] & f[...] [...] substantiæ eius, portansq; omnia verbo virtutis [...]*: Demonstrans autem quod hæc omnia de vnigeniti diuinitate dicatur, subdidit. *Purgationem peccatorum faciens sedet ad dexteram maiestatis in excelsis,*

B

ipsi Deo verbo etiam ea quę propriæ eius erant carni coniungens. Si ergo hęc apte dicta sunt propterea duo sumũtur hirci & statuuntur corã domino in ostio tabernaculi testimonii, vt ad imaginem Christi hæc in eis agerentur: Ipse est enim ostium verum, quod ad ostium tabernaculi testimonii, quod est in cælis, ducit. *E[...] mittet A[...] [...] super vtrũq; hircum sortem*: Vnum quidem, [...] virtute & significatione sortium diuidi, dispensationi diuinitati Christi & humanitati intelligamus, diuidi vero tam quæ huic, quã illi sunt propria, vt hæc quidem patiatur, illa autem confortet patientem, & per passiones quę in ea operabantur tum contraria nobis moderarentur passiones quam suam manifestaret impassibilitatẽ. Deinde sortem, vnam ait Domino, & aliam capro emissario, non alij nisi Christo, sicut superius diximus: *Offeret Aaron caprum [...] quo [...] [...] sors d[...] [...], & offeret eum pro peccato*: Intelligibilis enim Aaronis, qui sa-

Hebr. 5. cerdotio nostro præest de quo Paulus dicit: *S[...] vt Aaron, sic & Christus* non semetipsum glorificauit, vt sacerdos fieret: Hic suam carnem offeret pa[...], & in ipsa offeret pro pec-

Hebr. 10 cato, de quo Paulus Hebræis scripsit: *H[...] [...] pro peccato [...] [...] hostiam in [...] [...] sedet ad dexteram Dei.* Caprum ve-

C

o super quem venerit emissionis sors, statuet viuum ante Dominum, vt fundat preces super eo: quia enim sortem emissarii diximus, figurate referri ad Christi diuinitatem, statuet hanc viuam, impassibilem custodiens, vt per eam deprecetur: *V[...] [...] potest donum [...] [...] [...] [...] Dimittit autem eum in solitudine*, desertam enim à malo

Luc. 5. dicit & solitariam sine inuiam, quæ ab intelligibilibus hostibus ambulari non potest, in qua Deus habitat, & apparet. Quod manifestat Dauid dicens: *Deus Deus meus ad te*

Psal. 62. *de luce vigilo, sitiuit in te a[...] [...], qu[...] multipliciter & caro mea, in deserto, & in inuio & inaquoso [...] in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam*. Ergo desertum & inuium sanctum est & sancti sanctorum habitaculũ, vbi in cęlos diuinitas tempore passionis abisse dicitur, non de loco ad locum migrans, sed cohibens propriam virtutem ex humanitate, vt daret spatium passioni: In loco autem digno sibi, in sinu patris videlicet manens, ad quæ nullus accedit, nisi ipse & sanctus spiritus, & quia ipse in patre

D

est, & spiritus sanctus: sicut Euangelicis didicimus literis. Ergo abire, cohibere intellige, sic enim Deus abire, qui vbiq; præsens est, cum suam cohibet operationem dicitur: Portat etiam iniquitates nostras, quia ignis proprium est lenum consumere, & diuinitatis peccatum perimere: vnde & ignis consumens Deus dicitur. *Et offeret Aaron vitulum pro peccato, rogans pro se, & pro domo sua, immolabit eum, adsumptoq; thuribulo quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compositum thymiama incensum vltra velum, intrabit in sancta, vt positis super ignem aromatibus, nebula eorum & vapor*

Ibidem. *operiat oraculum, quod est super testimonium, & non moriatur*: Immolat ergo intelligibilis Aaron vitulum, id est, propriam carnem, cuius hostia quando in Iudaicæ plebis liberationem accipitur, sacrificium vituli necessarie adsumitur: habebat enim ipse legalem iustificationem maxi-

Matt. 5. me, vt aperte prædicaret: *Non veni soluere legem, sed adimplere*:

Gal. 4. Paulus autem dicebat: *M[...] Deus filium suum [...] ex mu-*

E

liere, factum sub lege, [...] eos qui sub lege erant redimeret. Hæc autem, vitulus pro[...] [...] iugum mandatorum apte intelligitur. *R[...] [...] [...]* [...] [...] [...]anitate: Huius enim in [...] [...] figuram ge[...] bat, sed *& pro domo sua*, propter [...] qui [...]ub lege [...] populum, qui domus ipsius [...] [...] cog[...]tionem sui, venit liberare. Propter quod Cleophas d[...]cebat: *Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel, immolabitq; eum*: Ipse enim propriam carnem immolauit: Ipse sui sacrificii pontifex in Sion factus est, quando sanguinis noui testamenti dabat calicem. *Adsumptoq; thuribulo quod de prunis altaris impleuerit*: Thuribulum, linguam Dominicam hic dicit, in ipsa enim erat spiritus, sumit ergo plenum thuribulum carbonibus, quia sacrificio suo doctoralia verba, quæ erant diuina & cælestia protinus addidit, de quibus Dauid dicebat: *Carbones*

Psal. 15. *succensi sunt ab [...]*. Hos Ioannes in cœna acta, postquam Iudas est egressus scripsit, in quibus, quomodo quidẽ pater in ipso, quomodo autem ipse cum sit in patre, mittat donum spiritus, quomodo pater est agricola, ipse vitis, Apo-

F

stoli vero palmites, quomodo princeps mundi huius iudicetur, aliaq; exponit miracula, quæ sunt carbones ignis, vtpote calefacientia nos ad pietatem, cum sint generaliter spiritalia. Sed & ab altari, quod secundum 70. est ante Dominum, hoc autem esse sedes Cherubin, in ipsis proœmiis libri huius ostendimus: illic enim carbones intelligibilis ignis constitutos esse Ezechiel Propheta demonstrauit: Dominum quippe ipsum qui erat indutus podere, & accinctos habe[...] [...]ar lumbos, proponit dicentem: *Ingredere*

Ezech. 10. *in medium rot[...] [...] subter Cherubin, & impl[...] manum tuas de medio Cherubin*: Quia enim altare intelligibile in quo carbones ign[...] sunt, sedẽ * Cherubin oporteat intelligi, audi Esaiã

Isa. 6. dicentem. *Et venit ad me vnus d[...] S[...] ph[...], & in manu eius calculus [...] [...] [...] tulerat de altari, & tetigit os meum.* Quod ergo in cælo est altare aliud nisi Cherubin sedis: Sicut enim tam pontifex quam Rex idem & sedem habet & altare. Hoc ergo Paulus Hebræis significans ait: *Non enim habemus*

*Sedes: in imp. post Cherubin est distinctio & sequitur: Sed his duabus distinctionibus.

pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absq; peccato, Adeamus cũ confidentia ad thronum gloriæ eius. Hoc ergo intelligibile dicebat

Hebr. 4. altare, quod manifestant quæ secuntur: Ait enim, *vt accipiamus [...] misericordiam & gratiam inueniamus in auxilio oportuno*:

G

Horum autem vtrumque ab altari sine aliqua dubietate percipimus. Sed quid in his quæ secuntur legislator subdidit? *Et hauriens manu thymiama incensum vltra velum intrabit in sancta*: Vel sicut 70. *Et implens manus suas thymiamate compositionis sub[...], & offeret interius in interiora velaminis.* Dicit autem orationem, de qua dixit Dauid, *dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Hoc ergo quando secularia oramus, crassa quodammodo, & non subtilis est, quando autem spiritalia petimus, id est scientiam diuinam, regnũ cælorum, remissionem peccatorum, subtilis quædam est vtpote spiritalis & intelligibilis, quam intelligibilis sacerdos pro nobis offeret. Manifestum autem est, ex eo quod pro discipulis Christus orans, sanctificationem eis & vnitatẽ secũ, libertatemq; in mundo, & alia talia deposcebat. *Intrauit in sancta* siue secundũ 70. *& offeret in interiora velaminis*, carnis videlicet suæ, offeret autem, cui? Patri videlicet:

H

quia hæc quidẽ manifesta aspectu omniũ proferebat, ipsa autem erat inuisibilis. *Vt positis super ignem aromatibus, nebula eorum & vapor operi[...] [...] oraculum quod est super testimonium, & nõ moriatur.* Dupliciter hic quod dicit intellige, quia enim Aaron ipsius Christi figuram gerit, propter sacerdotii dignitatẽ, figuram etiam gerit corporis sacerdotum, superimponit quidẽ Christus super ignem aromata, i. orationem super doctrinam, & operit vaporem nebula eorum, i. orationis virtus, oraculum quod est super testimonium, i. carnem suam, ex qua propitiatio nobis conquisita est peccatorũ, quæ in salutari est videlicet passione, hoc autem esse testimonium, paulo superius ostendimus. *Et non moriatur*, corruptionis videlicet morte: Neq; enim caro eius vidit corruptionẽ, quia vapore aromatũ, virtute vtiq; orationis illius operiebatur quod Dauid ait: Christũ patrem deprecãtẽ. *Quia non derelinques animam meam in infernum, nec dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ* Ponit autẽ & vnusquisq; sacerdos de Christo loquens, in igne aromata spiritalis doctrinæ, orationẽ.

A & oratorium virtus [illegible] it oraculum, quod e [illegible] super testimonium [illegible] comm [illegible] um quærere [illegible] tionib⁹ Domini [illegible] ea, ut super [illegible] virtu [illegible] qu [illegible] sunt. *Et non moretur e* [illegible], quæ debilitata est immo [illegible] ab [illegible] tibus, quia ea q [illegible] unt. quæ hominibus non l [illegible] er quærere, monet. [illegible] *sanguine vituli & asperget digito septies, contra propitiatorium, ad orientem*: Siue vt 7 [illegible] *asperget digito suo super propitiatorium ad orientem*. Ante faciem propitiat [illegible] rii asperget septies dig [illegible] to suo; Sacrificium vnigeniti esse quid [illegible] n eius carnis, per virtutem autem rursus diuinitatis eius, & per beneplacitum patris ad remissionem peccatorum nostrorum, & ereptionem, simulq; ad don [illegible] m subministrationis spiritus peragi: Aperte ex his quæ nunc dicit legislator, manifestatur dignus enim [illegible] icat virtutem diuinitatis, vnde Dauid dixit: *Quoniam videbo cælos opera digitorum tuorum, lunam & stellas quas tu fundasti*. Verumq; autem ad

Psal. 8

diuinitatis accipimus virtutem, ipseq; sanguis vituli super propitiatorium ad orientem aspergitur, ad propitiationē enim nostram simul [illegible] ue illumina [illegible] onem, passio salutaris peracta est, vnde ipsa passio dicitur propitiatorium, sicut fre [illegible] nenter ostendimus: dicitur autem & oriens, ait enim

B de eo Zacharias Propheta: *Ecce vir oriens nomen eius, & subter eo orietur*. Ait autem & [illegible] chari as sacerdos pater Ioannis:

Luc. 1.

[illegible] quibus visitauit nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris sedent & in vmbra mortis. Sed & [illegible] contra propitiatorium, id est, in con [illegible] ctu patris, *asperget*, inquit, *septies* [illegible] n remissionem peccatorum, q [illegible] us [illegible] nct [illegible] dunum de Dominico sanguin [illegible] genus hominum susciperet, vtrumq; enim septenarius numerus signi [illegible] ficat, quia videlicet sunt sept [illegible] dona spiritus, & idem numerus etiam peccatorum significat remissionem. Nam Petro Christum interrogante. [illegible] *peccauerit in me frater meus, quoties dimittam ei, vsq; septies*: Christus ait: *Non dico septies, sed vsq; septuagies septies*, multiplicans numerum septenarium.

CAPVT V.

De expiatione sanctuarii super sanguinem hirci atq; vituli.

Ibid.

C *CVmq; mactauerit hircum pro pecc [illegible] to populi, inferet sanguinem eius intra velum, sicut præceptum est, de sanguine vituli: vt asperg at e regione oraculi, & expiet sanctuarium ab immunditiis filiorū Israel & à præuaricationibus eorum, cunctisq; peccatis*. Quia enim

Leuit.

Christus de Iudæis secundum carnem qui sub iugo legis viuebant, ortus est, recte vituli sacrificiū nominatur, quia autem secundū quod incarnatus erat de communi massa hominum factus est propterea rursus ignis hircus appellatur, asperum enim hoc animal, pilosum indumentum g [illegible] rit: Asperum autem vtpote peccatore ferium omne viuens [illegible] ng [illegible] nus quia nihil est peccatis asperius: Vnde hoc adprobare aperte legislator volens: *Cumq; mactauerit*, inquit, *hircum pro pecc [illegible] to populi*. Totum hic intelligens humanum genus, quod quondam non populus nunc populus: ex quo de nobis primitias Iesus suscepit. Ergo vt demonstr [illegible] t de Iudæis quidem principaliter Christum propter Abraham cognationem esse, sed tamen omnis nostræ naturæ quæ in peccato est primitias portare. propter quod & Adam appellatus est, vitulum simul & hircum lex ad figuram sacrificii eius adsumpsit. Cum autem vnum sit sacrificium, siue vitulus siue hircus nominetur, effectusque vnus in vtrumq; sit, peccatorum enim ex eo profligatur absolutio, necessario communia sunt ea, quæ in hirco a

D guntur & vitulo, cernis enim quia etiam hircum occidens ante Dominum videlicet patrem, & sanguinem inferens in interiora velaminis, i. ad patrem. *Et expiet sanctuarium ab immunditiis filiorum Israel & à præuaricationibus eorum cunctisq; peccatis*: videtur quidem de tabernaculo dicere, dicit autem non de eo, qui sensui subiacet: quid enim expiationis [illegible] propitiationis ligna egerent, quidve pelles, vel reliqua ex quibus tabernaculum Iudæorum q sensui subiacebat contectum erat, sed generalitatem, siue totam dicit h [illegible] minum speciem: Sancta enim fuit ab initio massa nostra, na vt Deus in ea habitaret spiritus: quod demonstratur ex eo, quod auferre illud, nascens minatus est Deus, quādo [illegible] qui ex [illegible] h desc [illegible] ndebant, cū essent ius [illegible] & fil [illegible] Dei appellarentur [illegible], concupiscentes eas, quæ filiæ hominum dicebantur, vnius gen [illegible] is cum malis & iniquis effecti sunt:

E D [illegible] e [illegible] dic, *videntes filij Dei filias hominum q [illegible] d [illegible] pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas [illegible] le [illegible]. Et [illegible] inquit Deus, non permanebit spiritus meus in homine, in æternum quia caro sunt*. E [illegible] habitabat sp [illegible] h [illegible] ant quam o [illegible] q [illegible] passion [illegible] in p [illegible] rec [illegible] erat [illegible] tuur [illegible] sanctorum [illegible] Q [illegible] a an [illegible] cam, ab immundi [illegible] otum [illegible] pro fert sibi. [illegible] fusi [illegible] omni humano [illegible] ad [illegible] natura [illegible] ob [illegible] quarum immundi [illegible] catiuunibus eorum, [illegible] quit, cūctisq; pecc [illegible]. A [illegible] x quippe immunditia, non [illegible] pollu [illegible], non [illegible] non quippe [illegible] d noc [illegible], roxi [illegible] pe cate in Deum vel mandat [illegible] De [illegible] *Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonij, quod fixum est inter eos in medio [illegible] rum habitationis eorum: Nullus hominum sit in tabernaculo quando pontifex ingreditur in sanctuarium, vt roget pro se & pro domo sua, & pro vniuersocætu Israel*. [illegible] d [illegible] ex superius appellauit sancta, ecce

Ibidem.

F nunc tabernaculū [illegible] testimonii appellat, q fixum est inter eos in medio sortium habitationis eorum: Eadem quippe ratione & sancta esse, & testimonii appellari tabernaculum massa nostra potest. Si enim tabern [illegible] ū testimonii cælum diximus, recte sancta nominatur, cælestis noster homo: de quo ait Paulus: *Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis*. R [illegible]: *Si enim terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, habemus ædificationem, qua ex Deo est, domū non manufactam æternam in cælo*. Quando enim Christus ingreditur in sanctum, i. quando incarnabatur cælestem [illegible] nunc, atq; ex nobis primitias sumebat, nemo erat in intel [illegible] [illegible] tabernaculo testimonii, nec [illegible], nec [illegible] lius, nec leuita, nec sacerdos: *Quia omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt*: Nemo cælestē eunuc [illegible] q [illegible] ue baatur, nec dignā cælesti homini [illegible] vsq; d [illegible] in sancto [illegible] carnis rogat [illegible] p crucē, & egressus est ex ea lege communis mortis, emittens spiritū, & carnem quidē relinquens in sepulchro, q eius cur [illegible] er exitus nominat. *Nullus hominum*, inquit, *sit in tabernaculo quando pontifex ingreditur in sanctuarium, [illegible] roget*: Nū autem huc exprimit, q omnis homo de tabernaculo, secundū tempus sacrificii, q nunc dictū est, excluderetur, sed significat omne hominū gen⁹ terrena tunc sapere & in peccans esse, ac propterea in intelligibili tabernaculo testimonii recte non inueniri. *Cū autem exierit ad altare, quod coram domino est, oret pro se, & sumptum sanguinem vituli atq; hirci, fundat super cornua eius per gyrū, aspergensq; digito septies: Expiet & sanctificet illud ab immunditiis filiorum Israel*. Post enim nostrū egressum ad altare, quod est coram Domino, dicit autem eum qui est thymiamatis, q esse sedem Cherubin ostendimus, cum carne ascendens & nostram in eo captiuitatem sublenauit simul nos suscitans & sedere faciens in dextera in cælestibus. *Et sumptum sanguinem effundit super cornua eius per gyrum, aspergensq; digito septies, expiet & sanctificet illud ab immunditiis [illegible]*, quia propria passione non solum cornua eius [illegible] qui est in cælo altaris, virtutes scilicet præcipuas, & generales, [illegible] pientiā, fortitudinem, iustitiam, casti [illegible], [illegible] cornua, Cherubin recte sunt. figuras enim eorum cæleste hoc animal in personis quas habet humanis & leonis, & [illegible] tuli & aquilæ gerit, sapientiæ quidem in persona hominis, fortitudinis autem in persona leonis, iusti [illegible] in persona vituli, castitatis in persona aquilæ. De quibus plenius in [illegible] rophetæ Ezechielis interpretatione olim expos [illegible] mus. *Expiet & sanctificet illud ab immunditiis filiorum I* [illegible]. Chri [illegible] enim sacrificio expiantur & cælestia, ita vt Paulus d [illegible] eret. differentiam legalium sacrificiorum [illegible] ostentionis volens: Necesse est [illegible] exemplaria cælestium [illegible] mundari, ipsa autem cælestia melioribus hostiis qu [illegible] stis. Sed cuius rei gratia expiatione opus habebant cælestia, legislator ostendit dicens. *Expiet & sanctificet illud ab immunditiis filiorum Israel*. Quan [illegible] m quidem ad caloris virtutes, nō necesse erat qualibet expiatio, quia in sanctificatione continua conuersantu [illegible] quia frequens ad [illegible] peccatorum ascen [illegible] mus, de quo dixit [illegible] *ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit* [illegible] ita vt Deus ad Ionam diceret: *Vade ad Niniuen ciuitatem magnam, & prædica*

1 Cor. 2. Cor.

Psal. 52.

G

Ibidem.

H

Psal. 17. Ionæ.

A Gen. 18. *in ea prædicationem, quam ego loquor ad te, quia malitia eius ascendit coram me.* Et rursus ad Abraham de Sodomis: *Descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint, an non.* Recte de nostris immunditiis sanctificat. & expiat super nos *cælos, vt auferat ex eis circumstantem abhominabilem odorem & gloriationem falsam, quam cõtra eos deposuimus. Propterea non simpliciter asperget, sed septies: vt intelligas quia venia nostrorum peccatorum, (hũc enim sepienarius numerus figurat,) loca cælestia mundãtur abominabili odore & gloriatione quam deposuimus: Huius enim rei caussa prius inimicitia à nobis contra ea quæ sunt in cœlestibus exorta est. Sequitur: *Postquam emundauerit sanctuarium & tabernaculum & altare*, vel sicut LXX. *& definiet exorans sanctum & tabernaculum testimonii & altarium, & pro sacerdotibus purgabit.* Secundum quorum editionem recte lex præcipue memoriam sacerdotum fecit, vt in omnib' figura sacrificii vnigeniti saluatoris, quia enim à Christo sacerdotium chorus Apostol. fortitus est, qui & pars erant humani generis, pro quo Domin' semetipsum obtulit, sed tamen speciale quodammodo vnguentum, & præcipuum sacrificium Domini appellauit, quod demonstrat Dominus ad Patrem dicens: *Pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate:* Et rursus ad eos, *Maiorem hac dilectionem nemo habet quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis, vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.* Respice autem & legalis figuræ ordinem, quomodo ad ipsam deducit veritatem. Secundum 70 enim ait: *Definiet exorans sanctum & tabernaculũ testimonii & altare,* id est, finiet & terminabit deprecationem, quæ acta est p crucem pro omni genere hominum, & eam quæ in altari intelligibili fuit, postquam assumptus fuerit in cælo, & sederit in dextera patris de sacerdotibus suis, mittit emundationem per intelligibilem ignem, & per linguas igneas spiritus, propter quod eis dicebat: vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies.

Isichius. (margin, beside "& definiet exorans…"; * choros beside "pet nos *cælos"; B beside "obtulit")

Caput VI.

De emissione hirci, & pompa.

C Leuit. 16. TVnc offeres hircum viuentem, & posita vtraque manu super caput eius, confitebitur omnes iniquitates filiorum Israel & vniuersa delicta atque peccata eorum, quæ imprecans capiti eius: emittet eum per hominem paratum in desertum. Cumque portauerit hircus omnes iniquitates eorum, in terram solitariam, & dimissus fuerit in deserto &c. Eadem etiam nunc iterare propter eos qui in luce offendunt, opus habemus. Probatur enim quia nulli iniquo vel maligno, sed ipsi Deo efficiuntur, etiam ea quæ nunc in hoc hirco viuo sanciuntur: Primum quidem, quia vtramque manum capiti hirci sacerdos imponit: Manum enim impositio in sacrificio ministrabat benedictionem, aut peccatorum remissionem, aut sancti spiritus aduentum, aut expiationem intelligibilem. Quomodo ergo in hunc, in quo sors initiatur & eius qui contra Deum militat? sicut aiunt hi, qui illius partis super hæc quæ dicta sunt sacerdos acturus erat? vel quomodo in ipso filiorum Israel iniquitates & iniustitias & peccata redemit? cõfiteri quippe inimicus peccata non sinit, sed immo suggerit vt occultemus animæ vulnera: vt non inueniamus medicũ qui medicamentum possit imponere: salutemque præstare, propterea mox vt increpatus est Dauid à Nathan: *peccaui Domino* exclamauit, & ilico Propheta subdidit: *Et Dominus transtulit peccatum tuum, non morieris:* Verũtamen quia blasphemare fecisti inimicos Domini, &c. Vnde & per hominem paratum emitti legislator hircum in solitudinem dixit: Præparatum autem, id est, accedentem, siue adeuntẽ, & nec dignitatem huius dicit: vtrum leuita, an sacerdos: aut quispiam de populo esset, qui hoc ageret. Ergo cum omnibus Christum præsentem esse significat hircus. Quẽadmodum enim per carnem in primo immolabatur, sic nunc viuens propter diuinitatem di[mitti]tur: Sed quia vtrius & impassibilis & passibilis est, necessarie & viuenti manus sacerdos imponit vt manus impositione ostendatur, quia viuens est verbum Dei, impassibile immortale, hoc pro nobis carnem suscipiens, sacrificium suscepit, recte ergo in ipse iniquitates & iniustitias & peccata sacerdos pronũciauit. Hic est de quo Esaias Propheta dicebat: *Domine quis*

Isichius. (margin, beside "qui in luce offendunt"); 2. Reg. 12. D (margin, beside "propterea mox vt increpatus"); Isa. 53. (margin, beside "ciauit. Hic est de quo Esaias")

E *credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est:* Brachium Domini filium appellans patri consubstantialem. De quo & ea quæ sequuntur subdidit: *Languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, ipse autẽ vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.* Sic aperte super se peccata nostra & iniustitias & iniquitates portauit. Et propterea secundum 70. ait: *Imponet eas super caput hædi viui:* Huius enim figura est, quod & ex spinis coronam imponi capiti suo Christus permisit, quia in spinis, peccata solent accipi. Propter quod & Adam spinas germinare terra præcipitur, siquidẽ & ipse ex inobedientia peccata germinauit. Sed & Salomõ ait: *Spinæ nascuntur in manu temulenti,* peccati plenas esse actiones ei' significans, sic ergo legis accipiens verba, non ignorabis intentionem eius atque virtutem. sed & inuenies paratum hominem per cuius manum hircus viuens in eremum mittitur, Christus enim ipse omnia sui sacrificii factus est & sacerdos & sacrificium, & cultũ & altare, ipse est & præparatus homo, paratus pro nobis ad passionem, ita vt ipse per Esaiam dicat: *Ego autem non cõtradicõ: retrorsum non abii, corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me.* Ad quem & Dauid dicit: incarnationis eius mysterium significans, per quod nostrum regnũ adeptus est: *Dominus regnauit, decorem induit, induit dominus fortitudinẽ & præcinxit se virtutem: Etenim firmauit orbem terræ, qui nõ commouebitur, parata sedes tua extunc:* Christus ergo intelligibilis Aaron semetipsum etiam nunc per hædum viuum immolans: ipse per hominem paratum, siue in manu hominis parati, id est, per propriam virtutem: Ipse enim cum sit & homo paratus, ostensus est. Et emitti hircum viuentem in solitudinem, siue in terram inuiam & desertam, viam suam & immortalẽ & impassibilem diuinitatem, ad inuia nobis loca & ab omni malitia deserta, secundum quod Ioannes ait: Vidẽns Iesus, quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: *Expiabit autem sacerdos qui vnctus fuerit, & cuius expiata manus, vt sacerdotio fungatur pro patre suo:* Sic et 70. *Deprecabitur,* inquit, *sacerdos quemcunque vnxerit, & quicunque consummatus fuerit, manus suas consecrare ad patrem suum:* Vt Christum sine aliqua dubietate ostenderet, quia enim Christus patres secundũ carnem Iudæorum sacerdotum principes habebat, filius enim & ipsi Abraham, sicut & Christus fuit, ostendit lex, vt quia Iudæorum sacerdotes non poterant, sicut ait Paulus, accedentes, perfectos facere: Impossibile enim erat sanguine taurorum & hircorum auferre peccata: recte ipse Christus in sacerdotium vnctus, & manus per crucẽ consummans expiat nos, de quo in alio loco recte lex dicit: *Sacerdos quem vnxerint & consummauerint, manus sacerdotium ministrare post patrem suum:* Primum enim hunc pater vnxit, secundum quod ait Dauid: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus:* Vnxit autem dicens: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech:* Et postea ab hominibus qui ministrauerunt passioni, & sacrificio vnctus est. Crucis enim sacrificium & agnum & sacerdotem & liberatorẽ nostrũ ostẽdit, propter quod ad eius planiorem demonstrationem & subtiliorẽ figuræ manifestationem, semel, inquit, in anno faciet hoc, quod semel factum est, vnigeniti sacrificium ostendere cupiens, in quo dictum est. *Christus semel oblatus ad multorum exhauriendã peccata, secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem.* Adamantius enim in homeliis super Leuiticum de his duobus hircis aliter interpretat' est: Dicit enim illum hircum qui immolatus est Domino typum tenere illorum qui saluantur, & ad sortem Domini pertinere: sicut pauper ille Lazarus, qui in sinu Abrahæ ab angelis translatus est: Eum vero hircum qui in heremum dimissus est, reprobos significare, vel populum Iudaicũ, qui pro suis peccatis à conspectu Domini abici meretur, sicut ille diues purpuratus, post mortem in inferno sepultus est: Hominem quidem paratum per quem hircus apompeus in eremum ductus est, Dominum saluatorẽ vel sanctos angelos eius, vnde recipit quisque operis sui mercedem condignam vult intelligi. Hinc & beatus Ambrosius in epistola sua ad Simplicianum ait: Sicut enim duo sunt in agro, & vnus eorum assumitur, alius

Ibid (margin, beside "De quo"); Prou. 26. (beside "Sed & Salomõ"); F Isa. 50. (beside "passionem, ita vt"); Psal. 92. (beside "est: Dominus regnauit"); G (beside "tum sacerdos qui vnctus"); Heb. 9. (beside "quia Iudæorum"); Psal. 44. (beside "xit, secundum quod"); Psal. 109. (beside "tuus: Vnxit"); Hebr. 9. H (beside "ostendere cupiens"); Luc. 16. (beside "pertinere: sicut pauper"); Ambros. (beside "cedem condignam")

dere-

A derelinquitur: Ita sunt duo hirci, vnus qui ad sacrificium est vtilis, alius qui in desertum dimittitur: hoc nulli vsui, neq; edendus, neq; epulandus, à sacerdotum filiis: Sicut enim ex his quæ alimentorum sunt, quod bonum est editur: quod inutile aut malum proiicitur, ita & bona opera epulatoria dicimus, quæ sint esui: Nun placebit ergo Domino si manducet sacerdos sacrificium, in quo status sit oblationis: non sedulæ confessionis sinceritas: Et ideo hircus iste in desertum dimittendus est, vbi errauerunt patres nostri, errauerunt in eo & non potuerunt ad resurrectionis terram peruenire: sed intereat à terra memoria eorum. Deniq; sunt epulatoria opera audi: Et erunt sabbata terræ vobis escæ: Epulatoria enim & refectoria requies in Deo: quæ facit animi tranquillitatem, vnde etiam & nos in sermone requiescamus. Sed nos diuersorum authorum sensus ponentes, quem potissimum eligat, lectoris iudicio derelinquimus.

CAPVT VII.

B

De bestiis non immolandis nisi ad ostium Tabernaculi.

Leuit. 17. ET *locutus est dominus ad Moysen dicens: loquere Aaron & filijs eius, & cunctis filiis Israel, & dices ad eos: Iste est sermo quem mandauit dominus dicens, homo, quilibet de domo Israel, si occiderit bouem vel capram in castris vel extra castra, & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem domino, sanguinis reus erit: Sic peribit de medio populi sui: Ideo offerre debent sacerdoti filii Israel hostias suas quas occidunt in agro, vt sanctificentur domino ante ostium tabernaculi testimonii, & immolent eas hostias pacificas domino, funditq; sacerdos sanguinem super altare domini, & ad ostium tabernaculi testimonii, & adolebit adipem in odorem suauitatis domino, & nequaquam vltra immolabunt hostias suas dæmonibus cum quibus fornicati sunt. Legitimum sempiternum erit illis, & posteris eorum.* Præsens sanctio demonstrat, quæ non simpliciter

Isichius. ad Moysen, sed Aaron & filios eius & ad omnes filios Israel præcepit. Sed aperte manifestans, quia hæc legis præceptio, non magnum, non perfectum virum quempiam, non

C imperfectum ignorare vult, quod expedit eis scire, id est, quia temporalis est literæ lex, vt tempore expleto, nō iam circa ipsam frustra & superuacue nosmetipsos occupem*. Quis autem est temporum finis? omnimoda loci ipsius perditio, in quo sacrificia offerri præcepit, comminando, præcipiens eum qui intra castra, siue foris, extra tamen tabernaculum testimonii sacrificium Dei explentem, interire de populo, vt quando tabernaculū testimonii & templum, quod ad eius imaginem factum est, disperditum fuerit cognoscatur: quia finem habent omnia quę ibi fieri lex præcepit, etiam illa Deo non placent: Neq; enim disperdidisset locum, in quo peragi omnimodo secundum legem debuisset quod discis etiam hic: iustas enim actiones, id est, non occidere, non adulterari, non furari, non falsum testimonium dicere, patrem & matrem honorare, diligere proximos, seruos liberos facere, ieiunare sique-ret vel orare, non circumscribit loco, quia semper sunt vtilia, & cum Euangelica conuersatione communia: hæc autem, quæ secundum semetipsa sunt superflua, sed causæ cuiusdam sunt exquisita gratia, cōcludit loco, vt cognoscant quia temporalia sunt, omnia enim quæ loco seruiūt,

D seruitute etiam ordinata sunt tempori. Deputata sunt igitur loco sacrificia, emundationes mortuorum & seminis fluxum patientium, & leprosorum, & menstruatarum, quia & hæc per sacrificia effectum habent similiter azyma, & figuratum pascha, scenophegia penthecosten necnon Neomeniæ & Sabbati, oportebat enim omnimodo sacrificia etiam in istis offerri: quia autem hæc mysteriorum Domino implendorum figuras habebant, in superiorib* sufficienter ostendimus. Ergo quicunq; & nunc figuras peragere, destructi conantur loci, sanguinem effundunt, i. communem conuersationem polluunt, in cōmuni peccant, sicut & hi qui sanguinem fundunt, similiterq; sanguinem eius qui ab eis in errorem mittitur, fundunt, perditionis enim ei caussa efficiuntur. *Et nequaquam vltra immolabunt bestias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt:* Siue

Isichius. vt 70. *Et non immolabunt vltra sacrificia sua superuacua.* Cum eis à Deo præceptum fuisset: non facies tibi [...], ne omnem similitudinem eorum quæ in cęlo sunt [...] sum in terra deorsum, & quęcumq; in aquis sub [...] terram, [...] culum fecerunt conflatilem, & vitulo sacrificium obtulerunt, caussa gastrimargiæ, sumere sacrificia volentes, pædagogus eorum lex, Deo eos offerre sacrificia præ[...] **E**

in hæc occupati, ab omni idololatrię sacrificio semetipsos abstineant, & hæc sancit, quæ lex eos prohibens [...] lorum sacrificiis, simul docere etiam figuras [...] steriorū futurorum potuissent. Bene autem sacerdo[...] [...] nonem appellauit, aperte nos docēs quid nostras an[...] Deus sibi ad salutem despondit, & ideo fornicatio, dicitur ab illo discessio. Insuper terret eos qui in carne fornicantur, & docet, quale est fornicationis peccatum, vt idolorum cultum, fornicationem, & ad dæmones confugiū, fornicationem nominaret, & ad ipsos dicens. *Homo de filiis Israel, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, qui obtulerit holocaustum siue victimam, & ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit eam, vt offeratur domino, interibit de populo suo.* Et si eadē *Isichius.*

dicere legislator videtur, verumtamen populum, cui ab eo lex imponitur cautum reddit, eadem quippe frequenter dicens, ostendit hoc mandatum necessarium esse, nimisque vtile: verumtamen nec frustra ad ipsum rursus dicit, sed supra quidem occidētem solummodo, vt aliquod faceret sacrificium, non tamen omnimodo & reliqua sacrificii facientem pœnæ subiecit, ait enim: *Qui occiderit bouem aut ouem, siue in castris vel extra castra, & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem domini:* ibi prohibitus intelligitur ab eo quod tentauit, hic autem non ita. sed qui non obtulerit holocaustum siue victimam, & ad ostium tabernaculi testimonii non adduxerit eam, vt offeratur Domino, consummatum siue perfectum sacrificium dicens, intantum vt holocaustum fieret, eadem tamen & in hoc pœnā præcepit. Qui enim minimum fecit hoc adtrectandi & prohibitus est, nihil differet ab eo qui compleuit Sed & vtriusq; pœna, perditio de populo est, ita vt non, possit vltra hic in populo degere, neq; de circumcisione gloriari neq; de genere Abraham semetipsum ornare, aut Israelita dici, sed inter præputium habentes & alienigenas cōstituatur: **G**

hoc est disperdi quempiam de populo suo. Sed etiam illud prę omnibus notari oportet, quod non solum eos qui ex filiis Israel sunt, hæc præcepit custodire, sed cum ipsos & proselytos, siue aduenas, qui peregrinantur inter eos, id est, gentiles: Hi enim non eis coniuncti sunt, sed apud eos sunt, quia apud eos quidem sumus, vtpote legem eorum & prophetas, & promissam eis hæreditatem habentes, adhæremus autem non ipsis sed Deo: præterea secundum 70. *homo homo dicit*, cum liceret simpliciter dicere hominem, duplicat tamen, vt ostendat tam eum qui in circumcisione, quam qui in præputio adhæret Deo, hoc debere custodire mādatum. Secundum literam vero, illud quod dicit, *quicumq; occiderit bouem, aut ouem, aut capram, siue in castris, siue extra castra, & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem domino*, &c. Non de his dicit quæ occiduntur ad vsum vescendi vel si quid aliud sed de sacrificiis: Prohibuit *August.*

enim priuata sacrificia, ne sibi quisq; quodammodo sacerdos esse audeat, sed illuc offerat, vbi per sacerdotem offeruntur Deo: Ita enim nec vanis sacrificabunt, nam & hoc in ea cōsuetudine cauendum præmonuit. Cum ergo **H**

non liceret offerri sacrificia nisi in tabernaculo, cui templum postea successit: vnde & rex Israel Ieroboam vitulos facere ausus est, quibus populus sacrificaret, ne huius legis necessitate educerentur ab eo qui sub regno ei' erant, dum pergunt Hierusalem, vt in templo Dei offerrent sacrificia sua, in quo facto, à Domino cōdemnatus est. Merito quæritur, quomodo licite sacrificauerit Helias extra templum Dei, quando & ignem de cælo impetrauit, & Prophetas dæmoniorum conuicit? quod mihi non videtur alia ratione defendi, quam illa qua defenditur & Abrahæ factum, quod filium Deo iussus voluit immolare: cum enim iubet ille qui legē constituit aliquid fieri quod in lege prohibuit, iussio ipsa pro lege habetur, quoniam author est legis: Non enim deesse possent miracula alia præter sacrificium, quibus superarentur & conuincerentur Prophetæ lucorū, sed spiritus Dei qui fuerat in Helia,

quie

A quicquid [illegible] contr legem esse non potest, quia da[illegible]

C a p v t VIII.

De Sanguine non comedendo.

Leuit. 17. H*Omo quilibet de domo Israel & de aduenis qui peregrinantur inter vos, si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, [illegible] eam de populo suo, quia anima [illegible] in sanguine est, & [illegible] dedi illum vobis vt super altare in eo expie[illegible] pro animabus vestris, [illegible] sanguis pro anima piaculo sit, idcirco dixi filiis [illegible] x vobis non comedet sanguinem, nec ex aduenis qui peregrinantur [illegible] inter vos: [illegible] iam incedunt. Homo homo*, quod quomodo oporteat int[illegible]ligi, superius diximus: Er[illegible]o oport [illegible] mandati huius eti[illegible] m[illegible] am custodire & nullatenus comedere san[illegible]inem [illegible] & Apostolos inuenies præcepisse, qu[illegible] o de [illegible] am iudaici observationibus [illegible] in Antiochena Ecclesia facta ad eos relata est quæstio, qui [illegible] gem posuerunt, soluentes quæstionem hanc & definientes. Act. 15. B *Visum est ergo spiritui sancto & nobis, nihil amplius imponere vobis oneris quam hæc necessario, vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum & sanguine & suffocato, & fornicatione.* August. Vitale aliquid est in sanguine, quia per ipsum maxime in hac carne viuitur, qui in omnibus venis per corporis cuncta diffunditur. Ipsam vitam corporis vocauit animam, non vitam quę migrat ex corpore, sed quæ morte finitur, qua locutione dicimus, istam vitam temporalem esse non æternam, mortalem non immortalem, cum sit immortalis animæ natura, quæ ablata est ab angelis in sinu Abrahæ: & cui dicitur. *Hodie mecum eris in paradyso*, & quæ in tormentis ardebat [illegible] ni. Secundum istam ergo significationem qua perhibetur, anima etiam hæc temporalis vita, dixit Apostolus Paulus Act. 20. *Non enim facio animam meam pretiosiorem mihi*. Vbi [illegible] ostendere [illegible] & mori paratum pro Euangelio, nam secundum significationem qua anima dicitur illa quæ migrat ex corpore, magis eam pretiosam faciebat, cui tantum meritum conquirebat. Hebr. Præterea sanguinem quidem propter homicidiũ, omnem autem sanguinem, omne fratrum odium intelligamus: Ioan. 3. C *Quia qui odit fratrem suum homicida est* sicut Ioannes scripsit. Dicimus ergo omnem sanguinem multitiam dolosorũ: Psal. 5. *Virum enim sanguinum & dolosum abhominabitur Dominus*: & quicumq; proximorum nocent vitæ per insidias quaslibet, ita vt homicidio sanguinis comparetur. Et propterea ab omni sanguine abstineri oportet, scientes quia super animam quæ talem sanguinem comedunt, de quibus dicebat Dauid. Psal. 13. *Qui deuorant plebem meam sicut escam panis*, faciem suam obfirmat Deus, videlicet Christum: Ipse est enim imago patris, quia qui vidit filium, videt & patrem: Ipse etiam iudex est & necessario ad comminandum his qui malorum sunt operatores, *disperdam*, ponitur: Quod Psal. 31. demonstrat Dauid dicens: *Vultus autem domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* Hic animam sanguinem comedentem perdit de populo eius, de communi videlicet hominum genere. Quod autem dicit, *quia Anima omnis carnis in sanguine est, & ego dedi illum vobis vt super altare in eo expie[illegible] pro animabus vestris*, mysticum Christi sanguinem significans: Sanguis enim ipsius pro animæ piaculo erit. Sanguis super altare ad expiationem animarum nostrarum, pro anima expians: Hic est vtiq; quem effudit D pro nobis crucifixus, & expiationem siue propitiationem generi humano præstitit primitias offerens. Propter quod [illegible] dicit: *Et sanguis pro anima piaculo sit*. Anima enim eius primum quidem, quæ ab eo plasmata, deinde quia nostrę eam consubstantialem animæ cum incarnaretur accepit, vt ipse pro nobis redderet, quam nos debebamus mortẽ. Quia ergo Christus sanguinem suum ad expiationem animarum nostrarũ dedit, & ab o[illegible] homicidio, omniq; alia iniquitate, quæ homicidio [illegible] ma est, docet vt abstineamus: Com[illegible] lex [illegible] & contra omnes [illegible] *Homo [illegible] Israel de aduenis qui peregrinantur apud vos [illegible], [illegible] capto si feram vel auem quibus v[illegible] licitum est, fun[illegible] eius, & operiat illud terra, Anima enim omnis carnis in sanguine est: Vnde dixi filiis Israel: sanguinem vniuersæ carnis non comeditis, quia anima carnis in sanguine est, & quicumq; comederit illud, interibit*: Multum cura est [illegible] vt [illegible] noceamus: [illegible] cum eo iu[illegible] con[illegible]ndere [illegible] auferet nobis [illegible] præc[illegible], ne quid [illegible] tione ad no[illegible] proximo prouocemur, [illegible] eum qui in[illegible] os [illegible] nostra patientiam corrigamus. Nihil enim amplius quam iniustitia & auaritia & alterutrum coarctat vitam nostram, ad hoc intendens legislator, sanguinis mandatum non frustra recapitulauit. Sed quia quidam q[illegible] bus quibusdam & machinationibus, variisq; [illegible] pulantibus, qui [illegible] tantes [illegible] lent per [illegible], etiam huiusmodi molimina perspexit: nam vide quid præcipit: *[illegible] venatione atq; aucupio ceperit [illegible] aut vel auem [illegible] licitum est, fundat sanguinem eius, & operiat illud terra.* Quod [illegible] maxime iniustitia, iniustitiam autem non quamlibet sed eam quæ ad sanguinem tendit, vitamque ipsam quodammodo per dolum fraudemq; iniustitiam patientis nocet. In diuina scriptura accipi soleat, de quo audi Dauid dicentem: *Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt.* Et rursus: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.* Siquis ergo venationem ceperit, id est, peccantem viderit eum, qui venatione ex infirmitate vel ex simplicitate expositus est, hunc [illegible] us esse qui capitur, propter quod dicitur: *feram a [illegible] quibus [illegible] licitum est.* Per feram, de vulgo quempiam carnalem tamen, & pastionibus incubantem significans, expertemq; commixtionem caussarum: Per auem autẽ eum qui à terrenis semetipsum remouet rebus; huiusmodi [illegible] homine [illegible] & auaris, in caussis secularibus consumuntur, illa videlicet incongrua malignaq; comessatione, de qua Paulus prohibebat dicens: *Si autem [illegible] comeditis, videte ne ab [illegible] consumamini.* Aut, vt qui [illegible] iusti, inter ea quibus vesci licitum est, i. inter munda recte nominantur, veruntamen si qui peccantis velut interius iacentis & pænitentia sepulti, effundit quidem sanguinem, id est, peccatum, quod peccauit, effundit autem illud ad orationem accedens & cõfessionem, quemadmodum ait & Dauid. *Effundam in [illegible] orationem meam*, operiat illud terra: Peccata enim confitẽtium terra operit vtpote inferius remanentia & pænitentia mortificata & quorum prohibitus est clamor ad cęlos ascen[illegible], quemadmodum Sodom[illegible] ascendebat, nec enim volebant pænitentiam agere. Secũdum hanc igitur intentionem, legislator ea, quæ dicta sunt ponẽs addidit: *Anima enim omnis carnis in sanguine est.* Deinde adiicit. *Vnde dixi filiis Israel* id est, *duco de sanguine vniuersæ carnis non comedetis*: quia anima carnis in sanguine est, contestans ab omni iniquitate abstineri. Contestan[illegible] autem non exponere ea quæ contra voluntatem commi[illegible]unt fratrum peccata, sed tradere terræ eius qui captus est, id est, visus sanguinem cooperientes illud venia & compassione. Sanguinem enim comedens & animam qui diffamat proximi peccatum, recte putatur, quia animæ mors peccatum est.

Iſeb m. ut nos invicem diligamus, amatoresq; pauperum nos esse desiderat, semperq; eleemosynæ studere, nunc quidem dantes egentibus, nunc autem non exigentes, quæ nobis debent, sed & concedentes eis colligere quascumq; reliquias omnium bonorum, quæ à Deo sunt donata nobis, & peterint & imitari eum, qui donavit non tantum misericordem, sed & qui multæ miserationis est atq; dicitur: & propterea metentes aut omnino vindemiantes, iterare eodem tempore ipsam messuram vindemiamq; non præcepit sed nec ex toto metere, aut vindemiare sancivit: sed relinquere quasdam omnimode pauperi, & proselyto de messione & vindemia reliquias, & Deo qui fructus ipsos omnes facit, operatoris granarum actionibus compensare. Mystice ergo per ea, quæ nunc dicta sunt, legislator doctoribus Iudæorum præcepit nequaquam totius legis interpretationem eos attrectare. sed cedere quædam pauperi

D

& proselyto, doctoribus videlicet gentium: Pauperes etenim hi sunt, quia spiritu pauperes esse præcepti sunt, &

Matth. 5. ad eos dicebatur: *Beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnũ cælorum:* Proselyti autem ut nunc semetipsos cognationi Abrahæ subinferentes & ad Deum accedentes, modo per fidem. Ergo hoc quod legitur: Non occides, non adulterabis, doceant & Iudæorum doctores quæcumq, autẽ necessarium habent contemplationem; & interpretationem, velut ea quæ sunt de mundationibus, de sacrificiis & thymiamatis, doctoribus Ecclesiæ cedant. Et quæ dicuntur de messura eorum, de est quæcumque cernunt eos transgredientes quæ videlicet ignorant. Hos ergo tacemo sibi [illegible] Iudæi & in [illegible] thesaurizare [illegible] zelo, pauperitati meos & proselyto relinquunt. Nobis enim [illegible] Prophetæ, [illegible] quotquot nisi apud populum iudaicum fuerit, [illegible] vt memoriæ eorum à nobis annis singulis commoventur, quod apud illos non fit, vt experimento cognoscatur, veridicum divinum eloquium.

C a p v t III.

Ponuntur mandata, & exigitur iustum proximo iudicium.

NON facietis furtum, non mentiemini, nec decipiet unusquisq; proximum suum, non periurabis in nomine meo. Non polluas nomen Dei tui: Ego Dominus. Illud de furto positum est in Decalogo: Quod autem dicit, neq; mentiemini, neq; calumniam faciet unusquisq; proximo, mirum si non eo præcepto continetur, quod ibi positum est *Non falsum testimonium dices adversus proximum tuum:* quoniam nec, calumnia sine mendacio fieri potest. quod falsi testimonii generalitate concluditur. Sed utrum hæc aliqua compensatione admittẽda sint magna quæstio est, sicut de mendacio pene omnibus videtur quod ubi nemo læditur, pro salute mentiendum est. Utrum ergo ita & de furto. An furtum fieri potest, ubi nullus læditur? quin imo fieri potest etiam, quando ei cui fit consulitur: tanquã si quisque hominũ volenti se occidere, gladium furetur. Nam

F

calumnia, nescio utrum cuiquam ad eius utilitatem fieri possit, nisi forte quod ad maius gaudium fiebat, quo postea fruerẽtur, quod Ioseph de scypho calumniabatur fratribus suis, quibus etiam exploratoris falsum crimen intenderat; Quanquam si definitionibus ista determinate temptemus, fortasse furtũ non est, nisi quãdo alieno occulte ablato, proximus læditur, & calumnia non est, nisi quando falsi criminis obiectione proximus læditur: Mendaciũ autem non possumus dicere, tunc tantummodo esse quando proximus læditur: Cum enim falsum ab sciente dicitur, procul dubio mendacium est sive illo quisquam, sive nemo lædatur. Proinde magna quæstio de mendacio. utrum possit aliquando iustum esse mendaciũ, facile solvere fortasse si sola præcepta intueremur non exempla. Nam quid isto præcepto absolutius. non mentiemini. Sic enim dictum est quomodo, non facies tibi idolum, quod factum non potest aliquando iustum esse: & quomodo dictum est non mœchaberis. Quis autem dicat aliquando mœchiam iustam esse

G

posse? & non furaberis secundum definitionẽ illam furti, iustum esse furtum nunquam potest: Et non occides, quoniã cum homo iuste occiditur: lex eum occidit non tu. Nunquid ita dici potest, cum homo iuste mentitur, lex mentitur? sed exempla faciunt difficillimam quæstionẽ. Mentitæ sunt obstetrices Ægyptiæ, & bona illis Deus retribuit. Mentita est Raab pro exploratoribus terræ, & ideo liberata est. An ex quo dictum est in lege, non mentiemini, ex illo intelligendum est, nec in tali causa licere mendacium, in quali causa legitur Raab esse mentita. Sed magis credibile est, quia iniustum erat mendacium ideo prohibitum? non quia prohibitum, ideo factum iniustum? fortassis ergo sicut de obstetricibus diximus, non hoc in eis remuneratũ, quod mentitæ sunt, sed quod infantes Hebræos liberaverunt; ut propter hanc misericordiam illud peccatum veniale sit factum, non tamen existimetur nõ fuisse peccatum: Sic et de Raab intelligendum est remuneratam nulla liberatione exploratorum, ut propter eandem explorationem venia sit data mendacio, cui autem

H

venia datur, manifestum est esse peccatum. Sed illud cavendum est, ne ita quisq; existimet etiam cæteris peccatis si propter liberationes hominũ fiant, ita veniam posse concedi: multa enim mala intolerabilia & nimium detestanda illum consecuntur errorem. Fines nobis bonæ conversationis legislator ostendit, simulq; & peccata quam ad

Iſolidus. se invicem habeant cognationem tradit. Quæ enim nos parva putamus, maxima sunt, siquidem in mendacio singulis ut ita dicam diebus solemus delinquere, vel loquendo, vel studio, similiterq; iurisiurandi prævaricatione. Hæc [illegible] in tantum sunt prava, ut ea furto coniungeret: [illegible] furtum operatur plerumq; mendacium, propter quod Zacharias Propheta falcem quam contemplatus est, longitudinis cubitorum viginti, & latitudinis cubitorum [illegible] contra fures eam & contra periuros exacuat [illegible] strant: Ait enim: *Ingredietur in domum furis & periuri.* Sed & omnibus peccatis cooperatur mendacium. Zach. 5

Deus

A I[illegible] & mendacium, in quo quidam sub [illegible] inquiunt [illegible] falsi testimonium dicentes pro-
[illegible] eum [illegible] Quemadmodum hi, Iohan. 2.
qui [illegible] Domino: *Hic dixit, possum soluere templum hoc, [illegible] tribus diebus [illegible] illud*, Locutus fuerat quidem hæc Dominus [illegible] dicentibus dixerunt: *Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?* Ipse autem ad eos: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus ædificabo illud*; Sed non secundum illam dicens hoc intentionem secundum quam hi qui contra [illegible] testimonium dabant, dixerunt. *Dicebat enim de templo corporis sui*, illi autem hæc sicut de templo [illegible] ædificatum adseuerabant; Vnde eos & falsos testes [illegible] appellauit: Pro periurio autem Septuaginta edunt; *Non leuabis nomen meum in iniustum*. Iusiurandum vero in iniusto est, non solum quod præuaricatur, sed etiam quod iniuste custodiuit, veluti quale illud fuit, quod
Matt. 14. Herodes filiæ Herodiadis iurans, Ioannis baptistæ caput
abscidit. Oportebat enim hoc eum iusiurandum non
B præbere: postquam tamen iurauit non custodire, quia talia sacramenta nec initium sumere Deus vult: sed nec sumentia ad finem peruenire. Vnde dicens, *non leuabitis nomen meum in iniusto*; addidit, *& non prophanabitis nomen Domini Dei vestri*. Quod Hieronymi translatio edit: *non polluet nomen Dei tui*: Quomodo autem quis illud prophanat dico, id est, malefaciendo: quia iusiurandum transgredi non potest, nam Deus per quem iurauit intantum bona vult; Qui & si promiserit de quibusdam terribilia, illi autem pœnituerint, non tardat mutare sententiam, suumque sermonem refragare, vt quiddam nobis pietatis impendat, propter quod addidit. *Ego Dominus*: Qualis de quo ait Ionæ Prophetia, quando Niniuitæ ieiunauerunt & orauerunt, *& pœnituit Deum de malitia,*
Iona. 3. *quam locutus est, vt faceret eis, & non fecit*. Multa autem & & alia huiusmodi Prophetæ dixerunt. Sequitur:

Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum: Non morabitur opus mercenarii apud te vsque mane; Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum, sed timebis Deum tuum,
C *quia ego sum Dominus*. Omnia enim, quæ prohibentur
Augustinus. committi in proximum, ad hoc vnum referenda sunt, quod dictum est: non nocebis proximo; nam quod sequitur, non rapies nisi ad hoc referatur, ne rapiendo noceatur aliquando euenit, vt non rapiendo quisque noceat. Nam gladius insanientis rapiendus est, & si non
Isichius. [illegible] erit, quis vt oportuerit, magis nocuerit. Vides quemadmodum paul[illegible] lex eius, qui legē accepit colat mentem, & [illegible] quæ videntur paruula peccata coniungit magnis vt tim[illegible] definitæ in maioribus peccatis pœnæ, & à minoribus [illegible] caueamus. Si [illegible] n. eis sociantur mandato,
Iacob. 2. ita & in pœnis sociantur. *Quia qui legem totam seruauerit, peccauerit autem in vno factus est omnium reus*. Sed nec frustra calumniæ [illegible] coniunxit; quæ enim differentia est apud Deū, qui rebus suis caret, siue vi, siue animus, forsitan aut potentia qualibet, vel per circumuentionem iudiciorum, aut fraude, vel quolibet alio simili modo his careat; sed & qui die tota operatus est, vt acciperet mercedes, ex quibus cū filiis & vxore [illegible] parentibus expectantibus easdem mer-
D cedes viueret, & non accepit, sed dilatus est, nonne calumniam & vim patitur, non [illegible] cibo; sed & per hęc ēt in vita? Vita n. in [illegible] cibo quotidiano ducitur, Ergo & si crastinus [illegible], quia præterito die, in quo laborē sustinuit, [illegible] vim pertulit & calumniam passus est. [illegible] substantia est, hoc sunt mercedes laborantibus. Et [illegible] horum priuatio dicitur. Sed & qui maledicit surdo multum nocet & qui ponit coram cęcis offendiculum [illegible] quo pedibus offendant. Is quidem, qui surdus est, dum maledicitur nocetur, non solum quia de [illegible] ritur, sed quia [illegible] aut [illegible] audire; in quibus [illegible] potest. Sed nec cæcis ab offen[illegible] potest: [illegible] autē & [illegible] quidem, dum contemnitur per [illegible] iculum. Surdo autem maledi[illegible], quasi de principe [illegible], aut aliu[illegible], quod ei periculum [illegible] ei semetipsum [illegible] corrigenti. Et hoc quod videtur esse paruum, quod à multis sæpe ludētibus delinquitur, transit ad mortem. vnde nimis oportu-

E ne Dauid *beatum dixit eum, qui in cathedra pestilentiæ*, id est, de-
Psalm. 1. [illegible] denti [illegible] *non sedit*. Nos [illegible] ad eadem rursus exequenda pergamus. Non enim solum pecuniarum calumniam & vim, lex prohibu[illegible], sed & omnem aliam & multo magis eam, quæ est in spiritalibus, vt non gloriam arripiamus alterius, nec quod alterius labore collectum est, in nobis-
2. Corin. 10. metipsis att[illegible], propter quod & Paulus dicebat: *Nō enim in aliena regula in hoc, quæ parata sunt gloriari*: Et rursus
Rom. 15. donatum sibi dicit euangelizare, *non vbi nominatus est Christus, ne super alterius fundamentum ædificarem*. Alterum autem alterius interpretatio est: Nolebat enim prędicare, vbi alter prędicauit, vt non mercedes abriperet alienas. De his enim mercedib[illegible] legislator; *Non morabitur opus mercenarii apud te vsque mane*. Non iam prædicātibus, sed adhuc discentib. mandans non negligere, nec otiosum apud se tenere doctorale verbum; Mercenarius enim Dei est, qui prædicat verbum eius. Merces autem eius est retributio prædicationis, veraci existente huius rei teste Paulo, qui
1. Cor. 9. dicit: *Quæ est ergo merces mea, vt Euangelium prædicans sine sumptu ponam euangelium Christi?* Septuaginta autem edunt. *Nō*
F *dormiet merces mercenarii tui apud te vsque mane*; Qui autem dormire negligentes dicuntur, demonstrat Dominus, discipulis mandatum dans: *Vigilate, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit*. Sed & quādo dormientib. hominibus videl. negligentibus, seminare dicebat inimicum zizania. Mane autem, futurum sæculum est, quia nocti præsentis vitæ succedit, & lux inextinguibilis in eo habitat. Non ergo oportet otiosum esse apud nos, doctorum verbum, per omne hoc tempus, cui futuri temporis mane succedit: quia & in hoc auaritiam & iniustitiam doctoribus exercentur mercedem perdentibus quæ eis ex prouectu discipulorum deberetur. Per surdum autem & cæcum, eos qui inobedientiæ & ignorantiæ morbo detinentur lex innuit,
Isa. 42. ad quos Esaias dixit; *Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum*. Hi non maledicendi sunt sed ammonendi si tamen eos conuerti volumus; Vnde Paulus eum, qui docet, in mansuetudine docere eos, qui contradicunt, doctoribus
G Ecclesiæ præcepit; Sed nec offendiculum eis falsa dicentes aut agentes debemus effici. Hoc enim ipse Paulus prohi-
1. Corint. 8. bens atq; corrigens scripsit; *Si quis viderit eum, qui habet scientiam in idolio recumbentem, nonne conscientia eius, cum sit infirma ædificabitur ad manducandum idolotyta*: Sic legis tam litera, quam spiritu iuuari possumus: Sequitur:

Non facies, quod iniquum est, nec iniuste iudicabis, nec consideres personam pauperis. Nec honores vultum potentis; Iuste iudica proximo tuo; Non eris criminator & susurro in populo: Non stabis contra
Isichius. *sanguinem proximi tui; Ego Dominus*. Non quamlibet iustitiā, sed summam & perfectam studens lex maxime in præsentibus constituit, recto itinere ordineq; procedēs: vt prius videatur pauperibus legem constituere, deinde potentibus, ac deinde principatus & potestates habentibus, vt & per hoc ostenderet personam nō deberi accipi. Non furtum enim nec calumniam facere, nec iurare in iniusto, & si diuitibus, vel potentibus aliquando contingit, veruntamen propria pauperū quodammodo sunt peccata: Per paupertatem n. furari & calumniari & transgredi sacra-
H menta compelli videntur, ita vt Sapiens ille in prouerbiis
Prouerb. 30. diceret: *Diuitias & paupertatem ne dederis mihi, ne forte saciatus illiciar ad negandum, aut egestate compulsus, furer & periurem nomen Dei mei*. Vi autem opprimere & mercedibus priuare, & irridere surdum aut cæco[illegible], quia quædam eorum sunt potentiæ, quædam vero prodigæ quodammodo vitæ & delitiarum contumeliā gene[illegible]tium peccata, præcipue personis diuitum & potentium, lex tancin dicitur. Personam autem accipere in iudicio [illegible] qui magistratuum pręsident vel [illegible] iudicum tribunalibus, quos iudicantes nec quidem pauperū personas oportet accipere. Nemo enim Deo misericordior est, qui misericors & miserator super omnes appellatur. Veruntamen iudicii tempore nequaquam iam ita appellari vult, sed iustus, teste Dauid, qui
Psalm. 7. dicit: *Deus iudex iustus fortis & longanimis*. Nec quidem potentis oportet [illegible] personam in iudicio, quia Deo nullus est potentior: Ipsius autem est iudicium. Ipse enim nobis iudicantibus, causantis personam suscipit, cum testis est idem Moyses, in Deuteronomio ita dicens:

A *Deut. 1. 16.* *Non respicies personam in iudicio, secundum paruum & maiorem iudicabis. Non dissimulas personam hominis, quia iudicium Dei est.* Ergo si vis personæ donare potentis, personæ Dei dona: Donas autem, si ad partem te iustitiæ contuleris, illic enim habet personam: *Psal. 10* *Quia iustus Dominus, iustitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius.* Quamobrem etiam nunc iuste iudicari proximo præcepit. Oportet enim nos nosse, quia *in quo iudicio iudicauerimus, in eodem iudicabimur.* His addidit: *Non eris*, inquit, *criminator & susurro in populis*: vel sicut Septuaginta edunt. *Non ambulabis in dolo in gente tua*: *Isichius* *Non stabis contra sanguinem proximi tui.* Dolo sanguinem coniunxit, videlicet homicidium, sicut & Dauid psallit: *Psalm. 7.* *Virum sanguinum & dolosum abhominabitur Dominus*: Et iterum: *Psalm. 54* *Viri sanguinum & dolosi, non dimidiabunt dies suos.* Gladius enim occultus est dolus ensis exacutus & latens, ita vt Dauid rursus diceret, *Psalm. 51.* *Sicut nouacula acuta fecisti dolum*; sed nos ab eo velociter recedamus, expauescentes illum pro peccati vicinia, cui meruit esse coniunctus: Nec contra sanguinem proximi stemus, sed omnes insidias B & collegium, quod pro qualibet iniquitate fit, fugiamus: Quia quidam singulariter infirmi, & per semetipsos nocere non valentes misceri solent multitudini, & necesse est, vt quando plures simul conueniunt, malitia val[illegible] inueniatur. Hic enim commodat manum, alter linguam, alius his, quæ aguntur consensum præbet, alter innuit, & ita malitiæ consummatur insania. Sequitur:

Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum: Non quæres vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum: Diliges amicum tuum sicut teipsum: Ego Dominus, leges meas custodite.

Isichius *Ne oderis fratrem tuum*, addidit, *in corde tuo*, quia frequenter in personis, peccantium personam odio eos habentionis induci compellimur. Vnde Paulus Thessalonicensibus præcipiebat, *Si quis non obedit verbo nostro per Epistolam, hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur.* C Hoc autem dum fit, odii præbet præsumptionem. Quorum enim aliorum, nisi odientium & aduersantium est non commisceri? Sed hanc auersationem non præcepit, in corde fieri, ait enim: *2. Thess. 3.* *Non commisceamini, vt confundatur, & erubescens omnimodo emendetur.* Qui autem emendabat eum, cui non commiscebatur, nullatenus eum odisse in corde suo poterat. Quod confirmans etiam hoc addidit, *Et nolite quasi inimicum existimare illum, sed corripite vt fratrem.* Omnem autem iustitiam explens, & per singulas species vitæ quodammodo legem ponens, confirmationem mandans, quam oportet apponit, quam si custodierimus nemo nostris nocere diuitiis, nemo nostrum thesaurum furari poterit. Est autem confirmatio hæc: *Et diliges amicum*, Siue vt Septuaginta, *proximum tuum sicut teipsum*: Habens in modico totam legem, & per vnum tibi hoc mandatum, omnia custodire facile est. *1. Corin. 13.* *Charitas enim*, ait Paulus, *proximo malum non operatur. Plenitudo ergo legis est charitas.* Sed & omnem vitam nostram esse in bonis facit; Si enim diligo proximum sicut meipsum, & forsitan filios non habuero, aut diuitias, aut decorem, aut mundi gloriam, aut potentiam, video autem D proximum habentem gaudeo, & nihilominus tanquam ego hæc habeam, lætor ego: In illo enim & ego habeo. Idipsum autem & in spi[illegible]bus, in quibus maxime eam quæ ad proximos pertinet, dilectionem custodire debemus, & non inuidere operantibus iustitiam, nec mordere, quando alii secundum Christum glorificantur, quando in verbo doctrinæ locupletantur, quando abundant diuinis donis: sed imi[illegible]ndus est Christus, qui in tantum nos dilexit, vt Apostolis maiora signa facere, quam ipse fecit concederet. Vnde & nunc dicens, *Diliges amicum tuum*, siue *proximum sicut teipsum*, addidit: *Ego Dominus, leges meas custodite.* Quantum vero nos Deus dilexerit, ipsi[illegible] cognoscite: Ait enim: *Ioan. 15.* *Maiorem hac charitatem [illegible], quam vt animam suam quis ponat pro amicis.*

Augustinus Quæ[illegible] autem potest, quid sit, quod cum supra dixisset, *Non oderis fratrem tuum in animo tuo, arguendo argue proximum tuum, & non accipias propter ipsum peccatum*: consequent[illegible] *vindicetur manus [illegible]* [illegible] *roco*, quod [illegible] A[illegible] cies cum disciplinam [illegible] pias peccatum eius negligendo [illegible] quod ante posui *Non oderis [illegible] tuo.* Videri enim potest ei, q[illegible] ris eum, cum non sit in animo [illegible] manus tua, hoc potius ammone[illegible] manum tuam, nec vlciscendi libi[illegible] quid est aliud vindicari velle, nisi [illegible] de alieno malo. Et ideo dictum est, *Non trasieris [illegible] populi tui*: Sic enim recte [illegible] de[illegible], quod sit vl[illegible] di libido. Quidam vero codices habent *Et non vindicabitur manus tua*, id est, ne arguendo vindicare te velis, sed potius consulere illi quem arguis.

Capvt IV.

Ne iumenta alterius generis simul coeant, ne ager diuerso semine feratur, &c.

F I*Vmenta tua non facies commisceri cum alterius generis animantibus: agrum* Siue vt Septuaginta *Vineam tuam non seres diuerso semine. Vestem quæ ex duobus texta est non induetur.*

Isichius Hæc quodammodo ad literam, videntur esse ridicula. Vnde nec ita esse custodita à Prophetis & [illegible] inuenimus: Quemadmodum Iudæorum filii infi[illegible] imperfecteque viuentes, qui la[illegible] amant & solidum [illegible] bum non capiunt. Nam intende, quid ad Sadoch sacerdotem & Nathan Prophetam & ad Banayan, Dauid dicebat: *Reg.* *Ponite filium meum Salomonem in mulam meam* Dicens enim meam, ostendit quia & ipse in mulam sedebat. Si autem iumenta commisceri alterius generis animantibus, id est, asinum equo commisceri lex vetuit, & abominabile hoc erat, oportebat & e[illegible] quæ fiebant, & ea quæ nascebantur ex eis proculdubio abominari. G Sed & si vestimentum ex duobus fieri non vult, quo modo Sapiens ille de forti muliere hæc in prouerbiis dicit: *Prouerb.* *Inuenit lanam & linum & operata est vtile manibus suis.* Et rursus: *Ex bysso & purpura vestimenta eius.* Nec enim vtilia sunt vestimenta, Bonum autem indumentum eius, siue vtile dixit esse vestimentum, vnum quidem de lana & lino. Aliud autem rursus ex bysso & purpura confici intelligamus. Sed quid hoc sit, Paulus aperte Corinthiis scribit: *Non potestis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum. Non potestis mensæ Dei participare, & mensæ dæmoniorum*: Et rursus: *Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis.* Neque enim iudaicis seductionibus nec e[illegible] gentilium oportet fideles commisceri. Iumenta ergo [illegible] est, popolares homines, non permittamus alterius generis animantibus, id est, non sectari circumcisionem & baptisma: Alterius enim iugi est circumcisio grauis & importabilis. De quo dixit Petrus: *Act. 15.* *Quid temptatis Deum superimponere iugum in ceruicibus discipulorum, quod nec patres nostri, nec nos portare potuimus?* H Alterius est autem baptisma Christi & leuis iugi, quod nobis Christus imposuit, di[illegible] *Tollite iugum meum*, & [illegible] Et rursus: *Iugum enim suaue est, & onus meum leue.* Sed nec vineam siue agrum [illegible] vario serere debemus semine, vt non c[illegible] d[illegible] doctrinis Ecclesiam doceamus: Quemadmodu[illegible] sapientes hæretici Christo nuptias per suam præ[illegible] benedicente, atq; dicente, non ea quæ ingr[illegible] cent homini; *Timot.* *Prohibentes nubere, & præcipientes abstinere à cibis, quos Deus creauit eis,* [illegible] mortem. In q[illegible] cundu[illegible] subdidit, *Ego sum Dominus D[illegible] vester,* [illegible] [illegible] esse malitia [illegible] per Euangelium [illegible] os, qui mal[illegible] voluntatem accip[illegible] *Ioann.* *Nolite iudicare [illegible] sed iustum iudicium iudicate.* Ves[illegible] abominabile ex duobus [illegible] Chris[illegible] [illegible] dæm[illegible] solis iustitiæ [illegible] asseren[illegible], etiam vi[illegible] qui ad ministerium [illegible] datus est, [illegible]

A vel cæli ... sideri ... quid ... & alij multi ... facient. Nun... mus Dei diabolici immisceri negotijs ne ... & in ... nibus vacare, nec ... Ecclesiæ Dei sanctorumq; virorum vel e diuersu prauorum veneficorum simul ..., & ea quæ sunt dæmonum circumducere sancto spiritui, in quo, ait Paulus, signati sumus. Recedit enim vipote perpessus contumeliam, & obtinebit immundus spiritus & patietur huiusmodi quod Saul pertulit.

Ephes. 4.

Capvt V.

Quid faciendum sit ei qui dormierit cum muliere ancilla, &c.

Leuit. 19. Homo si dormierit cum muliere coitu seminis quæ sit ancilla etiam nobilis & tamen precio non redempta nec libertate donata. Vapulabunt ambo & non morientur, quia non fuit libera. Pro delicto autem suo offeret Domino ad ostium tabernaculi testimonij arietem, orabitque pro eo sacerdos & pro delicto eius coram Domino, & repropiciabitur ei, dimittetur que peccatum.

B Quantum inter libertatem & seruitutem intersit, ostendere per ea quæ nunc dicta sunt legislator intendit. Isychius. Nam in ea quæ libera est desponsata, adulterium esse delictum eius qui cum ea fornicatus est asserit, mo... que pœnæ eum subiacere sanciuit. In ancilla autem nobili, quod Septuaginta ediderunt, *custodita homini*, id est, desponsata, absoluens à pœna, sacrificium iubet offerre eum, qui in eam peccauit, ex hac sensibili seruitute, intelligibilem volens ostendere. Neque enim præcepit in ancillas quaslibet: quanto magis desponsatas delictum fornicationis admittit, sed ancillam desponsatam siue custoditam homini, Iudæorum dicit synagogam, quæ legi custodita est, nec ... sponsi Christo priusquam moreretur, legis littera poterat. Vnde & Paulus dicebat: *Ergo fratres* Rom. 7. *& vos mortui estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit*. Ipse autem ancillam esse Iudæorum synagogam hæc dicens docuit: *Quia Abraham duos filios habuit, vnum ex ancilla & vnum de libera*. Deinde, quam voluit ancil- Galat. 4. lam intelligi, exponens subdidit. *Quæ sunt per Allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta, vnum quidem ex monte Syna, in seruitutem generans, quæ est Agar. Syna autem mons est in Arabia: ... quæ nunc est Hierusalem quæ seruit*.

C Cum hac ergo si quis dormierit coitu seminis, id est, qui huius partis ... efficitur doctrinæ, intantum vt coniungatur ei & coeat cum ea, per legis videlicet conuersatione... Quasi vnum ... hi qui sibi coniugali consortio sociantur. Semen autem in doctorali verbo accipi ... multipliciter in hoc Leuitico libro pridem demonstrauimus. Quicumque ergo hæc ... tequam per aduentum Christi liberatus fecerat, recte non moriebatur. Nam & si secundum litteram & non secundum spiritum legem accipiebat, quemadmodum Iudæorum docet Synagoga. Vnde & ancilla iuste nominatur, quia legislat... intentionem ignorabat. Seruus autem sicut dicit Christus, nescit voluntatem Domini sui, & propterea delinquere de... cebant, remissionemque nec... ssariam habebat, quia do... nicum præceptum, non

D se... ... dom ... cam istud bat voluntatem. Veruntamen quia non adhuc erat liberata, & propterea occulta erat legis contemplatio, vnde & tem... s videbatur habere conuersatio litteræ, nec morti ... ... dicuntur, & visitationem eis promisit. Nam quod nostra translatio habet *Vapulant ambo*: Septuaginta dicunt, *Visitatio erit eis, & non morientur*. Visit... ionem autem ei promisit, id est, à leg... ... libertatem. Mos enim est diuinæ scripturæ, ... vi ... ... nem a ... ... Nam & liberationem ... ... Ægy... ... ... tionem inueniemus DEVM nominantem, quan... ad Moysen dicebat.

Exod. 3. *Conuoca seniores filiorum Israel & dices ad eos Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob dicens. Visitans visitaui v...*

Sed qui ... prim... Iudæi hanc salutem & liberationem, vtpote etiam alios seducentes habebant necessariam. Cum ... qu... ... id est, qui ... ectur vt seminis eorum & doctrinæ pa... ... huic per sacrificium præstatum ... , sed per Christi: hoc enim sacrificium significans Arietem pro peccato præcepit offerri, & per eius oblationem sacerdotem deprecari. Qui est autem hic qui primo omnium mundo deprecatus est: & quis aries qui pro pecc... to offertur, & ante ostium tabernaculi testimonij ad sacrificium deducatur, sed & qui proprie debet intelligi peccatum delicti ... ea quæ de sacrificijs olim sancita sunt, & ... apoliam, perscrutans inuenies Christum in eis velut in imagine figuratum, qui per crucem immolatus cum alijs omnibus peccatis, etiam hoc ignouit quod Iudæorum communi populus, & is qui erat ei mixtus ex gentibus, qui etiam dormire cum eis dicitur, legem non secundum intentionem legislatoris accipiendo. Hæc autem non importune in hoc loco, ... immo nimis oportuno tempore quo ... non oporteret alterius generis iumentis coniungi: i. e. non licetet ... qui sub iugo facti sunt Christi, Iudaicum iugum su... significauit. Confirmatus enim hoc, præsentia sub... t, per quæ ostendit, quia & ante aduentum Christi, quicumque exterorum illis commiscebatur, opus habebat intelligibilis arietis sacrificio ad propiciationem suam, conferens illud meute & describens apud semetipsum per figuras veritatem. Sic enim non solum non condemnari ex obueniente sibi virtute Iudaicæ litteræ, sed etiam liberari ab ea, & à morte infidelitatis spiritaliter legem accipiens, & sacrificia eius ad Christum referens poterat.

E

Capvt VI.

De abscidendo præputijs arborum in terra Chanaan.

Ibidem. Quando ingressi fueritis terram & plantaueritis in ea ligna pomifera, a. ferete præputia eorũ, poma quæ germinant immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis domino. quinto aũt anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt. Ego Dominus Deus vester. Per- Isychius. manet ... intentione etiam nunc legislator, quam habuit prius alijs verbis præcedentib. similia faciens ostendens G quidem nec habere fructum bonum Iudæorum populum ante Domini præsentiam potuisse. Cui enim triennij fructum eius omnis liqui non esse esibilem dicebat, sed nec ... llo modo mundum, sed & munda nonem quarto anno necessariam habentem? & quæ erat hæc mundatio: non aspersio, non sacrificium, non aliud quidpiam huiusmodi, quale alio loco, lex litteram præcepit. Ergo vacat necessario ad contemplationem spiritus eum, qui non solum meditari legem, sed & aliquid ex ea percipere commodum capit. Terram ergo DEVS dat, quam ipsum dare decet, id est, diuinam scripturam quæ virtutum fructus ferat, quæ habet illam vitam, & co litsiue operatur, quam Dauid colere & operari promittit. Vbi enim DEO placere magis homo, quam in mandatis & operibus bonis potest? Ait enim: *Placebo Domino in regione viuorum*. De quibus ipse dicit. *Qui vero* Psalm. 114. *expectant Dominum hæreditate possidebunt terram*. Possidebunt Psalm. 36. H enim plenam Dei spiritu scripturam, & quæ ex ea sunt bona, quæ DEVM expectant mandatorum quæ in ea continentur, retributionem promittit. Hanc etiam ingredi quidem filij Iudæorum præcepti sunt, & acceperunt priores.

Primi enim factas susceperunt litteras, propter quod & lignum, quod edi potest, id est mandata quæ diuinus plantare iussi sunt, hi quidem eas meditantes, hi autem & prædicantes. Quia enim plantatioui lignorum meditatio legis & prædicatio propter eum profectum, qui per partes prouenit assimilatur, audi Dauid dicentem: *Et in* Psalm. 1. *lege eius meditabitur die ac nocte, & erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum*. Paulus autem de prædicatione quam prædicauit Corinthijs scripsit. *Ego plantaui,* 1. Corint. 3. *Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit*. Sed mandata quidem bona nimis erant, propter quod & lignum edibile appellatur.

A Illi autem modo quo debebant, non operabantur, secundum litteram lege vtentes. Erat ergo eorum [illegible] tus, opera [illegible] videlicet legis. Triennio immund. Dico autem triennium à tempore legis vsque ad Dauid tempus, & à Dauid vsque ad transmigrationem Babyloniæ, & à transmigratione Babyloniæ vsque ad aduentum Domini. Sic enim & Matthæus distinxit. Quia ergo quarto hoc anno, omnem fructum ipsius legis, sanctum [illegible] laudabilem Domino commendauit, non tamen vel tunc esibile illud esse Iudæis dixerat, illud sine aliqua dubitatione probauit, quia totus legis fructus in aduentu Domini est. Huius enim tempus secundum ordinem temporum superius nominatorum, annus recte nominabitur quartus sanctus laudabilis Deo: Quia Christus eum fructiferum faciebat, quemadmodum oportet etiam nos fructificare docens. Recte ergo sanctus erat, vtpote à sancto sanctorum perfectus sed & laudabilis. Omnia enim quæ Christus operatur, bonæ famæ sunt atque gloriosa, ita vt etiam ab ingratis Iudæis glorificentur.

B Cum enim paralyticum portantem super humeros grabatum vidissent, *glorificabant Deum, qui talem potestatem dedisset hominibus.* Vnde non simpliciter sed laudabilem Domino fructum hunc lex appellauit. *Matth. 9.* Necdum autem erat populo edibilis, necdum enim hic secundum spiritum Christi conuersationem adeptus fuerat, sed in anno quinto, in Apostolica videlicet generatione. Illinc enim ipse Iudæorum populus, id est, hi qui ex eis crediderunt, & gentes omnes esibilem legis fructum operationem videlicet habuerunt.

Gregorius Secundum Tropologiam vero ligna pomifera sunt opera virtutibus fæcunda. Præputia itaque lignorum auferimus, cum de ipsa inchoationis infirmitate suspecti, primordia nostrorum operum non approbamus. Poma autem quæ germinant, immunda ducimus, nostrisque esibus non aptamus, quia cum primordia boni laudantur operis, dignum est vt hoc animum nô pascat operantis, ne dum accepta laus suauiter carpitur, fructus operis intempestiue comedatur. Qui ergo inchoatæ virtutis ab humano ore laudem receperit, quasi plantati ligni ante tempus pomum comedit.

Psalm 126. Hinc per Psalmistam veritas dicit, *Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis.*

C Ante lucem quippe surgere, est priusquam claritas æternæ retributionis appareat, in præsentis vitæ nocte gaudere: sedendû ergo prius est, vt post recte surgamus, quia quisquis nunc sese sponte non humiliat, nequaquam hunc sequens gloria exaltat.

Capvt VII.

De varijs Ceremonijs, comedendi, tondendi, augurandi, &c.

Non comedetis cum sanguine: Non augurabimini: nec obseruabitis somnia, neque in rotundum tondetis comam: nec radetis barbam & super mortuo non incidetis carnem vestram, neque figuras aliquas & stigmata facietis vobis: Ego Dominus.

Isichius. Ab omni fermento malitiæ mundum esse fidelem vult, & propterea nunc quidem prohibet à seruitute legis litteræ, & Iudaicam doctrinam demonstrat inutilem. Nunc autem rursus ad errorem gentilium sermonem vertit. Neque enim omnia quæ nunc vetita sunt studentur, quippe cum non solum sint ridicula, sed etiam & noxia studentibus ea, quod maxime ostendit Ecclesiastes,

D [illegible] *Qui obseruat ventum non seminat, & qui considerat nubes nunquam metet.*

Eccl. 11. Augurium ergo non solum vox auis cuiuslibet aut volatus appellatur, qui vel prohibet à quadam actione, vel etiam studiosius immanet accelerandâ, sed & signis vocis loquentium, prætereuntium, obuiantium, & quorundam in itinere obuenientium offendiculorum, talium que aliorum est. Ab auibus enim augurium, sed & aliorum signorum obseruatio dicitur. Aruspicium autem est, transeuntes considerare aues, & propter has [illegible] deserta ab hominib. viam egredi, vt auium volatum aut voces quales sint perscrutentur, & ex eis cognoscant quæ futurum sunt. Quod accusare est Deum, quia ea quæ homini, quem secundum suam imaginem omnium animalium principem constituit, abscondita hæc in irrationabilibus auib[illegible] spiritalibu[illegible] ea Deo [illegible] cere: sicut hi qui in prædictione [illegible] me. Insuper nec comam in rotu[illegible] cut & Symmachus edidit, qu[illegible] te consueuerunt qui barbaricas [illegible] quod hoc Septuaginta Sisyn, forsitan [illegible] dinem concursorum capillorum app[illegible] portet autem hoc fieri, sed contentos esse [illegible] namentis, & nihil exquirere, nisi fortitan [illegible] quid indiguisse ad perficiendum animal a[illegible] *cincinnos nutrire in honore dæmonum ca[illegible] tiores & hoc vouere, student enim hoc Pagani [illegible] torum offerre dæmonibus: vnde de hoc mas [illegible] putant legislatorem præcipere. Sed nec barbam [illegible] vel secundum Septuaginta, *corrumpere faciem barba.* [illegible] incisuras in corpore sibi facere, eos qui flent supra [illegible] tuos, etiam hoc enim pagani consueuerunt. Sic enim [illegible] fligi supra mortuos oportet, vt nec faciem lædat, nec corpus corrumpat.

F A quibus nos Paulus prohibens ait: *Nolo vos ignorare fratres vt non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent.*

Nam quodlibet eorum quæ prædicta sunt agere, non est spem habere resurrectionis mortuorum [illegible] quam illis corruptis semetipsos dissipant, atq[illegible] [illegible]punt. Prohibet enim stigmata fieri in corpore, vndique decoris legislator curam gerens, & non cedens abuti [illegible] in quolibet horum, quæ quidem ipsis nocent, totum [illegible] animal fœdum reddunt. Comedere enim super [illegible] montes quod Septuaginta in initio præsentis legis posuerunt, p[illegible] co quod nostra editio habet, *nô comedetis cum sanguine* propter eos qui idolorum festiuitatibus consueti sunt prohibuit. Hoc enim & Oseas accusans populum Iudæorum dixit. *Spiritu fornicationum deceptis est & fornicati sunt à Deo suo: Super vertices montium incensum adolebant, & super colles sacrificabant.* Sed videamus præter hæc quæ nos iubeat c[illegible] uere, secundum spiritalem contemplationem, non comedere super montes, id est, cogitationibus superbis non pasci, de quibus Esaias ait: *Omnis mons & collis humiliabitur.* Non augurari, non aruspicari, vt non intendentes dæmones, secundum eorum voluntatem viuamus, neque cor nostrum volucribus tradamus, quæ rapiunt semen pietatis à nobis, sicut Dominus in parabolis Euangelicis dixit. Comam non tondeamus, vel sicut Septuaginta *sisyn de capillis capitis non faciamus*: Capilli enim nostri pro cogitationibus accipiuntur, propter quod dixit Dominus. *Vestri autem & capilli capitis, omnes numerati sunt:* *Matth.* Ipsi enim vtpote iudici & corda scrutanti, numeratæ sunt omnes nostræ cogitationes. Non oportet ergo eas agitare quempiam vel concutere, sed nec offerre diabolo: quod faciunt quidam, & de sensibilibus capillis crinem offerentes, sicut superius diximus. Insuper non oportet sicut diximus, barbam radere, vel secundum Septuaginta *corrumpere faciem barbæ* quia perfectionis nostræ signum barba est, virtutes autem designant veram nostram perfectionem, quas incongruum est corrumpere operantes, non vere, sed sub falso & ficto habitu. Nec incisiones facere super anima bonum est in corpore sunt enim delectationes quæ ad nocendam animam incidunt corpus & [illegible]mpunt. Sed & stigmata, id est, malæ doctrinæ dogmata, quia inhærent & infiguntur animæ per quædam blandimenta vel syllogismos, vel per quemlib[illegible] modum docentium intelligamus.

H Præcepit ergo nobis lex & ab his abstinere, quia impressa vel immersa sicut olei stigmata difficulter abolentur.

A

Capvt VIII.

Vbi vetat prostitui filiam, & præcipit sanctuarium Dei metuendum.

Leuit. 19. Isichius.

NE prostituas filiam tuam & contaminetur terra & impleatur piaculo. Si enim Patres, quos oportet filios emendare, ad fornicationem eos hortantur prouocantes aut inuentes turpiter, vt ipsi ad imitationem parentum ad malum illiciantur piaculo, vel secundum Septuaginta fornicatione, terra completur, & ad omnem speciem impietatis proficit, quia eos, qui eruditores esse debuerunt, ad malum pueri pædagogos habent. Sed nec animam nostram quæ nobis filia vnigenita est, ita vt Dauid diceret, *Libera a leonibus animam meam, & de manu canis vnicam meam,* (Psalm. 21. & 34.) prostituamus, à DEO illam discessionem docentes, ne fornicante anima fornicetur & corpus. Hoc enim terra vtpote, quod de terra ortum est & in terram reuertetur, appellatur. *Et impleatur piaculo,* vel sicut Septuaginta *adulterio:* Ebrio quippe sessore equus defertur in præceps, & à Deo recedente anima, omnis iniquitas dominatur in corpore.

B

Sabbata mea custodite, & sanctuarium meum metuite: Ego Dominus. (Isichius.) Sicut vno existente speciali sabbato, septima videlicet die, omne aliud legitimum otium sabbatum appellatur, sic cum generalis sit abstinentia à malo. Hoc enim revera studet legislator sabbatum, & per singula quæque recedere nobis à malo præcepit. Hoc enim fulciens addidit: *Sanctuarium meum metuite,* vel sicut Septuaginta *sancta mea timebitis:* quia quemadmodum eos, qui quiu debent modo accedunt ad ea, sanctificant, sic hi qui temerè præsumunt in eis, & non prius semetipsos sordè malitiæ purgant, atque sic ad munda accedunt, corrumpunt siue disperdunt, sicut Nadab & Abiu, & filios Heli: vnde & Paulus de his qui incircumspectè mystica percipiunt, subdidit: (Corin. 11.) *Propterea multi in vobis infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi,* vnde & nunc legislator addidit: *Ego Dominus:* id est, sanctus & in sanctis habitans, & necessario exigens sanctorum vindictam.

C

Capvt IX.

De non sequendis magis & ariolis, nec adeundis veneficiis.

NEc declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos, (Septuaginta autem edunt:) *Non sequemini ventriloquos & veneficiis non adiungamini, vt polluamini in eis. Ego sum Dominus Deus vester.* (Isichius.) Maxima diabolici erroris & fraudis species, ventriloquorum est exquisitio. Vnde & Paulus puellam inueniens spiritum habentem phitonis: quamuis dæmonium magna de ipso & Syla prædicaret, & diceret. *Hi homines serui Dei excelsi sunt, qui adnuntiant vobis viam veritatis,* (Act. 16.) malum tamen spiritum increpans effugauit. Pessimum est etiam & veneficiis adhærere, quia dæmonum inimicorum nobis & pestilentium nomina dicunt: qui & si ad breue tempus vt in errorem mittant, videntur operari aliquid, quod ad corporalem sanitatem vile & paruum, quale etiam imperiti medici operari possunt: veruntamen nec hoc vt boni, neque vt bene volentes hominibus operantur, sed in seruitutem illos redigere, & à DEO separare cupientes. Sed nec ventriloquos, id est, falsos Prophetas sequamur, qui nomina DEI aliena à DEO docent & prophetant, qui ventriloqui iuste dicuntur, quasi de intelligibili ventre sui cordis fabulas quasdam, id est, falsas doctrinas & Prophetias proferentes. Sequitur:

D

Coram cano capite consurge, & honora personam senis, & time Dominum DEVM tuum: Ego sum Dominus. (Isichius.) Bonum est quidem & eum, qui iam ad caniciem peruenit honorare. Habet enim tempus aliquid amplius procul dubio ad prudentiam, sed & honorem quem prouectioribus impendimus, nos quoque à minoribus merebimur, atque ex hoc ordo bonus vitam nostram in honestate custodiens nobis profligatur. Commendat autem verè senem, id est, cum qui … de quo ait Moyses: (Deut. 32.) *Interroga Patrem tuum & adnuntiabit tibi, seniores tuos & dicent tibi.* Sed & Paulus: *Presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina.* Sequitur.

Capvt X.

De cura aduenarum, de mensura, statera, regula & pondere iusto.

SI habitauerit aduena in terra vestra & moratus fuerit inter vos, ne exprobretis ei, sed sit inter vos quasi indigena, & diligetis eum quasi vosmetipsos: fuistis enim & vos aduenæ in terra Aegypti: Ego Dominus Deus vester.

Terram nobis à DEO datam, esse culturam virtutum, bonamque eius doctrinam, superius diximus. (Isichius.) Si quis autem ad hanc accesserit aduena, videlicet volens conuerti ad nostram fidem, & terræ illius ciuis conscribi, de qua Paulus ait: *Accepistis ad Syon montem & ciuitatem DEI viuentis Hierusalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiam & Ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cælis.* (Hebr. 12.) Non affligamus eum, id est, non adgrauemus contra eum iugum, vt modo genito & nouiter credenti grauiora mandata imponamus, vt non sicut Pharisæi & scribæ peccemus, quos accusans Dominus dicebat.

F

Alligant onera grauia & importabilia, & imponunt ea super humeros hominum, ipsi autem digito suo non volunt ea mouere. (Matth. 23.) Non ergo eum, qui credit ad fidem hoc facientes & quædam legalia ab eo exigentes, affligimus eum. Sit autem nobis sicut indigena qui nutritus est in fide, & creuit in pietate. Vnde & Petrus hoc euidenter sanciens, ad eos, qui volebant circumcidere de gentibus credentes: dicebat: (Act. 15.) *Quid temptatis Dominum iugum super ceruices discipulorum, quod nec Patres nostri nec nos potuimus portare, Sed per gratiam Iesu Christi credimus saluari sicut & illi.* In hoc ergo vnumquemq; aduenam siue vt Septuaginta dicunt, proselytam, sicut nosmetipsos diligamus, vt illa præcipiamus eis tantum, per quæ nosmetipsos, si ea egerimus, saluari credimus.

G

Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura, statera iusta & æqua sint pondera, Iustus modius, æquusque sextarius: Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Aegypti. Custodite omnia præcepta mea & vniuersa iudicia & facite ea. Ego Dominus.

Similis est etiam hæc sanctio præcedentibus, quando post lucrum litteræ eius, etiam spiritum perscrutari fuerimus. (Isichius.) Non ergo fieri oportere iniustum in iudicio in præcedentibus præcepit. Nunc, autem nec in mensuris iniustè agere, nec in pondere, nec in stateris præcepit: Ne forte his ipsis, quæ quasi termini sunt iustitiæ, ad iniustitiam vtamur. Pro terminis enim iustitiæ vendentibus & ementibus, aut alio quolibet modo contrahentibus mensuræ dantur, & pondere, quemadmodum leges iudicantibus: vnde de non faciendo iniustum iudicium, & de non immutandis stateris & ponderibus, sed & de sextario modiove habendo iusto, id est, de omni mensura vini aut olei, additur ab omni vtique iniustitia, quæ erga proximum geritur, tam in maioribus quam in minoribus præcepit abstinendum. Quia quod iniustum est, vbique abhominabile est. Placet autem DEO semper quod iustum est. Præterea quod diuiti possessio agri & domus est, hoc & pauperi mensura vini, & tritici, & panis pondus est, & alia ex quibus vitam quotidianam ducit. Sed nec iniustum in iudicio mentis faciamus, nec mensuras & stateras eius, quæ naturaliter nobis insita est iustitiæ corrumpamus, aliter nostra, & aliter proximi peccata iudicantes. Ait enim Dominus. *In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* (Matth. 7.) Quod ipse interpretans, quemadmodum deberet intelligi subdidit. *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non vides.*

H

Sed nec in ponderibus & stateris & mensuris diui-

A nis [illegible] iustas stateras & mensuras & pondera, id est, [illegible] scripturæ diuinæ custodiamus. Nulla enim eis statera [illegible] aut pondus super imponere proprium, & neque hoc [illegible] Pharisæi patiamur. De quibus Dominus in Euangelijs dicebat: *Quare transgredimini mādata Dei propter traditiones vestras.* Illa enim ad memoriam nostram quia hæc locutus est, lex reuocans subdidit: *Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Aegypti: Custodite omnia præcepta mea, & vniuersa iudicia & facite ea.* Euangelica mandata demonstrans, quæ ex auctoritate Dominus præcepit.

Matth. 15.

Capvt XL

Idolo Moloch non immolandum. Magis non adhærendum, parentibus non maledicendum.

Leu. ca. 20.

L*Ocutus est Dominus ad Moysen dicens: Hæc loquere filijs Israel: Homo de filijs Israel & de aduenis qui habitant in Israel. Si quis* B *dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur. Populus terræ lapidabit eum, & ego ponam faciem meam contra illum, succidamque eum de medio populi sui: eo quod dederit de semine suo Moloch, & contaminauerit sanctuarium meum, & polluerit nomen sanctum meum. Quod si negligens populus terræ, & quasi paruipendens imperium meum dimiserit hominem qui dedit de semine suo Moloch, nec voluerit illum occidere, ponam faciem meam super hominem illum & cognationem eius, succidamque ipsum, & omnes qui consenserunt ei vt fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui.*

Isichius.

Cuius rei gratia de ijsdem bis & ter aliquando lex præcepit, frequenter in præcedentibus diximus; quia propter memoriam legentium hoc faciat. Vnde eadem recapitulans mandata, noua quædam eis interserit, vt non superflua videatur legum repetitio, & inquisitione nouorum, etiam anterioribus studiosius intendamus. Huius rei gratia actiones quasdam in præteritis prohibens, pœnam earum tacuit, vt quæ sit hæc vel qualis quærentes, ea quæ inferius iacet, scrutemur. In his enim pœnas inferunt, quas tunc prætermisit. Olim ergo prohibens de semine suo
C Moloch, siue secundum Septuaginta principi, dari. Erat autem hoc idoli cuiusdam vel dæmonis nomen. Secundum quod Stephanus Amos introduxit dicentem: *Et recepistis tabernaculum Moloch, & sydus Dei vestri Remphā, figuras quas fecistis vt adoretis eas.* Est autem Moloch vel Melchom:
R. vt sæpe etiam legitur idolum Ammenitarum, quod interpretatur *rex vester*, & sydus Dei vestri Remphan, id est, *factura vestra*, vobis pro Deo suscepistis. Significat autem luciferum, cuius cultui Sarracenorum gens, ob honorem veneris erat mancipata. Nunc ergo idipsum rursus contestans contra peccantem, iudices, vltoresque non solum principes populi, sed & totam Synagogam & populum facit. *Populus* [illegible], inquit, *terræ lapidabit eum.* Nec his contentus addidit: *Et ego ponam faciem meam contra illum, succidamque eum de medio populi sui*, per hoc omnes erigens & prouocans contra eum qui talia commisit. Sed & rectorem iudicens, si negligentior, & non cum studio præceptam pœnam suis in eum exsecuerint manibus, vtpote irritatum irato Deo, [illegible] ipse aperte prædictam sententiam contra eum ferret. Cur autem? Quia de semine suo dedit Moloch, vt contaminaret sanctuarium meum, ac pollueret nomen san-
D ctum meum. Quicunque enim filium, aut cognatum, aut discipulum, aut amicum, aut quemcunque de [illegible] nomine vel cognatione, aut doctrina, principi sæculi huius qui nunc operatur in filijs diffidentiæ dederit, vouens eum & consecrans dæmonibus, hic quidem ad sacra dæmonum, alter autem mixta vitijs nubebat, vita. Vtrumque enim erat paganis consuetudo, & his qui in errore illorum labebantur. De quibus Deus per Amos dicit. Quia [illegible] cum fornicarijs corrumpebantur, & cum effeminatis sacrificabant. Polluit Dei sancta: quomodo? quia polluit nomen sanctum eius.

Isich. m.

Contaminat ergo & polluit nomen eius, qui ei dedit imaginem, & per hanc ipsum qui sanctificauit, qui & spiritum [illegible] ex sua gratia insufflauit: quia spiritum [illegible] & aducto Deo corrumpitur, & dominicam imaginem in dæmonum seruitutem redigit, regalemque [illegible]

pot[illegible] per[illegible] populum [illegible] ne & de d[illegible] [illegible] tibus. in [illegible] confuetacit cum [illegible] discipulus [illegible] vel cognatus [illegible] deuotum [illegible] siue [illegible] principis huius sæculi efficien. *Radix enim* [illegible] *cum auaritia quæ est idolorum seruitus.* [illegible] & contra [illegible] docere, [illegible] eius actiones, suadens turpitudinem, [illegible] Dei, id est, signatorum Deo corpora, [illegible] plum Dei & Spiritus sancti [illegible] habitaculum. [illegible] ens qui sic mala & abhominabilia operibus au[illegible] cent, non vnius præcep[illegible], se[illegible] pote omnium inimicus & aduersarius, [illegible] sicut prædictum est, nocens. *Quod si negligens populus terræ & quasi paruipendens imperium meum, dimiserit hominem qui dederit de semine suo Moloch, nec voluerit illum occidere*, id est, [illegible] qui nutriti sunt in [illegible] negle[illegible] eum qui [illegible] docet. Hæc est enim via & recta terra, de qua ait David:
Spiritus tuus bonus deducet me in terra recta, quia [illegible] maxime tale peccatum non exequi & impunitum dimitti. Quid est quod sequitur, *& super cognationem eius* [illegible] videlicet qui student similia, qui cognati sunt propter similitudinem actionis & doctrinæ. Ait ergo: *Succidamque ipsum & omnes qui consenserunt ei, vt fornicarentur cum Mo*[illegible]*, de medio populi sui.*

Psal. 14[illegible]

Malum est enim permittere aut consentire [illegible] eo qui foris sunt fornicari a DEO & adhærere intelligibili principi: multo magis autem de medio populi sui, hoc est enim totum gregem lupis cedere, & omnes oues feris tradere. Siquidem de medio populi inimicis capere permittimus, aut ii manum porrigimus rapienti. Qui [illegible] sentit & tacet accusare eum, quem arguere necesse est, vel ammonere, vel increpare, hic non effugiet diuinum iudicium. Ponit autem faciem suam super eum Deus, illa de qua Dauid dicebat: *Vultus autem Domini super facientes mala, vt disperdat de terra memoriam eorum.* Non solum ergo qui talia faciunt, sed & qui consentiunt facientibus. Sequitur:

Anima quæ declinauerit ad magos & ad ariolos & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. Sanctificamini & estote sancti, quia ego Dominus Deus vester. Custodite præcepta mea & facite ea ego Dominus qui sanctifico vos. Non qualecunque peccatum [illegible] declinare ad magos, siue vt Septuaginta [illegible] ventriloquos vel veneficos prædiximus. In vtroque enim [illegible] Deo recedit, siue sensibiles phitonicos & veneficos, siue intelligibiles dicas, id est eos qui in nomine De[illegible] prophetant, deceptores & [illegible] qui [illegible] ibus, auditus multorum corrumpunt, vt à veritate quidem auditus auertant, ad fabulas autem & errore con[illegible]tantur. Et propterea ponere faciem suam iudex, & disperdere eos de populo suo comminatus est. Addidit [illegible]: *Sanctificamini, & estote sancti*: ostendens, quia quo[illegible] illos secuti sunt, polluti sunt & abhominabiles, atque immundi, vtpote quia abominabilibus [illegible] prauis [illegible] tibus consenserunt, insuper addidit: *Custodite præcepta mea & facite ea*: Manifestans & per hoc quod præuaricationem illi præceptorum Dei doceant, siue legem doceant, siue diuina se interpretari mandata fingant, & propterea eos & sequaces eorum auersatur. Se[illegible] br[illegible] [illegible] sionem verbis addidit dicens: *Ego Dominus qui sanctifico vos*

2 Tim. 4.

H id est, cur cum his qui alia contra meam [illegible] meam doctrinam dicunt, corrumpimini? *Ego enim sum Dominus qui sanctifico vos.* Sequitur:

Qui maledixerit Patri suo, & matri, morte moriatur. Patri matrique qui maledixerit, sanguis eius sit super eum, siue (vt Septuaginta) *reus est*: vt hoc nomen ad ipsum De[illegible]. Esaias enim dixit: *Nunquid non Deus vnus fecit vos, nunquid pater omnium vestrum*: Et rursus: *Domine Pater nos*[illegible]*, nos* [illegible] *latum, & tu fictor noster, & opera manuum* [illegible] *omnes.* Recte ergo quicumque Patri detrahit [illegible] te mulctatus est. Ingratus est enim nat[illegible] blasphemat, per quos à Deo esse percep[illegible] qui mediantes generati sumus. Et innuitur [illegible]

Isichius.

Esa. 64.

A vt labores, quos patiuntur in nostra generatione taceamus. Nam quia maximam pœnam contra hunc, qui huiusmodi est, id est, mortem præcepit. Ostendens quia valde recte & rationabiliter talem se pœnæ scripsisse sententiam subdidit: *Patri matrique qui maledixerit. sanguis eius erit super eum*, vel sicut Septuaginta: *reus est*: ad satisfaciendum de pœnæ magnitudine mentionem, & recapitulationem faciens peccati. Si ergo hæc in eo, qui sensibiles maledicit patres, multo magis qui blasphemat Christum. Ipse enim nos spiritaliter regenerauit. Igitur qui eius mysterium & gratiam iniuriat baptismatis, non obediens voci dominicæ. *Si quis non fuerit regeneratus ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cælorum*, hic morte moritur pessima, alienatus à regno cœlorum, & æternæ vitæ detrimentum sustinens. Qui & propterea reus est, quia prædicante Domino & prædicante, nihil durum nec graue, neque quod temporis & materiæ aut artis disciplinæ egeret, sed tantummodo mundi cordis & fidei, iste sponte hoc Domini auersatus est.

Ioan. 3.

B

Capvt XII.

Prohibetur adulterium & fornicatio, addita pœna præuaricationibus.

Leuit. c. 20. — Augustinus

SI mœchatus fuerit quis cum vxore alterius: & adulterium perpetrauerit, cum coniuge proximi sui: morte moriatur, & mœchus & adultera. Hoc est, qui adulterauerit, & quæ adulterata est. Hic aliquid distare voluit inter quemlibet virum & proximum, quamuis multis locis proximum pro omni homine ponit. Sed quæ est ista locutio, vt cum iam dixisset de viro, hoc idem repeterit de proximo, cum sit consequens, vt multo magis ab vxore proximi abstinendum est, si ab vxore cuiuslibet viri abstinendum est? Nam si prius de proximo dixisset, ne putaretur vxorem licere adulterare, non proximi addendum fuit de quolibet viro: Nunc vero si quod minus est non licet, quanto minus licet quod maius malum est? Nam si non licet adulterare vxorem cuiuslibet viri, quanto magis proximi?

C An forte ista repetitio tanquam exponit quid prius dictum sit vt ideo intelligat homo quantum malum sit, adulterare vxorem viri, quia si hoc fecerit, vxorem proximi adulterat.

Proximus est enim omnis homo hominis. Quantum ergo sensibile adulterium malum, tantum est intelligibile deterius: Nam illi carni, hi autem spiritui contumeliam faciunt, & hi homini, illi autem ipsi DEO. De quibus Oseas dicit: *Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente*: in corde suo adulterium intelligibile accusans. Ab omni enim populo Iudæorum hoc committebatur, corrumpente legem, legisque dogmata. Quicumque ergo illos viri, de quo ait Paulus: *Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo*, mœchatur mulierem, videlicet Ecclesiam, de qua idem ait: *Viri diligite mulieres vestras, sicut & CHRISTVS dilexit Ecclesiam.* Mœchatur autem verbis turpibus disseminans non eam doctrinam propriam & non CHRISTI, sicut ait Paulus, *Turpis lucri gratia.* *Morte moriatur & mœchus & adultera*, id est, qui alienum superseminat verbum & Ecclesia, quæ eo se talia patitur seminari. Hanc enim sicut diximus vxorem intelligamus: Primum quidem veri coniugis videlicet CHRISTI, deinde & coniugem eius, cui à CHRISTO credita est Ecclesia, sacerdotis aut forte doctoris. Quotquot enim æmulando Christum, & ad suum odium verbum corrumpunt, circa fidem naufragantes.

In hiero. — Osea 7. — 2. Corin. 11. — Ephes. 5.

D

Sicut Hymenæus & Alexander, quos tradidit Paulus Sathanæ, vt discerent non blasphemare; horum adulterium in personam Christi reputatur: Quicumque autem æmulatione hominum, qui regendas Ecclesias sunt sortiti, tale quippiam faciunt, vt eorum doctrinam subruant, quod Paulus Alexandrum fecisse dixit ærarium.

1. Tim. 1. — 2. Tim. 4.

Ait enim, *Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, reddat ei Dominus secundum opera sua, quem & tu deuita. Multum enim restitit verbis nostris.* Horum adulterium in proximum reputatur eorum sacerdotem videlicet siue conductorem propter cuius æmulationem ad talem insaniam progreditur. Sed & huius mors est pœna, quam & si non specialiter contra Christum, tamen contra hominem contendens, corrumpit Christi opus, gregemque dispergit, propter quod socius eius efficitur pœnæ, quicumque ab eo corrumpi se patitur. E

Ibidem

Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam Patris sui, morte moriantur ambo: Sanguis eorum sit super eos. Si quis dormierit cum nuru sua, vterque moriatur, quia scelus operati sunt, Sanguis eorum sit super eos.

Isichius

Dicta sunt hæc in hoc Leuitici libro à legislatore superius, sed illic quidem, *non reuelabis turpitudinem Patris tui & matris*: nec non sororis & nurus & reliquorum per ordinem dixit: quando & nos hæc exponentes, non solum turpis cognatorum & nefariæ commixtionis auersationem, legem præcipere: sed & de non reuelandis quæ cognouimus, neque quæ diffamandis carnalium spiritaliumve cognatorum peccans, dicta esse exposuimus. F

His autem DEVS, *Si dormierit addidit, illum* procul dubio deducens ad medium, qui eandem actionem prauam quam proximum egisse cognouit, nihilominus agit, nec peccati societatem erubescens, etiam si exstitit proditor, in quo & mortis pœnam legislator recte definiuit. Bene autem nouercæ nurum coniunxit, quia hoc quidem in patre à filio delinquitur, illud autem in filium à patre. Similis autem impietas est filium patris, aut patrem filij denudare siue diffamare peccatum: cum & ipsi in similibus deliquerunt. Ad quos Paulus dicebat. *Propter quod inexcusabilis es ô Homo omnis qui iudicas: In quo enim alium iudicas, teipsum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas.*

Rom. 2

Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, vterque operatus est nefas, morte moriantur: Sit sanguis eorum super eos: Quia iniuria naturæ est hoc peccatum ostendit, tam nouitas eius, quam facinus: Ergo non frustra pœnam in illo mortis lex decreuit. Nos autem huiusmodi & auditum auersamur. Caueamus autem & eum, qui fortis est animo, atque ideo appellatur masculus. Vir enim vbique in diuina scriptura perfectus virtutibus nominatur, vnde & Paulus ait: *Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Caueamus ergo verbis incongruis effœminare vel actionibus & dissoluere huius animæ virtutem, dum cum eo videlicet & nos dissoluamur, vtriusque enim sicut ceteris, pœna mors est. Sequitur:

Isichius. — G — Ephes. 4

Qui supra vxorem filiam duxerit matrem eius, scelus operatus est, viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri.

Isichius

Nimis recte sic sœuam pœna huic minatus est delicto: Eos enim, qui ex matre geniti sunt, ab his, qui à filia geniti sunt, cum vnus sit Pater, incertum est vtrum fratres an auunculos oporteat appellari: nam cum Pater vnus sit, fratres eos cogit æstimari. Ex duabus autem parentibus cum vna sit mater, alia filia, auunculos hos, qui de matre sunt, geniti, ab his qui nati sunt de filia compellit necessitas appellari. Et hoc quidem valde secundum litteram custoditur, & cauenit huiusmodi incesta commixtio generisque confusio. Quia autem omnis peccati mater concupiscentia est, oportet & hoc præuaricari, vt si qua nobis peccati concupiscentia sit, vsque ad hanc resistamus, & non ei coniungamus actionem. Qui autem coniungit, in igne incenditur, non solum autem ipse, sed & desiderium peccati, insuper & actio ipsa. Quo igne? De quo dixit Christus. *Ignem veni mittere in terram & volo vt accendatur*, id est, ad ministrationem spiritus, qui ipsos peccatores de medio auferret, eorumque peccata. *Si enim spiritu* ait Paulus *facta carnis mortificaueritis, viuetis.* H

Luc. 12

Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur, pecus quoque occidetur: Et mulier, quæ succubuerit iumento, simul interficietur cum eo, sanguis eorum super eos.

A Quæritur quomodo sit reum pecus cum sit irrationale, nec vllo modo legis capax? An quemadmodum transferuntur verba modo locutionis, quæ Græce appellatur Metaphora, ab animali ad inanimale sicut dicitur, improbus ventus, vel iratum mare, ita & hic translatum est, à rationali ad irrationale. Nam pecora inde credendum est iussa interfici, quia tali flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriam.

Isichius. Nimia contra populum Iudæorum legislator vtitur districtione, quia in tantum iniqui atque libidini dediti erant, vt ad externas etiam concupiscentias aberrarent, & propterea cum quadrupedibus viri mulierisque commixtionis mentionem faciens, mortis esse huiusmodi pœnam demonstrauit. Tu autem forsitan superfluam esse fidelibus hanc legem iudicabis. Neque enim, inquis, è gente huiusmodi iure censeri. Non autem est superflua, sed nimis eius nos iuuare spiritalis potest contemplatio. Si quadrupedia voluptates prauas & deorsum tertá continentes intelligamus, vtpote omni humana carentes a-

B ctione, & propterea appellatas quadrupedia, quia quadrupedia manus sicut homines non habent, atque ideo maxima nostra cognatione carent. Quicumque ergo vir aut mulier ad alienigenas voluptates in tantum incumbit, vt nec quidem per desidiam ab eis capiatur, sed immo valde [illegible] cohæreat & cum eis cocat, vt commixtionem cum eis diuturnam & perseuerantem habeat, reus est is, qui talis est mortis. Hic est enim nefariarum libidinum finis, qui operantibus eas punitus recte ipsæ enim mori dicuntur. Neque enim per se subsistentes, quia nulla est peccati substantia in peccatoribus operantibus, quibus tamen perditis, & ipsi simul pereunt. Sequitur:

Qui acceperit sororem suam filiam Patris sui, vel filiam matris suæ, & viderit turpitudinem eius, illaque conspexerit fratris ignominiam, nefariam rem operati sunt: occidentur in conspectu populi, eo quod turpitudinem suam mutuo reuelauerint, & portabunt iniquitatem suam.

Augustinus Quid ait in hoc loco viderit: nisi concumbendo cognouerit, sicut in lege dicitur: *Cognouit vxorem suam:* pro eo quod est, mixtus est ei. Et quid ait: *Peccatum suum accipient*, cum de pœna eorum loqueretur, nisi quia & ipsam pœnam peccati, peccatum voluit appellari. Tolerabile esse

C hoc à multis putabatur, sororibus filiæ patris vel filiæ *Isichius.* matris misceri, quia & Abraham de Sara dicebat: *Soror mea* *Gen. 12.* *est*, ex patre & non ex matre: quod quidem non omnimodo sic est sicut habere putatur historia. Nam eos qui ex Thare patre Abraham geniti sunt, Moyses narrans nusquam Saræ mentionem fecit. Quod si & sororem suæ Abraham [illegible] psit, ante tamen quam cognosceret Deum? Malum est ergo sororibus coniugij societate misceri, vnde illud lex prohibuit. Cum ergo hæc sic se habeant, nullatenus à prædicta contemplatione recedamus. Turpitudinem autem sororis ex patre, aut ex matre, reuera illum intellige videre & accipere, qui turpem actionem à patre aut matre, id est, in qua pater aut mater deliquit, non solum videt, sed & accipit per similem, & parem actionem, & nefarium est, hic non solum perscrutans quæ non oportuit, sed & superædificans & coniungens se perpetratæ à parentib. prauitati, quam sororem eiusq. prauitas appellatam. Sed vt quid diffamauit eam & disseminauit? Latentia n. plurimos parentum peccata diffamant filij, quando agunt similia:

D vnde hunc qui talis est, disperdi in conspectu populi, vel sicut Septuaginta: *in conspectu filiorum generis sui*, id est, videntibus similia cogitantibus præcepit. Hi enim filij generis eius recte dicuntur. Cur autem in conspectu horum, vt vnius pœna & cæteri pudicitiam discant. Interempto autem peccatore & peccatum simul interit, quemadmodum semel in præcedentibus diximus. Sequitur autem:

Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui. A menstruata abstineri legislator non frustra præcepit, [illegible] hominem suadens à spurcitia [illegible] quæ eum diligentiam habere, ex qua sanctificet [illegible] volens, & non in modum pecorum coniungi mulieribus misceri, & ad communem corruptionem

[illegible]care, sed ex [illegible] abstinentiam. Sed quemadmodum disperdi [illegible] præcepit, cum purgationem ei qui [illegible] menstruata superius indixisset. Dixit enim: *Si coierit cum [illegible] tempore sanguinis menstrualis, immundus erit septem diebus* [illegible] inde post hæc purgationum sacrificia [illegible] *Ista est lex ei, qui fluxum seminis patitur, & quæ [illegible] sanguinis fluxum patitur, in menstruis suis, [illegible] fluxu seminis in fluxu suo masculi & fœminæ & vero si dormierit cum menstruata, sic purgari*, & hunc sicut & alios non puni[illegible] ergo contemplemur menstruatam gentilium sapientiam [illegible] longe enim à Deo, sed & de volatu auium & cursu [illegible] rum & mensuris cœli dicens atque docens. Cum [illegible] pessimum est dormire, id est, delectari in ea, & [illegible] sed & reuelare & palam proferre turpitudinem eius [illegible] dendo eas quæ apud eum sunt electas & errores quo [illegible] ber & fontem totius erroris exponentem: quia [illegible] publicatis reuelat & ipsa fluxum sanguinis sui, id est, e[illegible] quæ sunt de sacrificijs idolorum subintroducens: propter quod

F non simpliciter dixit, *interficientur*, sed addidit: *de medio populi sui*, vel secundum Septuaginta *ex genere suo*: quia qui sapientiam tradit gentilium, quæ præuaricatur creatorem nostrum, & scientiam eius, & pietatem, non est iustum iam vt nominetur homo, sed & imaginem Dei semetipsum ignorando, creatorem priuauit, & ideo interficitur de medio populo, siue de genere suo, vt non iam sapientia nominetur, sed careat quod habuit falso nomine atque ficto, teste Paulo qui ait: *Sapientia huius mundi, stultitia est* *Cor.* *apud Deum.*

Turpitudinem materteræ & amitæ tuæ non discooperies, qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudauit, portabunt ambo iniquitatem *Isichius* *suam.* Nec sororib. præcepit eorum qui nos genuerunt commisceri, tam propter generationes, vt non confundantur, quam vt competentem reuerentiam parentibus conseruemus, propter eos & à sororib. eorum abstinentes, quod similiter & secundum spiritum intelligis, vt non solum velentur parentum peccata silentio & tradantur obliuioni, sed & eorum, qui eis sociati sunt, vnde & eorum fra-

G tres esse dicuntur. Sileamus autem illorum peccata, quia nudatis illis latere nec parentes possunt, vnde ait: Ignominiam carnis suæ nudauit. Qui autem hoc faciunt, cui pœnæ submittuntur: *portabunt ambo*, inquit, *iniquitatem suam*, Septuaginta autem addunt, *sine filijs morientur*, quia non inuicem sua pondera portant, sed diffamant atque disseminant cognatorum, tam secundum carnem quam secundum spiritum peccata, sine virtutib. morientur: quod est pessima sterilitas, filij etenim nos tempore iudicij non iuuant, virtutes autem iuuant, quarum causa videlicet coronamur: quarum sterilitate animam ægrotare miserrimum est. Ornari autem huiusmodi filiorum generatione beatitudinis est: Et hoc est cum Esaia dicere: *A facie tua Domine concepimus & quasi parturiuimus & peperimus spiritum salutis* *Isa. 26.* *non fecimus in terram*, & hæc intelligis & quæ subsequuntur.

Qui coierit cum vxore patrui vel auunculi sui, & reuelauerit ignominiam cognationis suæ, portabunt ambo peccatum suum. Absque liberis morientur. Secundum aliam editionem ita legitur: *Quicumque dormierit cum cognata sua, turpitudinem cognationis suæ reuelabit, sine filijs morientur.* Quærimus quousque

H sit intelligenda ista cognatio, cum ex longo gradu liceat vtique accipere vxorem, semperque licuerit. Sed intelligendum est, ex his gradibus quos prohibuit non licere, & secundum ipsos dictum: *Quicumque dormierit cum cognata sua*, vbi & aliqua non commemorata intelligenda dimisit, sicut sororem de vtroque parente, sicut vxorem fratris matris, id est, auunculi. Nam de vxore patris primum prohibuit, quamuis hæc non [illegible] gnata, [illegible] affini[illegible] perhibetur. Sed quid est, *sine filijs [illegible]tur*: cum [illegible] hi ex huiusmodi coniunctionibus ante nati sunt, & hodieque nascantur? An hoc intelligendum est lege Dei constitutum, vt quicumque ex eis nati fuerint, non deputentur filij, i. e. nullo parentibus iure succedant. Sequitur:

Qui duxerit vxorem fratris sui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui reuelauit, absque filijs erunt. Ostendit ergo legi- *Isichius.* lator, quia maxime filiorum causa [illegible] creatore, societate

A pr pit naturam coniungi. Ea quippe, quæ nunc tanquam abominabilia, incongru quæ prohibuit. Est enim reuera incongruum, & iumentorum vitæ proximum, vxoribus fratrum & cognatorum vicinorum [illegible] cet commisceri. Et hæc in alia parte legis, id est, in libro Deuteronomij, non solum præcepit, sed etiam compulit dicens: *Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absq; liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui*, & his similia. Cum autem frater non fuerit, auunculum aut eum, qui aliter est ex patris cognatione ducere mulierem, defuncti sine filijs, præcepit. Quemadmodum & Booz Ruth secundum legem cognationis accepit: sic libidinis quidem causa fugit cognatorum commixtionem, societatemque prohibet. Quando autem rursus oportet à tribulationib. subleuare vel casib. præcipit & vult nuptias, non in pollutione corruptionis, sed ad successionem generis coniungi. Propter quod & eum, qui sic miscetur, sine filijs mori præcepit.
B Ait enim: *Absque filijs erunt*: quia filiorum procreationes legem male vtendo confudit. Quid ergo est mori sine filijs? Hoc enim in hac lege quærere, maxime necessarium est: verum filios eorum, qui vxoribus fratrum auunculorumque nupserunt, interimi præceperit: Et quomodo ait: non morientur patres pro filijs, nec filij pro patribus? Sed nullatenus eos mori præcepit: Sine filijs autem illos mori dixit, secundum Septuaginta duntaxat interpretum editionem: vt non reputetur eis filiorum successio: nec filijs suam relinquant hæreditatem. Hoc autem ostendit etiam Symmachus, edens planius: Sed & Theodotion, qui pro eo quod dictum est: *sine filijs morientur*: *sine filijs erunt*, vterq; ediderunt. Vnde & spiritalem interpretationem & resolutionem similem habet superioribus. *Custodite leges meas atque iudicia & facite ea, ne & vos euomat terra quam intraturi estis & inhabitaturi*. Non nobis sufficit partem quandã conseruare legis, nec vnum aliquod mandatum ad correctionem vitæ peragere: sed omnia præcepta & iudicia custodire necesse habemus, quæcumque a Deo iussus legislator scripsit. Hæc enim dicit præcepta, vel de quibus ipse dubitans inquirebat Deum, & illo didicit iudicante, sicut in filio Israelitidis mulieris, qui locutus est blasphemiam. Leges enim, quæ ita prolata sunt, iudicia nominat. Per hæc autem totam hanc legem breuiter significauit, de qua nihil oportet transgredi, vt non eijciatur, id est, proijciatur præuaricator. Hoc est enim emouere. Quod & Symmachus, similiter Theodotion *alij eri* edidit. Euomi autem vnde? De terra videlicet, in qua nos Deus introduci promittit. Quæ sit autem hæc, ex subsequentibus disce.

Capvt XIII.

De possidenda terra, & cauenda omni immunditia.

NOlite ambulare in legitimis nationum quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt, & abhominatus sum eos. Vobis autem loquor, possidete terram eorum, quam dabo vobis in hæreditatem terram fluentem lacte & melle: Ego Dominus Deus vester, qui separaui vos a cæteris populis.

Non solum ad Iudæos hæc dicta sunt, quia ab omnibus gentibus propter circumcisionem, & legem: Moysis separatos se esse credunt, sed ad omnes qui accedunt seruire Deo. Hoc enim ambulare maxime in gentium legitima non licet. Gentium autem siue nationum quarum: *Quas ego expulsurus sum ante vos* Quod cæteri interpretum ediderunt. *Quas eiicio ego à facie vestra*. : Septuaginta autem, *à vobis*, id est, dæmonia: Hæc enim à facie fidelium expulit, dominanti eis prius, cum in impietate persisterent & nec vnus vir, [illegible] d multis vni duminabantur, Quod probat Maria Magdalenæ *de qua septem eiecit dæmonia*. Et qui vinctus erat cathenis, dicit enim ei: *Legio nomen est mihi, quia multi sumus*. Hæc ego, quæ lex prohibuit ab illis commissa sunt, aut plus per se agentibus aut in hominibus operantibus, propter quod eos DEVS abhominatus est, & nos in hæreditatem illorum introduxit, in terram fluentem lac & mel: Non dixit habentem, vt de hac [illegible] bili terra accipias, quod dictum est, sed fluentem. Quæ est autem terra quæ lac & mel fluat? delicias igitur dicit futuri sæculi, & bona, quæ nobis Deus post [illegible] one [illegible] rum donat, quæ lac & mel appellauit, quia ei nihil est stratus, in his quibus nunc vtimur cibi [illegible] n qu [illegible] sed & sine labore eorum cibus est: nullius operationis [illegible] l præparationis egens: Sic enim bona futuri sæculi sine labore erunt, & aliquo dolore, nullius studij, nullius apparatus, nullius operationis agentia. Et quis nobis hæc dat? Aperte sequentia verba legislatoris ostendunt. *Ego Dominus DEVS vester, qui separaui vos à cæteris populis*. Hoc autem Christus fecit:
E Ipse enim in Euangelijs ab omnibus gentibus non solum intelligibilibus, sed sensibilibus distinguit eos, qui meum credunt Ait enim: *Ne cogitetis dicentes, quid comedemus aut quid bibemus, aut quid vestiemur. Hæc enim omnia gentes inquirunt.* Matth. 6.
Ergo aperte nos separatos esse à gentibus vult sublimiorem sectando conuersationem.

F *Separate ergo vos iumentum mundum ab immundo: Auem mundam ab immunda. Ne polluatis animas vestras in pecore & in auibus, & cunctis, quæ mouentur in terra, & quæ vobis ostendi esse polluta. Eritis sancti mihi: quia sanctus sum ego Dominus, & separaui vos à cæteris populis vt essetis mei.*

Iumenta siue pecora, quia populares homines intelligat lex, volatilia autem contemplatores, qui ad sublimitatem vacant scientiæ, aperte à nobis & cum quibus oportebat scripturarum probationib. ostensum est, cum de sacrificijs & cibis quadrupedum volatiliumque diceremus: Quia ergo omnis popularis mundus propter simplicitatem à pluribus iudicatur, similiterq; & qui ad scientiam diuinam semetipsos tradere, atque occupare videntur, quod non ita se habet. Oportet enim popularem, prudentem esse in bono, in malo autem sicut ait Paulus, simplicem. Hic enim, qui talis est, mundus est: qui autem talis non est, immundus est. Sed & qui contemplandis diuinis vacat, necessarium habet mundum cor, mundamque conscientiam, & fidem non fictam. Qui autem hæc non habent, in vaniloquia conuertuntur, non intelligentes neque de quibus loquuntur, neque de quibus affirmant, sicut ad Timotheum scriptum est. Necessario ergo & horum, illorumque mundos separari præcepit, atque immundos, vt ab his abstineamus, illis commisceamur. Sed multam sapientiam suam etiam nunc legislator ostendit, de quadrupedibus quidem & volatilibus ita distinguens: in reptilibus autem terræ non ita. Cuncta enim, quæ mouentur in terra immunda sunt, qui terrena videlicet sapit, cuius Deus venter est, qui veneno pascitur cunstuntarum in puluere voluptatum, de ipsis siquidem sicut terrenis distinctè narrat dicens: *Et cunctis quæ mouentur in terra, & quæ vobis ostendi esse polluta*. Ergo omnes, qui terrenis pascuntur actionibus, & si fidelium fingant habitum, vt immundi separati sunt, & inter immunda distincti sunt, à quorum nos omnimodo malis abstinere desiderat, propter quod addidit: *Eritis sancti mihi, quia sanctus ego sum Dominus*, qui forma vobis conuersationis effectus sum, qui tantum auersatus sum terrena,
H vt nec haberem, quo reclinarem caput, qui etiam meis discipulis mandaui: *Non possideatis aurum neque argentum, neque æs in zonis vestris, non peram in via, nec duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.* Intantum ergo eorum, quæ in terram repunt, nihil nos sapere aut agere studet. Matth. 10.

Capvt XIV.

De phytonicis, & pœna eorum.

VIr siue mulier in quibus phithonicus vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur, vel lapidibus obruant eos: Sanguis eorum sit super illos.

Hoc ipsum phythonicum esse vel diuinum, siue vt Septuaginta *incantatorem*: nimiæ iniquitatis est: Qui enim talis est, & ipse corruptus est, & alios proculdubio in sua iniquitate corrumpit, vnde præcepit lapidibus eum obrui, quia nec sensibile quid agimus, sed tabulas de

A corde veluti superfluos & vanos sermones, vel quædam quasi incantantia blandimenta incongruis doctrinarum sermonibus studeamus, vt popularium siue [illegible] plicium seducamus auditus, ad nutriendos vent[illegible] [n]ostros, atque explere nostras voluptates [illegible] altas talibus exquisitionib[us] cupientes. Aperte enim intelligibiles phythonicos [illegible] ptu[illegible]uos incantatores Romanis scribens Paulus vas electionis expressit.

Rogamus autem vos fratres vt obseruetis eos, qui dissensiones inter vos & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis faciunt, & declinate ab eis: Qui autem sunt hi, in subsequentibus explanauit: *Hi enim Domino nostro Christo non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentum.*

CAPVT XV.

Quomodo sacerdotes se habere debeant in morte ciuium, & ducendis vxoribus.

B
Leuit. 21. *Dixitque Dominus ad Moysen: Loquere ad sacerdotes filios Aaron, & dices ad eos: Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum, nisi tantum in consanguineis aut propinquis, id est, super patre ac matre, & filio & filia, fratre quoque & sorore virgine, quæ non est nupta viro. Sed nec in principe populi sui contaminabitur.* Septuaginta autem *non polluetur ex subito in populo suo ad profanationem suam.*

Hesichius. Litteram quidem à mortuorum pollutionibus fugere sacerdotes præcepit, sed non hæc est legis intentio, neque de hoc legislator loqui proposuit, sed aliquid maius intellexit, & quod nimis de sacerdotibus necessario diceretur: Quia cum ipsos inspicere quando negligunt populi peccata dicitur, secundum quod in Osea scriptum
Osee 4. est: *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum sublevabant animas eorum.* Non quidem omnia quæcunque populus peccat, ipsis oportet imputari: Sed intendenda est illa ab Ezechiele Propheta dicta diuisio: *Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum & annuntiabis
Ezech. 3. eis ex me: Si dicente me ad impium, morte morieris, non annuntiaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur a via sua impia & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris impio & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & via sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam saluasti.* Hoc
C autem apertius, sed & subtilius in præsenti legislator exposuit. *In animabus,* inquit, *non contaminentur inter ciues suos,* in quibus in peccantibus, videlicet quæ pollutione complentur, & alijs quidem secundum quosdam modos pollutionis auctores fiunt maxime tamen sacerdotibus & doctoribus quando eos neglexerunt: *Verumtamen in his,* ait, *non contaminetur in mortibus ciuium suorum,* id est, quando nihil inuenti fuerint, quod eis expediebat omisisse: Sed ipsi quidem quod ad se pertinuit fecisse, & Dei legem prædicasse, illi autem nolentes obedire, mortem sibimet conduxerunt inobedientia: Non ergo in his, hi qui præsunt polluuntur, sed *in propinquo & proximo suo, in patre & in matre, in filijs & filiabus, in fratre & sorore virgine, quæ non est nupta viro.*

D Oportet enim sacerdotem diligentiam adhibere & populo vt non peccet: sed præcipuè domui suæ & cognatis. Propter quod Paulus ait: *Hæc præcipe vt irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum & maxime domesticorum curam
1. Timot. 5. non habet, fidem negat, & est infideli deterior.* Et rursus: *Si autem quis suæ domui præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei curam habebit?*
1. Tim. 3. In filio, & filia, & fratre & sorore virgine videlicet peccantibus, necessario sacerdos polluitur, vtpote, qui debet quotidie, sed & omni hora ea, quæ ad [sal]utem pertinent eos instituere & vigilare circa eos vt non peccent, talia quæ morte sunt digna. Hoc autem ipsum & in matre, & in Patre intelligendum est. Filium quippe doctorem Patris matrisque, sacerdotalis dignitas facit: Dicens quidem sororem, quæ nun est nupta [v]iro, osten[d]it per hanc, quia si cognati sacerdotis semetipsos separauerint, & domus quodammodo al[iæ], semetipsos separantes facti fuerint, nullam patiuntur in peccantibus his pollutionem: Quamdiu autem [illegible] ra[illegible] [illegible]tionis lege [illegible] ust [illegible] onis [illegible] recte participe[s] essi[illegible] rat[illegible] in peccata vtpote [illegible] h[illegible] eis & contaminationis cau[illegible] quod [illegible] his contaminarent[illegible] [illegible]b[illegible]equenter [illegible] cundum Septuaginta, *non polluetur* sub[illegible] n[illegible] ad profanationem eius. Q[uo]d [illegible] huc aliud [illegible] si quia polluitur quidem & [illegible] peccante[illegible] sed non subito. Quæ autem [pr]ecedunt [illegible] extra [illegible] pis, hæc non ilico sacerdotem contamina[nt] [illegible] q[illegible] do ipsi quidem permanserint in peccatis [illegible] sa[cer]dot[illegible] tem eos curare neglexerint. Non frustra autem [illegible] *profanationem*: sed illud per hoc verbum innu[illegible] quando sacerdos polluitur, secundum prædi[illegible] iam, populi peccati negligens. Videlicet & [illegible] quæ modis omnibus sacerdotem oportebat. P[illegible] d est, nudus sacerdotij dignitate: Inuenitur vnu[s] [illegible] multis. Profani enim hi, qui non sunt sancti [vo]car[i] [di]c[u]ntur, & multum recte, quia ea quæ sunt sacerd[otij] n[illegible] e gerunt. Sequitur:

F *Non radent caput nec barbam, neque in carnibus suis facient in-
Isidorus. cisuras.* Vinci à sacerdotibus etiam tristitiam, quæ de morte solet accedere, lex recte præcipit, vtpote qui [et] ipsi spem vitæ futuræ habent & populum docent. Sed [e]xtra hæc non solum in proprijs peccatis vigilare eo[s], & mentes habere sanas, sed etiam in alienis, in his, q[uæ] nunc dicta sunt euidenter præcepit. Quomodo autem dilec: Caput & barba sapientiæ est, & perfectionis nostræ signum: Propter quod caput nostrum appellatur Christus, in quo sapere debemus maxima quæque atque perfecta, teste Paulo, qui dicit: *Donec occurramus omnes in
Ephes. 4. virum perfectum, & mensuram ætatis plenitudinis Christi.* R[ectè] autem & barba significat perfectionem sapientiæ, quia in his, qui ad iuuenilem venerunt ætatem, & intelligere iam, quæ sunt vtilia valentibus, barba nascitur. Quoniam ergo mortuos peccatores non solum Dominus, sed & Paulus appellat, cum dicit: *Et cum essemus mortui pecca-
Ephes. 2. tis nostris conuiuificauit nos in Christo.* Non oportet sacerdotes maxime caput aut barbam radi super mortuum id est, super peccatorem. Neque enim oportet cogitatio-
G nes, quæ sicut capilli ornatus sunt capitis, & ipsæ ornatus sunt nostræ sapientiæ, quando tamen sunt ordinatæ atque sobriæ, sacerdotem corrumpere alio peccante, sed conseruare integros vt possit exhortari, obsecrare, arguere, increpare, secundum quod Paulus ad Timotheum scripsit: *Argue, increpa, obsecra, in omni patientia &
2. Tim. 4. doctrina:* Quomodo autem hoc fiat, subdidit: *Tu autem vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ.* Ergo sacerdos, qui non exhortatur, & arguit peccantem, non vigilat, qui autem non vigilat, radere caput & barbam secundum virtutem prædictorum, recte dicitur. Sed neque facere in carne sua concisiones super mortuo, sacerdotem decet, id est, non scandalizari in peccatore, nec offendere peccante aliquo, neque carnalem ex hoc sumere sapientiam ad incitationem similis iniquitatis: Incisura enim, sapientia carnis est, quod de Iudæis, qui carnaliter viuunt & sapiunt terrena, ait Paulus: *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.*

H *Sancti erunt Deo suo, & non pollueni nomen eius, incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt.* Quomodo polluunt sacerdotes nomen Dei, Malachias Propheta exposuit. *Vos sacerdotes qui polluitis nomen meum, &
Malach. 1. dixistis. In quo polluimus te? Offertis super altare meum panem pollutum,* & his similia addens subdidit: *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? & si offeratis claudum & languidum, nonne malum est?* Et rursus: *Magnum est nomen meum in gentibus dicit Dominus. Vos autem polluistis illud, in eo quod dicitis: Mensa Domini despecta est.* Ergo in peccato sacrificiorum, nomen Dei polluunt sacerdotes.

Sequitur porro:

Scortum & vile prostibulum non ducet vxorem, nec eam, quæ repudiata est à marito, quia consecratus est Deo suo. & panes propositionis offeret. Sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum Dominus qui sanctifico vos.

A Hebr.

Si ergo à Deo datam nobis sanctificationem nos sacerdotes custodiamus, sanctificamus per nostram sanctificationem eum, qui sanctus secundum naturam est. * Et nobis dumtaxat, qui in conformibus & participibus eius gloriæ voluit sanctificari, hac transformatione vsus est, quasi figurate & typice loquens: Veruntamen eos qui sanctificantur ab eo, scortum & vile prostibulum ducere non vult. Aperte contra Iudæorum Synagogam intendens: Quæ quia meretrix est, audi Dominum in Esaia dicentem: *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Syon, plena iudicij? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ.* Sed & in Osea: *Et auferam fornicationem eius, in medio eius, & adulterium eius de medio vberum eius.* Insuper & DAVID prædicat prophanationem eius. Ait enim DEO, *Prophanasti in terra sanctuarium eius, destruxisti omnes macerias eius.* Sanctificatio autem Iudæorum, synagoga eorum erat, proculdubio. In ipsa enim erat & sacrificium tabernaculi, in qua eorum consummabantur legitima. Ipsa est & repudiata à Deo tanquam à viro suo, qui ei per electionem vir factus fuerat, sed quia postea eam culpabilem repperit, propterea repudiauit. Quia autem omnino eiecta est, vocem audi, quam Oseas protulit: *Iudicate matrem vestram, iudicate quia ipsa non vxor mea, & ego non vir eius.* Audi autem & quam Esaias Propheta tradidit: *sic dicit Dominus. Quis est hic libellus repudij matris vestræ quo dimisi eam?* Vbi autem est repudium, & missio manifestum est: quia vxor erat, de qua hæc dicebat. Non vult ergo eam vxorem sacerdotem ducere, verum aliqua eorum, quæ ad eam pertinent legitimorum prædicet, nec vtatur eis, quibus illa secundum litteram vtebatur, id est, vt neque sacrificia irrationalium & purificationes sensibiles, in quibus intelligibilia credita sunt, agant.

Esa. 1.
Osea. 2.
Psalm. 88.

B

Osea 2.
Esa. 50.

Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violauerit nomen Patris sui, flammis exuretur. Graue est quidem etiam cuiuslibet viri lo micari filiam, maxime tamen sacerdotis: quia secundum quod dixit Paulus *Oportet sacerdotem filios habere subditos, cum omni castitate.* Ita vt non dicatur de eo quod sequitur: *Si quis autem sua domui præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei curam habebit?* Propterea Iudæorum Synagoga non solum vxor, sed & filia Dei appellata in Prophetis inuenitur. Sed vtrumque ipsa depravans, indigna donis apparuit, & proptetea aliena facta est, ita vt Deus per Esaiam diceret. *Relinquetur filia Syon sicut tabernaculum in vinea: & sicut tugurium in cucumerario. & sicut ciuitas quæ vastatur.* Ipsa profanata & adulterata est. De hac inuenies Deum per Prophetam in Osea dicentem, *filiis eius non miserebor, quia filij fornicationum sunt, quia fornicata est mater eorum.* Nam & igne exusta est, quod manifestat templum & ciuitas hæc Hierusalem antiqua, adhuc ostendens incendij reliquias. Ergo vera & irretractabilis est spiritalis legis contemplatio. Neque enim solum succensa est, sed secundum quod ait lex: *incendio exusta est.*

C

Esa. 1.

Oseas 2.

CAPVT XVI.

De eminentia pontificis ne polluatur, & vt virginem ducat vxorem, &c.

D

PONtifex, id est, *sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput fusum est vnctionis oleum, & cuius manus in sacerdotio consecratæ sunt, vestitusque est sanctis vestibus, caput suum non discooperiet, vestimenta sua non scindet, & ad omnem mortuum non ingredietur omnino: super patre quoque suo aut matre non contaminabitur. Nec egredietur de sanctis, ne polluat sanctuarium Domini, quia oleum sanctæ vnctionis Dei sui super eum est: Ego Dominus.*

Augustinus

Intelligitur ea quæ supra dixit, in luctu facere eum prohibitum, id est, caput nudare cydari, & vestimenta scindere. Vestimenta enim scindere lugentibus erat antiquorum, sicut de Iob scriptum est, cum ei filij eius ruina nunciarentur oppressi. Nudare autem caput cydari, propterea lugentis esse potuit, quia detractio est ornamenti. Quod vero ait secundum Septuaginta: *Super omnem animam mortuam non introibit*, quomodo dicat animam mortuam, corpus mortuum, difficile est intelligere: Ea tamen scripturarum est vsitata locutio, quæ nobis inusitatissima est. Nomen ergo rectricis suæ etiam corpus accipit anima destitutum, quoniam reddendum illi est, in resurrectione: Sicut ædificium quod appellatur Ecclesia, etiam cum inde Ecclesia exierit, qui homines sunt, nihilominus Ecclesia dicitur. Sed cum corpus non accipiat animæ nomen in homine viuente, quomodo tunc vocetur anima cum caruerit anima, mirum est. Porro si animam mortuam intellexerimus à corpore separatam, vt ipsam separationem, mortem dixisse videatur, id est, vt anima mortua sit, dirempta a corpore non natura sua perdita. Non enim & cum dicimur mortui peccato, natura dicimur interijsse, sed quod iam peccato non viuimus, vt sic intelligatur anima mortua, id est, corpore mortua, quod eo vti desierit, cum in sua natura viuat. Quomodo potest quisquam intrare super animam mortuam, quod sacerdos iste prohibetur, cum quisquis intrat, super mortuum corpus intret, non super animam, quæ discessit à corpore? An ipsam vitam temporalem, animæ vocabulo appellauit: Quæ vtique mortua est in defuncto corpore, anima illa migrante, quæ mori non potest, non quod ipsa vita anima fuerit, sed quod per animæ præsentiam subsistebat nomen eius acceperit sicut distinximus, cum de sanguine loqueremur: quod dictum est: *anima omnis carnis, sanguis eius est.* Est enim & ipse sanguis mortuus in corpore mortui. Non autem cum abscedente anima abscessit. Vetuit ergo scriptura summum sacerdotem etiam super Patris vel matris funus intrare, quod secundum non prohibuit. Sequitur enim:

Io. 1.

E

F

Super Patrem suum & matrem suam non inquinabitur. Ordo est autem verborum, super Patrem suum non inquinabitur, nec super matrem suam. *Et de sanctis non exibit* eo procul dubio tempore, quo suorum funera celebrantur: sicut eis septem diebus quibus sanctificabantur de sanctis est exire prohibitus. Non autem semper: sane si vxores ducere vel filios gignere non vetabantur, summi tunc sacerdotes, magna oritur quæstio, cum lex etiam coniugali concubitu immundum hominem dicat vsque ad vesperam, etiam cum abluerit corpus suum aqua, & iubeatur summus sacerdos propter incensum continuationis: bis in die quotidie intrare vltra velum vbi erat altare incensi, nec quemquam immundum ad sancta fas esset accedere, quomodo id quotidie summus sacerdos implebat, si filios procreabat. Nam si ægritudo illi accidisset, quis loco eius fungeretur? Si quis inquirat, responderi potest, quod gratia Dei non ægrotabat. Nunquid sic etiam de filiorum procreatione responderi potest? Vnde fit consequens vt aut continens esset aut diebus aliquibus intermitteretur incensum: Aut si illud intermitti non posset, quod non nisi per summum sacerdotem necesse esset imponi, non fieret immundus coitu coniugali, merito præcipuæ sanctificationis suæ. Aut si etiam ad ipsum pertinet quod de omnibus filijs Israel in consequentibus dicit, vt nullus eorum accedat ad sancta. Si cui aliquid acciderit immunditia, illud pro peccato restat accipere, quod nonnullis diebus non imponebatur incensum. Quod autem super funus Patris sui summus sacerdos prohibetur intrare, quæri potest, quomodo iam esse poterat summus sacerdos nondum mortuo Patre suo, cum eos patribus succedere iubeat? Ideo necesse erat nondum sepulto summo sacerdote, continuo substitui sacerdotem, propter continuationis incensum, quod per summum sacerdotem quotidie oportebat imponi. Quamquam de illa quæstio de ægritudine summi sacerdotis manet, siue moriturum necesse erat diebus aliquibus ægrotare, nisi forte & hoc ita soluatur vt dicatur, non solere summos sacerdotes nisi subito mori, non procedente ægritudine, sicut de ipso Aaron scriptura testatur. Aduertendum est quotiens dicit: *Ego Dominus qui sanctifico eum* loquens de sacerdote: Cum hoc etiam Moysi dixerit, *& sanctificabis eum.* Quomodo ergo & Moyses sanctificat & Dominus. Non enim Moyses pro Domino, sed Moyses visibilib. sacramentis per ministerium

G

H

A corde veluti superfluos & vanos sermon[illegible] vel quædam quasi incantantia blandimenta incongruis doctrinarum sermonibus studeamus, vt popularium s[illegible] plici seducamus auditus, ad [illegible]utriendos ventre nostros, atque explere nostr[illegible]s voluptates [illegible]llis talibus exquisitionibus cupientes. Aperte enim intelligibiles phythonicus & prauos incantatores Romanis scribens Paulus vas electionis expressit.

Rogamus autem vos fratres vt obseruetis eos, qui dissensiones inter vos & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis faciunt, & declinate ab eis: Qui autem sunt hi, in subsequentibus explanauit: *Hi enim Domino nostro Christo non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium.*

Caput XV.

Quomodo sacerdotes se habere debeant in morte ciuium, & ducendis vxoribus.

B Leuit. 21. *Dixitque Dominus ad Moysen: Loquere ad sacerdotes filios Aaron, & dices ad eos: Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum, nisi tantum in consanguineis aut propinquis, id est, super patre ac matre, & filio & filia, fratre quoque & sorore virgine, quæ non est nupta viro: Sed nec in principe populi sui contaminabitur.* Septuaginta autem *non polluetur ex subito in populo suo ad profanationem suam.*

Hesichius. Littera quidem à mortuorum pollutionibus fugere sacerdotes præcepit, sed non hæc est legis intentio, neque de hoc legislator loqui proposuit, [illegible]d aliquid maius intellexit, & quod nimis de sacerdotibus necessario diceretur: Quia enim ipsos inspicere quando negligunt populi peccata dicitur, secundum quod in Osea scriptum Osea. 4. est: *Peccata populi mei comedent & ad iniquitatem eorum sublenabunt animas eorum.* Non quidem omnia quæcumque populus peccat, ipsis oportet imputari. Sed intendenda est illa ab Ezechiele Propheta dicta diuisio: *fili hominis speculatorem* Ezech. 3. *dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum & annunciabis eis ex me: Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.* C *Si autem tu annunciaueris impio & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & via sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam saluasti.* Hoc autem apertius, sed & subtilius in præsenti legislator exposuit: *In animabus,* inquit, *non contaminentur in ciuibus suis.* In quibus in peccantibus, videlicet quæ pollutione complentur, & alijs quidem secundum quosdam modos pollutionis auctores fiunt maxime tamen sacerdotibus & doctoribus quando eos neglexerunt: *Veruntamen in his,* ait, *non contaminetur in mortibus ciuium suorum.* id est, quando nihil inuenti fuerint, quod eis expediebat omisisse: Sed ipsi quidem quod ad se pertinuit fecisse, & Dei legem prædicasse, illi autem nolentes obedire, mortem sibi et conduxerunt inobedientia: Non ergo in his, hi qui præsunt polluuntur, sed *in propinquo & proximo suo, in patre & in matre, in filijs & filiabus, in fratre & sorore virgine, quæ nondum est nupta viro.*

D Oportet enim sacerdotem diligentiam adhibere & populo vt non peccet: sed præcipuè domui suæ & cognatis: Propter quod Paulus ait: *Hæc præcipe vt irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum & maxime domesticorum, curam* 1. Timot. 5. *non habet, fidem negat, & est infideli deterior.* Et rursus: *Si autem quis suæ domui præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei curam habebit?* 1. Tim. 3. In filio, & filia, & fratre & sorore virgine videlicet peccantibus, necessario sacerdos polluitur, vtpote, qui debet quotidie, sed & omni hora ea, quæ ad salutem pertinent eos instituere & vigilare circa eos [illegible]t non peccent, talia quæ morte sunt digna. Hoc autem ipsum & in matre, & in Patre intelligendum est. [illegible] doctorem Patris matrisque, sacerdotalis dignitas [illegible]cit: Dicens quidem sororem, quæ non est nupta viro, ostendit pe[illegible]ne, quia si cognati sacerdotis semetipsos separauerint, & domus quodammodo alia, semetipsos separantes facti fuerint, nullam patiuntur in peccantibus his

E pollutionem: Quamdiu autem eis adhære[illegible] [illegible]ationis legem custodie[illegible] [illegible] [illegible] recte participes efficiun[illegible] [illegible] peccata vtpote cohabitantium possu[illegible] quod [illegible]is & contaminationis causam parit. Vnde [illegible] di[illegible], quod in his contaminarentur, subsequenter add[illegible] [illegible]undum Septuaginta, *non polluetur*, subito in populo suo ad profanationem eius. Quod p[illegible] hoc aliud oste[illegible] [illegible]i quia polluitur quidem & [illegible] populo peccante sacerdos, sed non subito. Quæ autem accedunt in extraneis culpis, hæc non ilico sacerdotem contaminant, sed quando ipsi quidem permanserint in peccatis, [illegible] sacerdotes autem eos curare neglexerint. Non frustra autem addidit: *profanationem*: sed illud per hoc verbum innuens quia quando sacerdos polluitur, secundum prædictam causam, populi pe[illegible]tis negligens. Videlicet & [illegible]on agens, quæ modis omnibus sacerdotem oportebat. [illegible] fanus id est, nudus sacerdotij dignitate: Inuenitur vnus & ip[illegible] de multis. Profani enim hi, qui non sunt sanctificati dicuntur, & multum recte, quia ea quæ sunt sacerdotis non e- F gerunt. Sequitur:

Non radent caput nec barbam, neque in carnibus suis facient incisuras. Vinci à sacerdotibus etiam tristitiam, quæ de morte Hesichius. solet accidere, lex recte præcipit, vtpote, qui & ipsi spem vitæ futuræ habent & populum docent. Sed extra hæc non solum in proprijs peccatis vigilare eos, & mentes habere sanas, sed etiam in alienis, in his, quæ nunc dicta sunt euidenter præcepit. Quomodo autem disce: Caput & barba sapientiæ est, & perfectionis nostræ signum: Propter quod caput nostrum appellatur Christus, in quo sapere debemus maxima quæque atque perfecta, teste Paulo, qui dicit: *Donec occurramus omnes in virum perfectum, & mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Ephes. 4. Recte autem & barba significat perfectionem sapientiæ, quia in his, qui ad iuuenilem venerunt ætatem, & intelligere iam, quæ sunt vtilia valentibus, barba nascitur. Quoniam ergo mortuos peccatores non solum Dominus, sed & Paulus appellat, cum dicit: *Et cum essemus mortui peccatis nostris conuiuificauit nos in Christo.* Ephes. 2. Non oportet sacerdotes maxime caput aut barbam radi super mortuum, id G est, super peccatorem. Neque enim oportet cogitationes, quæ sicut capilli ornatus sunt capitis, & ipsæ ornatus sunt nostræ sapientiæ, quando tamen sunt ordinatæ atque sobriæ, sacerdotem corrumpere alio peccante, sed conseruare integros vt possit exhortari, obsecrare, arguere, increpare, secundum quod Paulus ad Timotheum scripsit: *Argue, increpa, obsecra, in omni patientia & doctrina*: 2. Tim. 4. Quomodo autem hoc fiat, subdidit: *Tu autem vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ.* Ergo sacerdos, qui non exhortatur & arguit peccantem, non vigilat, qui autem non vigilat, radere caput & barbam secundum virtutem prædictorum, recte dicitur. Sed neque facere in carne sua concisiones super mortuo, sacerdotem decet, id est, non scandalizari in peccatore, nec offendere peccante aliquo, neque carnalem ex hoc sumere sapientiam ad incitationem similis iniquitatis: Concisura enim, sapientia carnis est, quod de Iudæis, qui carnaliter viuunt & sapiunt terrena, ait Paulus: *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.*

H *Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius, incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt.* Quomodo polluunt sacerdotes nomen Dei, Malachias Propheta exposuit. *Vos sacerdotes qui polluitis nomen meum, & dixistis. In quo polluimus te? Offertis super altare meum panem* Malach. 1. *pollutum*, & his similia addens subdidit: *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est: & si offeratis claudum & languidum, nonne malum est?* Et rursus: *Magnum est nomen meum in gentibus dicit Dominus. Vos autem polluistis illud, in eo quod dicitis: Mensa Domini deserta est.* Ergo in peccato sacrificiorum, nomen Dei polluunt sacerdotes.

Sequitur porro:

Scortum & vile prostibulum non ducet vxorem, nec eam, quæ repudiata est à marito, quia consecratus est Deo suo. & panes propositionis offeret. Sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum Dominus qui sanctifico vos.

A Si ergo à Deo datam nobis sanctificationem nos sacerdotes custodiamus, sanctificamus per nostram sanctificationem eum, qui sanctus secundum naturam est. * Et nobis dumtaxat, qui in consortibus & participibus eius gloriæ voluit sanctificari, hac transformatione visus est, quasi figurate & typice loquens: Verumtamen eos qui sanctificantur ab eo, scortum & vile prostibulum ducere non vult. Aperte contra Iudæorum Synagogam intendens: Quæ quia meretrix est, audi Dominum in Esaia dicentem: *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Syon, plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ.* Sed & in Osea: *Et auferam fornicationem eius, in medio eius, & adulterium eius de medio vberum eius.* Insuper & DAVID prædicat prophanationem eius. Ait enim DEO, *Prophanasti in terra sanctitatem eius, destruxisti omnes maceria eius.* Sanctificatio autem Iudæorum, synagoga eorum erat, proculdubio. In ipsa enim erat & sacrificium tabernaculi, in qua eorum consummabantur legitima. Ipsa est & repudiata à Deo tanquam à viro suo, qui ei per electionem vir factus fuerat, sed quia postea eam culpabilem repperit, propterea repudiauit. Quia autem omnino eiecta est, vocem audi, quam Oseas protulit: *Iudicate matrem vestram, iudicate quia ipsa non vxor mea, & ego non vir eius.* Audi autem & quam Esaias Propheta tradidit. *Hæc dicit Dominus. Quis est hic libellus repudij matris vestræ quo dimisi eam?* Vbi autem est repudium, & missio manifestum est: quia vxor erat, de qua hæc dicebat. Non vult ergo eam vxorem sacerdotem ducere, vt non aliqua eorum, quæ ad eam pertinent legitimorum prædicet, nec vtatur eis, quibus illa secundum litteram vtebatur, id est, vt neque sacrificia irrationalium & purificationes sensibiles, hi quibus intelligibilia credita sunt, agant.

Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violauerit nomen Patris sui, flammis exuretur. Graue est quidem etiam cuiuslibet viri fornicari filiam, maxime tamen sacerdotis: quia secundum quod dixit Paulus: *Oportet sacerdotem filios habere subditos, cum omni castitate.* Ita vt non dicatur de eo quod sequitur: *Si quis autem sua domus præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei curam habebit?* Propterea Iudæorum Synagoga non solum vxor, sed & filia Dei appellata in Prophetis inuenitur. Sed vtrumque ipsa deprauans, indigna donis apparuit, & propterea aliena facta est, ita vt Deus per Esaiam diceret. *Relinquetur filia Syon sicut vmbraculum in vinea: & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur.* Ipsa profanata & adulterata est. De hac inuenies Deum per Prophetam in Osea dicentem, *filijs eius non miserebor, quia filij fornicationis sunt, quia fornicata est mater eorum.* Nam & igne exusta est, quod manifestat templum & ciuitas hæc Hierusalem antiqua, adhuc ostendens incendij reliquias. Ergo vera & irrefragabilis est spiritalis legis contemplatio. Neque enim solum succensa est, sed secundum quod ait lex: *fundamenta exustæ sunt.*

CAPVT XVI.

De eminentia pontificis ne polluatur, & vt virginem ducat vxorem, &c.

D Pontifex, id est, *sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput fusum est vnctionis oleum, & cuius manus in sacerdotio consecrata sunt, vestitusque est sanctis vestibus, caput suum non discooperiet, vestimenta sua non scindet, & ad omnem mortuum non ingredietur omnino: super patre quoque suo aut matre non contaminabitur. Nec egredietur de sanctis, ne polluat sanctuarium Domini, quia oleum sanctæ vnctionis Dei sui super eum est: Ego Dominus.*

Intelligitur ea quæ supra dixit, in luctu facere eum prohibitum, id est, caput nudare cydari, & vestimenta scindere. Vestimenta enim scindere lugentibus erat antiquorum, sicut de Iob scriptum est, cum ei filij eius ruina nunciarentur oppressi. Nudare autem caput cydari, propterea lugentis esse potuit, quia detractio est ornamenti. Quod vero ait secundum Septuaginta: *Super omnem animam mortuam non introibit*, quomodo dicat animam mortuam, corpus mortuum, difficile est intelligere: Ea tamen scripturarum est vsitata locutio, quæ nobis inusitatissima est. Nomen ergo rectricis suæ etiam corpus accipit anima destitutum, quoniam reddendum illi est, in resurrectione: Sicut ædificium quod appellatur Ecclesia, etiam cum inde Ecclesia exierit, qui homines sunt, nihilominus Ecclesia dicitur. Sed cum corpus non accipiat animæ nomen in homine viuente, quomodo tunc vocetur anima cum caruerit anima, mirum est. Porro si animam mortuam intellexerimus à corpore separatam, vt ipsam separationem, mortem dixisse videatur, id est, vt anima mortua sit, dirempta à corpore non natura sua perdita. Non enim & cum dicimur mortui peccato, natura dicimur interijsse, sed quod iam peccato non viuimur, vt sic intelligatur anima mortua, id est, corpore mortua, quod eo vti desierit, cum in sua natura viuat. Quomodo potest quisquam intrare super animam mortuam, quod sacerdos ille prohibetur, cum quisquis intrat, super mortuum corpus intret, non super animam, quæ discessit à corpore? An ipsam vitam temporalem, animæ vocabulo appellauit: Quæ vtique mortua est in defuncto corpore, anima illa migrante, quæ mori non potest, non quod ipsa vita anima fuerit, sed quod per animæ præsentiam subsistebat nomen eius acceperit sicut distinximus, cum de sanguine loqueremur: quod dictum sit: *Anima omnis carnis, sanguis eius est.* Est enim & ipse sanguis mortuus in corpore mortui. Non autem cum abscedente anima abscessit. Vetuit ergo scriptura summum sacerdotem etiam super Patris vel matris funus intrare, quod secundum non prohibuit. Sequitur enim:

Super Patrem suum & matrem suam non contaminabitur. Ordo est autem verborum, super Patrem suum non inquinabitur, nec super matrem suam. Et *de sanctis non exibit*, eo proculdubio tempore, quo suorum funera celebrantur: sicut eis septem diebus quibus sanctificabantur de sanctis est exire prohibitus. Non autem semper: sane si vxores ducere vel filios gignere non vetabantur, summi tunc sacerdotes, magna oritur quæstio, cum lex etiam coniugali concubitu immundum hominem dicat vsque ad vesperam, etiam cum abluerit corpus suum aqua, & iubeatur summus sacerdos propter incensum continuationis: bis in die quotidie intrare vltra velum vbi erat altare incensi, nec quemquam immundum ad sancta fas esset accedere, quomodo id quotidie summus sacerdos implebat, si filios procreabat. Nam si ægritudo illi accidisset, quis loco eius fungeretur? Si quis inquirat, responderi potest, quod gratia Dei non ægrotabat. Nunquid sic etiam de filiorum procreatione responderi potest? Vnde fit consequens vt aut continens esset aut diebus aliquibus intermitteretur incensum: Aut si illud intermitti non posset, quod non nisi per summum sacerdotem necesse esset imponi, non fieret immundus coitu coniugali, merito præcipuæ sanctificationis suæ. Aut si etiam ad ipsum pertinet quod de omnibus filijs Israel in consequentibus dicit, vt nullus eorum accedat ad sancta. Si cui aliquid acciderit immunditia, illud pro peccato restat accipere, quod nonnullis diebus non imponebatur incensum. Quod autem super funus Patris sui summus sacerdos prohibetur intrare, quæri potest, quomodo iam esse poterat summus sacerdos nondum mortuo Patre suo, cum eos patribus succedere iubeat? Ideo necesse erat nondum sepulto summo sacerdote, continuo substitui sacerdotem, propter continuationis incensum, quod per summum sacerdotem quotidie oportebat imponi. Quamquam de illa quæstio de ægritudine summi sacerdotis manet, siue moriturum necesse erat diebus aliquibus ægrotare, nisi forte & hoc ita soluatur vt dicatur, non solere summos sacerdotes nisi subito mori, non procedente ægritudine, sicut de ipso Aaron scriptura testatur. Aduertendum est quotiens dicit: *Ego Dominus qui sanctifico eum* loquens de sacerdote: Cum hoc etiam Moysi dixerit, *& sanctificabis eum*. Quomodo ergo & Moyses sanctificat & Dominus. Non enim Moyses pro Domino, sed Moyses visibilib. sacramentis per ministerium

A suum. Dominus autem inuisibili gratia per spiritum suum, vbi est totus fructus, etiam visibilium sacramentorum: Nam sine ista sanctificatione inuisibilis gratiæ visibilia sacramenta non prosunt: Merito autem quæritur, vtrum etiam ista inuisibilis sanctificatio sine visibilibus sacramentis quibus visibiliter homo sanctificatur, pariter nihil prosit: Quod vtique absurdum est. Tolerabilius enim quisque dixerit, sine illis istam non esse, quam si defuerit, non prodesse, cum ista, sit omnis vtilitas illorum, sed etiam hoc quod sine illis, ista esse non possit, quomodo recte dicatur intuendum est: Nihil quippe profuit Symoni mago visibilis baptismus, cui sanctificatio inuisibilis defuit. Sed quibus ista inuisibilis quoniam affuit, profuit, etiam & visibilia sacramenta perceperunt similiter baptizati. Nec tamen Moyses, qui visibiliter sacerdotes sanctificabat, vbi fuerit ipse ipsis sacrificijs vel oleo sanctificatus ostenditur: Inuisibiliter vero sanctificatum negare quis audeat, cuius tanta gratia B præminebat. Hoc & de Ioanne Baptista dici potest. Prius enim baptizat, quam baptizatus apparuit, vnde eum sanctificatum nequaquam negare possunt, id tamen in eo factum visibiliter non inuenimus, antequam & ministerium baptizandi veniret. Hoc & de latrone illo, cui

Luc. 23. secum crucifixo Dominus ait: *Hodie mecum eris in Paradyso.* Neque enim sine sanctificatione inuisibili, tanta fælicitate donatus est. Proinde colligitur inuisibilem sanctificationem quibusdam adfuisse atque profuisse sine visibilibus sacramentis, quæ pro temporum diuersitate mutata sunt, vt alia tunc fuerint, & alia modo sint. Visibilem vero sanctificationem, quæ fieret per visibilia sacramenta, sine ista inuisibili posse adesse, non posse prodesse. Nec tamen ideo sacramentum visibile contemnendum est, nam contemptor eius, inuisibiliter sanctificari nullo modo potest.

Act. 10. Hinc est quod Cornelius, & qui cum eo erant, cum iam inuisibiliter infuso sancto Spiritu sanctificati apparerent, baptizati sunt tamen, nec superflua iudicata est visibilis sanctificatio, quam inuisibilis iam præcesserat. Quis est sacerdos magnus inter fratres suos, nisi vtique *Sichemis.* C ille, de quo dixit Dauid. *Magnus Dominus & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus.* *Psal. 146* Quis enim virtutem eius considerare, quis numerare sapientiam aut comprehendere potest? Quia cum DEVS sit propter dispensationem actorum pro nobis mysteriorum, etiam sacerdos effectus est. Recte ergo hic magnus sacerdos, vtpote qui semetipsum pro nobis hostiam & oblationem obtulit appellatur: Propter quod & fratres, fratres suos dicere passus est, id est, sanctos, qui semper eius faciunt voluntatem. Ait enim: *Quicumque fecerit voluntatem patris mei, ille meus & frater, & soror, & mater est. Super* *Psalm. 44.* *huius caput, oleum vnctionis effusum est*, de quo dixit: *Sedes tua Deus in seculum seculi, virga recta est virga regni tui: Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*, concordantia huic legi dicens. non solum quia vnctionis vtrerque memoriam facit: sed quia sicut Dauid excellere semetipsum in ipsa vnctione suis participibus protestatur. Quod enim dixit *præ participibus*, super participes tuos sine aliqua dubie- D tate intelligitur: sic enim etiam legislator maximum dixit inter fratres suos, id est, superiorem. Quod autem maximè in præsenti oportet intueri historia, cum secundum Septuaginta editionem addere debuisset: *Cui effusum est super caput oleum vnctionis*, non sic ait, sed maximus de fratribus eius, qui effudit super caput eius: Quia enim Christi caro est, quæ suscepit vnctionem in semetipsum communicatæ sibi vnitæ diuinitatis. Ex hac autem carne, fratres eius & cognati effecti sumus: recte ait: *Pontifex, id est, maximus sacerdos inter fratres suos, super cuius caput effusum est vnctionis oleum*, vt aperte inueniatur hoc quod intelligendum est, maximus inter fratres, id est, carnis suæ. Ipsa est enim, quæ suscepit vnctionis oleum, huius sacerdotis, & consecratas fuisse manus, siue vt Septuaginta *consummatas*, per crucis confixionem manifestum est. Tunc enim quemadmodum hi, qui secundum legem fuerunt sacerdotes, in sanguinem vituli & arietis consummabant, siue consecrabant manus suas: sic & ipse proprio sanguine suas manus consecrauit siue consummauit: De quo ait Paulus: *Et qui cum esset filius, didicit ex his, quæ passus est obedientiam, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi, caussa salutis æternæ appellatus à DEO pontifex iuxta ordinem Melchisedech.* Et rursus: *Decebat enim eum propter quem omnia & per quem omnia: qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare.* E *Hebr. 5*

Hic & vestimentis illis indutus est, quæ Dauid in Psalmis cantabat. *Dominus regnauit, decorem induit, induit Dominus fortitudinem & præcinxit se virtutem.* Hic caput suum non discooperiet, nec vestimenta sua conscindet: *Caput suum non discooperiet*, quia à Patre suo, qui eius caput appellatur, nec passiones carnis sustinens separatur: Sed *nec vestimenta conscindit*, id est, carnis: Ex quo enim VERBVM CARO FACTVM EST: inest totus suæ carni, & nunquam ab ea nec à crucifixa, nec à sepulta, nec aliud quodlibet passa. quæ ad naturam nostram pertinet, se abscidit: Quod si vis audire de excellentioribus indumentis eius, accipe verba Prophetica: *Amictus*, inquit, *lumine sicut vestimento. Abyssus sicut amictum vestimentum eius* Hic est mei magni pontificis habitus, quo induitur profunda scientiæ & sapientiæ luce vestitus, quæ verè sancta sunt indumenta. *Non*, inquit, *auferet de capite suo cydarim.* Et prius iam diximus, cydarim genus esse operimenti quod capiti superpositum pontifici præstat ornatum. Hic ergo magnus pontifex meus, nunquam deponit sacri capitis ornamen. Quid sit autem caput Christi, ab Apostolo disce, qui dicit: *Caput autem Christi Deus.* Merito igitur istum capitis sui, qui Deus est nunquam deponit ornatum, quia semper est Pater in filio, sicut filius semper in Patre. *Et vestimenta sua non disrumpet.* Verè hic est, qui vestimenta sua non disrumpit, sed semper ea munda, semper integra, semper casta seruauit. Sequitur: *Psalm. 92.* F *Adamantius* *Psalm. 103.* *Ephes. 5*

Et ad omnem mortuum non ingredietur omnino: super patre quoque suo & matre, non contaminabitur, Septuaginta autem dicunt: *Super omnem animam mortuam nunquam datur.* Quomodo autem anima moritur cum sit condita immortalis, audi Prophetam dicentem: *Anima quæ peccauerit ipsa morietur*, impietatis vtique morte. Hæc est enim animæ mors, quam maximè gentes passæ sunt quæ nec legem Dei, nec aliam eius scientiam habuerunt: *Super animam* ergo *mortuam*, vel *omnem mortuum non ingreditur*, quia & si omnium peccata portauit, verumtamen impollutus permanet, & nec gentium peccatis polluitur. De his enim secundum LXX. omni animæ mortuæ vtpote contra omnes effusa impietate & idololatria dicitur. *Et nec super patre & matre*, super populum videlicet Iudæorum, ex quibus est secundum carnem, & propterea appellatur eius Pater & mater, contaminabitur: *Nec de sanctis egreditur.* & si peccatoribus condescendere elegit, permanet tamen sanctus & in sanctis requiescit, & à sanctis, qui in cœlo sunt angelis circumdatur. *Leuit. 21* *Sichemis.* G

Omnis ergo homo in Patre & matre pollutus est, solus vero Iesus Deus meus in hac generatione mundus ingressus est, & in matre non est pollutus. Ingressus est enim corpus incontaminatum, ipse enim erat, qui & dudum per Salomonem dixerat: *Magis autem cum essem bonus, veni ad corpus incoinquinatum.* Non est ergo contaminatus, in matre, sed ne in Patre quidem. Nihil enim Ioseph in generatione eius præter mysterium præstitit & affectum, vnde & pro fideli ministerio, Patris ei vocabulum scriptura concessit. Sic enim Maria ipsa dicit in Euangelio: *Ecce ego & Pater tuus dolentes quærebamus te.* Sic ergo solus est hic sacerdos magnus, qui neque in Patre pollutus sit, neque in matre. Videamus autem si adhuc possumus, aliquid sublimius, & pro dignitate tanti pontificis inuenire. Pater omnium verus dicitur Deus, Matrem autem, Apostolus Ierusalem dicit esse cœlestem. Omnes ergo, qui peccant, contaminantur in Patre, à quo creati sunt: Siue enim egimus aliquid impium, siue locuti sumus, siue cogitauimus, contra Deum, cum non credidimus Deo contaminati sumus, in Patre, sed atque vtinam tunc solum per incredulitatem factum sit, cessatum vero sit postquam credidimus. *Adamantius* *Sap. 8.* H *Luc. 2.*

Sic ergo [illegible] Deo vel Ec[illegible] bert[illegible] fus indigna p[illegible]mus. So[illegible] nus noster Iesus Christus, qui peccatum non [illegible] Patre, neq; in matre contaminatus est. *Et de sanctis non exibit. Sed nec polluet sanctuarium Domini, quia oleum sanctæ vnctionis Dei sit super eo est.* Ergo & si videris eum cum publicanis, & cum meretricibus conuersantem, & dicentem peccatoribus: *Non veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam,* tamen in nullo horum contaminabitur, actionis eorum [illegible] non efficitur. Vnde non polluit [illegible] Dei, [illegible] est, Spiritum sanctum. De [illegible] *oleum sanctæ vnctionis Dei sui super eo est:* Con[illegible] de Christo Esaiæ vocibus. *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me.* Spiritus autem pollutio, id est, inimici & contaminatio est, omnis peccati pollutio; Propter quod & Paulus a peccatis abstinentiam docens, dicebat. *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis.* Sic de maximo sacerdote & præcedentia intelligi, sed & subsequentia. Nec enim incompatientem quendam & immansuetum [illegible]um, qui primus est [illegible] legislator vult, vt ad nullum mortuum accedat, aut suadere nobis vult: quia tanta sanctificatio, qua pontifex indui dicitur, de mortuorum visione polluetur.

Ego Dominus. Virginem ducet vxorem: viduam & repudiatam & sordidam atque meretricem non ducet, sed puellam de populo suo, ne commisceat stirpem generis sui, vulgo gentis suæ, quia ego Dominus, qui sanctifico eum.

Seipsum esse legislatorem & impletorem huius sanctionis maxime ostendens. Ego Devs necessario addidit. Qualis autem, subsequentibus edocuit verbis, *Virginem ducet vxorem de populo suo,* siue vt Septuaginta, *de genere suo.* Quia genus Christi propter carnem, omne hominum genus est, cuilibet certum est. Hic ex hac, vxorem virginem, id est, Ecclesiam in cunctis credentium duxit. De qua Paulus dicebat: *Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Viduam & repudiatam & sordidam atque meretricem non ducet.* Iudæorum Synagogam viduam in Prophetis appellatam nouimus. Ad quam dixit: Tondete & [illegible] super [illegible] tuo [illegible]: Dilata viduitatem tu[illegible] quia [illegible]. Sed & de populo Iudæorum, siue proditore Iuda, communis enim eorum est indignitas, dixit [illegible], *filii eius orphani, & vxor eius vidua.* Ipsam autem [illegible] & viduam, secundum ea quæ ante paulu[illegible] legimus. Repudiata est enim à Deo [illegible] fidelis fornicans, propter quod eam in [illegible] recipere non patitur, vt intelligas, quia eam [illegible] quæ [illegible] vmbris & figuris est, prohibuit, [illegible] vult [illegible] vult hos, qui exspectant [illegible] bonam [illegible] cohæreat. Vnde cum semel [illegible]: *Puellam virginem de populo,* siue *genere accipiet.* non [illegible] fuit sed subdidit, *viduam & meretricem & repudiatam non accipiet.* Secundum Septuaginta autem, *virginem de genere suo accipiet:* vt primum illud quidem de omni intelligas Ecclesiæ corpore, hoc autem secundum, de anima omni. Quemadmodum enim societas fidelium, sic & anima vniuscuiusque sponsa Dei & Ecclesia est.

Si quis nostrum peccauerit, abiectus est, etiam si non abijciatur ab Episcopo, siue quod liceat, siue quod interdum ad [illegible] iudicetur, eiectus est, tamen ipsa conscientia [illegible], nec prudest hominis grana, cum Christus huius [illegible] animam tanquam abiectam non recipiat, in [illegible]. Igitur neque viduam, sicut supra diximus accipiet, neque eiectam, neque pollutam. Polluta dicitur, quæ etiam si non ex [illegible] pleuit peccatum, tamen hoc ipso quod cogitauit, quod voluit optauit, etiam si non admisit, polluta est, & à magno pontifice non eligitur, valde [illegible] putam, valde mundam, & syncceram requirit animam, quam sibi iungat: Quia *qui se iungit Domino, vnus Spiritus est.* Vnde etiam ostenditur hoc, quod sint differentiæ peccatorum. Qui peccauerit peccatum ad mortem, abiectus sit. Qui autem non peccat ad mortem, sed inferius aliquid, pollutus [illegible] nec abiecta, neque pol[illegible] sed virgo incontaminata, incorrupta, & munda. *Sed & meretricem non accipiet.* Quæ est enim anima meretrix? quæ ad se recipit amatores, de quibus dicit Propheta: *Meretricata es, post amatores tuos.* Qui sunt isti amatores, qui intrant ad animam meretricem, nisi contrariæ potestates & dæmones, qui desiderium capiunt pulchritudinis eius? Pulchra namque à Deo creata est anima, & [illegible] Audi quomodo ipse Devs dicit, *faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* vide cuius decoris, cuius pulchritudinis est anima. Imaginem habet & similitudinem Dei. Hanc pulchritudinem contrariæ potestates cum aspiciunt, id est, diabolus & Angeli eius, concupiscunt speciem ipsius. Et quia non possunt sponsi eius fieri, meretricari cupiunt cum ea. Si ergo susceperis ô Homo in cubili animæ tuæ adulterum diabolum, meretricata est anima tua cum diabolo: si receperis angelos eius, si spiritus diuersos, qui peccare te suadeant, meretricata est cum eis anima tua. Si spiritus iræ, siue inuidiæ, si superbiæ, si impudicitiæ ingressus fuerit ad animam tuam, & receperis eum, consenseris ei loquenti in corde tuo, delectatusque fueris his quæ tibi secundum suam mentem suggerit, meretricatus es cum eo. Meretricem ergo non accipiet sacerdos magnus, *& non contaminabit semen suum in populo suo.* Quod sit istud semen quod contaminari non vult, in Euangelijs scriptum est, Quia, *qui seminat, verbum seminat.* Non vult ergo contaminari verbum Dei ab his, qui seminant. Qui sunt autem, qui seminant? qui verbum Dei in Ecclesia proferunt. Ex isto semine verbi Dei qoud seminatur, Christus nascitur in corde auditorum. Hoc enim & Apostolus dicit, *Donec formetur Christus in vobis.* Concepit ergo anima ex hoc semine verbi & conceptum format in se verbum, donec pariat spiritum timoris Dei. Sic enim per Prophetam dicunt animæ sanctorum: *A timore tuo Domine concepimus in vtero & parturiuimus & peperimus spiritum salutis tuæ fecimus super terram.* Iste est sanctarum animarum partus, iste conceptus, ista sunt sancta coniugia, quæ conueniunt & apta sunt magno pontifici.

Cur autem desponsatam sibi non vult participem fieri iudaicæ conuersationis, ipse subinfert: *Ne commisceat stirpem generis sui vulgo gentis suæ.* Septuaginta autem, *& non prophanabit semen eius in populo suo.* Ergo prophanatio fidelium est. Hi enim sont semen & plebs, nostri sacerdotis. Iudaicis moribus sociari. Et propterea Paulus dicebat *Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratia excidistis.* His subdit: *Ego Dominus. qui sanctifico eum* id est, propterea opus non habet legis figuras, nec sacrificia, nec purificationes, quoniam ego Dominus, pro omnibus illis & sacrificium efficior & purificatio. Et quodcumque dixeris pertinere ad illam sanctificationem. Qui aotem quando viduæ & meretricis & repudiatæ mentionem fecit, has, inquit, non accipiet: Dicimus hoc & de hæreticorum conuenticulis legislatorem dixisse. Vidoatæ suot enim Dei scientia, propter qood & à piorum communiooe expulsi sunt, sed & fornicantur in incongruis & nefarijs dogmatibus. Ergo recte viduam præposuit, secundam repudiatam, tertiam meretricem subdidit. Harum nullam sibi Dominus ad societatem ducet, vt non polluant fidelium semen, quia corrumpunt mores bonos colloquia mala.

Capvt XVII.

Homo de semine Aaron habens maculam non offeret panes Deo. Item vt sacerdos caueat ab his quæ consecrata sunt filiorum Israel.

Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Loquere ad Aaron: Homo de semine tuo, per familias, qui habuerit maculam non offeret panes Domino suo, nec accedet ad ministerium eius: Si cæcus fuerit si claudus, siue paruo, vel grandi, vel torto naso: si fracto pede, vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo: si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus: Omnis qui habuerit

A *maculam de semine Aaron sacerdotis non accedet offerre hostias domino, nec panes Deo suo. Vescetur tamen panibus qui offeruntur in sanctuario, ita duntaxat vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare: quia maculam habet, & contaminare non debet sanctuarium meum: Ego Dominus, qui sanctifico vos.* Si secundum litteram hanc sanctionem accipere volumus, quomodo legislatoris esse iusta videbitur intentio, neque enim voluntate sua maculæ hominibus eueniunt. Quomodo ergo non incongruum est in his, quæ sponte non fiunt, sacerdotem ab officio repelli. Quid autem? Et si quis hoc ipsum legis cognoscens præceptum, sacerdotis inuidens, membrum eius, manum vel pedem aut oculum, aut aliquid aliud attriuit? Aut si pugnans contra alienigenas & pro sanctis Dei, armatus (præesse enim bellis sacerdotes in Deuteronomio Moyses præcepit) vulnus accepit, ex quo quælibet ei ex prædictis maculis eueniret, putas ne dignus erat propter hoc de sacerdotio remoueri? In tantum enim non sunt corporum maculæ abhominabiles Deo, vt *Dominus illuminat cæcos*, et Dauid diceret, sic pulchritudinem nō elegit, nec robustum corpus, nec quod videtur bene positum, vt ad Samuelem diceret de maiori filio Iesse: quia speciem Deo placere putauerat: *Ne respicias ad vultum eius, ne que ad altitudinem staturæ eius quoniam abieci eum*: Atqui rex non sacerdos erat, qui vngebatur. Regi autem necessaria erat species, & magnitudo corporis, sed quid his addidit? *Nec iuxta intuitum hominis iudico*: Homo videt ea, quæ patent Deus autem intuetur cor. Cor enim scrutatur si maculam habeat, & eos, qui immaculatum sunt animo, hos electos iudicat. Eos autem, qui maculam in anima habent, reprobat. Si enim malum est claudicare pedibus, aut oculos infirmos habere, & a DEO separant, quomodo Isaac quomodo Iacob caligare permisit & saltem perdere visionis? Etenim Isaac non cognouit Iacob Esau fingentem personam. De Iacob autem dictum est: *Oculi Israel caligauerant pre nimia senectute, & clare videre non poterat.*

Psal. 145.

1. Reg. 16.

Gregorius. C Per maculas ergo corporum, vitia describit animorum, vnde considerandum valde est, quia cum caussam populi electus præsul suscipit, quasi ad ægrum medicus accedit. Cuius si adhuc in opere passiones viuunt, quomodo præsumptione percussum mederi properat, qui in facie vulnus portat? Ille ergo, ille modis omnibus debet ad exemplum viuendi pertrahi, qui carnis cunctis passionibus moriens, iam spiritualiter viuit, qui prospera mundi post posuit, qui nulla aduersa pertimescit, qui sola interna desiderat. Cuius intentione bene congruens, nec omnino per imbecillitatem corpus, nec valde per contumeliam repugnat, qui ad aliena cupienda non ducitur, sed propria largitur: qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum flectitur, sed numquam plusquam deceat ignoscens, ab arce rectitudinis inclinatur: Qui nulla illicita perpetrat, sed perpetrata ab alijs vt propria deplorat: Qui ex affectu cordis alienæ infirmitati compatitur: sicque in bonis proximi, sicut in suis profectibus lætatur:

D Qui ita se imitabilem cæteris in cunctis, quæ agit insinuat, vt interius non habeat quod saltem de transactis erubescat: Qui sic studet viuere vt proximorum quoque corda arentia doctrinæ valeat fluentis irrigare: Qui orationis vsu, & experimento iam didicit, quod obtinere a Domino, quæ poposcerit possit. Hinc est, quod superna voce [illegible] omnium [illegible] per corpora infirma figurantur, dum ad MOYSEN Dominus dicit.

Loquere ad Aaron: Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius. Vbi & repente subiungitur. Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo & grandi vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel ponderosus.

Cæcus est, qui lumen contemplationis ignorat [illegible] dum venturam lucem [illegible] quo gressum operis [illegible] prophetantem Annan

Reg. 2.

[illegible] *tenebris con[illegible]* Claudus vero est, qui idem quo pergere debeat

aspicit [illegible] viam [illegible] non v[illegible] quam vidit quia [illegible] destituta [illegible] non eng[illegible] cum quo [illegible] innititur [illegible] gressus operis efficaciter non sequuntur. Hinc etenim Paulus dicit: *Remissas manus & dissoluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans erret, magis autem sanetur.* Paruo autem naso est, qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. Naso quippe odores fœtoresque discernimus. Recte ergo per nasum, discretio exprimitur, per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Vnde & in laude sponsæ dicitur. *Nasus tuus sicut turris, quæ est in libano.* Quia nimirum sancta Ecclesia, quæ ex caussis singulis temptamenta prodeant per discretionem conspicit, & ventura vitiorum bella ex alta consideratione deprehendit. Sed sunt nonnulli, qui dum æstimare se hebetes nolunt, sæpe se in quibusdam inquisitionibus plusquam necesse est exercentes, ex nimia subtilitate falluntur. Vnde hic quoque subditur: *Vel grandi & torto naso.* Nasus etenim grandis & tortus est, discretionis subtilitas immoderata, quæ dum plusquam decet excreuerit, actionis suæ rectitudinem ipsa confundit. Fracto autem pede vel manu est, qui viam Dei pergere omnimodo non valet, atque à bonis actibus funditus exors vacat, quatenus hæc non vt claudus saltem cum infirmitate teneat, sed ab his omnimodo alienus existat. Gibbus vero est, quem terrenæ sollicitudinis pondus deprimit, ne vnquam ad superna respiciat, sed solis his, quæ in infimis calcantur intendat, qui & si aliquando aliquid ex bono patriæ cœlestis audierit, ad hoc nimirum peruersæ consuetudinis mole prægrauatus, cordis faciem non attollit, quia cogitationis statum erigere non valet, quem terrenæ vsus sollicitudinis curuum tenet. Ex horum quippe specie Psalmista dicit: *Incuruatus sum & humiliatus sum vsquequaque.* Quorum culpam quoque semetipsam veritas reprobans ait: *Semen autem quod in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & a sollicitudinibus & diuitiis & voluptatibus vitæ euntes, suffocantur & non referunt fructum.*

Isa.

Cant. 7.

F

Psalm.

Luc. 8.

G Lippus vero est, cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quippe oculis, pupillæ sanæ sunt, sed humore defluente infirmantia palpebra grossescunt, quorum quia infusione crebro atteritur, etiam acies pupillæ vitiatur. Et sunt nonnulli quorum sensum carnalis vitæ operatio sauciat, qui videre recta subtiliter per ingenium poterant, sed vsu prauo per actum caligant. Lippus itaque est, cuius sensum natura exacuit, sed conuersationis prauitas confundit. Cui bene per Angelum dicitur: *Collirio inunge oculos tuos vt videas.* Collirio quippe oculos vt videamus inungimus, cum ad cognoscendam veri luminis claritatem, intellectus nostri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. Albuginem vero habet in oculo, qui veritatis lucem videre non sinitur, quia arrogantia sapientiæ seu iustitiæ cæcatur. Pupilla namque oculi nigra videt, albuginem tolerans nil videt, quia videlicet sensus humanæ cogitationis si stultum se, peccatorumque intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit.

Apoc. 3.

H Si autem candorem sibi iustitiæ seu sapientiæ tribuit, à luce se supernæ cognitionis excludit, & eo claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quo se apud se per arrogantiam exaltat, sicut de quibusdam dicitur. *Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt.* Iugem vero habet scabiem, cui carnis petulantia sine cessatione dominatur in monte. In scabie etenim feruor viscerum ad cutem trahitur, per quam recte luxuria designatur. Quia si cordis temptatio vsque ad operationem prosilit, nimirum feruor intimus vsque ad cutis scabiem prorumpit, & foras iam corpus sauciat, quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere cum dicebat: *Temptatio vos non apprehendat nisi humana.* Ac si aperte diceret, Humanum quidem est in corde temptationem perpeti, dæmoniacum vero est certamine temptationis & in operatione superari.

Rom. 1.

1. Corin. 10.

Impe

A Impetiginem quoq; habet in corpore, quisquis auaritia vastatur in mente: quæ si in paruis non compescitur, nimirum sine mensura dilatatur: Impetigo quippe sine dolore corpus occupat, & absque occupati tædio excrescens, membrorum decorem fœdat; Quia & auaritia capti animum, dum quasi delectat, exulcerat, dum adipiscenda quæque cogitationi obiicit, ad inimicitias accendit, & dolorem in vulnere non facit; quia æstuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum per impetiginem perditur, quia aliarum quoque virtutum pulchritudo per hanc depriuatur, & quasi totum corpus exasperat, quia per vniuersa vitia animum supplantat, Paulo attestante, qui ait: *Radix omnium malorum est cupiditas.* Ponderosus vero est, qui turpitudinem non exercet in opere, sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderamine grauatur in mente, qui nequaquam quidem vsq; ad opus nefarium rapitur, sed eius animus voluptati luxuriæ sine vllo repugnationis obstaculo delectatur: Vitium quippe est ponderis, cum humor viscerum ad vires labitur, quæ profecto cum molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergo est, qui totis cogitationibus ad lasciuiam defluens, pondus turpitudinis gestat in corde, & quamuis praua non exerceat opera, ab his tamen non euellitur mentis intuitu, nec ad vsum boni operis in aperto valet adsurgere, quia grauat hunc in abditis pondus turpe. Quisquis ergo quolibet horum vitiorum subiicitur, panes Domino offerre prohibetur, ne profecto diluere aliena delicta non valeat is, quem adhuc propria deuastant, quia immaculatum esse conuersatione & animo sacerdotem oportet, quem sicut Moyses duodecim maculis mundum esse præcepit: Tot enim eas inuenies secundum Septuaginta dinumeratas. Sic & Paulus, duodecim conseruare eum, qui sacerdotium sortiturus est, præcepit, dicens: *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, sicut Dei dispensatorem:* Quis autem irreprehensibilis, nisi impollutus. Deinde vnde colligatur irreprehensibilem eum esse: à qualibus maculis aut passionibus carendum, in subsequendo ostendit, *Non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: Sed hospitalem, benignum, castum, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est fidelem sermonem.* Duodecim ergo & ipse custodire sacerdotem vult: Et quamobrem ei tanta superimponit, in præcedentibus dixit: *Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse, sicut Dei dispensatorem:* Qui autem dispensat, quæ Dei sunt, opus habet eos, quorum dispensator est, virtutibus præcedere. Nam quomodo illos dispensare, quomodo disponere poterit. Quia autem legislator comedere de sanctis præcepit vnam quamlibet prædictarum maculatum habentem, intra velum tamen & ad altare, corpus videlicet Christi, id est, ministrare sic & hoc forsitan in Ecclesiis inuenies custodiri. Siquis enim adprobatus fuerit sacerdotem maculam habuisse aliquando animæ, & ab ea cessauit, sanctis quidem communicare non prohibetur, ministrare autem hunc, qui talis est non licet, nec ad velum accedere, & ad altare, id est, ad corpus Domini vt eius ministerium peragat. Hoc etenim velum & altare Paulus Hebræis scribens, docuit: *Habemus altare, de quo comedere non habent potestatem hi, qui tabernaculo seruiunt,* videlicet dominici corporis: Hoc enim Iudæis, propter incredulitatem & seruitutem literę vti non licet.

Hoc ipsum autem, & velum dici ab ipso disce: *Habentes ergo confidentiam in introitum sanctorum per velamen, id est, carnem eius.* Ad hoc solum, qui maculam habet animæ non ingreditur; Quamobrem? *Quia maculam habet, & non debet contaminare sanctuarium meum.* Contaminatio enim sanctorum atque iniuria est, tales ad ministerium offerri, in quibus offendit populus, & qui cognoscunt eorum maculis scandalizantur: Propter quod & Paulus, *testimonium bonum habere ab his, qui foris sunt;* sacerdotem vult, Lex autem confirmauit ea, quæ dicta sunt ex eo, quod dixit: *Ego Dominus, qui sanctifico vos.* Ego, qui [illegible] qui præcipio & mando. *Perfecti estote, quemadmodum & pater vester cælestis perfectus est.* In quo enim macula licet vna prædictarum est, hic non est perfectus. E

Locutus est ergo Moyses ad Aaron & ad filios eius, & ad omnem Israel, cuncta quæ sibi fuerant imperata. Quæ sunt hæc, quæ locutus est? Ea videlicet, quæ prædicta sunt, quæ Deus quidem ad Moysen locutus est. Moyses autem Aaron & filiis eius & populo, sicut ostendunt ea, quæ nunc lecta sunt tradidit, non frustra hæc lege distinguente. Sed vt Moyses dignitatem commendaret & ostenderet aperte, quia aliis quidem pauca, ipsi vero omnia DEVS loqueretur, propter eius iustitiam & imaginem, quam gerebat Christi: Similiter & nos docens habere mentem ad quæcumq; maiores & perfectiores dixerint, scientes quia continue ipsi superna operatione fruuntur. *Cap. 21 in fine.*

Locutus quoque est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad Aaron & filios eius, vt caueant ab his, quæ consecrata sunt filiorum Israel, & non contaminent nomen sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt. Ego Dominus, dic ad eos & ad posteros eorum. Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra ad ea, quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filii Israel Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino: Ego sum Dominus. *Leuit. 22.* F

Ablata est omnis dubitatio, neminem sacerdotum, vel summorum, vel secundorum, debuisse accedere ad sancta, si immunditia eius in ipso esset. Et ergo consequens continentia sacerdotis, ne propter hominum procreationem aliquibus diebus non imponeretur continuationis incensum: quod à solis summis sacerdotibus bis in die solebat imponi, mane & vespere: Quandoquidem post coitum coniugalem etiam loto corpore immundus erat vsque ad vesperam, à quo id necesse erat imponi. Quod autem ait: *Quæ sanctificant filii Israel:* intelligendum est offerendo sacerdotibus offerendum per eos Domino. Et notandum sanctificationis genus, quod fit voto & deuotione offerentis. Sed verum sicut isto modo sanctificantur ea, quæ offeruntur ab hominibus, ita & ipsi homines eodem modo seipsos sanctificare dicantur, cum in aliqua re seipsos vouet: Obseruandum est in scripturis, non qualiscumq; dignitas sacerdotii. Huic enim sorte datum est, vt mediator sit inter Deum & homines, & per hanc genus nostrum creatori reconciliatur: In lingua sacerdotum nexus & absolutio nostrorum peccatorum consistit. Ostendit autem Malachias, quantæ dignitatis sit sacerdos, & quæ ab eo oporteant expectari: *Quia labia,* inquit, *sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.* Propterea cum his, quæ ante sancita sunt de sacerdotibus etiam hæc præcepit: *Caueant ab his, quæ consecrata sunt filiorum Israel, & non contaminent nomen sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt.* Si autem isti abominabiliter & inordinate, & extra omnem religiositatem populi oblationibus, & his, quæ quocunque modo sanctificata offeruntur, contaminant nomen sanctificatorum: siue secundum Septuaginta *nomen sanctum Dei.* Primum quidem ipsum, vt qui eos tales elegerit blasphemare faciet. Deinde & populum offendere in sanctis cogunt, & putare, quod superfluum sit Dei ministerium & iustitia & iudicium. Quantum vero Deus, si sacerdos, siue filii eius, id est, discipuli peccauerint in sanctis, [illegible]icatur, ostendunt ea, quæ Heli & filiis eius contigerunt, Propterea subdidit: *Ego Dominus: dicis ad eos: Ego Dominus,* qui irascor videlicet & vindico. Quid autem dixit: *Dices ad eos, & ad posteros eorum? Omnis qui accesserit de stirpe vestra ad ea, quæ consecrata sunt, quæ obtulerunt filii Israel Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino: Ego sum Dominus.* Primum quidem feminis sacerdotalis memoriam faciens, aperte illud significauit, quia non solum sacerdotem, sed omnem sanctorum ministrum etiamsi sortem in eis vltimam habeat, & nouissimam, præsentem iubeat sanctionem custodire. Dicens autem de stirpe vestra, ostendit, quod semper custodire hoc oporteat præceptum: vt qui immunditiam in semetipso habet animæ. Sic enim Septuaginta edunt: *Non solum ministerio & mystico officio se abstineat, sed nec tangat ea, quæ oblata sunt, neque de eis sumat. Mundus enim ad munda debet accedere. Siquis autem non sic accedat, peribit coram Domino.*

Margin notes (left): B; *1 Timot. 6*; *Hebr.*; *1 Timot. 3*; C; D; *Hebr. 4.* — (right): *Augustinus*; *Isidorus*; G; *Malach. 2.*; H

A [illegible] ras aue [illegible] ab omni [illegible] unione spiritus. Ho[illegible] intelligitur [illegible] cunt *[illegible] Domino*. Teste David quia t *Non aue tas faciem tuam a me: & spiritum sanctum tuum, ne [illegible] me*. [illegible] autem [illegible] perditio [illegible] est, id est illa, de qua Dominus in Euangelio dicebat: *Timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam*. Ergo non iusta subdidit. *Ego Dominus*: [illegible] ostendens, quia qui hæc dicit, ipse est, qui solus animam perdere potest.

Psal. 50.

Caput XVIII.

Leprosum aut patiens fluxum seminis de stirpe Aaron non vescetur de sanctificatis.

Leuit. 22

B Homo de semine Aaron, qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis, non vescetur de his, quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur: Qui tetigerit immundum super mortuo, & ex quo egreditur semen [illegible], [illegible] quid tetigerit reptile, & quodlibet immundum, [illegible] tactus est sordidum: immundus erit usque ad vesperum, [illegible] de his quæ [illegible] sunt, sed cum lauerit carnem suam aqua & occubuerit sol tunc mundatus [illegible] de [illegible] [illegible] tu quia cibus illius, [illegible] & [illegible] a bestia, non [illegible] nec polluentur in eis [illegible]. [illegible] vedere [illegible] [illegible] fed nec o[illegible] pe [illegible] propterea enim qui[illegible] bet [illegible] pollutus [illegible] enon erauit [illegible] immundum esse usque ad vesperum dicens: *Non vescetur de his, quæ [illegible] sunt, [illegible] cum lauerit [illegible] aq[illegible] & occubuerit [illegible]*: Vesperum & occasum solis pœnitentiam. Aquam [illegible], qua in ea lauat, [illegible] chrymam dicens, de qua Dauid dixit: *Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo*. Idem autem vesperam hic nobis pœnitentiæ & gaudium ex ea significauit, dicens: *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia*. Quando ergo lachrymis, [illegible] pœnitentiæ [illegible] sanctia comedes, quia panis eius est ille, de quo Dominus in Euangelio dicebat, *Et panis quem ego dabo caro mea est*. Quod & nunc panis mentionem faciens, & quos oporteat de eo comedere distinguens addidit: *Morticinum & captum à bestia non comedent, nec polluentur in eis. Ego sum Dominus*. Ut hoc quod dictum est, *Ego Dominus*, audiens intellige [illegible]: *Ego [illegible], qui d[illegible] defendo*. Per [illegible] autem & à bestia captorum prohibitione [illegible] non oportere mensæ Domini participari & mentionem [illegible] præcepit. In his enim qui vere morti[illegible] & [illegible] bestus capta. Quod autem frequenter de hac [illegible] diximus, dic [illegible] nunc necessarium [illegible] prodest [illegible] audientibus id est, qui [illegible] seminis fluxum [illegible] entes, non sensibiles legislator ab omni natura, neque [illegible] sed immi[illegible] passionem sustinent, sed eos, [illegible] in leprosam, aut fluxum seminis patientem habent, propterea dicens, *leprosum & fluxum seminis patiens, non [illegible] donec sanetur* quomodo oporteret hoc intelligi interpretans addidit: *Qui tetigerit immundum super mortuum*, sive secundum Septuaginta, *omnem immundam animam*. Immundi [illegible] peccata sunt, quorum quædam leprosa sunt, quædam fluxum seminis patientes, heu a nobis in [illegible], quæ de leprosi dicta [illegible] & seminis fluxum patientibus adprobatum est. [illegible] dicens: *Et ex quo egreditur semen quasi coitus. & qui tangit reptile: & quod[illegible] immundum, [illegible]*. [illegible] hu[illegible] maxime mandati huius [illegible] qui non soles sacerd[illegible] sed [illegible] non[illegible] sumere sine metu, sanctoru[illegible] ult[illegible] pœniten[illegible] Aaron [illegible] in Aaron [illegible] semen [illegible] quod dixer[illegible]

Ifidorus.

Psalm. 6.

Psalm. 29.

C

Iohan 6.

D

Aaron [illegible] in [illegible] recte app[illegible] *[illegible] sacerdotum, & [illegible]* tionem eis appellantur. Ad quos ergo [illegible] dicit: *Custodient præcepta mea, ut non subiaceant peccato, & moriantur in sanctuario cum polluerint illud: Ego Dominus, qui sanctifico illos*. Ergo præcepta Domini, id est lex, custodiam distinctam & obedientiam intransgressibilem necessariam habentia, sicut perficientibus ea & sanctificationis & iustificationis & salutis causa efficiuntur. Sic peccati & mortis transgredientibus, quod in omni quidem est lege & in omni [illegible] [illegible] rum perceptione. Quisquis enim ad ea [illegible] portet accessisse, iudicium sibi sumit & mortem. Nam & Paulus de talibus Corinthiis scribebat: *Qui enim manducat & bibit indigne iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini, propterea inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi*, [illegible] st, moriuntur. Secundum ho[illegible] gitur verbum [illegible] Sancitur, *Custodient præcepta mea, ut non subiaceant peccato & moriantur per ea*. Et quæ est causa, quæ infert mortem? *Cum polluerint illud*. Immu[illegible] ctuant & pollutio [illegible] sordidum quempiam ad [illegible] da accedere. *Ego sum Dominus, qui sanctifico illos*, id est, qui peccatores mundatos duntaxat, in sanctorum communione recipio, auersor autem [illegible] pertinentem. *Omnis alienigena non comedet de s[illegible]: [illegible] quilinus sacerdotis, & mercenarius non vescentur ex [illegible]* [illegible] hoc mandatum est, ne forte [illegible] delibus & impiis mensam spiritualem [illegible]. Nec quia [illegible] panis [illegible] tur, [illegible] percipere illum [illegible] quia adh[illegible] fide alie[illegible] sunt arbitrentur. Alienigenæ ergo sunt omnes, qui Dei legem non susceperunt, nec eius [illegible] participes et h[illegible] gratiæ Nihil enim in [illegible] neque [illegible] scientiæ eius, de eo intelligere possunt. Unde & [illegible] genæ, sicut qui a [illegible] cognationem eorum amplectuntur. Hi enim a nobis, & De [illegible] recte appellantur. De quibus Dauid psallebat: *Eripe me & libera me de manu filiorum alienorum*. Inquilinus autem sacerdotis est, qui non pure in eius aulam ingreditur, neque tenerentiam dignam præbet aut diligentiam. [illegible] admodum enim inquilinus solummodo pro [illegible] utilitate, & per lungo[illegible] dies expectat migrare, non [illegible] domus quidam diripiant, aut subtrahant. Sic sunt hi, qui in d[illegible] a aula propter suas utilitates, gloriæ forsitan aut quæstus pecuniarum, aut alteri [illegible] huiusmodi ministrant causa, non autem diligentiam exhibent, ne quis e[illegible] corrumpat ordinem neque [illegible] diuinis aulis & [illegible] tatur. Hoc ipsum & mercenarium dicimus, de quo Dominus: *Mercenarius [illegible] pastor, cuius non sunt oues propria, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit oues & dispergit: Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est & non pertinet ad eum de ovibus*. Hos [illegible] sanctorum prohibet perceptione. Neque enim [illegible] digni participatione, quæ vel desidiose, vel propter aliquod commodum agunt. *Quem autem sacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis*: Qui alienigenas, impios videlicet & infideles à participatione diuinorum prohibuit, ostendit, quia in his sit mutentur ab errore, & ad Christum accedant, permittit quæ sancta sunt. Neque enim alienigena per naturam [illegible] sed voluntate quidam sibi adsciuerunt alienationem à Deo. Quosquot ergo ex [illegible] intelligibilis sacerdos possidet emptitios, id est, quotquot enim per euangelium ductrinam & gratia[illegible] Hæc est enim Domini [illegible] onquisitio, & verum [illegible] est, *Argentum igne examinatum terræ purgatum*. R[illegible] autem [illegible] ot, qui voluit [illegible]. Alit autem [illegible] Sicut Petrus dixit: *Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum. Sed & vernaculum*, id est, [illegible] & intelligibili [illegible] videlicet [illegible] per pa[illegible] hdem. Hi de pani[illegible] casu meus [illegible] canib. [illegible] *sacerdotis [illegible] populi prias e[illegible] rit, de his, quæ sanctificatæ sunt, [illegible] de primitiis non vescetur. Sin autem vidua vel repudiata absque liberis [illegible] fuerit [illegible] domum patris sui, sicut puella consueuerat, aletur cibis patris sui. Omnis*

E

Psal. 50.

1. Corinth. 11.

F

G

Psal. 143.

Iohan 10.

H

alien-

A *alienigena comedendi ex eis non habet potestatem.* Quod autem nostra translatio habet: *Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit homini alienigenæ:* Non nobis sufficit in hoc nutriri Christi, sed & permanere, & crescere in ea, & nulli alienigenarum, id est, alterius à Deo dogmatis, aut alterius legis vel doctrinis commisceri: Nec quia de patribus sumus fidelibus, ideo iam in sanctis præsumamus, nisi & ipsi fideles persistamus: Propterea filia intelligibilis sacerdotis, id est, anima omnis regenerata ab eo per baptisma. Si vero alienigenæ coniuncta fuerit, quæ ad alienigenas, verbigratia, Iudæos, Paganos, aut Hæreticos pertinent agens, & societatem eorum amplectens, primitias sanctificatorum, id est, corpore mystico non vescetur: Sin vero filia sacerdotis effecta per eam, quæ dicta est regenerationem, alienigenæ coniuncta fuerit, hæreticum quid agens vel Iudaicum vel gentile, & vidua facta fuerit vel repudiata, relinquens errorem funditus & quodammodo sepeliens illum, & ab

B iniquo semetipsam absoluens commixtionem, reuersa fuerit in domum suam paternam, id est, Ecclesiam, & secundum iuuentutem suam, in qua seruebat cum sacris dogmatibus fidei nutriebatur: iuuenescens virtutibus & virago ab illis appellata, de quibus Dei spi-

Cant. 1 ritus ad CHRISTVM in Canticis dicebat: *Vnguentum effusum est nomen tuum, propterea adolescentulæ dilexerunt te.* De panibus patris sui, id est, CHRISTI comedat, si enim matrem Ecclesiam vnusquisque nostrum, & patrem CHRISTVM habet. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem, id est, qui aliena CHRISTO & legibus eius & gloriæ agit. Eius enim

Matt. 7. lex est: *Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos.* Sequitur:

* *Qui comederit de sanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo, quod comedit, & dabit sacerdoti in sanctuarium, nec contaminabunt sanctificata filiorum Israel, quæ offerunt Domino, ne forte sustineant iniquitatem delicti sui, cum sanctificata comederint: Ego Dominus, qui sanctifico eos.*

C Sancta sanctorum sunt propter Christi mysteria, quia ipsius est corpus, de quo Gabriel ad Virginem dicebat:

Luc. 1. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, ideo quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei:* Sed

Is. * Sanctus in æterno Excelso & Esaias: * *Sanctus Dominus, & in altis habitat,* in sinu videlicet patris. Ab hoc enim non solum alienigenas & inquilinos & mercenarios sacrificio prohibuit, sed nec per ignorantiam percipere præcipit.

Per ignorantiam autem percipit, qui virtutem eius & dignitatem ignorat, qui nescit, quia corpus hoc & sanguis est secundum veritatem: Sed mysteria quidem percipit, nescit autem mysteriorum virtutem. Ad quem Sa-

Prou. 23. lomon dicit, vel magis spiritus, qui in eo est. *Quando sederis, vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ posita sunt ante te:* Aperte & ipse compellens & cogens eum, qui ignorat, addere quintam partem: Hæc enim quinta addita intelligere nos intelligibiliter diuina & mystica facit. Quid sit autem quinta, ipsa te verba legislatoris docere possunt: Ait enim: *Addat quintam partem cum eo, quod comedit.* Et quomodo eius, quod iam comedit & consumpsit, addere quis quintam poterit? neque enim aliud

D aut aliunde, sed de ipso & cum eo, Vel sicut Septuaginta: *super ipsum* iubet addi quintam. Ergo quintam eius super ipsum sermo est, qui prolatus est ab ipso Christo super dominicum mysterium: Ipse enim liberat nos ab ignorantia, remouetque nos additos carnale quippiam & terrenum de sanctis arbitrari, sed diuina ea & spiritaliter accipi facit, quod quinta proprie nominatur, quia qui in nobis est diuinus spiritus, & sermo quem tradidit, quinque qui in nobis sunt componit sensus. Et non solum nostrum gustum producit ad mysterium, sed & auditum & visum & tactum & odoratum; ita vt nihil in eis minoris rationis, & infirmæ mentis proximum, de his videlicet, quæ valde superna sunt, suspicemur. Quicumque ergo sanctificata per ignorantiam comederit, ignorans eorum virtutem sicut diximus, addit quintam eius super eo vel cum eo. & dabit sacerdoti in sanctuarium: Sanctificationem enim mystici sacrificii, &

E à sensibilibus ad intelligibilia translationem siue commutationem ei, qui verus [illegible] sacerdos, videlicet Christo, oportet dari, id est, ipsi de eis miraculum cedere & imputare: quia per eius virtutem & prolatum ab eo verbum, quæ videntur tam sanctificata sunt, quam cunctum carnis excedunt sensum.

Recte ergo addidit: *Nec contaminabunt sanctificata filiorum Israel, quæ offerunt Domino, ne forte sustineant iniquitatem delicti sui, cum sanctificata comederint:* Qui enim CHRISTO suorum ministeriorum sanctificationem imputant, & addentes sibimetipsis quintam, quæ prolata est, videlicet verbum eius, quod nostros producit sensus ad sublimiora, non contaminant sancta sanctorum, vtpote qualia oportet de eis intelligentes, sed nec inducunt super se, iniquitatem delicti in comedendo sancta sanctorum: nec enim vt ad communem cibum, sed sicut ad mysticum & terribile & cœleste accedunt: Ad quem, qui temere accedunt, non simpliciter peccant,

F iniquitatem delicti sui portare dicuntur. Delictum autem proprie à legislatore dicitur peccatum, quod in D[illegible] committitur, & ea, quæ ad hoc pertinent in sacrificiis, quæ pro delictis o[illegible]untur, pridem ostendimus. Vnde & nunc cum dixisset: *ne forte sustineant iniquitatem delicti sui,* recte subdidit: *Ego Dominus, qui sanctifico eos:* hos ostendens, quia delictum, id est, impietas in Deum, incompetens sanctorum perceptio appellatur, tendit enim ad Deum sanctificantem.

CAPVT XIX.

Hostiæ quæ offeruntur Domino, vt acceptabiles sint immaculatæ erunt.

LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad Aaron & ad filios eius, & ad omnes filios Israel, dicesque ad eos: Ibid. 22.

G *Homo de domo Israel & de aduenis, qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationem suam, vel vota soluens, vel sponte offerens, quicquid illud obtulerit in holocaustum Domini, vt offeratur per vos, masculus immaculatus erit ex bobus, & ex ouibus, & ex capris. Si maculam habuerit non offeretis, neque erit acceptabile. Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino vel vota soluens, vel sponte offerens, tam de bobus, quam de ouibus immaculatum offeret, vt acceptabile sit: Omnis macula non erit in eo.*

Non solum sacerdotes à pollutione mundos esse, Hesichius sed & oblationes, quæ à populo offeruntur, præcipit: vt tu cognoscas, qui es fidelis Deo, & qui oblatio ei per holocaustum intelligibilis sacrificii factus es, quia omni pollutione mundam esse conuersationem tuam oportet, & impollutam, quemadmodum sacerdotes, studeas, quia & CHRISTVS, quæ vt agerent Apostoli præcepit, hæc omnia eos tradere discentibus præcepit gentibus.

Ait enim: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in* Matth. 28.

H *nomine patris & filii & Spiritus sancti: docentes eos custodire quæcumque mandaui vobis.* Siue ergo, qui secundum confessionem, siue secundum omnem conditionem suam, holocaustum DEO promisit, vitam videlicet perfectam, hoc est verum holocaustum, à pollutione munda debet esse eius oblatio, neque enim aliter susciperetur. Offeret autem *per confessionem*, sicut Septuaginta dicunt: qui in quacumque necessitate constitutus, & ex ea compunctus conuersationem quandam Deo per votum pollicetur.

Secundum supradictorum autem editionem *electionem:* inuenimus dictam, vbi nos *sponte* dicimus. Vtramque enim hanc oblationem, siue eam, quæ ex necessitate, siue eam, quæ sponte fit, proponit Psalmista di-

Psalm. 95 cens: *Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. Et quæ locutum est os meum in tribulatione mea:* Et rursus: *Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine.* Horum primum quidem prædictum votum siue confessionem, siue aliqua dubietate intelligimus, electioné autem siue spontaneá

obla-

A oblationem, hoc, quod secundo loco dictum est. Oportet autem siue operator [illegible] sit, qui offert holocaustum (hic est enim ex armentis offerens) siue simplex,
R. (quia hic est ex ouibus) siue ex pecoribus, (hic est enim de capris) masculum esse quod offeret, id est, cum mente virili & forti & stabili, & cum valentitude atque inconcussa offerri, vt offerens talis sit qualis ille quem Salomon in prouerbiis dicebat: *Virum fidelem labor est inuenire.*
Prou. 20. Idem est, & si sacrificium pacificorum offeret quis, id est, non illam, quæ perfecta est in Philosophia vitam, velut ea, quæ est in non possidendo, vel in virginitate,
Matth. 19. de quibus Dominus dicebat: *Non omnes capiunt verbum hoc*: sed mediocrem, quæ nobis procurat omnimodo salutem, & si non adsequitur ea, quæ ad prophetarum
1. Corin. 15. & Apostolorum mensuram tendunt: *Stella enim à stella differt in claritate*, secundum quod Paulus dicebat: Sed & hic masculum necesse est offerat immaculatum. Hæc & filii Israel, & aduenæ videlicet, & qui nunc ad fidem
B venerunt, adiectique sunt nobis ex errore externo, similiter custodiant. Ex quo enim aliquis vitam promiserit Deo perfectam & consummatam, non iam prætendere, quod tempus multum in errore fuerit positum, quia nec tempore virtus [illegible] vt discatur, mox enim vt eam affectauerimus, & quemadmodum vtamur, discimus: Veruntamen & iuuem sensibilem si offeras Deo; aut bouem, aut capram, aut aliquid huiusmodi, vt verbi gratia, sacerdotibus primitiæ dentur, aut, vt pauperes ex eo pascantur, aut sanctis aliquod ministerium fiat, aut diuini templi constructio, vel aliquod aliud opus quod ad ipsum pertinet Deum: Et propterea holocaustum dicitur, pollutione careat etiam hæc oblatio. Sed quæ sit hæc pollutio, lex tacuit, nobis dans intelligere veram pollutionem & cauere: Est autem hæc, ex rapina & iniustitia; aliaue auaritia offerre, abominabile est enim apud Deum, & non acceptum ei. Sequitur ergo:

C *Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habeat, si papulas aut scabiem vel impetiginem, non offeretis ea Domino, neque adolebitis ex eis super altare Domini: Bouem & ouem, aurem & caudam amputatis, voluntarie offerre potest. Votum autem ex his solui non potest. Omne animal quod vel contritis vel tonsis, vel sectis ablatisque testiculis est, non offeretis Domino, & in terra vestra hoc omnino non facietis. De manu alienigenæ non offeretis panes Domino Deo vestro, & quicquid aliud dare voluerint, quia corrupta & maculata sunt omnia, [illegible] suscipietis ea.*

[illegible] Aliud hic videtur legislator innuere multa consideratione dignum. De his enim, quæ offeruntur altario [illegible] est. Sunt autem, qui mysticum & sanctorum officium suscipiunt. Per functionem ergo antestitem mundam esse à [illegible] populi oblationem præcipiens, quod necessarium [illegible] conuersatione intellectum est: Nunc dinumerat, quos non oporteat altario offerre.

Et primum dicit ex eis, cæcum: Qui enim ignorantiam habet Dei, quomodo ministrabit Deo? nec ipse dignitatem sciens eius ad ministerium vocatur, nec aliis
D valens exponere: vnde & negligens circa eos erit, nesciens diuinorum, quibus ministrat virtutem: Quales erant quidem Iudæorum, de quibus Deus apud Esaiam
Isa. 56. dicebat: *Videte, quoniam omnes nescierunt, vniuersi canes muti non valentes latrare. Confractum vel contritum*, secundo loco posuit: Cuius enim manus aut pedes actiones videlicet & ad DEVM itinera confracta contritaue sunt, nec hic quidem altari ministrare dignus est, cui conuenit illud, quod Psalmista ait: *Contritio & infelicitas in*
Psalm. 13. *viis eorum.* Sed nec qui linguam incisam, secundum Septuaginta habet, id est, si quis per sordidam vitam fiduciam docendi perdidit. Cui ait Dauid: *Peccatori autem*
Psalm. 48. *dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas*: *Papulas* habens vel *scabiem* detractor intelligitur, quia pessimus eius morbus, & asperrimum est eius vulnus. Nullo enim medicamine facile potest mitigari. *Impetiginem* habens, fornicator est, maculat enim suum corpus, propter
1. Corint. 6. quod Paulus dicebat: *Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.*

Nullum ergo horum deputari ad ministerium altaris, E spiritus legislatoris vult, & propterea ait: *Non offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis super altare Domini.* Siue secundum Septuaginta: *Non offeretis hæc Domino, & non dabitis de eis super altare Domino.* Sacrificium autem pacificorum non addit, quemadmodum superius, vt omni modo intelligas de his, qui mysteriis ministrant dici. Hi etiam holocaustum esse opus habent, vitam perfectam & consummatam agentes. Quid autem his addidit: *Bouem & ouem, aurem & caudam amputatis, voluntarie offerre potest, votum autem ex his solui non potest. Omne animal, quod vel contritis, vel tonsis vel sectis ablatisque testiculis est, non offeretis Domino.*

Disciplina ergo multa, & quam decebat legislatorem ad huius distinctionem sermonis vsus est, quam & in superioribus custodiri oportet: Aurem autem amputatam habet, qui inobedientiæ morbo languet, qui detractationibus gaudet, qui delectatur turpibus auditibus, qui bonos sermones auersatur. Caudam amputatam habet, qui de nouissimis non cogitat, quia cauda F est extrema pars corporis. Sunt ergo proprie caudam amputatam habentes, qui ea, quæ sunt nouissima, abiecta ac vilia & minima pendunt; qui nihil sibimet in futuris sæculis thesaurizant, qui futuris non prouident, qui dicunt: *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur.* Isa. 22. Contritis testiculis est, qui paulatim crescente malitia conterit suam in virtutibus prolem, & signa per quæ vir possit agnosci, qui & recte reprobatur, quia sibimetipsi in talibus nocuit. Tonsis testiculis est, qui illatis sibi temptationibus tribulationibusque cessit, animæque suæ fortitudinem *perdidit: Non enim oportet hoc * prodidit perpeti, nec omnino cedere imminenti hosti atque affligenti. Sectis ablatisque testiculis est, qui vna actione praua animique impia & stante [illegible] cultrum & auferente, quemadmodum [illegible] & diceptrix manus, semetipsum abscidens & auferens à coniunctione Dei, quæ est in virtutibus, secundum quod diximus, priuatus prole & in quibus viriis cognitionis quorundam ipse se G fuit. Alter est siquidem, qui paulatim conteritur, & alter qui subito semetipsum atque vna mala actione prole virtutum priuat; Quemadmodum Simon pecuniis emere donum Dei existimans, & effectus à sorte eius alienus: Sed vnam harum macularum quispiam vel nunc dictarum vel quæ pridem dinumerauimus habens, haud mandatorum est operator. Et propterea vitulus, vt simplex & ouis ex hoc appellatur, secundum quod Septuaginta edunt, pro eo, quod nostra translatio habet *voluntarie offerre potest.* Occides ea tibimetipsi, vt non omnimodo illos auersemur, nec in parte inimici deputemus, sed doceamus eos & exhortemur: *Nunquid qui cadit non adiiciet vt resurgat? aut qui auersus* Psal. 40. est, non reuertetur? Occidi autem dicuntur mortificari peccato, per admonitionem vt iustitiæ viuant, Hæ autem occisiones nobis fiunt. Nobis enim illis licet commiscerі, sed pro voto non offeramus ea Deo, id est, ad ministerium eius mysticum non eos ordinemus. Er- H go quamlibet prædictarum macularum habentes, si pœnitentiam egerint super ea & occisi fuerint mortificatione peccati, suscipiamus quidem eos, & vt membrum communis corporis habeamus, quia *Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere.* Altario autem of- 1. Tim. 1. ferre eos non licet. Hac, vt puto, distinctione & Paulus scribens ad Corinthios vsus est: *Scripsi vobis in Episto-* 1. Corint. 5. *la, non commisceri fornicariis: Non vtique fornicariis mundi huius, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus, debueratis enim ex hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis in Epistola, non commisceri. Si quis frater nominatur aut fornicator est, aut idolis seruiens, aut auarus, aut detractor, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere.* Fratres nominans illic eos, qui altario ministrant, quia maxime eos, qui doctrinæ sortiti sunt dignitatem, & quibus præesse populus creditum est.

Hi enim si quid tale habuerint, modis omnibus oportet societatem eorum auersari, quia super populum abundare virtutibus hi, qui præsunt, necesse habent, &

A ipsi maxime esse sine macula. Nam quomodo alios emundare a pollutionibus possunt? De quibus etiam hæc legislator præcepit.

Et in terra vestra hoc omnino non faciatis, & de manu alienigenæ non offeratis panes Domino Deo vestro, & quicquid aliud dare volueritis quia corrupta & maculata sunt omnia non suscipiantur ea.

Nec nos ergo in terra nostra quibusdam talium macularum studium demus: Est autem terra nostra bona conuersatio, quæ præcepta est per diuinas scripturas, quam à Deo colere percepimus: Sed nec alienigenæ, videlicet qui doctus est & adiectus est deforis talia dona offerentis meditamur, quia corruptio in eis est, nos autem Deo incorrupto seruimus, Maculam habent, nos autem in Ecclesia ministramus, cui dictum est ab
Cantic. 4. sponso, *Tota pulchra es proxima mea, & macula non est in te.*
Ephes. 5. Et de qua Paulus dicebat: *Vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi.*
B Propter quod nihil maculam habens à nobis offertur.

Capvt XX.

Bos, ouis & capra septem a partu diebus cum matre sint: offerri possunt die octauo, hostia pro gratiarum actione eodem die comedi debent, &c.

Leuit. 22 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: *Bos, ouis & capra cum genita fuerint, septem diebus erunt sub vbere matris suæ; die autem octauo & deinceps offerri poterunt Domino, siue ille bos, siue illa ouis non immolabuntur, vna die, cum fœtibus suis.*

Mater omnis animalis vtique natura est, sub hac omne genus hominum peccatorum & iustorum septem diebus est, ab octauo autem iam non: Nam etsi operator quis sit mandatorum vel simplex vel peccator, aut
C ex peccatore, septem diebus, id est, per omne præsens sæculum, oportet eum sustinere quæcumque natura desiderat; quemadmodum & de Saluatore dicere præsumpsit Paulus, ostendens, quia ex nostra natura secundum carnem factus absque peccato, omnia passus est, quæ erant naturæ: Quia autem pueri communicauerunt sanguini & carni similiter, & ille participauit iisdem: Sed quando vitam præsentem egressi fuerimus, & in die bona mortuorum resurrectionis constituti fuerimus, extunc & deinceps omne videlicet sæculum futurum non iam sub matre, quæ dicta est erimus, neque enim his naturalibus necessitatibus subiacebimus: *Octaua autem die offerri poterit*, Quod Septuaginta sic edunt: *Dona autem & hostias Domino*, id est, perfecta & integra hi, qui in hac vita præparauerunt oblationem suam.

Sciendum est autem, quod quoniam mutabilis est nostra vita, mutationesque multas & voluntates sus-
D cipit, octaua die oblatio accepta in sæculo scilicet fu-
Eccles. 12. turo fit, propter quod dixit Salomon: *Ante mortem ne laudes quemquam hominem.*

Cum autem hæc ita se habeant, matrem rursus Ecclesiam & gratiam, quæ in ea est intelligamus: De qua Salomon in Prouerbiis dicit: *Audi fili disciplinam patris tui, & ne dimiseris legem matris tuæ.* Quando ergo aliquis gratia Euangelii generatus fuerit: secundum
1. Corint. 4. quod ait Paulus: *In Christo enim Iesu per Euangelium ego vos genui.* Sub intelligibile matre Ecclesia vel gratia septem dies totam videlicet præsentem vitam, quæ in septem diebus voluitur, erit legibus eius & sanctionibus obediens. Sic enim octaua die in tempore resurrectionis, donum erit & hostia Domino, quia huiusmodi non solum animas, sed & corpora sacrificium sanctum placitumque suscipit. Tu autem, propter hæc & quod sequitur disce.

Siue ille bos, siue illa ouis, non immolabuntur vna die cum fœtibus suis. Hic nominibus ipsis aliud rursus ostendit: Non oportet enim eos, qui pascha Euangelicum celebrant, quod nobis Ecclesia tradidit, legale Pascha peragere. Quod bouem & ouem legislator dicens significauit: quia hæc præcepit Moyses in die Paschali, quod traditum est Iudæis immolare, ait enim: *Et immolabis Pascha Domino Deo tuo, oues & boues*, sicut Deuteronomii liber ostendere potest. Fœtus autem horum, siue paschalis huius, siue veteris testamenti, & eius, quæ in figuris est traditionis dominicæ Paschæ per figuram, significationem habet: sed illud præcedebat in typo; istud sequebatur in veritate: propter quod & Christvs primum celebrauit figuratum pascha, post Cœnam autem intelligibile tradit, & angustante eam tempore, pro die horam immutauit, vel magis etiam diem. Si enim ad vesperam quartæ decimæ diei, cœna Iudaicæ paschalis festiuitatis celebratur. Post hoc autem Christvs propriam tradidit cœnam.

Post vesperam ergo quartæ decimæ diei tradidit. Quod autem post vesperum est tempus, alterius diei initium omnimodo est. Oportebat enim hoc fieri ad o- F
stensionem temporis, quia quando vetus finem sumpsit, tunc nouum incepit. Aut forte vetus illos lex significat, de quibus & Esaias dicebat: *Puer natus est nobis, Filius datus est nobis*: In Christo enim hæc, Isa. 9.
& quæ sequuntur, dicta sunt. Hic ergo *fœtus* siue secundum Septuaginta *Filius*, ouis eadem die, in qua vitulus & ouis Iudaicæ festiuitatis occidebatur. Quartadecima enim die Pascha celebrantes, in crastinum Iesvm crucifixerunt.

Sequitur:

Si immolaueritis hostiam pro gratiarum actione DOMINO, vt possit esse placabilis, eodem die comedetis eam, Non remanebit quicquam in mane alterius diei: Ego DOMINVS. Custodite mandata mea, & facite ea: Ego DOMINVS. Ne polluatis nomen sanctum meum, vt sanctificer in medio filiorum Israël: Ego DOMINVS, qui sanctifico vos, & eduxi de terra Ægypti, vt essem vobis in DEVM: Ego DOMINVS.

Sicut satisfactionem non habet, siquis inchoante Ibidem.
nouo Testamento veteribus seruiat, & Euangelica G
prædicatione currente, secundum literam viuat. Iniusta est enim eius, qui vtraque sanxit, si non temporibus ab eo distinctis obediamus: Sic sine vlla venia est putare quempiam vel omnino cogitare, quia in futuro tempore operandum aliquid eorum, quæ nunc nobis ad operandum præcepta sunt, conseruatur: *Si immolaueritis*, inquit, *hostiam pro gratiarum actione Domino*, euangelicam ei conuersationem promittentes. Hæc est enim gratiarum actionis hostia Domino, quia quæcumque ad laudem eius & gloriam pertinent, peragit; Quod demonstrat Dominus Apostolis, dicens: *Luceat* Matth. 5.
lux vestra coram hominibus, vt videant bona vestra opera, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Immolatis Domino, vt possit esse placabilis, quod Septuaginta ediderunt, *acceptum vobis immolabitis*, id est, ad suscipiendum digne prædictam conuersationem agamus, perficientes eam & non imminutam relinquentes, propter
quod & subdidit: *Eodem die comedetis ea, non remanebit quicquam in mane alterius diei.* H

In tempore enim hoc, in quo hoc prædictum est sacrificium, permittimur comedere illud, id est, operari & complere debemus.

Nihil autem de eis in mane relinquere, vt aliquid remaneat reliquiarum nostræ conuersationis incorrectum neque inconsumptum aliquid de virtutibus & inoperatum in futuro sæculo custodiamus, quando iam non est licitum operari: Qui rectè *mane* dicitur, id est, quia nox præsens vita, propterea quæ in ea nunc est, nebula nominatur. *Ego Dominus: Custodite mandata mea, & facite ea, ego Dominus*, qui hic quidem legem constituo, ibi autem iudico: qui intelligibilia talenta meis seruis in præsenti sæculo ad operandum dedi, in futurum autem rationes cum eis pono & talentorum operationem exigo, *Ego Dominus: ne polluatis nomen meum sanctum.*

Pol-

A Polluto enim est creatoris & blasphemia, si in eodem nos ordine vel actu, quo nunc sumus resuscitet. Quid enim commutat mundum hunc, si in eisdem dolor ibus & laboribus erimus? *Vt sanctificet in medio filiorum Israel.* Non dixit sanctificor, sed *sanctificer*: futurum ostendens tempus, in quo in medio verorum filiorum Israel sanctificatur, Ægypti enim exitum non frustra memoratus est, illud demonstrans, quia quemadmodum, qui egressi sunt de Ægypto, non iam ea, quæ Ægypti sunt agebant; Sic & quando nos DEVS educit de præsenti vita, non iam agere ea, quæ in ea sunt possumus: Est enim Aegyptus intelligibilis, præsens mundus, quia Aegyptus contenebratio interpretatur: Tenebris enim & secundum quod diximus nebula, siue caligine præsentia sunt repleta, intantum vt Ioannes de Domino diceret: *Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* (Ioan. 1.) Propter quod nos Dominus DEVS, videlicet ex intelligibili Aegypto hac educit, B vt sit noster DEVS: non quia nunc non est, sed quia non omnes eum confitemur, neque cognoscimus: Tunc autem confitebimur, tunc omnes obijciemus, tunc *erit Deus omnia in omnibus.*

CAPVT XXI.

In quo præceptum de obseruandis ferijs, & oblationibus in illis offerendis.

(Leuit. 23.) LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens: *Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis sanctas. Sex diebus facietis opus, dies septimus, quia sabbati requies est, vocabitur sanctus: Omne opus non facietis in eo: Sabbatum Domini est, in cunctis habitationibus vestris.*

Si subtiliter attendas hæc, quæ dicta sunt in præsentibus legislatoris verbis, inuenies eum non solum contemplationis legis, sed & in litera ipsa interdum vel in C terponentem spiritus: Dicens enim, *Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis sanctas*: hæ sunt festiuitates meæ: mox subdidit: *Sex diebus facietis opus.* Oportet quidem hic tacere, dicere autem, quæ sequuntur. *Dies septimus quia sabbati requies est, vocabitur sanctus.* Sed ferijs connectens, *sex diebus facietis opus*: ostendit quia prima feria siue festiuitas apud legem operari est, operari autem bona. Propterea enim ait: *Sex diebus facietis opus*, quia omnia bona valde, quæcumque DEVS in sex diebus constituit.

Secunda autem festiuitas præcedentibus his operibus, septimæ diei requies est, quam festiuitatem nemo celebrare, qui non operatus est bona opera & digna Deo, poterit. Nam nec frustra: Deus quippe erat qui loquebatur, qui frustra non loquitur: Prius ait: *Sex diebus facietis opus*, & post hoc: *Dies septimus, quia sabbati requies est vocabitur sanctus.* Sed ad ostensionem, vt si quis ad imitationem Dei bona agit, & consequitur, hoc D enim est in sex diebus operari, hic intelligibili requiescit sabbato. de quo Paulus dicebat: *Timeamus, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem ipsius, videatur ex vobis aliquis deesse*: (Hebr. 4.) Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis DEVS.

Adijciens autem nimis subsequenter, *in cunctis habitationibus vestris*: vt & per hoc satisfaceret de seculo futuro se loqui. Præsens enim mundus peregrinatio est, habitatio autem est, quæ sequitur: Nemo enim nostrum de illis mansionibus seu habitationibus migrat, quas semel intus fuerimus. Sequitur:

Hæ sunt ergo feriæ Domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis. Mense primo quartadecima die mensis ad vesperum phase Domini est, & quintadecima die mensis huius solemnitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis, dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusque. Omne opus seruile non facietis in eo: sed offeretis sacrificium in igne Domino, septem diebus: Dies autem septimus erit celeberrimus & sanctior, nullumque seruile fiet in eo. E Age nunc, si licet, Iudæos interrogemus, cuius rei gratia non quartadecima die festiuitatem agere iussit, in quo pascha imaginarium fiebat, sed memoriam quidem facere eius. Festiuitatem tamen prima azymorum quæ erat post illam, sic definiuit, manifestum est autem ex his, quia scire eum is, qui legem accipit, quid intersit inter figuram & veritatem desiderat: & quia figuras scire quidem, quoniam deducunt ad veritatem: dignum est festiuitatem agere tunc, quando veritas, quæ in figuris continetur aduenerit: Memoriam siquidem facit quartædecimæ, quia figuram habebat: Festiuitatem autem agere quintadecima præcepit: quia in ipsa verum est pascha, de quo Paulus dicebat: *Pascha nostrum immolatus est Christus.* (1. Corint. 5.) Sed ipsos iam sermones discutiamus: *Hæ sunt feriæ Domini sanctæ, quas celebrare debuistis temporibus suis*: Quare non dixit, feriæ Domino, sed *feriæ Domini*: Aut forsan illud auditorem legis contestans, quia non simpliciter festiuitates has, de quibus est sermo, celebrari DEO lex F præcepit: sed quia eius sunt propriæ.

Quia quemadmodum festiuitates imperatoris sunt, in quibus victorias & trophæa contra hostes erexit. Saluauit gentes, ciuitates adquisiuit: Sic & CHRISTI, in quibus nostrum genus saluauit, & nostram captiuitatem conquisiuit, & hæreditatem ex gentibus sibimetipsi, *regale sacerdotium, gentem sanctam, populum acquisitionis* constituit. (1. Pet. 2.) Dicens, *Temporibus suis*: non dixit sic de festiuitatibus eorum: non illis, qui seruiunt figuræ sed fidelibus, & suscipientibus festiuitatem, has competere festiuitates ostendens: Quarum vna est de qua hæc dicit: *Mense primo quartadecima die mensis ad vesperam phase Domini est.*

Primum mensem, tempus dominicæ passionis recte dicimus, in quo conueniunt maxime & hæc ad Moysen verba à DEO dicta: *Mensis hic vobis principium mensium, primus erit vobis in mensibus anni.* (Exod. 12.)

Initium enim & ingressus nouæ vitæ & nunc à nobis inchoatæ conuersationis est, vespertina tempora, G in quibus DOMINVS aduenit. sicut, Ioannes docuit Dixit enim, *Filioli nouissima hora est.* Ad vesperum Pascha dominicum factum est: qui passus non mox tempora finiuit, sed reliquit nouissimæ horæ & vespertinæ reliquias, in quibus oporteat prædicationem currere, & in quo omnem terram penetret salutare verbum: Sed & ad vesperum siue medio vespertinorum pascha proprium præueniens, crucem suam CHRISTVS celebrauit: Die enim imaginariæ festiuitatis Paschalis, quæ erat quartadecima, post cœnam super sensibile verum Pascha, quod ad eius mysterium pertinebat discipulis tradidit.

Ergo & nox erat iam quando panem Iudas de cœna illa accipiens ad Domini traditionem exibat: Sequenti autem die, quæ fuit quintadecima, Pascha crucis implebat; propter quod in quintadecima die mensis huius festiuitatem hanc agere legislator præcepit, & ipsam celebritatem, solemnitatem azymorum Domini prædi H cauit.

Si enim celebrare eius Pascha proprie & vere volumus, azymi ab omni malitia esse debemus, & multo magis à Iudaico errore & vetustate; Vnde & postquam Paulus dixit: *Pascha nostrum immolatus est Christus*, subdidit, *Ergo epulemur, non in fermento veteri neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis.* (1. Corint. 5.) Et non ad tempus, sed omni nostra vita à fermento malitiæ mundi esse debemus, & propterea ait: *Septem diebus comedetis azyma*; Per septenarium numerum de omni nobis vita præcipiens. *Et dies primus erit vobis celeberrimus, & sanctus, Omne opus seruile non facietis in eo.*

Illud enim omnimodo seruile esse opus, spiritus innuit, de quo ait Dominus: *Amen, Amen dico vobis, qui facit peccatum, seruus est peccati.* (Ioan. 8.) Si enim verum celebramus pascha, peccati seminum fugiamus: Quia Christus, qui pro nobis passus est, à peccato nos & seruitute eius liberauit. Non quia prima die omne opus seruile non fieri

præ-

A præcepit, aliis autem diebus ideo opera agi seruilia præcepit: Vide enim quid subdidit. *Sed offeretis sacrificium in igne domino, siue vt Septuaginta: offeretis holocaustomata domino septem diebus*: Dies autem, *septimus erit celebrior & sanctior, nullumque opus seruile facietis in eo.*

Holocaustomata ergo septem diebus offerri præcipiens, abstinere etiam ab omnibus operibus seruilibus in eis præcepit. Quomodo enim quis holocaustum Deo offerat, diabolo dignus, aut seruilia agens: Deinde non solum primam, sed & septimam propterea nominauit, vt in prima & septima, totam comprehenderet vitam humanam: Illa enim initium, ista autem finem habet, in qua omnia comprehenduntur. Sequitur:

Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Cum ingressi fueritis in terram quam ego dabo vobis, & messueritis segetem terræ vestræ, feretis manipulos spicarum primitias messis vestræ ad sacerdotem, qui leuabit B *fasciculum coram domino, vt acceptabile sit pro vobis: Altero die sabbati sanctificabit illum atque in eodem die, quo manipulus consecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum domino, & libamenta offerentur cum eo. Duæ decimæ similæ conspersæ oleo in incensum domino, odoremque suauissimum. Liba quoque vini quarta pars hin, panem & polentam & pultes. Non comedetis ex segete vsque ad diem qua offeratis ex ea Deo vestro, præceptum est sempiternum in generationibus cunctisque habitaculis vestris. Numerabitis ergo ab altero die sabbati in quo manipulum obtulistis primitiarum, septem hebdomadas plenas, vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est, quinquaginta dies, & sic offeretis sacrificium nouum domino. ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos de duabus decimis similæ fermentatæ quos coquetis in primitias domini, offeretisque cum panibus septem agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armento vnum, & arietes duos. Et erunt in holocaustum cum libaminibus suis in odorem suauissimum domino, facietis & hircum pro peccato, duosque agnos anniculos hostias pacificorum. Cumque eleuauerit ea* C *sacerdos cum panibus primitiarum coram domino, cedent in vsum eius. Et vocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum: Omne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis & generationibus vestris.* Quidam autem Iudæorum inueniuntur pentecostes festiuitatem celebrare, à prima enim azymorum, non autem à die in qua manipulum, quæ prima azymorum, in crastinum, secunda videlicet die, computantes celebrari sibi et pentecosten prædicant. Propter quod eis Dominus improperans quod etiam secundum litteram non implerent legem, dicebat: *Et nemo ex vobis facit legem*: Ecclesia autem facit, sicut nunc ostenditur. *Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filijs Israel: & dices ad eos: Cum ingressi fueritis terram*, & cætera.

Terram à Deo datam Euangelicam doctrinam & conuersationem frequenter docuimus. Ipsa enim terra dicitur propter fructus virtutum, quæ ex ea oriuntur, ab ipso autem data est: Neque enim mediatore ad hanc vsus est, sed proprio eam adnuntiauit o-
D re. Quando ergo ingressi sunt & messuerunt segetes eius, hi qui susceperunt salutare verbum: Illi enim sunt & messores intelligibilis segetis, ad quos Dominus di-
Luc. 10. cebat: *Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis vt mittat operarios in messem suam.* Quibus etiam verbi mysterium credidit, tunc enim messis sic matura erat, vt Dominus diceret: *Leuate oculos vestros & videte regiones, quia albæ sunt ad metendum olim.*

Manipulum autem primitiarum, intelligibilis sacerdos Christus corpus proprium offerebat: Quia enim capitulum siue summa messis verbi videlicet saluatoris, & diuinæ prædicationis, mortuorum erat resurrectio, verus manipulus & veræ primitiæ nostræ messis tunc intelligibilis sacerdos CHRISTVS corpus proprium à mortuis suscitauit. De quo Paulus dicebat:
1. Cor. 15. *Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium.* Sed quando hoc factum est? *Altera die primi offeret illud sacerdos.* Esse autem primam diem Dominicæ passionis ea quæ ante hoc diximus ostenderunt, in qua Dominus suam hostiam non sine ratione dispensauit. E Sed quia prima azymorum hæc & prima paschalis festiuitatis dicebatur, altera autem dies passionis, resurrectio fuit. Primum enim manipulum primitiarum sacerdotum ostendit offerentem, post hoc autem ait: *Atque in eodem die quo manipulus consecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum domino*: Volens nos in die qua celebramus Domini resurrectionem, & manipuli intelligibilem oblationem celebramus, non oblitos Dominici sacrificij, ex quo nobis est oblatio manipuli. Sed cædere agnum immaculatum anniculum in holocaustum Domino, intelligibilem agnum Domini traditionem immolantes mystice, & offerentes. Ipsius autem vt sacrificium cædentes memoriam fecit: Neque enim aliter, sed per eius meditationem, & virtutem à sensibili ad intelligibilia transferuntur, F ea quæ in illo sacrificio peragunt. Et quod hoc est sacrificium: *Duæ decimæ similæ conspersæ oleo.* Oportet enim scire perfectam humanitatem & perfectam diuinitatem contemplari, id est, in vnum conuenire: In oleo, id est, per eam, quam circa nos habet compassionem: Sed enim sacrificium odor suauitatis Domino inuenitur, sapientibus nobis de eo, quod digna sunt.

In quibus autem sacrificium, & per quos agitur, quomodo celebratur intelligibilis agni oblatio, quod sequitur, ostendit: Neque enim in sanguine, nec per irrationabilia animalia, sacrificium à nobis Deus suscipit, secundum quod sequentia demonstrant: Ait enim: *Liba quoque vini quarta pars hin, panem & polentam*: Quia dubium futurum erat forsan à quibus mysterium sacrificij, quod per Christum est, quod superius diximus celebratur. Habes ecce intelligibilis Melchisedech oblationem, quæ in pane & vino perficitur, in qua quarta pars hin, in libris vini offertur: vt G per quartam Euangelicam traditionem, quæ in libris quatuor est, per libationem vero, Dominicum sermonem significaret, cum ait: *Hic est sanguis meus qui pro vobis funditur*: sine imminutione enim significare, legis-
Marc. 14. Matt. 26. 1. Cor. 11. latori visum est, Christi mysterium: Propter quod & subdidit. *Et polenta & pultes: Non comedetis ex segete, vsque ad diem quo offeratis ex ea Deo vestro. Præceptum est sempiternum in generationibus, cunctisque habitaculis vestris.* Oblatio enim præsentium donorum quam esse mysterium vnigeniti ostendimus, reconciliauit nos Deo, & cibum nobis nouæ polentæ & pultum præstitit. Hæc autem legislator dicens, & resurrectionis describens secundum modum quem oportebat, gratiam: de Pentecoste quam nos celebramus sermonem connectit dicens: *Numerabitis ergo ab altero die sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas, vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est, quinquaginta dies, & sic offeretis sacrificium nouum domino*: Quia horus pentecostes neque tempus, neque numerus à populo Iudæorum custoditur, sufficienter in superioribus ostensum est. A nobis autem cum con- H templatione & ad litteram custoditur. Planius enim legislator intentionem suam demonstrare volens, ab altero die sabbati numerari præcepit, quinquaginta dies, Dominicum diem proculdubio volens intelligi. Hic enim est altera dies sabbati: In hac enim resurrectio facta est, qua hebdomades numerantur septem vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ: Dominica rursus die Pentecostes celebramus festiuitatem, in qua Sancti spiritus aduentum meruimus, non frustra eo septem hebdomadarum aduentum custodientes, sed vt nos cognosceremus, quia nihil vetus, nihil sæculare præcepit Deus agere, nihilque corruptioni veteri proximum qui eum cupiunt percipere: Et nouum sacrificium Domino tunc offerri iussit: Adueniens enim spiritus, totam nostram vitam renouauit, quando confirmauit Christi traditionem, & stabiliuit

A Ioan. 16. conuersationem quam in illis perfecit: Ait enim. *De meo accipiet, & adnunciabit vobis.* Propter quod non in alia hebdomadis die aduenit, sed in qua resurrectio facta est, & manipulus intelligibilis oblatus est, vt & hoc probaret, quia noua conuersatio, quæ nos renouauit, liberando à corruptione vetustatis, resurrectione Christi & sancti spiritus aduentu * correcta est. *correcta Manifestat autem oblatio ipsam speciem hostiæ, quam præcepit fieri. *Et sic offeretis sacrificium nouum domino, ex omnibus habitationibus vestris: Panes primitiarum duos ex duabus decimis simila fermentata, quos coquetis in primitias domini, & offeretis cum panibus septem agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armento vnum, & arietes duos.* Nouum sacrificium dicens, legis sacrificia, vt vetera, exclusit: Euangelica autem pro illis introduxit. Deinde addens, *de habitationibus vestris.* Ecclesiam significauit, eique offerri quæ dicta sunt aptauit. Neque enim dixit, ex omnibus habitaculis, *sed ex omnibus habitaculis vestris*: vt absolute ostenderet aliquod habitaculum B Psal. 83. præcipuum, de quo ait Dauid: *Beati qui habitant in domo tua*: Et rursum. *Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Et panes* quidem *primitiarum duos*, id est, legem & Euangelium: Panes enim sunt, cibum animarum fidelium continentes.

Sunt autem & primitiarum, siue vt Septuaginta, *separati*: Quoniam omni quidem sapientia sunt præcipui, ab ea autem, quæ exterior est separati videlicet & seiuncti. Sunt ergo *ex duabus decimis simila fermentata*, ex doctrina, quæ perfectam Dei diuinitatem & perfectam humanitatem tradit. Nec aliter coqui, nisi per talem doctrinam possunt, sed *primitiarum sunt Domino*: Primus enim Dominus cum legem perfecit, & E- Matt. 5. uangelium, & post hoc docuit: *Audistis quia dictum est antiquis, non occides. Ego autem dico vobis, omnis qui irascitur fratri suo sine caussa, reus erit iudicio*: Coniunxit enim hic legem Euangelio, propter quod eius primitiæ dicuntur. Quod & Lucas confirmans, primitias C Act. 1. veras nobis ostendens, scripsit: *Primum quidem sermonem feci de omnibus his, ò Theophile, quæ cœpit Iesus facere & docere.*

Offerre autem cum eis septem agnos immaculatos anniculos præcepit, dona significans, quæ sunt spi- Prou. 9. ritus, de quibus Salomon in Prouerbiis dicebat: *Sapientia ædificauit sibi domum, erexit columnas septem.* Planius Isa. 11. autem Esaias tradidit: *Et requiescet super eum spiritus domini.* Nec tacuit quæ, vel cuius numeri essent dona, subintulit enim: *Spiritum sapientiæ & intellectus: spiritum consilij & fortitudinis: spiritum scientiæ & pietatis, & implebit eum spiritus timoris domini.* Agnos autem, hæc appellat dona, ad ostensionem, quia Spiritus sanctus vnum est cum Christo. De quo dictum est: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*: Vnde nemo potest di- 1. Cor. 12. cere, *Christum Iesum, nisi in spiritu sancto.* Ergo non extra rationem, cum septem agnis, vitulum ex armento, præsens continet oblatio: sed euidenter significat illum ex armento Abraham, Isaac, & Iacob & Dauid secundum carnem factum: Huic arietes duos immacula- D tos coniunxit, excellentia mandata & virtutes, quas sequi alias velut oues oportet. In his enim, vtpote intelligibilem inimicum ventilantibus munimen & indemnitatem habent. Quæ sunt autem hæc? *Si vis per- Matt. 19. fectus esse, vade, vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni sequere me.*

Maximum quippe mandatum est, vendere quæ habet & dare pauperibus: Maximum etiam sequi Christum, vt cum despectu quippiam possidendi, etiam omnia agere secundum voluntatem Domini studeamus: Hoc est enim eum sequi. Hæc ergo mandata vtpote propter immaculatam vitam & perfectam constitutam, arietes appellantur: quia arietes omni gregi excellentiores sunt. Horum sacrificia & libatio, scientiæ videlicet & correctio, odor suauitatis est Domino illi, de 2. Cor. 2. quo Paulus dicebat: *Deo autem gratias qui semper nos triumphat in Christo Iesu, & odorem scientiæ suæ manifestat per nos, quia Christi bonus odor sumus.* Veruntamen non vsque ad hæc oblationem Pentecostes constituit: Dicit autem & reliqua, quia maxime spiritui, cuius prædicta festiuitas est, perfectio competit. Quid ergo ait? *Facietis & hircum pro peccato*: Pœnitentiæ introducens sermonem. *Duosque agnos anniculos, hostias pacificorum*: Il- Hebr. 12. la Pauli mandata significans: *Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine quibus nemo videbit Deum*: Quæ quia per Apostolicam linguam expressa erant, offerri ea præcepit cum panibus primitiarum, quos esse Christi doctrinam diximus. In sequentibus autem rursus addit: *Cumque eleuauerit ea sacerdos cum panibus primitiarum coram domino*, secundum Septuaginta autem sic: *Et separabit ea sacerdos separatione cum panibus primitiarum ante dominum, cum duobus agnis*: significabant cui Domino: *Cedentque in vsum eius*, id est, sacerdotis offerentis, ea, videlicet Christo: Ipse enim noster sacerdos: ipse noster etiam Dominus est, ipsius sicut panes primitiarum, sic & agni mandatorum prædictorum sunt. Ipse enim erat qui in Paulo loquebatur: Ipse omnia F quæ dicta sunt obtulit: Pacem enim de qua Paulus mandat, primus Dominus discipulis adnunciauit, & sanctimoniam sicut sanctus sanctorum super omnes custodiuit.

Nam ipse erat de quo Gabriel Virgini dixit: *Propterea & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Veruntamen, si vis diei de quo sermo est comprehendere excellentiam, confirmationem eorum quæ de eo dicta sunt respice: *Et vocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum: Omne opus seruile non facietis in eo: Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis & generationibus vestris.*

Quid ergo in ea est, quod in his excellet? Ecce enim & alios dies sanctos appellat: sed & de hoc primum inquit: *Et appellabitis hunc diem celeberrimum*: & post hoc: *Atque sanctissimum*: Vt in eo cognoui quid & cum aliis commune, & quid in se proprium haberet: In ipso enim gentium vocationem non prædicari solum, sed & operari cœpit, *quando Parthi & Medi,* G Act. 2. *& Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam & Pamphiliam*, omnesque reliquæ gentes quas Lucas dinumerauit, *audire Apostolos linguis suis magnalia Dei loquentes*, prædicantesque cœperunt. Nullum ergo opus seruile in illo die faciamus, id est, quod ad seruitutem pertinet: Sed legitimum sempiternum in cunctis habitaculis & generationibus nostris seruemus, nihil seruile operandum in tempore, quo ad nos venit spiritus: Quia *vbi spiritus Domini, ibi libertas*, sicut Paulus scribit. 2. Cor. 3. Sequitur.

Postquam autem messueritis segetem terræ vestræ, non secabitis eam vsque ad solum: nec remanentes spicas colligetis, sed pauperibus & peregrinis dimittetis eas: Ego dominus Deus vester. Quia pietate plena sunt quæ nunc lege præcipiuntur apertum est, propter quod ea custodiri & secundum litteram oportet, sed maius eorum lucrum, contemplatio possidet. Tu autem hoc in eis nota, quia cum similia his superius præcepisset, non tamen eadem sanciuit. Hoc autem verborum ipsa immutatio demonstrat: Ibi etenim ait: *Non complebitis messionem vestram*: Hic autem: *Non secabitis eam vsque* H *ad solum*, vt differentiam ipsam ex permutatione verborum intelligamus. Terram fidelium esse prædictam à lege Dei conuersationem, frequenter ostendimus. Huius messio post resurrectionem saluatoris à mortuis & aduentum Sancti spiritus floruit. Et non quidem omnem scientiam quam habituri sumus, quando ad ipsum Deum venerimus, tradit verbum prædicationis. Sunt autem quæ relinquit, vtpote, quæ nunc nobis reuelari non possunt, & propterea legem hanc in prædictis festiuitatibus interposuit, & ait: *Postquam messueritis segetem terræ vestræ, non secabitis eam vsque ad solum*: In eo quod dicit, *non secabitis eam vsque ad solum*, ea significauit, quæ nobis ad plenam scientiam & perfectam desunt, propter quod & subdidit: *Nec remanentes spicas colliges*: vt non contendamus, neque frustra conemur, ea, quæ nostram fugiunt scientiam.

E

A Et propterea quæ de messura cadere dicuntur, colligere nec possumus, sed relinquamus ea Christo: Quem significans, legislator addidit: *Pauperibus & peregrinis dimittes ea.* Siue secundum Septuaginta, pauperi & proselyto relinques ea. Et quis est hic? Audi quod sequitur: *Ego dominus DEVS vester.* Pauper autem & hic dicitur, quia propter nos pauper factus est cum diues esset, vt illius paupertate nos diuites essemus. Sed & aduena, quia *& si in propria venit, sui tamen eum non receperunt.* Huic ergo eas relinques, solus autem scit quæ nobis remanent: propter quod nec colligere possumus, quæ vt ipse colligat, separata sunt, teste Paulo, qui dicit: *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.* Sequitur:

Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filijs Israel: Mense septimo prima die mensis erit vobis sabbatum memoriale, clangentibus tubis, & vocabitur sanctum. Omne opus seruile non facietis in eo, & offeretis holocaustum domino. Septenarium numerum euidentem gerere & indubitabilem consummationis figuram, siue vniuscuiusque nostrum, siue generalem, multa quidem & alia ostendunt, B illud autem maxime, quia Deus in die septima cessauit ab operibus suis, dans nobis & ipsa requiem nostram conijcere, de qua Paulus ait: *Qui enim ingressus est in illam requiem, requieuit ipse ab omnibus operibus suis, quemadmodum & à suis Deus.* Sed initium consummationis temporum Domini est aduentus, propter quod illud, nouissimam horam Iohannes Euangelista appellauit, ait enim: *filioli nouissima hora est.* Sed & Iacobus: *Ecce iudex ante ianuam stat.* Hoc tempus, primam septimi mensis: sicut principium consummationis recte lex appellauit. Est autem nobis requies, quia nos operibus malis carere fecit, & à iugo graui liberauit: *Venite enim*, inquit, *omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam*: Et rursus: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.* Matt. 11.

C Hoc & memoriale tubarum est: Prædicat enim saluatoris resurrectionem, quæ memoriale est communis mortuorum resurrectionis, quæ in voce tubarum magnarum & terribilium efficietur in iussu Dominico *in voce Archangeli, in tuba Dei*, sicut Paulus docuit. Hoc tempus vocabitur sanctum Domino, quia vocationem, quæ in sanctificatione est, possidet, ex qua adoptio, quæ ad eum pertinet vocatis efficitur. *Omne opus seruile non facietis in eo, & offeretis holocaustum Domino.*

Non est enim iam tempus opera seruilia agere, quia sufficit præteritum tempus ad voluntatem gentium, in quo gesta sunt opera seruilia, & debemus *quemadmodum exhibuimus membra nostra arma iniquitatis, ad iniquitatem: ita exhibere membra nostra arma iustitiæ in sanctificationem*: Hoc est enim verum holocaustum. Sequitur etiam.

Locutus quoque est Dominus ad Moysen dicens: Decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus, Affligetisque animas vestras in eo, & offeretis holocaustum Domino. D *Omne opus non facietis in tempore diei huius, quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis dominus Deus vester. Omnis anima quæ afflicta non fuerit in die hoc, peribit de populis suis: Et quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo, nihil ergo operis facietis in eo: Legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus & habitationibus vestris, Sabbatumque requietionis est, affligetis animas vestras. Die nono mensis, à vespere, vsque ad vesperum, celebrabitis sabbata vestra.* Ostendere propitiationem nobis, à peccatis videlicet liberationem, in humilitate & afflictione animæ adquiri legislator desiderat. Hanc autem agere à vespera debemus, id est, ex ipsa pœnitentia sic incipientes, quia & Christus initium suæ prædicationis pœnitentiam fecit: Sed pœnitentiæ vitam bonam superædificare, perfectamque, & virtutibus consummatum necesse habemus, & propterea subdidit: *Et offeretis holocaustum domino: Omne opus non facietis in tempore diei huius.* In holocaustomate quidem consummatam vitam & perfecte inhærentem Deo, in non faciendo autem omne opus terrenorum operum abstinentiam ostendit. E

Ergo & nimis consequenter addidit: *Quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis dominus Deus vester*: Vitaque hæc ostendens, quia & hoc est tempus ad propitiationem nobis à Deo donatum, in quo peccata nostra veniens Dominus diluit: & quia in quo hæc expectamus tempore, nihil debemus terrenorum agere. Deinde legem protrahens, & Christo aduocationem præbens, qui dixit: *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris*: Ait: *Omnis anima, quæ afflicta non fuerit in die hoc, peribit de populis suis*: Neque enim sequitur Christum, qui hæc sanciuit, & in tantum semetipsum humiliauit, vt Paulus de eo diceret: *Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis*: Sed & qui operis quippiam fecerit, delebo eum de populo suo. Matt. 11. Philip. 2.

Nihil ergo operis facietis in eo, Legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus & habitationibus vestris. Sic hoc dixit, tanquam si populo Iudæorum præceptum sit: Sic F autem se non habet, omnibus enim lex communis est, quia & ad omnes Dominus dicebat: *Operamini non cibum qui perit*: nihil volens nos operari terrenum. Beoe ergo & sapienter custodiam vocationis perducere ad maiorem contemplationem volens, addidit: *Sabbatum requietionis est*, vel sicut Septuaginta: *sabbata sabbatorum erunt vobis*, vt per hoc intelligibile intelligamus sabbatum, quod Iudæorum excedebat infirmitatem, quemadmodum & sancta sanctorum: Propter quod eis nec sabbata erant: Sed & Canticorum cantica: Non intelligunt enim eorum quæ ibi scripta sunt virtutem. Et omne quod secundum legem Anagogen recipit, hoc excedere Iudæorum mensuras intelligamus. Iam autem vide quibus sermonibus vsus est: *Et affligetis animas vestras, die nono mensis à vespero vsque ad vesperum celebrabitis sabbata vestra.*

Recapitulat enim humilitatis verbum: quia frequenter illud Christus docuit, quasi coronam autem illam & basim virtutum, atque subsistentiam Apostolis constituit. Inquirentis enim, *quis maior est in regno cælorum*, respondit, *quicunque humiliauerit se*, & reliqua. G Quod autem dixit: *A vespero vsque ad vesperum*, aperte volentis est semper superfluorum & vanorum vacationem studere, vnde & Dominus nec caussam dicere concedit: Præcepit enim neque de tunica, neque de veste irrigari: sed nec cogitari quid comedatur, aut quid bibatur, aut quid vestiatur: Verum ipse docens & sabbatorum adnuntians sabbatum, in quo omne opus cessat, & sola quæ Dei sunt ostenduntur, sola contiguntur quæ vtilia sunt atque expediunt animæ. Sequitur:

Et locutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere filijs Israel: A quintodecimo die mensis huius septimi, erunt feriæ tabernaculorum septem diebus domino: Dies primus vocabitur celeberrimus atque sanctissimus. Omne opus seruile non facietis, & septem diebus offeretis holocausta domino. Dies quoque octauus erit celeberrimus atque sanctissimus & offeretis holocaustum domino: Est enim cætus atque collecta: Omne opus seruile non facietis in eo. H Hic superare sapientiam seculi & transitionum eius nosse, & temporale, non solum ait legislatorem significare, sed & oportere oculum habere ad seculum futurum.

Hoc ergo & per numerum & per tabernacula, sine aliqua dubitatione, inuenies figuratum. Quintadecima siquidem die inchoari festiuitatem præcepit. Ex septem autem & octo hic est numerus compositus, quorum vnus quidem præsens seculum, alter autem figurat futurum. Vnde & festiuitatem septem diebus consummari præcipiens, alios rursus dies celeberrimos atque sanctissimos commemorauit, & nec denumerauit eam cum septem: sed posuit sequentem & semotam ab alijs, sicut futurum seculum sequitur quidem præsens, aliud autem quam hoc est. Septem ergo diebus festiuitatem tabernaculorum appellauit: Qui-

A cumque enim, vt tabernaculo, præsente mundo vtitur, hic festiuitatem in eo habere & lætari propter futuri expectationem potest. Et quicumque scit, quia si terrena domus habitationis huius dissoluatur, ædificatio non manu facta eum in cælis suscipit. Primam autem septem dierum celeberrimam atque sanctissimam appellauit: Qui enim scit præsentibus tanquam tabernaculo vti, prima dies, id est, initium & principium a sanctificatione vocationis incipit. Propterea & nimis consequenter ait: *Omne opus seruile non facietis*: Quia nulli in seculo seruiant qui tanquam tabernaculum & transitoria ea, quæ in eo sunt intendunt.

Sed & septem diebus holocausta offerri præcepit: ostendens oportere per omne tempus perfectam conuersationem sequi: Quando ergo sic præsentem vitam percurrimus, tunc celeberrimum atque sanctissimum octauum diem, seculum videlicet futurum habemus, vocante nos in præparata sanctis bona eo, qui
B nos & in hac conuersatione vocauit. Nam Septuaginta sic addiderunt: *Dies octauus vocabitur, sanctus erit*: Tunc ergo offerimus holocaustum Domino, quæ hic præparauerimus: *Est enim cœtus atque collecta*, vel sicut Septuaginta, *egressus est*: Quia hinc exitus, illic habitatio est: sicut Paulus ait: *Cupio dissolui & esse cum*
Phil. 1. *Christo*: Omne opus seruile non faciemus: Quia *sicut angeli De tempore illo erimus*. Sed & hoc nota, quomodo eadem de primo & octauo dicit, quia vnum quodammodo, vtræque virtutes sunt: Resurrectionis quippe dies, quæ est substantia futuri seculi, initiumque eius & basis.

Primus quidem sicut principium in CHRISTO conuersationis & exordium futurorum est, octauus autem, vt qui præsenti succedit seculo, quem septimus numerus figurare dicitur.

Hæ sunt feriæ domini, quas vocabitis celeberrimas atque sanctissimas, offeretisque in eis oblationes domino, holocausta & libamenta, iuxta ritum vniuscuiusque diei: exceptisque sabbatis
C *domini donisque vestris: & quæ offertis ex voto, vel quæ sponte tribuitis domino.* Vide illas Apostolicas voces: *Semper gaudete, sine intermissione orate. in omnibus gratias agite.* Consona videntur esse hæc præsentibus Mosaicæ sanctionis verbis. Ecce enim festiuitates quasdam præcipiens legislator exponens, quas & celeberrimas atque sanctas nominauit, permiscuit eis quotidiana libamina & sacrificia: *Hæ sunt teriæ*, inquit, *festa domini quas vocabitis celeberrimas atque sanctissimas.* Et cum oporteret hanc aut illam dicere, non sic dixit: sed subdidit: *Offeretisque in eis oblationes domino holocausta & libamenta iuxta ritum vniuscuiusque diei*: Et ipse nos gaudere & festiuitatem agere & sine intermissione orare vult: Hoc est enim quotidiana libatio, & sacrificium siue holocaustum, quæ tunc offerre possumus: quando corpora nostra hostiam viuam Deo exhibuerimus, & membra nostra quæ sunt super terram mortificauerimus, paratique fuerimus ire ad Deum, cum Paulo dicentes: *Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat*:
D Nam propter hoc addidit: *Exceptisque sabbatis domini, donisque vestris, & quæ offertis ex voto, vel quæ sponte tribuitis domino*: aperte illud tradens, quia super declinationem malorum, (hoc enim est Sabbatum,) & super alias iustitias quas Deo secundum tempus promittimus: Aliquando enim et ieiunium, aliquando possessionum oblationem, vel in periculis venientibus nobis vel voluntate promittimus.

A quintodecimo ergo die mensis septimi quando congregaueritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias domini septem diebus. Die primo & die octauo erit sabbatum, id est, requies. Sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini coram domino Deo vestro, celebrabitisque solemnitatem eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris, Mense septimo festa celebrabitis. & habitabitis in vmbraculis septem diebus. Omnis qui ex genere est Israel manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel cum educerem eos de terra Ægypti: ego dominus Deus vester. Locutusque est Moyses super solemnitatibus domini, ad filios Israel.

A quintodecimo ergo die mensis septimi, esse mensem septimum completionem siue plenitudinem temporum diximus: Quintusdecimus autem vtpote ex septem & octo constans, Euangelicam prædicationem, quæ ex præsenti vita & futura constitit, significat, hanc componens, illam præparans, quando congregauerimus omnes fructus terræ, ab operibus videlicet terrenis, cessantes, festa celebremus septem dies, id est, totam nostram demus vitam in diuina festiuitate celebranda. Die autem primo requies, & octauo die requies, non iam septimo, cum numero septem dierum festiuitatem agi proposuisset, sed octauo: primum quidem, quia his qui secundum litteram legem tenent, festiuitatem celebrare non licet. Nouo e-
F nim segregatus est populo, qui scit legem secundum spiritum accipere, & octauum honorare, quem diximus significare mortuorum resurrectionem. Secundo, quia vnam virtutem habent & primus & octauus. qui enim octauus ipse & primus, quia ipse est principium futuri seculi, deinde primus dies, qui est initium sacræ prædicationis in fine seculorum, requiem continet: Requiescere enim nos facit, cum nos a peccatorum laboribus liberat, per donum baptismatis. Hic autem legislator eum festiuitatem prædicasset, septem dierum, primum eius diem requiem appellauit. Tacet autem sequentes dies, vt per hoc significet oportere virtutibus operam dare. Deinde ad octauum diem transferat requiem, ostendens quia fidelibus & viuentis legi Dei, vera requies futuri seculi est: Quid ergo nos in tota vita operari, & vnde inchoare operationem oportet.

Sumetisque vobis die primo, fructus arboris pulcherrimæ, spatulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini coram domino Deo
G *vestro, celebrabitisque solemnitatem eius septem diebus*. Quod oporteat per omnem vitam virtutibus operam dare, quas in fructibus & ramis prædictorum lignorum significauit, ipse numerus septem dierum absque vlla dubietate confirmat. Quia vero ex ipsa inchoare debemus vocatione, ex qua prædicta est Christi intelligibilis requies, quæ prima est festiuitatis dies, manifestum est, quem diem quidem superius appellauit requiei: Nunc autem in eo, fructus arboris pulcherrimæ sumere præcepit, illos videlicet quos in primo Psalmo Dauid cantauit: *Et erit sicut lignum* Psal. 1.
quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Sumere autem & palmarum spatulas, id est, iuuenescentia iustitiæ germina: *Iustus enim sicut palma florebit.* Vt Dauid dixit: Sed quia Psal. 91.
de palma nihil est, quemadmodum nec de eis qui iuste viuunt, quod respui possit: Sume & ramos ligni densarum frondium. Omnes quidem virtutum fructus, maxime autem misericordiam: Oportet e-
H nim eam esse continuam, & permanentem, quod Ecclesiastes commendans: *Oleum*, inquit, *de capite tuo non deficiat.* Et in Prouerbiis: *Non dicas: Vade &* Eccl. 9.
reuertere & crastino dabo tibi, cum statim possis dare. Sume & salices: Et secundum Septuaginta, * at non *ἄγνον
ramos, id est, continentiæ castique coniugii: Salix enim continentiam signat, quia fructum non facit, sicut nec continentes, qui sunt veri eunuchi, qui castrauerunt se propter requiem cælorum, fructum quemlibet sensibilem faciunt: Ad quos Deus per Esaiam Prophetam dicit: *Non dicat eunuchus, quia lignum a-* Isa. 56.
ridum ego sum, quia dabo eis in domo mea, & in muris locum nominatum melius quam a filiis & filiabus nomen sempiternum dabo eis.

Dicimus autem salicem gerere etiam orationis, necnon pœnitentiæ figuram: Sic ergo & illud quod a Dauid dictum est, intelligamus: *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus dum recordaremur tui Syon: In sa-* Psal. 136.

A *licibus in medio eius suspendimus organa nostra.* Orationis enim & pœnitentiæ lacrimæ. De quibus ait Esaias: *Sicut salices super præterfluentes aquas.* Sed hæc de torrente sumere, de præsenti videlicet vita, torrens enim propter transitiuo, siue decursum, simul autem & propter hyemem quam habet, diuersarum temptationum atque tribulationum recte nominatur: ita vt Dauid de Christo diceret, qui & ipse de mundo & de eius tribulationibus, vtpote similis nobis effectus gustauit: *De torrente in via bibit, propterea exaltauit caput*: Exaltauit enim in cruce pendens, Crucifigitur autem, quia ex nostro torrente bibere semel elegit.

Isa. 44. *Psal. 109.*

Qui ergo hæc agit septem diebus, totum videlicet tempus, lætari potest: Sed lætari ante Dominum, non impiorum & peccatorum gaudio: *Non est enim * gaudere impijs dicit Dominus*, quippe qui in voluptatibus & corruptionibus festiuitatem habent: sed in Domino lætari. Quid est autem, coram Domino lætari? id est, in eo credere & pro eo pati. *Celebrabitisque festiuitatem eius*

** Pax Isa. 48.*

B *septem diebus per annum, Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis septem diebus*: vt toto præsenti seculo, quemadmodum tabernaculo vtamur. Sic enim id Ezechias appellauit dicens: *Quieuit generatio mea, ablata & conuoluta est a me, quasi tabernaculum pastorum.* Non enim transitum vel decursum eius ignoramus, diuitias congregantes vel domos magnas ædificantes. : Sed quemadmodum Paulus ait, intendamus: *Quia tempus breue est, vt ementes sicut non ementes simus, & possidentes, quasi non possidentes, & vtentes mundo hoc, vt non vtentes, præterit enim figura huius mundi.*

Omnis qui ex genere est Israel, manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel cum educerem eos de terra Ægypti. Ego dominus Deus vester. Vides quia figuræ hæ populo Iudæorum, & imagines maiorum mysteriorum data sunt? Et propterea habitare in tabernaculis, & tabernaculorum festiuitatem celebrare iussi sunt, vt non obliuiscerentur liberationis Ægyptiæ, sed hoc quidem secundum litteram: Spiritaliter autem, vt reminiscamur, quia de intelligibili Ægypto liberati sumus, id est, ab intelligibilis Pharaonis seruitute, quæ est secundum corruptionem laterum præsentis seculi, qua si quis plene carere vult, in tabernaculis habitet: Deum suum imitans dicentem: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidum: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.* Manebit autem omnis qui ex genere Israel est, siue secundum Septuaginta, *indigena*, id est, vere nobilis, verus Israelita, Abrahæ hæres, qui patriam & genus & domos paternas reliquit, & in tabernaculis cum Isaac, Iacob cohæredibus promissionis habitat. C

Matt. 8. Luc. 9.

Quia autem non septem tantum diebus habitare in tabernaculis, verum Israelitam legislator vult, sed per hunc numerum omnem vitam significat, filii Ionadab, filii Rechab, & ea quæ de eis scripta sunt, per Hieremiæ Prophetiam docent. Habet enim sic: *Et obediuimus voci Ionadab filij Rechab patris nostri in omnibus, quæ præcepit nobis, ita vt non biberimus vinum cunctis diebus nostris, nos & mulieres nostræ, filij & filiæ nostræ, & non ædificaremus domos ad habitandum & vineam & agrum & sementem non habuimus, sed habitauimus in tabernaculis & obedientes fuimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noster.* D

Ierem. 35.

FINIS LIBRI SEXTI.

A

HRABANI MAVRI, ARCHIEPISCOPI MOGVNTINENSIS, ENARRATIONVM IN LEVITICVM,

LIBER SEPTIMVS.

CAPVT I.

De oleo offerendo ad concinnandas Lucernas in tabernaculo Domini.

B

Leuit. 24. LOCVTVS *est Dominus ad Moysen dicens: Præcipe filijs Israel, vt offerant tibi oleum de oliuis purissimum ac lucidum ad concinnandas lucernas iugiter extra velum testimonij in tabernaculo fœderis. ponetque eas Aaron vespere vsque in mane coram domino, cultu ritu que perpetuo, in generationibus vestris: Super candelabro mundissimo ponentur semper in conspectu domini.* Candelabrum dicimus esse Euangelicam conuersationem, in qua Christus lucernæ modo splendere virtutes fecit: Matt. 5. *Nemo enim*, inquit, *accendens lucernam ponet eam sub modium, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt.* His lucernis oleum additur eleemosyna, quia & ieiunium & virginitas & oratio & iustitia & omnis actio bona, per misericordiam dilectionis pauperum irrigantur, & custodiuntur inextinguibiles: Quod manifestant Matt. 25. lampades quinque fatuarum virginum, quæ quia dilectionis pauperum minus habuerunt oleum, a sponso exclusæ sunt. Sed oportet oleum esse oliuarum purissimum, vt non, ex iniustitia neque ex rapacitate, dilectioni pauperum seruiamus: Neque ad ostentationem, C de oliuis autem est, si ex bonis laboribus, & ex iustitiæ pecuniis vel possessione perficiatur, hæ enim oliuæ vmbrosæ & fructuosæ recte appellantur: Lucidissimum autem, vt non pro gloria humana eleemosynam faciamus. Oportet ergo lucernam hanc semper accendi extra velum videlicet corporis Christi, hoc enim esse intelligibile velum, per multa præcedentia demonstratum est: *In tabernaculo* autem *fœderis* siue vt Septuaginta, *testimonij*, id est, in cœlo in quo habitare Deum manifestum est. Vtrumque ergo à legislatore dictum est: Si enim quæcumque facimus pauperibus, hæc tanquam sibi facta is, qui propter nos factus est pauper, imputat, recte ante corpus Dominicum lucernæ eleemosinæ incenditur: Sed tamen & in cælo, ibi enim suos thesauros, misericordes præmittunt. Propter quod *succendat eam Aaron*, siue secundum Septuaginta, *& filij eius*: Christus enim qui est verus sacerdos, pauperum compassionem cœpit, imitantur autem eum, quicumque eius lucrari adoptionem volunt. D *Ponetque eas Aaron*, vel sicut Septuaginta, *incendent eas Aaron & filij eius à vespere vsque mane*, id est, sine cessatione, quia & Salomon dicebat: Eccl. 9. *Oleum de capite tuo non deficiat:* vt oportere eleemosinæ lucernam incendere continue ostendens. Et hoc ipsum coram Domino: sicut ipse Dominus dixit: *Te autem faciente eleemosinam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, vt* Matt. 6. *eleemosina tua sit in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.*

Hanc legem habeamus cultu, rituque perpetuo: in generationibus nostris. Super candelabro mundissimo, id est, Euangelicam conuersationem, secundum, quod iam diximus. Ab omni enim hic ironia & hypocrisi munda est, vt pote lucernas eleemosinæ ante Dominum, & non ante homines incendentes *Vsque mane* autem incendamus, in præsenti videlicet seculo, quando enim mane illuxerit futuri sæculi, iam non est tempus orationis, & eleemosinæ, quod aperte significans Salomon ait: *Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, & crastino dabo tibi cum statim possis dare, nescis enim, quid superuentura pariat dies*: id est, festina, & non differas, ne forte deducaris ad loca, in quibus operari tempus non habes, sed Prou. 17. rationes illic necesse sit reddi, de his, quæ hic operati fuerimus. F Præterea nobis soluere tempus est legislatoris intellectum: Candelabrum mundum quidem, quia *peccatum non habuit, nec dolus inuentus est in ore eius*: Candelabrum autem, quia *ipse est lux vera, quæ illuminat omnem* Ioann. 1. *hominem venientem in hunc mundum.* Super hoc incenditur lucerna spiritus sanctus: Igneus enim est substantia & operatione, vnde in specie ignearum linguarum super discipulos descendit. Huic purissimum oleum offerre, id est, vitam mundam, debemus, scientes quod non omnium est incendere illum, sed solius intelligibilis Aaron & filiorum eius: Christus enim ipse plenus erat spiritu dicens: *Spiritus domini super me, propter quod vnxit me*, super quem in specie columbæ de cælo descendebat: Isa. 60. Sed &, *Ignem veni mittere super terram, & volo vt accendatur.* Luc. 12. Cum huius lucernæ ignem significaret, dicebat, nam & ipse filiis suis tradidit, quando insufflans Apostolis dicebat. *Accipite spiritum sanctum*, & cætera. Sed Ioan. 20. lucerna ista aliter non incenditur nisi per vitam mundam & per conuersationem lucidissimam siue claram, G qui autem talis non est, spiritus in eo extinguetur: Neque enim sine caussa Paulus contestabatur: *Spiritum nolite extinguere.* 1. Thess. 5. In nobis esse incendere eius operationem, & extinguere, aut studentes ea quibus incendatur, aut negligentes euidenter ostendens.

CAPVT II.

De simila exhibenda, ad faciendos panes Propositionis.

ACcipies quoque similam & coques ex ea Duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas: Quorum senos altrinsecus, super mensam purissimam coram domino statues, & pones super eos thus lucidissimum, vt sit panis in monumentum oblationis domini: Per singula sabbata mutabuntur coram domino, suscepti à filiis Israel fœdere sempiterno. Eruntque Aaron & filiorum eius, vt comedant eos in loco sancto, quia sancta sanctorum est, de sacrificio domini iure perpetuo. Memento mysticæ mensæ, de qua nulli sumere præceptum est, excepto intelligibili Aaron, id est, Christo: Ipse enim eam primus initiauit: Sed & filiis eius, qui H ab eo facti sunt Christi & induti sunt eo, quam tamen, comedere in loco sancto iussi sunt. Est vero & sanctum sanctorum, vt sanctificationem habeant præcipuam, & indispicabilem. Illi panes ex fient duabus decimis: Dei enim & hominis sunt, eiusdem in vtroque perfecti: Ponuntur seni altrinsecus, mystica mensa ponitur quidem hic, ponetur etiam in futuro sæculo. Sex autem panes, positio vna, quia perfectus quidem numerus, sicut & mysterium ipsum perfectum & perfectos facit eos qui hoc fruuntur, in sex autem diebus hæc visibilis facta est creatura, sextaque die homo productus est, propter quem Christus mysticam præparauit mensam. Verumtamen & omnes simul recte duodecim panes sunt, quia primi

Domi-

A Adamantium. Dominicam cœnauerunt Apostoli, qui erant duodecim numero. Possumus vero & aliter dicere: omnis sermo Dei panis est, sed est differentia in panibus: Est enim aliquis sermo qui ad communem proferri possit auditũ, & edocere plebem de operibus misericordiæ, ac totius beneficentiæ, & iste est panis qui communis videbit. Est vero alius qui secreta contineat, & de fide Dei vel rerum sciẽtia differat: Iste panis mundus est, & ex simila confectus; iste in conspectu Domini semper ponendus est, & super mẽsam mundam proponendus: Iste solis sacerdotib. sequestratus est, & filijs Aaron æterno munere condonatus. Verum ne putes hæc nos proprijs sensibus excogitata narrasse, & non diuinis obseruasse voluminibus, proferam tibi de scripturis quomodo apud diuersos viros, panis diuersitas pro merito vniuscuiusq; seruata est. Gen. 18. 19. Refertur in Genesi, quod Abraham Patriarcha angelos suscepit hospitio, similiter autem & Loth, sed Abraham qui meritis præcellebat, panes ex simila adposuisse describitur, quos & encrifias, i. occulto facte conditos nominauit: Loth vero, B eo quod non habuit similam, ex farina panes hospitibus adposuit, non quod ita pauper esset, vt non habuerit similam, qui in diuitijs non inferior patruo scribitur, sed vtriusq; meritorum differentia per hæc designatur indicia, quod is quidem cui erant à Domino mysteria reuelanda, & ad quem dicebatur: *Num celabo a puero meo Abraham quod facturus sum?* Qui imbuendus erat, & edocendus de occultis & secretis Dei, ille panes ex simila scribitur habuisse, ille vero, ad quem nihil sacramenti deferebatur, sed ratio præstãtis salutis & vitæ, panes communes ex sola farina scribitur habuisse confectos. Et tu ergo, si habes scientiã secretorum, si de fide Dei, de mysterio Christi, de Sancti spiritus vnitate potes scienter cauteq; disserere, panes ex simila offeres Domino: Si vero communib. vteris ad populum monitis, & moralem seis tantummodo locũ tractare, qui ad omnes pertinet, cõmunem te obtulisse noueris panem. Sed videamus iam quæ sit confectio in istis panibus propositionis, qui ante Dominum poni semper iubentur. *De duabus* inquit, *decimis fit panis vnus*, duas quidẽ C decimas dixit, sed cuius mensuræ sint istæ decimæ non comprehendit, cum vtiq; consequens fuisset, si de quãtitate similæ volebat agnosci ipsam, cuius duas decimas sumi iubebat, nominare mensurã. Quæ ergo ista res est, cuius mensura & modus nec cõprehendi potuit, nec nominari? Decimus numerus vbiq; perfectus inuenitur, totius n. numeri ex ipso ratio & origo consurgit. Competenter igitur autor & origo omnium Deus sub hoc numero videtur ostendi, tam si in Ecclesia de solo patre loquar, & ipsius solius laudes proferam, vnius decimę panẽ feci, aut si de Christo solo fecero sermonem, & ipsius enumerauerõ passionem, & resurrectionẽ prædicauero, vnius decimæ obtuli panem: Si vero dixero quia Pater semper cũ filio eius, & ipse facit opera sua, vel etiam si dixero, quia Pater in filio est, & filius in patre, & qui videt filium, videt & patrem, & quia Pater & filius vnum sunt, ex duabus decimis similæ modo obtuli vnum panem, Ioan. 6. *Panem verum, qui vitam dat huic mundo*. Hæretici non faciunt de duabus decimis vnum panem, negant enim creatorem Deũ Patrem Christi esse, neq; vetus & nouum testamentum vnum faciunt panem, & vnum patrem in vtroq; instrumento D profitentur: Nos autem in lege & Euangelijs, vnum atq; eundem inesse Sanctum spiritum dicimus, & isto quoq; modo ex duabus decimis vnum panem propositionis offerimus. Qui ergo separant Christũ à creatore Deo patre suo, hæretici & Iudæi qui solum patrem recipiunt, & verbum sapientiam eius Christum non recipiunt, non faciunt ex duabus decimis vnum panem. Nos autem mensuræ quidem ipsius, id est, substantiæ nomen vel rationem comprehendere aut inuenire non possumus: Confitentes tamen Patrem & filium, vnum facimus panem ex duabus decimis, non vt panis vnus ex vna decima fiat, & alius ex alia, vt sint ipsæ duæ decimæ separatæ, sed vt sint duæ istæ decimæ vna massa, & vnus panis. Quomodo duæ decimæ vna massa fit? Quia non separo filium à patre, nec Ioan. 14. patrem à filio: *Qui enim videt me*, inquit, *videt & patrem*. Fiunt ergo panes singuli ex duabus decimis, & proponuntur duabus positionibus. id est, duobus ordinibus, si enim E vna positio fieret, confusus & permixtus esset sermo de Patre ac filio, nunc autem vnus quidem est panis, vna enim est voluntas, & vna substantia, sed duæ sunt positiones, id est, duæ personarum proprietates: Illum enim patrem qui non sit filius, & hunc dicimus filium qui non sit pater, & hoc modo, duas decimas in vno pane seruamus, & duas positiones ante Dominum profitemur. Sed reuera magni, vt ita dicam cuiusdam pictoris, & valde artificis est, diligenter illas seruare mensuras, & ita temperare de patre & filio sermonem, coniungere vbi oportet, & rursum vbi competit separare, vt neque duæ mensuræ aliquando desint, neque vnquam non vnus panis appareat. Duodecim ergo panes ex ista simila fieri mandantur, secundum numerum tribuum quæ tunc erant carnalis Israel, in quo mihi videtur forma totius naturæ rationabilis contineri. Duodecim namque putamus esse generales ordines rationabilis creaturæ, quorum figura erat in illis 12. tribubus, in quibus erat vnus quidam ordo regalis, qui F Iudas nominatur: Alius erat ordo Sacerdotalis, & Leui appellatur, erat & alius ordo Iudæ vicinus, qui Beniamin dicitur, in quo ordine templum Dei & altare collocatum est, alius ordo Isachar & Zabulon & Ephraim, alijq; quos nominatim designat scriptura diuina, quorum rationem non est huius temporis explicare. Est tantum vniuscuiusque tribus vel ordinis, panis ante Dominum, & licet sit aliqua tribus quæ non ex libera, sed ex concubina Israel descendat, & ex parte libera, ex parte seruilis sit, tamen pro omnibus ex duabus decimis panis proponitur ante Dominũ, & in vniuersis duæ decimæ sin singulis constãt. Proponi autem iubentur ante Dominum super mensam mundam. Quis est nostrum qui ita habeat mensam mundam, vt panes super eam Domino offerantur? In istius corde, in istius mente Domino panes offeruntur. Ad huius potentis mensam, si sedeas cœnaturus intelligibiliter, Prou. 23. intellige quæ adponuntur tibi, hoc est spiritaliter aduerte, quæ dicuntur ab eo, vt & tu taccie possis, quod additur. Ait enim: Sciens quia talia te oportet præparare. Super hos, *thus lucid si mum* ponitur, siue vt Septuaginta, *etiam sal*, sed thus prius Gratiarum enim actionem, id est, G oblationem quæ principatum tenet in Dominica cœna significat thus, non solum quia immolatur Deo, sed quia & multas sicut dicunt medici, sanat oculorum ægritudines. Sal autem Apostolorũ doctrinam significat, ad quos dicitur, *vos estis sal terræ*. Recte autem in multis locis mystiMatt. 5. cæ iconiæ, ipsi Apostoli & doctrina eorũ ponuntur, quia quemadmodum ipsis Dominus, sic ipsi nobis diuinæ cœnæ communionem tradiderunt; 12. ergo panes in mensa tabernaculi, 12. sunt Apostoli, & omnes doctrinæ illorum sequaces in Ecclesia, qui quoniam vsq; ad consummationem sæculi populum Dei alimonijs verbi reficere nõ desinunt, panes 12. propositionis nunquam de mensa Domini recedunt. Et bene idem panes, non de qualibet farina, sed de simila fieri iubentur, quia nimirum quicunq; alijs verbum vitæ ministrant, primo ipsos necesse est virtutum frugibus operam dare, quatenus ea quæ prædicando ammonent, etiam faciendo commendent. Bene etiam ijdem panes, seni altrinsecus super mensam statui præcipiuntur, propter concordiam scilicet charitatis H & societatis: Nam & Dominus, binos ad prædicandum discipulos misisse perhibetur, figualiter insinuans, quia sancti doctores nũquam abinuicem vel in assertione veritatis, vel in affectu dilectionis discrepant. Et *thus lucidissimum* super panes ponitur, in monimentum oblationis Domini, quando piæ sanctorum actiuni ac doctrinæ, oratio pure superadditus, quo per hæc vtraq; rite sociata, semper memoria sacræ oblationis in cõspectu summi arbitris appareat. Hinc autem per singula sabbata panes coram Domino mutari mãdantur, panes namq; per sex dies operando in mensa Domini fuerant positi, sabbato nouis mutantur, cum doctores quiq; sanctæ Ecclesiæ completo tempore sui sancti laboris, æterna in cœlis quiete remunerantur, & alios post se in idem opus laborandi in verbo sub eiusdem spe retributionis relinquunt. Coquebantur autem panes ante sabbatum, vt Iosephus scribit, duo

A & duo diuisim ante sabbatum, & sabbato mane oblati super sacram mensam ponebantur seni, ad alterutros cõuersi, duabus pateris aureis superpositis thure plenis, quæ permanebant, ad aliud sabbatum. & tunc pro illis alij deportabantur: illi vero sacerdotibus exhibebantur, & thure incenso in igne sacro in quo omnia holocausta fiebãt, aliud thus super alios panes adijciebatur. Imponebantur ergo panes sabbato in mensa Domini, ea vtiq; roteotione ponentium, vt transacto sabbato ibidem per septem opertandi dies manerent, his quoq; trãsmissis, altero superueniente sabbato in refectionem summi sacerdotis, & filiorũ eius consummarentur, quia nimirũ in primordio nobis Deo deuotæ cõuersationis accipienda requies, & vita æterna promittitur, ea tñ conditione, vt per labores & opera bonæ vitæ tẽporalis, ad eã pertingere debeamus. Solũq; Aaron & filios eius huius cibi esse participes præcepit comedere nõ vbiq;, sed in loco sancto; sit aũt nobis locus sanct⁹, prius quidẽ aula Dei, deinde nostra corpora, quãdo sunt à pollutionib. munda, ita vt & nobis conueniant hæc Pauli verba, *templum n. Dei sanctum est, quod estis vos.* Insuper eleuans eius gloriã & mysterij dignitatem efferẽs in sublime, addidit, *sanctum sanctorũ est, de sacrificio domini iure perpetuo.* Ergo sancta est quidem oratio, sancta diuinæ scripturæ lectio, & interpretationis eius auditio, sancta sunt, vt breuiter dicã, omnia quę in Ecclesijs Dei secondũ legẽ eius dicuntur, & aguntur. Sancta aũt sanctorum de sacrificio Domini, de omnib videlicet quæ offeruntur & agũtur, ad eius gloriam, mensa est, q̃ de sacrificio suo Christus proponit.

Ibidem.

B

Capvt III.

De blasphemo quomodo ex domini præcepto morti adiudicatus sit.

Ibidem. Ecce autẽ egressus filius mulieris Israelitæ quem pepererat de viro Ægyptio, inter filios Israel iurgatus est in castris cum viro Israelita. Cumq; blasphemasset nomen domini, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. Vocabatur autem mater eius Salumith, filia Dabri de tribu Dan, miseruntq; eum in carcerem, donec nossent quid iuberet dominus. Qui locutus est ad Moysen dicens, educ blasphemũ extra castra, & ponant omnes qui audierunt manus suas super caput eius, & lapidet eum omnis populus.* Duos ergo scriptura proposuit litigantes, vnũ ex integro Israelitam, qui litigatur quidem, sed nõ peccauit: Istum vero cuius peccatũ designat, maxima ex parte ortũ esse Ægyptio genere indicat aduersum quem litigat Israelita: Et forte cõpetenter & rationabiliter litigat. Nam & in Exodo Israelita superat, & Ægyptius cadit. Igitur & ego hodie si veritatem defendam, si pugnem pro ecclesiastica fide aduersum eum qui ex parte quidem credit Christo, & recipit scripturas, sed nõ integre sensum earũ, nec fideliter recipit, litigo aduersum eundẽ qui ex matre quidem Israelita est, ex patre vero Ægyptius.

C *Adamantius.*

Si qui ergo & fidei credulitate & ꝓfessione nominis Christianus est, & catholicus, iste ex vtraq; parte Israelita est: Qui vero professione quidem Christianus est, intellectu aũt fidei, hæreticus & peruersus est, iste matrem quidẽ Israelitem, patrem vero Ægyptium habet. Quomodo ergo hoc accidit? Cum scripturas quis legit, & literam quidem sequitur, intellectum vero repudiat spiritalem. Hic matrẽ quidem Israelitem habet, i. literam, sensum vero quia spiritalem non sequitur, sed carnalem, iste est ei Ægyptius pater, & ideo aduersum catholicum litigat, eũ, qui ex vtraq; parte Israelita est, quia & secundum literam Israelita est, & secundum spiritum Israelita non est, sicque secũdum literam quidem Israelita est, secundũ spiritum vero Ægyptius. Quid ergo est vtrisq; litigantib necessarium? ille qui carnalem sequitur sensum tanquã de Ægypto genus ducens nomen nominat & maledicit: Nominat n. nomen Dei, & cũ maledicto nominat, negat n. eum creatorem esse mũdi, negãt esse patrem Christi. Nos vero qui ex vtroq; genere Israelitæ sumus, & literam & spiritũ in scripturis sanctis defendimus, & litigamus aduersum eos, q ex media parte Israelitæ videntur, & dicimus quia neque secundũ literam maledici oportet, neq; secũdum spiritalem intelligentiam blasphemari maledicus o. non solum in Deum, sed etiam in proximum Apostoli Pauli sentẽtia, à regno Dei excluditur. Vide enim quomodo dicit Apostolus: *Nolite errare, neq; fornicarij, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; maledici, regnum Dei possidebunt.* Videte, inter quæ crimina, inter adulteros, inter masculorum concubitores, inter auaros, quos alibi dicit, idolis seruientes, etiam maledicos posuit, & à regno Dei cũ illis pariter exclusit. Videant ergo si qui os suum quotidiana pene consuetudine hoc vitio insuescũt, quid eis periculi immineat, putantes aut leue, & facile hoc esse peccatum non facile cauent, sed considerent Apostolum, quomodo maledicum à regno Dei excludit, & Deus per Moysen quomodo maledicum puniri iubet. Vnde & ego valde admiratus sum, quod in hoc loco quẽ habemus in manib. scriptura non aperte designauit, quia iste qui ex Ægypto genus ducit maledixerit Deũ, sed tantum posuit, quia nominans maledixerit, & reliquit in medio, vel de Deo, vel de homine suspicandum. Vnde mihi videtur idcirco noluisse aperte de Deo pronũciare, ne de hominibus videretur dedisse licentiã, & ideo vel de Deo, vel de homine siluisse, vt de vtroq; caueretur. Verũ quoniam sententiam Apostoli proposuimus, qua dicit, maledicos à regno Dei excludendos, aliquid ex posuit ille sermo solatij, ne omnimodis desperationem videamur indicere his qui quotidiana pene maledicendi consuetudine rapiuntur, & ori suo adhibere custodiam vel ostiũ negligunt, promissionis futuræ. Nõ vnus est modus, neq; simplex species, sed sicut docuit ipse Dominus in Euangelio cum beatos dicit pauperes spiritu, & ipsorũ affirmat esse regnũ cœlorum. Et iterum beatos dicit mites, nec tamen eis cœlorum regna, sed terræ hæreditatem promittit; dicit beatos & pacificos, sed ne ipsis quidem regnum cœlorum dedit, filios tamen eos Dei esse pronuntiat, & cum diuersis diuersa repromittat, omnes beatos dicit, qui ad promissa peruenerint, non tamen omnib. cœlorum regna concessit. Potest ergo fieri vt aliquis in cæteris forte operibus & actib emendatos sit, & perfectus, subripiatur ei tamen in oris vitio lapsusq; sermonis, huic etiamsi secundum Apostoli sententiam negantur regna cęlorũ non tamen alterius beatitudinis abscinditur locus: veruntamen eo magis si qui in cęteris perfectus est, laborare etiam in hoc debet, ne ei subripiens prauæ consuetudinis vitium, cœlorũ regna, quod est omnium beatitudinum culmen, eripiat, quamuis Dominus dixerit: *In domo patris mei mansiones multæ sunt.* Possumus adhuc addere etiam illud quod natura peccati similis est materiæ, quæ igni consumitur, quam ædificari Paulus Apostolus à peccatorib. dicit, *qui supra fundamentum Christi ædificãt ligna, fœnum, stipulam.* In quo manifeste ostendit esse quædam peccata, ita leuia vt stipulę cõparentur, cui vtiq; ignis illatus diu non potest immorari. Alia vero fœno esse similia, quæ & ipsa non difficulter ignis adsumat, verum aliquanta tardius tanquam in stipulis immoretur: Alia vero esse, quæ lignis conferantur, in quib. pro qualitate criminum diuturnum, & grande pabulum ignis inueniat. Ita ergo vnumquodq; peccatum pro qualitate vel quantitate sui, pœnarum iusta persoluit. Veruntamen, quid opus est fidelib., & his qui cognouerunt Deum, de pœnarũ qualitatibus cogitare? Quid opus est ligna, quid fœnum, quid vel ipsam stipulam fundamento Christi supraponere? Cur non aurum magis vel argentũ, vel pretiosos lapides, pretioso supraponimus fundamento, vbi cum ignis accesserit, nihil inueniat quod absumat? Nam si accesserit ad stipulam, ea stipula fauillas reddet & cineres: Si vero accesserit ad aurum, aurum purius reddet. Hæc nobis dicta sint pro his qui negligunt oris maledici consuetudinem resecare, qui etiam si non ex corde maledicant, etiamsi non voto & animo iniquo proferant maledicta, tamen immunditiam labiorum secundum Esaiæ verbũ & inquinamenta oris incurrũt. Iste tñ, qui licet matre Israelitide, Ægyptio tamen progenitus est patre, exijt, & nominans nomen maledixit, de quo ego puto, ꝙ nisi exijsset, nõ litigasset aduersum verum Israelitã, nec nominans maledixisset. Exijt n. à veritate, exijt à timore Dei à fide à charitate, sicut superius diximus Quomodo si per hæc quis exeat de castris Ecclesiæ, etiãsi per Episcopi vocem minime abijciatur, sicut e contrario interdum fit vt aliquis non recto iudicio eorum qui præsunt, Ecclesię de-

D

E *1.Cor.6.* F G *Ioan.14.* *1.Cor.3.* H *Isai.6.*

pella-

A pellatur & foras mittatur, sed si ipse non sponte exijt, hoc est, si non ita egit vt mereretur eijci, non eijcitur in veritate, quod non recto iudicio ab hominibus videtur expulsus. & ita fit, vt interdum ille qui foras mittitur, intus sit, & ille foris sit qui intus retineri videtur.

Hebraeo. Non oportet ergo Israelitae mulierem, & sapientiam spiritalis scripturae, exteriori sapientiae coire, ita vt & subijciatur, & eum qui ex eis nascitur, videlicet eum qui ex vtraque docetur, non solum filium Israelitidis, sed & filium Aegypti esse, cum sapiat videlicet quae Aegyptij sunt, & exteriori sapientiae se coniungat, & ea quae illinc sunt dogmata obtinere velit. si autem aliquando hoc fit, & quispiam talis fuerit inter filios intelligibilis fidelis Israel, & in castris quod est Ecclesia (quam Iacob in figura per somnium videns dicebat: *Castra Dei sunt haec.*) Et qui est ex Israelitide & Israelita nascitur, qui magnus est & mundus, & qui se sapientiae Dei totum dedit, & qui dicit sicut Paulus: *Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam autem non huius mundi, nec principum saeculi huius qui destruuntur.* Rixentur autem de verbis, aut dogmatibus contendentes, & blasphemauerit filius mulieris Israelitidis nomē, fit enim hoc, quando is qui sapientia exteriori laesus est, mentionem facit Christi. Vide enim quanimus subtilitatem sequens legislator ait: *Cumque blasphemasset nomen.* Quod autem tacet, necdū enim quando hoc sanciebatur erat notum: quia needum natus erat is, qui ex virgine & spiritu sancto incarnatus est, de quo dixit Gabriel: *Et vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.* Paulus autem quantum sit hoc nomen ostendens ait: *Et dedit ei Deus nomen super omne nomen, vt in nomine* IESV CHRISTI *omne genu flectatur coelestium terrestrium, & infernorum.* Quando ergo is, qui in sapientia confidit & intendit exteriori, quae dicit paruum magnum, & maximum & gradus quod impossibile est, ex quibus in diuinitate, blasphemauerit nomen Christi, (blasphemat autem filium, qui eum patri dicit minorem.) Extra castra necessario expellitur, & ab Ecclesia educitur: *Qui autem audierunt ponent manus suas super caput eius,* ostendentes per caput, quia *caput viri Christus, caput Christi Deus est*, quia, qui filium blasphemauit, & patrem illico blasphemauit. *Et lapidabit eum omnis synagoga,* qui occidunt, & disperdunt eum qui blasphemauit: sed & hac verba huius sanctionis oportune nota, quomodo adduxerunt eum ad Moysen. Ipse autem non ex auctoritate agit, nec profert contra eum sententiam, sed mittit eum in custodiam vt diiudicaretur per praeceptum Domini: Nam Mosaica lex odio quidem habet etiam ipsa filium blasphemantis, quod manifestum est ex eo, quod frequenter trinitatis insinuat mysterium, non quidem aperte, nec sic plane de ea loquitur, sicut Euangelium: & propterea cum ad iudicium mandatorum Domini reseruauit. Quorum autem: Illorum videlicet, qui dicunt, *qui non credit in filium, iam iudicatus est.* Et rursus: *Si non credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris.* Multaque alia talia in Euangelicis praeceptis dicta. Sequitur porro:

Gen. 32. 1. Cor. 2. B Luc. 1. Philip. 2. C Ioan. 3. Ioan. 8.

Et ad filios Israel loqueris: Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum: & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. Lapidibus opprimet eum omnis multitudo, siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomen Domini morte moriatur. Nouum hic & quod contubet aures multorum, secundum editionem vero LXX. sic praecepit: *Homo homo quicunque maledixerit Deo, peccatum accipiet, qui autem nominat nomen Domini, morte moriatur.* Et blasphemando Deum nominare nomē Domini, grauius est, nam ille quidem peccatum accipit solummodo, ille autem & poenam mortis sustinet. Quae enim differentia est inter Dominum & & Deum: nonne hic iste ipse est, qui dixit *Audi Israel, Deus Deus tuus, dominus vnus est.* Et rursus, *diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Quomodo ergo qui quidem maledicit Deo, peccatum accipit, qui autem nominauerit nomen Domini morte moriatur. Ad cuius gratia omnino poenae summitur, qui nominat nomen Domini? Inuenies enim Dauid exultantem in hoc & dicentem, *domine exaltatum dilium nostrum, nomen tuum non nominamus.* Quid ergo nomen Domini quis nominans, sub maledicto & sub poena mortis efficitur? Siquidem aliquod latens nomen. & quod

D

E os ignoramus legislator nunc dicit, quod in scripturis non est manifestatum, quomodo quispiam hoc nominet quod non didicit: nec ad medium proferre potest? Vide autem quid nobis Deus per Moysen manifestauerit: *Cumque descendisset dominus per nubem, stetit cum eo Moyses inuocans nomen domini, quo transeunte coram eo ait, Dominator Domine Deus misericors & clemens.* Non autem hoc nobis manifestaret, si nos hoc non nominare voluisset. Sed aliud nunc per praesens legislator demonstrat. illa enim blasphemiam quam sciendo quis committit, hanc sub poenam maximam esse, & non venialem vult, & hoc dicit aperte, quod in Euangelijs Dominus ait: *Omne peccatum & blasphemia dimittetur hominibus, qui autem dixerit contra Spiritum sanctum non dimittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro.* Blasphemia spiritus ea quae in scientia Dei committitur, blasphemiam appellans, quia scientia donum est specialiter spiritus, ita vt Paulus diceret: *Huic datur quidem per spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientiae.* Quamobrem & nunc intelligis maledicere quidem DEVM qui non sciendo blasphemat. Vnde nec blasphemare eum Symmachus, sicut filium mulieris Israelitidis, scripsit, sed *detrahere*: Dixit enim, *homo qui detraxerit Deo suo.* Et per hoc maxime ostenditur, quia per nimiam ignorantiam ea de Deo quae de homine habet, in quibus locum habet detractio, dicere: Veruntamē & sic peccatum accipit, quia dum deberet scientiam habere, non habet. Nominare autem nomen Domini in maledicendo ait eum, qui in scientia blasphemat, hi autem proprie Dominū nominant, qui eius scientiam conquisierunt per spiritum: *Nemo potest dicere Dominus Iesus,* quemadmodū Paulus ait: *nisi in Spiritu sancto,* quia ergo scientes blasphemāt, recte sunt sine venia, siue a patribus scientiam habent, & appellantur propter hoc ciues, siue modo eam didicerūt, & propterea sunt peregrini. Cum nominant ergo Domini recte moriuntur: cum nominant & blasphemant. Vides enim quia & ille Israelitiae mulieris filius, quia nominauit nomen & blasphemauit, poenam sibi superinduxit? Sed & in hac sanctione hoc, quod videtur dubium, aquila planius edidit. Ait enim: *Vir quando blasphemauerit Deum suum, & acceperit iniquitatem sibi, & denominans nomē domini morte moriatur.* Non dixit *nominans*, sed *denominans*, vt hunc, de quo nunc sermo est, simul blasphemare & nominare ostenderet Ergo eum qui blasphemat & nominat nomen Domini, videlicet spiritum (Ait enim Paulus: *Dominus enim spiritus est.*) Hunc mori & occidi legislator praecepit, est autem is qui sciendo blasphemat, sicut semel diximus.

Exod. 34. Matt. 12. 1. Cor. 12. F 1. Cor. 12. G 2. Cor. 3.

CAPVT III.

De lege Talionis percutientis aut interficientis proximum.

QVI percusserit & occiderit hominem, morte moriatur, qui percusserit animal, reddet vicarium, id est, animam pro anima. Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum, sicut fecit, faciet ei, fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet, qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogatur, qui percusserit iumentum, reddet aliud, qui percusserit hominem, punietur. Aequum iudicium sit inter vos, siue peregrinus siue ciuis peccauerint, quia ego sum Dominus Deus vester. Qui percusserit & occiderit hominem, siue secundum LXX. *qui percusserit animam hominis morte moriatur.* Et quis hominis percutit animam? nisi qui eum illicitat ad impietatem, qui cū ad blasphemos trahit sermones: in quib. meretur pessimam peccati mortem, quae vera est mors animae. Propterquod morte mori hunc qui talis est praecepit. Hic tamen animam dicens hominis, animalem maxime hominem dicit, i. eum qui non pōt intelligere, quae sunt spiritus. De quo ait Paulus: *Animalis autē homo non percipit ea quae sunt spiritus.* Stultitia n. est illi, & non potest intelligere quia spiritaliter examinatur, quē. qui percusserit, morte moriatur. Sed & *si percusserit animal*, videlicet eū, q pecoris modo viuit. De quo ait Dauid: *Homo cum in honore esset nō intellexit, comparatus est iumentis insipientib. & similis factus est illis reddet vicariū*, id est, animam pro anima. Nec enim quia peccatorem aut popularem, & non habētem discretionem subtilē de Deo errare fecit, venia

H Leuit. cap. 1. Cor. 2. Psal. 48.

A omnino dignus est, si autem non sic percusserit, vt perfe[illegible] ad impietatem perduceret, & ex toto eum errare faceret à Deo, omnino aût quædã ei dixerit aut egerit, & macu[la]m peccati irrogauerit, secundum hoc & pœnã sustinebit. Ait enim: *Qui irrogauerit maculã cuilibet ciuiũ suorum, sicut fecit, fiet ei, fracturam pro fractura*, siue vt LXX. *contritionẽ pro contritione, oculum pro oculo, dentẽ pro dente.* Siue n. virtutem quã habuit eius siue proximus, ille mala docens, aut suadens, aut scandalizans, aut detrahẽs, aut calumnians cõtriuit, siue oculum eius, videlicet scientiam, vnũ quodlibet prædictorum agens, cæcauit, aut dentem, virtutẽ verborum excusserit, (dentes n. pro verbis scriptura accipere solet,) quod ostendit Dauid dicens. Psal. 56. *Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorũ machæra acuta.* De Christo Iacob Patriarcha in benedictionibus dicebat: Gen. 49. *Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes lacte cãdidiores.* Clari enim & aperti euangelici Christi sermones sunt, super lac legale. Necessario ergo eorum quæ dicta sunt aliquid nocens similem, & ipse sustinet maculam, in iudicio videlicet futuro: Si enim alicuius virtuti nocuit, aut contriuit, ipsius côteretur: si scientiam obscurauit, eius scientia pro nullo habebitur, si vero doctoralib. nocuit, & eius sermones infru[ctu]osos eatq; inutiles iudex efficiet. Propter q̃ & Paulus Galat. 5. [ait]: *Qui autem conturbat vos, portabit iudicium quicunq; est ille*, [siu]e paruus siue magnus, siue scientiam habens plurimã, siue paruam, siue nunc didicerit, siue prius, siue ciuis fide, siue peregrinus. Cũ autem hæc ita se habeant, necessaria erat Iudæis & breuis sanctio, quia non capiebant audire: Matth. 5. *Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbeas illi & alteram.* Sed cum essent maleuoli, vnusquisq; hoc proximum exacturus erat, & non ipse agere. Rectè ergo eis oculum pro oculo, dentẽ pro dente dare dicebatur, vt metu alternæ pœnæ, à violentijs & homicidijs abstinerent. Sequitur.

Locutusq; est Moyses ad filios Israel: Et eduxerunt eũ qui blasphemauerat extra castra, ac lapidibus oppresserunt. Feceruntq; filij Israel sicut præceperat Dominus Moysi. Audiuimus nunc quemadmodum de castris eduxit eum, qui blasphemauit, lapidibusq; eum opprimi præcepit, propterea indignationis & opus addidit, & legem tibi etiam experimento ipso confirmatam ostendit, vt & tu blasphemare Deum timeres, & fugeres illud timens peccati magnitudinem, quod non solum principes, sed omnem multitudinem vindicare præcepit. Communis enim debet esse omnib. cõtra blasphemos pugna, quia communi nostro benefactori, communi nostræ vitæ, ex quo omnes & esse, & bene esse habemus, detrahere tentant, eius quidem gloriæ nihil nocentes, nos autem ab eo separare & expellere volentes.

Capvt V.

De requie anni septimi post ingressum in terram sanctam.

Leuit. 25. L*Ocutusq; est Dominus ad Moysen in monte Sinay dicens: Loquere filijs Israel & dices ad eos: Quando ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, sabbatizet sabbatum Domini: Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colligesque fructus eius, septimo autem anno sabbatum erit terræ requietionis Domini, agrum non seres, & vineam non putabis, quæ sponte gignit humus non metes, & vuas primitiarum tuarum non colliges quasi vindemiam: annus enim requietionis est terræ, sed erunt vobis in cibum, tibi & seruo tuo, ancillæ & mercenario tuo, & aduenæ, qui peregrinatur apud te, iumentis tuis & pecoribus omnia quæ nascuntur, præbebunt cibum.* Terram quam & Deo, nobis dare placet, & nobis expedit accipere, ex qua veram vitam acquirere possimus, id est, conuersationem bonam, quæ est secundum eius legem atque [illegible] dedit. De qua ait Dauid. Psal. 142. *Doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus; spiritus tuus sanctus deducet me in terram rectam.* Hanc si intraue[ri]mus sex annis serere nostrum agrum, & [illegible] vineam, & colligere fructus, qui in ea nascuntur possumus, id est, vsque dum in hac vita, & in creatura hac [illegible] sumus, quia sex dierum [illegible] significat, quia in sex diebus con[fec]ta sunt, quæ [illegible] omnia. Septimo [aut]em anno sabbatum & requies erit terræ, quando enim intelligibile nostrum venerit [illegible], id est, præsentis sæculi requies, de qua ait Paulus: Hebr. 4. *Ergo relinquitur sabbatismus populo*

Dei, quem signat dies septima, quia septima die requieuit Deus ab omnibus operibus suis, videlicet visibilibus, propterea tunc operationis non est tempus: Et ideo nec agrum legis tunc serere, nec Euangelicam vineam pu[tare] possumus. Ager enim à nobis lex rectè intelligitur, quia senior filius qui iunioris populi æmulus est, qui ima[ginem] populi Iudæorum gerit, de agro videlicet operatione legis reuerti dicitur: Vinea autem Euangelica, sine aliqua dubietate prædicatio est, Christus enim ei occasionem & materiam dedit, qui dixit: Ioan. 15. *Ego sum vitis, vos autem palmites, & pater meus agricola est.* Nec ergo colere legalia aut euangelica mandata post exitum de hac vita aut transitum poterimus. Sed nec ea quæ sponte nascuntur metere, id est, nec quæcumq; naturalis lex ad operationem hominibus suggerit, hæc est enim quæ sponte gignitur, quia extra meditationem librorum, & omnem doctoralem auditũ suggerit, & exhortatur quæ sunt vtilia, & cogitationes nobis, adiuuantes animam præstat. Sed nec vuas primitiarum, siue vt S[ept]uaginta, *vuas sanctificationis* vindemiare tunc necesse habemus. Et quæ sit sanctificationis vua, F sciunt qui imbuti sunt, Christi mysterijs: *Sed erunt vobis in cibum, tibi & seruo tuo, ancillæ & mercenario tuo, & aduenæ qui peregrinatur apud te, iumentis tuis & pecoribus tuis.* Quæcumq; enim nunc operati fuerimus, horum ibi fructum percipimus, & illud Psalmi nobis aptabitur: Psal. 127. *Beati omnes qui timent Dominum. Labores manuum tuarum manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Beatitudinem enim describit futuri sæculi, in qua beatum est eum quidem quendam cibum inuenire: Luc. 14. *Beatus enim*, ille ait, *qui comederit panem in regno cælorum.* Multo magis autem beatum est, & seruos habere, & anc[illas] & mercenarios, & aduenas, iumenta & pecora, siue secundum Septuaginta, *& bestias.* Species enim hæc discipulatum præbentium nobis in sancta Dei conuersatione sunt diuersæ, serui quidem & ancillæ quotquot nobis ad discipulatum semetipsos subdiderint, vel à nobis empti fuerint de exteriori seruitio; mercenarij autem nostri, qui à nobis inuitati sunt, non tamen tantum subiecti, vt & serui & ancillæ, nominentur: Aduenæ siue LXX. *inquilini*, G adiacentes nobis, neq; enim dixerunt inquilinos, sed inquilino adiacenti ad te, quotquot in vita ista per philosophiam quasi inquilini sunt, non tamen exterioribus adiacent, sed nobis, qui in terram bonam ingressi sumus, & possidemus eam, & quæ ad eam pertinent Sed & si quem idiotam siue popularem inuabimus, hi enim sunt iumenta. Insuper & si quem infidelium vel impiorum qui tete pecora, vel sicut LXX. *bestias* nominantur mansuetas facientes relinquere syluas, & ad terram venire nostram fecerimus. Secundum editionem vero LXX. vbi legitur: August. *Cum introieritis in terram quam ego dabo vobis, & requiescet terra, quam ego dabo vobis, sabbata Domini. Sex annis seminabis agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, & congregabis fructum tuum. Anno autem septimo sabbata requies erit terræ sabbata Domini.* Quæritur quomodo intelligendum sit, *cum introieritis in terram quam do vobis, & requiescet terra, sex annis seminabis agrum tuum.* & cætera, quasi tunc fiet per septimum quando terra requieuerit, cũ propter ea ter[r]a requiescat, quomodo hoc sit. Requiescere [en]im [terr]æ septimo vtique anno vult intelligi quo iussit n[u]ll[am] ea quemquam operari per agriculturam. Sed [ni]mis [lon]gum hyperbaton facit obscuritatem huic sensui: videtur ergo hic esse ordo verborum: Cum introieritis in terram, quam ego dabo vobis, & requieuerit terra, quam ego dabo vobis, sabbata Domini quæ ab se surgunt, agrum tuum non metes, & vuam sanctificationis tuæ non vindemiabis, annus requiescendi erit terræ & erunt sabba[ta] terræ, esca [ti]bi & puero tuo, & puellæ tuæ, & mercenario tuo, & inquilino qui applicitus est ad te, & pecoribus tuis & bestijs, quæ sunt in terra tua, omne quod n[ascitur] ex ea in escam: In[ter]posuit autem exponendo qu[illegible] [ter]ra requiescat, & ait: Sex annis seminabis agrum [illegible] putabis vineam tuam, & congregabis [illegible]. A[nno] autem septimo sabbat[illegible] sabbata Domini. Agrum tuum non sem[inabis] [illegible] [vine]am tuam non putabis, [illegible] huc quod ait. Non [illegible] omnem culturam [illegible] prohibitam debemus accipere, neque enim si putandam

B C D E H

A tionem est, aranda est, aut adminiculis suspendenda, vel quodlibet aliud, quod ad culturam eius pertineat adhibendum, sed quomodo solet à parte totum intelligi, ita per putationem omnis cultura significata est, & per agrũ atq; vineam, cum & illum seminari, & hanc putari prohibuit, omnis agri genus intelligendum est. Neq; enim in oliueto vel quolibet alterius generis agro, aliquid operandum est, de quibus tacuit. Quod vero ait, *& erunt sabbata terra sancta tibi, & puero tuo, & puellæ tuæ*, & cætera, satis aperuit, nec Dominum agri prohibitum vesci eis, quæ nõ adhibita cultura illo anno sponte nascantur; sed fructus redigere prohibitum, sic ergo permissus est aliquid inde in escam sumere, quomodo transiens vt hoc solum caperet quod stat, in vescendo consumeret, non quod in vsus reponeret.

Capvt VI.

De obseruatione Iubilæi & Legitimis eius.

B *Ibidem.* *Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est, septem septies, quæ simul faciunt annos quadraginta nouem, & clanges buccina mense septimo decima die mensis propitiationis tẽpore in vniuersa terra vestra; sanctificabisq; annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ: Ipse est enim Iubilæus. Reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisq; redibit ad familiam pristinam, quia iubilæus est, & quinquagesimus annus. Non seretis neq; metetis sponte in agro nascentia, & primitias vindemiæ non colligetis ob sanctificationem iubilæi, sed statim oblata comedetis. Anno iubilæi redient omnes ad possessiones suas.* Hic interrogandi sunt Iudæi: Si septimam sicut ipsi dicunt diem, legislator honorans vacare in ipsa ab agri operibus alijsq; talibus præcepit, cuius gratia & quinquagesimum annum cessare ab operibus præcepit: Si enim hebdomadas hebdomadarum ad nouem, & quadraginta numeri annos colliguntur, non oportebat quinquagesimum vacare, nisi forsan aliquid significaret, & mysteria lex exponeret, quę necdum tempus erat aperte propter auditorum infir-

C mitatem aperiri. Quæ sint autem hæc, audi. Duplex quædam infertur à Deo omnium visibilium consummatio. vna quidem vniuscuiusq; nostrum, alia autem communis humani generis, ipsiusq;, horum quæ hanc quæ nunc est conuersationem cõstituunt. Sed nec quando omnes, & hunc nimis scienter legem dans Deus nobis innuit his & superioribus verbis: In superioribus quidem, vniuscuiusque finem insinuans, his autem consummationem totius generis humani mundiq; visibilis. *Numerabis ergo tibi septem hebdomadas annorum*, siue vt Septuaginta, *septẽ ergo numerabis tibi requies annorum*, Sabbata autem pro requiebus reliqui interpretum ediderunt. Et quid hoc est? Septem enim ait hebdomadas annorum septies, & sunt septem hebdomades annorum quadraginta nouem anni, quia n. in hebdomade dierum, totum sæculum humanum diuiditur, quando hic ipse in semetipso multiplicatus fuerit, & tota sæculi cumpleta fuerit volubilitas, cuius tẽpus creator definiuit diu semetipsum voluens ad finem peruenit. Et propterea ille finis temporis hebdomadarũ recte ap-

D pellatur, qui quadragesimus nonus annus est. Sed oportet etiam sequentem quinquagesimum, sicut ait hic legislator, succedere, in quo mortuorum fit resurrectio, post enim finem resurrectio sequitur, quę quomodo & quemadmodum prouentat, dicit quidem Paulus, similiter autem & legislator præsentibus subdidit verbis. Ait enim: *Et clangetis buccina mense septimo in vniuersa terra vestra.* Illam tubam significans, de qua Paulus scribit Thessalonicen-

1. Thess. 4. sibus: *Quia ipse dominus in iussu, in voce archangeli, in tuba Dei descendet de cælo, & mortui qui in Christo sunt resurgent incorrupti: Oportet n. mortuorum resurrectionem susci, antem eos præcedere tubam.* Vnde in quadragesimo & nono anno in quo communem diximus consummationem fieri, tuba canis præcipit. *Mense autem septimo, decima mensis propitiationis tẽpore clangetis buccina in vniuersa terra vestra*, recte pcipit, per propitiationem manifestans: quia propter bonitatem ęrga nos, & clemẽtiam erga omne genus humanum, communis resurrectionis dispensat mysterium, misericordiam

E impendens Adam, qui per inobedientiam, in terram reuerti iussus est. Si enim nõ misertus, propitiatusve fuisset nõ eum à corruptione terrena liberasset. Dixit autem *omnem terram*, quia totius erit humani generis resurrectio per septimum autem mensem & decimam diem, eũ qui hæc egit, videlicet Christum intelligens, mense n. septimo ætatis mundi venit, cuius mensem primum dicimus eum qui fuit in paradiso: Secundum, vsq; ad diluuiũ: Tertium vsq; ad Abraham; Quartum vsq; ad tempus quo descensum est in Ægypto: Quintum vsq; ad captiuitatem in Babyloniam Sextum vsq; ad aduentum Christi. Septimõ, ipsum Domini aduentum. Nam etsi non omnes hæ differentiam quandam inter se ętates habeant, tamen temporũ signa sicut menses habẽt, sed decimam diem propter imperfectionem addit, perfectus quippe numerus est decimus, propitiationem nostram per crucem atq; passionem Christus peregit, vnde & ouẽ quam Moyses præcipit immolari, perfectam esse, & decima die separari præcepit, huius gerentem imaginem de quo nobis nunc sermo est. Quid autem his addidit?

F *Sanctificabisq; annum quinquagesimum, & vocabis remissionẽ cunctis habitatoribus terræ tuæ*, Septuaginta autem addunt, *annus remissionis erit vobis significatio hæc, & sanctificabitur*, id est, in sanctimonia hunc expectate, & sancta de eo cogitate, sed & sanctimoniam in eo corrigite, reminiscentes illum qui dixit, *pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nullus videbit Deum.* Sed & omnibus qui sunt in terra, remissionem adnuntiemus prolatæ contra nos propter Adam sententiæ, significatio hæc est; signum est n. mortuorum resurrectio, Christi victoriæ, per quam vicit inimicum, omnia subijciens sibi, & destruens mortem, quẽadmodum Paulus ait: *Oportebat enim eum regnare donec ponat inimicos sub pedibus suis, nouissima autem inimica destruetur mors.* *1. Cor. 15.* Sed significatio hæc per euangelicam prædicationem efficitur, Christus n. adueniens eam significauit atq; prædicauit: Tunc reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisq; redibit ad familiam pristinam. Vel sicut LXX. *ad patriam suam*; possessio enim nostra est, & * indemptio *adeptio

G futuri sęculi, quia illam non ad tempus, sed in perpetuum possidemus, & nec nunc quidem huius, nunc autem illius, sed semper eiusdem est firma, & quæ non possit auferri possessio, de qua Dominus dicebat: *Thesaurizate vobis thesauros in cælo, vbi nec tinea nec ærugo corrumpunt, nec fures effodiunt & furantur.* *Matt. 6.* Sed ad familiam pristinam redimus, vel sicut Septuaginta, *ad patriam nostrã ambulabimus*: Manifesta est n. quædam, amantium hospitalitatem, patria, siue familia, cui Abrahã præest; manifesta castorum, cui Ioseph princeps est, manifesta zelatorum, cui Helias primatum tenet, quarum hæreditatem percipimus, quando horum quæ hic sunt remissio & significatio, contra mortem victoria peracta fuerit, in quinquagesimo anno, qui post hebdomadem hebdomadarum, id est, post communem finem veniet, sicut semel ostensum est, tunc non possunt seminari, neque meti sponte in agro nascentia; nec primitias vindemiæ colligi; neque enim tempus est, in quo nobis per operationem conquiramus aliquam sanctimoniam, quam in hac vita non conquisiuimus in sæculo futuro, sed frui his quæ hic operati fuerimus. Se-

H quitur:

Quando vendes quippiam ciui tuo, vel emes ab eo: ne cõtristes fratrem tuum, sed iuxta numerum annorum iubilæi emes ab eo, & iuxta supputationem frugum vendet tibi. Quanto plus anni remanserint iubilæum, tanto crescet pretium: & quanto minus numer. aueris temporis, tanto minoris & emptio constabit, tempus enim frugum vendet tibi, nolite affligere contribules vestros, sed timeat vnusquisq; Deum suum: quia ego Dominus Deus vester.

Esse aliquam venditionem, cuius sine argento contractus prouenit, aperte nos Esaias docuit, cum ait: *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite & comedite.* *Isai. 55.* Propter quod sic dicebat Petrus condemnans Simonem: *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei æstimasti pecunia possideri.* Bonum & vere beatum est, quod spiritale est, non tamen cuius possessionem fas sit pecunia adipisci. Talem & nunc venditionem & possessionem spiritalem lex proponit. Ait enim:

Quan-

A *Quando vendes quippiam ciui tuo, vel emes ab eo*, id est, aliquam doctrinam, *aut dederis aut acceperis*, id est, aut docueris aut edoctus fueris. Hęc est n. bona possessio, quę ad possessionem futuri transmittit sęculi. Bene autē coniunxit. *Quando vendes quippiam ciui tuo, vel emes ab eo*. Alterutrum n. sunt diuitiæ, alterutrū possessio, discipuli atq; doctoris: Quod demonstrat Paulus Corinthijs scribens: *Quia gloria vestra*
2. Cor. 1 *sumus, sicut & vos nostra in die Christi Iesu*. Ne contristet ergo bomo fratrem, id est, vt non super virtutem discipulis imponamus, sed quæ eis sunt possibilia, id est, virginitatem geramus, sed quæ eis sunt possibilia, id est, virginitatem ei, cui possibilis est, illi videlicet de quo ait Paulus: *Qui sta-*
1. Cor. 7. *tuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habet suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo custodire virginem suam*; Coniugium ei, qui non capit virginitatis verbum, Idem enim dixit: *Et qui tradit nuptui virginem suam benefacit, & qui non tradit melius facit*; Et rursus, *Si quis autem turpem se videri existimat, super virginem suam, quod sit super adulta: & ita oportet fieri, quod vult faciat, non peccat si nubat*: Et rursus, *Melius est nubere quam vri*. Idem & de omni virtute, eam quæ secundum possibilitatem est, nos, ipse Deus
B exigit, & in alterutris ministrare vult; Nam Pharisæos reprehendebat vpote grauia alijs præcipientes. Ait enim:
Matt. 23. *Alligant onera grauia & importabilia imponunt ea in humeros hominum*. Nimis ergo consequenter legislator addidit, *sed iuxta numerum annorum Iubilei, emes ab eo*: Vel sicut LXX. *secundum numerum annorum post significationem possidebis à proximo*: significationem secūdum quod iam dictum est, aduentū Dominicum intelligens, & quæ ad eum pertinens adnūciata est euangelica prædicatio, quæ nobis futuram cōtra mortem victoriā, requiemq; futuri sæculi significauit. Ex quo ergo significatio hæc fit, nemo diu ū portat iugū, nec onus graue gerit; sed secundum numerum annorum, i. secundum suam virtutem, quia anni hominis, ætatem ostēdunt, ex qua manifestus fit quis, quid possit secundū corpus, quod magis explanans subdidit, *iuxta supputationē frugum vendet tibi*, secundum q habet virtutem operari & fructificare, reddat magistro fructū discipulos. Quanto plus
C anni remāserint post Iubilæū, tanto crescit pretiū. Et quāto minus numerauerit tempus, tantum minoris & emptio constabit. *Tempus enim frugum vendet tibi*. Si potest multa operari, multum fructum exiges: si autem pauca, paruum: Nam hic quidem trigesimum, alter autem sexagesimum, alter vero centesimum fructum ferre exigitur. Nec negligenter hoc à legislature, sed ex opere studetur, nam ait etiam: *Nolite affligere contribules vestros. sed timeat vnusquisque Deum suum: quia ego Dominus Deus vester. Non affliget homo contribulem*, id est, non ei graue onus imponat, & supra virtu-
Matt. 11. tem eius: *Sed timeat vnusquisq; Deum suum*, qui dicit. *tollite iugum meum quia suaue est & onus meum quia leue est. Ego Dominus Deus vester*, id est, qui de virginitate Apostolis præcepit &
Matt. 19. dixit: *Nō omnes capiunt verbum hoc. sed qui potest capere capiat*. Sic vnumquemq; inde exigit secundum virtutem suam. Et hoc quidem lucrum est contemplationis spiritus. Habet autem & litera nō paruam instructionem, compati enim proximo, & in contractibus sensibilibus, & nullatenus grauem quempiam, neq; onerosum vult esse, nec de pauperum necessitatibus negotiari, nec studere seu festinare possessiones eorum sibi conquirere, domum domui con-
D iungere, agrum agro apponere, sed tribuere opus habentibus, & quæ paulatim dederint de fructibus recipere, qui de agris colliguntur, ipsum enim debitum donare, & neq; hoc quod mutuum datum est recipere, perfectæ hoc vitę est, quam non omnes capiunt, qui autem capiunt, beati sunt. Sequitur:

Facite præcepta mea, & iudicia mea custodite, & implete ea, vt habitare possitis in terra absq; vllo pauore, & gignat vobis humus fructus suos quib. vescamini vsq; ad saturitatem, nullius impetum formidantes. Nullatenus enim nos vacare licet, infirmi sumus à legis operatione, sed operari proculdubio etiam secundum virtutem vult, virtutem enim nostram, conscientia
Rom. 2. nostra conuincit. Sicut ait Paulus. *Cogitationum inter se accusantium vel excusantium*. Omnes ergo iustitias Dei, omnia eius iudicia prius custudiamus, & postea faciamus; custodiamus non corrumpentes intentionē eorum, sed distincte custodientes & immutabiliter, velut, si quis eleemosynam operari velit, non proximo nocens operetur, neq; si pauper est, ipse rapiat diuitū pecunias, vt præbeat pauperibus; Deus enim eleemosynam ex iustitia offerri vult. Hoc autem & in vnoquoq; mandato dicimus, vt prius eius intentionem & finem custodiamus & sic in eorum operationem proficiamus, tunc enim in terra intelligibili cōfidenter habitabimus, in diuina videlicet lege, spiritalis scripturæ & bonæ conuersationis, quam nobis Deus possidere & colere pręcipit, quando eius intentionem nō fuerimus transgressi, tunc gignit fructus suos quib. vescamur vsq; ad saturitatem & nullius impetum formidemus, qui n. custodit intentionem legis, & qui operatur, hic eius colliget fructus, & comedet eos ad saturitatem, & sine formidine in ea inhabitat, quia legislatoris intentionem non transgreditur nec conscius sibi est contra legem in lege Dei conuersari. Sequitur.

Quod si dixeritis: quid comedemus anno septimo, si nō seuerimus neq; collegerimus fruges nostras? Dabo benedictionē vobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum; seretisq; anno octauo, & comedetis veteres fruges vsq; ad nonum annū, donec noua nascantur, edetis vetera. Valde dignū est, vt prius miremur, i. de vtilitate literæ hoc intendendum est, atq; huiusmodi lucrum sectan-
F dum, diuturnum n. annorum vacationem terræ præcipiens non vult deficere, neq; conturbari eos qui legem percipiebant, quid comedant, aut vnde comedāt, sed ait. *Dabo benedictionem meā vobis*. Quam vero? *quia non in solo pane viuet*
Matt. 4. *homo: sed in omni verbo quod procedit de ore Dei*. Quomodo ergo Christi mandatum quidam tāquam impossibile, & laboriosum accusant quod dixit: *Non cogitetis in crastinum*. Ecce n. etiam lex similia præcipit, & de integris tribus annis iubet non cogitare eos qui virtutem legislatoris intendūt.
Moral. Præterea per tres annos vniuscuiusq; nostrū consummationem & communem retributionem, quæ est post resurrectionē necessario intelligimus. In vnoquoq; n. horum comedemus quæcunq; hic operati fuerimus. Propter q ait: *Quod si dixeritis quid comedemus anno septimo?* id est, vniuscuiusq; nostrum consummationem, manifestum est enim, quia & in cōmuni, in qua resurrectio fit, & in retributio-
G nem eundem cibum habebimus. Audi q tibi de his Deus responsum per legem dat; *dabo benedictionem meā vobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum*. Benedictio Patris filius est, ipse n. maledictum illatum Adæ disperdidit, propter quod & in eo oportere nos benedici, Dauid Psalmista &
Psal. 28. Propheta docuit: *Benedictio Domini super vos, benediximus vobis in nomine domini*. Nomen Domini, filium dicens euidēter, quia quemadmodum nomē manifestat vnumquēq; etiam qui non videtur Sic & Christus apparens cognosci fecit patrem in semetipso, q̄uis inuisibilē. Hic in sexto anno venit tanquam in perfectione, hanc n. senarius numerus significat, q̄ vt in nouissimo tēpore rursus reformatio proueniret: In cuius dierum numero, homo formatus est, quamobrem quemadmodum formationis sexta dies, sic sextus annus reformationis recte appellatur. Quod autē illic sextus dies, sextus autem hic annus dicitur, hoc ideo fit quia multa antea formationem nostrā, & reformationem temporum decurrerunt spatia. Ergo nō frustra sexti anni, legislator mentionem fecit. In hoc n. Christus veniens, dedit nobis adquirere fructus, quib. in propria nostrorum vniuscuiusq, consummationem. & in communi
H resurrectione atq; retributione nutrimus pussimus, pręstans generi humano abundanter fructificare virtutes, & tantum vt hi qui circa horam vndecimam conducti sunt ad operandum, cum illis qui mane conducti fuerunt, denarij acciperent mercedem. Sequitur:

Terra quoq; non veniet in perpetuum, quia mea est, & vos aduenæ & coloni mei estis, vnde cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetur. Et terra nō venundabitur in pro-
August. phanationem, alij codices habent, *in confirmationē*, quam mendositatem in alterutris prius in Græco accidisse arbitror propter verbi similem sonū, Bebluntis n. prophanatio dicitur, Beblosis aūt confirmatio: Sed ille sensus apertus est, *& terra non venundabitur in prophanationem*, i. ne quis auderet terram q̄ accepit à Deo vendere prophanis, qui ea vterentur ad impietatem, cultumq, Deorum alienorum, atq; falsorum. Illud autem subobscurum est, *non venunda-*

A *bitur terra in confirmationem*: Quod puto non intelligendum, nisi ne ita venditio confirmetur, vt eam nõ recipiat venditor tempore remissionis, sicut præceptum est, quod vero sequitur, vtriq; sensui potest congruere, siue legatur: *& terra non venũdabitur in prophanationem*, siue *in confirmationem*: Secutus quippe adiunxit, *mea enim est terra, propter quod proselyti & incolæ vos estis ante me, & per omnem terrã possessionis vestræ, mercedem dabitis terræ*. alij autem codices habent, *redemptionem dabitis terræ*. Sensus ergo hic est: *Non venundabitur terra in prophanationem*, i. illis qui ea vtantur in iniuriam creatoris: Aut *in confirmationẽ*, id est, vt eam emptor perpetuo possideat, nec certo secundum Dei præceptum interuallo annorum restituat venditori; *mea enim est*, inquit, *terra*, vnde secundum meum præceptũ ea vti debeatis. Atq; vt ostẽderet suam esse non ipsorum, quid ipsi in ea essent, consequenter adiunxit dicens, *propter quod proselyti & incolæ vos estis ante me*, hoc est, quamuis proselyti, i. aduenæ sint vobis quę ex alienigenis adiunguntur genti vestræ, vt incolæ, id est, non in terra propria manentes: tamen etiam
B vos omnes ante me aduenæ estis & incolę. Hoc Deus dicit, siue Israelitis, quod aliarum gentium terram quas expulit, eis dederit, siue omni homini, quoniam ante Deũ, qui semper manet, sicut scriptum est, cœlũ & terram implet, vtiq; præsentia sua, omnis homo aduena est, nascendo, & incola viuendo, quoniam cõpellitur migrare moriendo.
Ibidem. *Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suã, & voluerit propinquus eius, potest redimere, quod ille vendiderat. sin autẽ non habuerit proximum, & ipse pretium ad redimendũ potuerit inuenire, computabuntur fructus ex eo tẽpore quod vendidit, & quod reliquum est, reddet emptori: sicq; recipiet possessionem suam, quod si non inuenerit manus eius vt reddat pretium, habebit emptor quod emerat vsq; ad annum iubilæum: In ipso autem omnis venditio redit*
Ephes. *ad Dominum & possessorem pristinum*. Vniuscuiusq; ergo hominis possessio, bona cõuersatio est, quam sortiti sumus à
1. Cor. 7. Deo, de qua Paulus dicebat, *vnusquisq; in qua vocatione vocatus est fratres, in eadem maneat*, apud Deum, hic n. virginitatem, ille autem castum coniugium, alter vitam iustitiæ, alius autem silentium remotionemq; caussarum, hic sacer-
C dotium, ille pauperum patrocinium alter alia: vnusquisq; secundum propriam virtutem possidet, sed quando per desidiam cogitationes nostræ infirmatæ fuerint, tunc ex parte de propria cadimus possessione. *Si attenuatus frater tuus* siue secundum LXX. *Si ad paupertatem peruenerit frater tuus, qui est tecũ* fratrem nostrum & qui nobiscum est, intellexit confidelẽ, in cuius cogitatione quando venerit peccatum in paupertatem labitur: & pauper vere est, qui diuitias perdidit spiritales, factus qualis ille, de quo Dauid dixit: eũ enim qui in cogitationib. peccatorum constitu-
Psal. 37. tus erat exponere hominem: *Egenus sum ego, & in laboribus à iuuentute mea, exaltatus autẽ humiliatus sum & confusus* Quando ergo hic qui talis est, partẽ propriæ, bonæq; possessionis, quæ ei forte obuenerat vendiderit, cogitationẽ peccati suscipiens, vendit n. hic aduersario suam mentem,
Esai. 30. quemadmodũ Deus Iudæis dicebat. *Ecce peccatis vestris venundati estis*. Veniet adfinis & propinquus eius, secundum spiritum cognatus & confidelis, & [illegible] cognationis operibus ostendens, & liberabit venditionem fratris sui, il-
D lud implens quod Paulus scribebat: *Fratres, si comprehensus*
Gala. 6. *fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis huiusmodi instruite in spiritu mansuetudinis, considerãs teipsum, ne & tu tenteris; alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi*. Si n. inuicem onera nostra exhortationib. commonitionibus, oportunisq; consilijs portauerimus, liberare fratrem à paupertate possumus & redimere, quam ipse ex negligentia possessionem cum deberet vẽdidit, & modo quodam fit communis possessio, si autẽ alicui non fuerit proximus vel propinquus, forsitan n. non ostendit oportuno tempore erga alios compassionem, ipse semetipsum saluare debet, & propriam substantiam redimere, & propterea ait, *si autem non habuerit proximũ, & ipse precium ad redimendũ potuerit inuenire, computabuntur fructus eius ex tẽpore quo vendidit, & quod reliquũ est, reddet emptori, sicq; recipiet possessionem suã*. Quis ergo nostrum idoneus est? aut potest ex desidia aut prauitate mentem venditam liberare, vt non ex toto pereat abalienante, nisi vita bona & actio repellens quæcumq; iu-
E menti fuerimus in mente peccantes? Oportet ergo cogitare quantũ tempus prædictas mentes ei qui solet eas cogitationibus malis emere, & in seruitutem redigere vendiderimus, & si verbi gratia, desiderium nostrum auaritię cogitatus inuasit, nos recuperemus mentem nostram, vt eas etiã quę de iusto sunt pecunias, & possessiones despiciamus, si gastrimargiæ captiuitatem suggessit, nos intentionem ieiunij districti, & omnium ciborum continentiã recuperemus, sic n. possessionem nostram recipere maiori inimico quem deuicerimus possumus. Sin autem hoc factum non fuerit, quid eueniat, dicit, *& si non inuenerit manum eius, vt reddat precium*: Oportet n. sicut diximus, quando non præueniens quis propinquus spiritalis commoneat; quando malas cogitationes sine læsione repellimus, subsequi cogitationem & actionẽ ex qua liberari possimus, quæcumq; reperti fuerimus male alienasse: *Habebit emptor, quod emerat vsq; ad annum iubilæum, in ipso enim omnis venditio*
F *redit ad Dominum & ad possessorem pristinum*. Si ergo neq; per fraternam doctrinam, neq; per aliquam virtutem, nostras cogitationes emendauerimus, & receperimus quod de nostra possessione alienatum est, dominabitur eius qui eã per negligentiam nostram possedit, vsque ad opus enim peccatum perducitur, & non aliter intelligibilem nostrã possessionem recipimus, nisi in tempore Iubilæi: siue vt LXX. *remissionis*, qui perfectus est annos, qui omnes in se horas habet, & omnium modorum circuitum, peractum peccatum, & per multum tempus manens, non aliter fas est corrigi & liberare mentem in qua dominatus est is qui male nostra conquisiuit, nisi per perfectam pœnitentiam, in qua & ieiunium, & oratio & cilicium, & eleemosyna & lacrymæ peraguntur; per hæc enim remissio nobis plena conquiritur.

Qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licentiam redimendi, donec vnus impleatur annus. Si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eam, & posteri eius in perpetuum, & redimi non poterit, etiam in Iubilæo: Si autem in villa fuerit domus quæ muros non habet, agrorum iure vendetur; si ante redempta non fuerit in Iubilæo reuertetur ad Dominum. Ædes leuitarum quæ in vrbibus sunt, semper possunt redimi; si redemptæ non fuerint, in Iubilæo reuertentur ad Dominos, quia domus vrbium leuitarum, pro possessionibus sunt inter filios Israel: Suburbana autem eorũ non veneunt, quia possessio sempiterna est.
G Si ad vnum hoc intentionem legislator habuisset, vt possessiones non caderent ab alijs ad alios, erat quippe etiam hoc vtile, quia de sufficientia, secundum quod diximus lex curam gerit cuius putas reigraria, quando non fuerint intra annum, sicut ait, redemptæ, propriæ esse conquirentium iussæ sunt, sed nec hoc simpliciter, sed suo subtilem quandam custodiens diuisionem, quæcũq; enim intra muros sunt munitarum ciuitatum, intra annum redimi solummodo liceret, quæcumq; autem in non muratis, licentiam haberi liberandi eas semper permisit, Leuitarum autem domos, siue in muratis, siue in nõ muratis sint, semper redimi pręcepit, agros autem vendere omnes prohibuit. Hęc autem distinctio, tam infructuosa est ad faciem literæ, quam ostendit, quia lex fuit quidem quandiu habuit iuuamen de litera, non tamen semper, nec de omni, propter quod ei
H contemplatio spiritalis necessaria est, vtilitas autem hinc intendenti perpetua; & de omni mandato legis prouenit, Iam nunc ergo præsentis sanctionis discutiamus virtutẽ, in præcedentibus vniuscuiusdam possessionem, proponens ait enim: *Si attenuatus frater tuus vendiderit possessionem suam*, specialem vniuscuiusq; conuersationem procul dubio exposuit, hic autem non iam de conuersatione speciali, sed totius Synagogæ vel Ecclesiæ loquitur, in quibus Iudæorum quidem Synagoga in eo quod manet vsq; nũc apud conquirentem inimicum & aduersarium seruiens, Ecclesiæ autem gentium quodammodo libertatem acceperunt, sed & Iudæorum collegium, quomodo quædã per quosdam intelligibiles leuitas, i. Apostolos saluentur, nunc secundum quod Deum decet exponit dicens: *Qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licentiam redimendi, donec vnus impleatur annus*. Hæc de Iudæorum synagoga intelligamus, quæ inhabitabatur quidem: propterea enim eam Deus per Moysen, vt & habitaretur constituit: licet

A ipsa hæc non custodierit ab his, in quibus inhabitanda erat. Propter quod & Dominus Iudęis dicebat: *Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Matt. 21. Erat autem in ciuitate murata in Hierusalem, habebat enim murum legem: Hanc vendidit quispiam nō tamen dicit venditorem, neq; propinquum, neq; proximū, sicut supra appellauit: Neq; n. vnus erat hanc vendēs sed totus Iudæorū populus male viuens qui neq; frater, neq; cognatus dignus erat appellari. Vnde eum etiam populū Sodomorum & Gomorrhæ Deus per Esaiæ Prophetiam appellauit: *Audite, inquit, verbum Domini principes Sodomorū, auribus percipite legem Dei nostri populus Gomorrhæ.* Isai. 1. Alibi autē ad eos ipsum Propheta dicebat: *Cui debitori vendidi vos? ecce venditi estis in iniquitatibus vestris.* Isai. 50. Sed licebat eis hanc venditionē redimere in anno, in quo Christus omni generi humano maxime populo Iudæorum redemptionem peccatorum prędicauit, quem annum, nunc quidem legislator innuit: aperte n. Esaias exhibuit: *Spiritus Domini super me, eo quod vnxit Dominus me: ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritos corde, vt prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt prædicarem annum placabilem Domini, & diem vltionis Deo nostro.* Isai. 61. B *Si autem redempta non fuerit vsq; dum impleatur annus, confirmabitur domus quæ est in ciuitate quæ habet muros ei qui emptor est, & posterorum eius in perpetuum. & redimi non poterit, etiam in Iubileo.* Dominatus est enim Iudęorum Synagogæ, qui emit eam in ... & posteris eius in perpetuum; omni videlicet præsenti tempore, hoc n. appellatur per eius posteros vel generationes, quod LXX. edūt, quia præsentis temporis potestatem habet contra eos qui coniunguntur ei. *& redimi non poterit etiam in Iubileo* siue vt LXX. *in remissione:* Qua remissione? nisi vtiq; illa quam eis Dominus crucifixus dixit. *Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciūt.* Sed peccatum renouantes, et post datam remissionē maliciosi effecti, & prætento non sufficiente peccato, addiderunt alia deteriora quę circa sepulchrum, & post resurrectionem, & post in cœlos ascensionem, contra ipsum Christum, & cōtra chorum Apostolorum præsumpserūt.

C *Sin autem in villa fuerit domus quæ muros non habet, agrorum iure vendetur. si ante redēpta non fuerit, in Iubileo reuertetur ad Dominum.* Domos ergo quæ in villa sunt, quod Ecclesiæ gentium debeant intelligi, Esaias nobis Propheta demōstrat dicens. Isai. 54. *Lauda sterilis quæ non paris, decāta laudem & hinnire quæ non pariebas, quoniam multi filij desertæ magis quam eius quæ habet virum dicit Dominus.* Ergo quæ in villa, Siue vt LXX. *in aulis* sunt domus, gentiū Ecclesiæ intelliguntur. Quod adhuc planius in posterioribus eiusdem prophetiæ ostenditur: *Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende ne parcas, extende funes tuos & paxillos tuos consolida, ad dexteram enim & sinistram extendes, & semen tuum gentes hereditabit, & ciuitates desertas inhabitabit.* Ecce desertas ciuitates sine muro, videlicet eas quæ sunt gentium appellauit: Neq; n. habebant legis murum, & desertæ erant errore idolorū, quorum domus in villis: quas LXX. in aulis dixerūt, quas & esse Ecclesias diximus, *agrorum iure vendentur:* vel secundum LXX. *ad agrum terræ æstimabuntur:* Cuius agri? Illius vtiq; quem Dominus dicit: *Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit omnia quæ habet, & emit agrum illū.* Matt. 13. Dicit autem agrum euangelium, in quo thesaurus Christus est mysterium. Huius ergo agri iure vendentur: vel ad hunc agrum æstimabuntur, quia ei sunt proximæ non legi, quāobrem semper redimi possunt, vel secundum LXX. liberæ per omnia erunt. Ex quo n. Dominus venit, vsq; ad D secundum aduentum eius, per partes gentes redimuntur, & per remissionē euadunt, quam ipse omni generi humano per crucem procurauit, crux enim est vera remissio.

Ædes Leuitarum quæ in vrbibus sunt, semper possunt redimi, si redemptæ non fuerint, in Iubileo reuertentur ad Dominos, quia domus vrbium Leuitarum pro possessionibus sunt inter filios Israel. Nō frustra Leuitas quispiam dicat appellari Apostolos, sed quia de Leuitis dictum est: *In terra eorum nihil possidebis, nec habebis partem inter eos, ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel.* Matt. 19. hoc autem in Apostolis proprie impletū est, qui dicebant confidenter ad Dominū: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid putas erit nobis?* Horum ergo ædes quæ in vrbibus sunt: siue secundū LXX. domos ciuitatū eorum possessiones quotquot eos secuta sunt, fide & conuersatione, Iudaica collegia rectè intelligūtur, quia prius E propter eos ire ut ad oues quæ fuerant perditæ domus Israel à Christo iussi sunt. Ergo ad sortem eorum pertinebant illi atq; possessionem, semperq; poterant redimi: Et hoc historia Actuum Apostolorum demonstrauit, multa n. Iudæorum per Apostolos ab errore dixit liberata collegia. Non solis aūt licuit Apostolis hanc peragere redemptionē; sed & discipulis eorum: sed tn̄ hanc secundum illorū oportebat effici doctrinam, vt illis imputaretur qui exordium facto præbuerunt, qui posuerunt dogmata. *Si redempta non fuerint, in Iubileo reuertentur ad Dominos.* Quare autem hoc dictum sit, sequitur: *Quia domus vrbium Leuitarū pro possessionibus sunt inter filios Israel,* i. propterea Apostolorū cognationem: Intelligibilium n. Leuitarum Apostolorū possessio in medio filiorum Israel erat, sicut cognouimus, quia Petrus & Ioannes sortem apostolatus in prædicatione eorum qui ex circumcisione erant perceperunt. Sed & F alio modo: Apostolis possessio in medio filiorum Israel erat, circumcisionem n. habebant & ipsi, & secundum legē Israel semper vixerant, propter quod & eorum erant ipsæ domus ciuitatum, ab ipsis n. erant liberatæ, & quicumq; saluati sunt, per eos saluati sunt. Et cū indigni essent, propter blasphemiam quam commiserunt in crucem, & quā rursus post resurrectionem præsumpserunt, honore tamē Apostolorum qui & ante crucem crediderunt, & in cruce, vel etiam post crucem permanserunt, in fide suscepti sunt: Et quia hoc verum est, disce ab Esaia dicente: *Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti essemus, & quasi Gomorrha similes fuissemus.* Isai. 1. Si enim non relictū esset Apostolorum semen, nihil prohiberet in modū Gomorrhæ & Sodomæ omnem plebem Iudaicam perire, sed Apostolorum caussa non omnes perierunt, quorum virtutes & possessiones quales erant, in paucis his cōsidera verbis: *Suburbana aūt eorum non veneunt, quia possessio sempiterna est.* Quorū? Apostolorum videlicet: Hi n. esse Leuitæ dicti sunt, horum suburbana siue agri non vendūtur, i. conuersationes & virtutes & doctrinæ, hęc n. agrorum vice colebāt, ita vt Paulus de eis diceret: *Quis plantauit vineā,* G *& de fructu eius non edit?* 1. Cor. 9. Et rursus: *Dignus est operarius mercede sua.* 1. Tim. 5. Et rursum: *Nūquid de bobus cura est Deo? an de nobis vtiq; dicit? quia debet in spe qui arat arare, & qui seminat in spe fructus percipiendi.* 1. Cor. 9. Et rursus: *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnū est, si vestra carnalia metamus?* Ibidem. Hæc ergo doctrinæ separatæ erāt ciuitatibus eorum, quæ & per ipsos consistebant, & per ipsos saluabantur, & vendi non poterant, quia ad ipsos dicebatur: *Gratis accepistis, gratis date.* Vnde & Simonem emere volentem donum spiritus, eius portione siue sorte priuauit. Secundum Tropologiam vero, hæc referamus ad nos, quib. lex Christi si eam sequamur nec possessiones in Adamant. terra nec in vrbib. domus habere permittit, & quid dico domus? nec plures tunicas, nec multam cōcedit possidere pecuniā: *Habentes n.* inquit *victum & vestitū, his contenti sumus.* 1. Tim. 6. Quomodo ergo nos datas de domib. siue intra ciuitatē muratam positis, siue in vicis quib. muri nō sunt obseruabimus leges? Inuenimus in aliis scripturæ locis, quod sermo diuinus maiore quodā sacramento, nominat domum. vt cū dicit de Iacob, & quasi pro laude eius ponit: H *Erat autem,* inquit, *Iacob homo simplex habitans domum.* Gen. 25. Et iterū inuenio de obstetricibus Hebręorum scriptū *Et quia,* inquit, *timebant Deum obstetrices fecerunt sibi domos.* Exod. 1. Videmus ergo quod obstetricibus quidem faciendorū domorum caussa fuerit timor Dei: Iacob vero simplicitas & innocentia caussā dederit, vt habitaret domū: Deniq; Esau, quia malus fuit, non est scriptū de eo, quia habitauerit domum, nec de alio aliquo scriptū est, quia ædificauerit sibi domū, qui nō habuerit timorem Dei, quæ est ergo ista domus? & quale ædificiū est? Paulus Apostolus exponit apertius cū dicit: *Domū habemus non manufactā æternā in cœlo.* 2 Cor. 5. Hęc est ergo domus quā ædificare nemo potest, nisi timeat Deū: hæc est domus, quā exstruere vel habitare nemo potest, nisi in simplicitate mentis & puritate cordis. Sed quomodo accidere solet, vt etiam qui bene ædificauerit, & domū sibi cœlestem bene agendo, & bene viuendo ac recte credendo construxerit, incurrat alicuius peccati debitum & hanc

ude-

A crudelissimo fœneratori venundari cogatur, ac labores suos transfundere in aliú, pietas & clementia legislatoris occurrit, vt intra certú tẽpus redimi possit: *Si tamen inuenerit*, inquit, *manus eius preciũ quod restituat*. Quale preciũ? Pœnitentiæ sine dubio lacrymis congregatũ, & manibus, i. labore boni operis inuentum. Annus aũt iste intelligi potest, quem venit vocare Dominus annum acceptum, quo (Isai. 61.) dimittat cõfractos in remissionem, & salutem delicta sua confitentibus præbeat. Quod aũt dicit domum in ciuitate muratam, recte vt ego arbitror, domus quæ in cælis est, dicitur in ciuitate murata intelligitur, murus est n. huiuscemodi domibus, ipsum cœli firmamentum: Sed talẽ domum tanquã habere possunt: illi fortassis qui super terram ambulantes, conuersationem habent in cœlis: Et de quib. dicit Apostolus, *Dei ædificatio estis*. Cæteri autẽ in vi- (1. Cor. 3.) cis habent domos, quib. non est murus; est tñ eis adiacens ager fœcundus, illis fortassis qui sibi habitaculũ præparãt in terra viuentium, & in illa terra quam mansuens Dominus promittit dicens: *Beati mites, quoniam ipsi hæreditatem* (Matt. 5.) B *possidebunt terram*. Istas ergo domos, si forte aliquis sicut supra exposuimus lapsus acciderit, semper est recuperandi facultas. Vt verbi gratia dicam: Si nos aliqua culpa mortalis inuenerit quæ nõ in crimine mortali, nõ in blasphemia fidei, quę muro ecclesiastici & apostolici dogmatis cincta est; sed vel in sermonis vel in morum vitio cõsistat. hoc est vendidisse domum quæ in agro est, vel in vico cui murus nõ est; hæc ergo venditio, & huiusmodi culpa, semper reparari potest, nec aliquando tibi interdicitur de cõmissis huiusmodi pœnitudinem gerere, in grauioribus n. criminibus, hoc est, in infidelitate perseuerare, corde impœnitenti vsq; ad finem vitæ in iniquitate perdurare, & de misericordia omnipotenti Dei desperare: quod est blasphemia in Spiritum sanctũ, quid de hoc sentiẽdum sit, ipsius veritatis sententia in euangelio nobis manifestat: Ista vero cõmunia quæ frequenter incurrimus, semper pœnitẽtiam recipiunt, & sine intermissione redimuntur: *Quod si sacerdotalis fuerit*, inquit, *ista domus vel Leuitica, vbi vsq; fuerit, siue in ciuitate siue in agro, semper habet redemptionẽ*. In hoc loco C sacerdotalem sensum & leuiticam intelligentiam quæro; non n. inferior esse debet auditor horum si fieri potest, illo ipso qui hæc scripsit, & sanxit. Quid est ergo. quod sacerdos & leuita, domus suę semper habent redemptioné? & vbicumq; fuerit habet redemptionem, spiritalem intelligentiam. Sacerdos, mens Deo consecrata dicitur; & leuita appellatur is qui indesinenter adsistit Deo, & volũtati eius ministrat. Perfecto ergo in intellectu, & opere in fide & actib. sacerdos & leuites accipiendus est, huic itaq; perfectæ menti si acciderit aliquando domũ quam habet non manufactam æternã in cœlis vendere, & manus alterius dare, sicut cõtigit aliquando magno Patriarchæ Dauid cum de tecto suo, vriæ Ethei aspexit vxorem, statim eam redimit: statim reparatur: statim n. dicit *Peccaui*. Imo vero aliquid adhuc sublimius in hoc sensu debemus inspicere: Quomodo domus sacerdotum & leuitarum, i. perfectarum mentium semper delicta redimantur, semperq; purgentur. si quãdo scripturas diuinas legimus, & sanctorum patrum in his delicta aliqua recensemus, si D secundum Apostoli Pauli sententiam dicimus: *quia hæc o-* (1. Cor. 10.) *mnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter cõmonitionem nostrã*. Hoc modo semper domus eorum redimitur, quia semper pro culpis eorum purgatio, & satisfactio à doctoribus adhibetur ostendentibus ex diuinis scripturis, formas fuisse hæc, & imagines rerum futurarum; non quib. arguerentur delicta sanctorum, sed quibus ostenderetur peccatores impios in partem sanctorum, societatemq; cõsciscere: Nunquam ergo sacerdotalis possessio à sacerdote separatur, etiam si ad tempus fuerit ablata, etiam si fuerit distracta; semper redimitur, semper reparatur: velut si diceret: Charitas quæ perfecta est: *Omnia patitur: o-* (1. Cor. 13.) *mnia sperat, omnia tolerat: Charitas nunquam excidit*. Sic ergo & possessio ac domus cunctorum nunquam cadit, nunquã aufertur, nunquam ab eorũ iure separatur: Quomodo n. separari à sacerdotib. domus potest, quæ ædificata est supra fundamentum apostolorum & prophetarũ, in qua est (Ephes. 2.) ipse angularis lapis Iesus Christus? Quod autem possit aliquando domus ista distrahi, hoc est, huiusmodi ædificatio incidere in peccatũ, audi apostolum Paulum, quomodo & alibi dicit: *Vt sapiens architectus fundamentũ*, inquit, *po-* (1. Cor. 3.) *sui, alius superædificat: vnusquisq; autem videat quomodo superædificet: fundamentum n. aliud nemo potest ponere præter id quod positũ est, quod est Christus Iesus. Siquis autem supra fundamentum hoc ædificat aurum, argentum, lapides preciosos, lignum, fœnum, stipulam*. Vides ergo quia potest supra fundamentum Christi ædificari ligna, fœnum, stipulam, hoc est opera peccati, quæ qui ædificat, sine dubio vendidit domum suam emptori pessimo diabolo, à quo vnusquisque peccantium peccati precium consequitur, satisfactionem desiderij sui, hoc si forte incurrerit aliquis, quod absit, cito redimat, cito reparet dum tempus est reparandi, dum pœnitentiæ locus est, deprecantes in commune, ne æternæ domus habitatione fraudemur; sed digni habeamur recipi in æterna tabernacula.

CAPVT VII.

De vsuris non accipiendis.

F *Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & susceperis* (Leuit. 25.) *eum quasi aduenam & peregrinum, & vixerit tecum, ne accipias vsuras ab eo, nec amplius quam dedisti, time Deum tuum, vt viuere possit frater tuus apud te, pecuniam tuã non dabis ei ad vsurã: & frugum superabundantiam non exiges, ego Dominus Deus vester qui eduxi vos de terra Ægypti, vt darem vobis terram Chanaan, & essem vester Deus*. In præsenti lege duo sunt quæ mirari legislato- (Isichius.) ris oporteat, i. sapientia & pietas, sapientia quidem, quia quæ sunt sublimia per ea quæ videntur humilia exponit; pietas autem quæ est in custodia literæ & contemplationis spiritalis: Litera siquidem pauperis exigit subuentionem, & neq; claudi erga eum viscera petenti mutuũ: nec negotiari de paupertate eius superabundantiam exigẽdo, & vsuram percipiendo, & lucrum de pietate captando. Spiritus autem Anagoge demõstrat quomodo oporteat viri eius qui illa paupertate pauperes facti sunt de qua Dauid clamabat: *Cito nos anticipet misericordia tua, quia paupe-* (Psal. 78.) *res facti sumus nimis*. Sic ergo secundum ordinem, his quæ G dicta sunt intendimus: *Si attenuatum fuerit frater tuus & infirmus manu, & susceperis eum quasi aduenã & peregrinum, & vixerit tecum*, fratrẽ vniuscuiusq; hic æqualem dignitate & conuersatione dicit: Hic si in operatione virtutũ, infirmatus fuerit. hoc est, n. infirmari manu, propter quod Aquila, *si exciderit*, inquit, *frater tuus & vacillauerit manum eius tecum auxiliaris ei*. Secundum LXX. interpretum sensum nos tanquã proselyto & inquilino vult; Proselytus autem noster siue aduena est, qui nunc ad fidem venit, inquilinus autẽ noster, qui necdum propriam domum habet, sed nostra admonitione & diligenti instructione eget, vt protegatur; & non quemadmodum sine domo huc & illuc erret, sic ergo auxiliamur infirmo fratri vt viuat nobiscum, & nullatenus moriatur, à cõuersatione Dei alienus effectus, viuens nobiscum, i. per nos & per nostram doctrinam; quẽadmodum quibusdam cibis bonis confortatus. Oportet autem ei sicut infirmo condescendere, & mederi, quæ secundum virtutem eius sunt: Propterea subdidit, *ne accipias* H *vsuras ab eo, nec amplius quã dedisti*, ne forte cum infirmus factus sit, & à priori regula imminutus abundantius ab eo virtutum operationem exigamus, sed prouocemus eum manumq; eius vt infirmi sustẽtemus, caputq; eũ tantummodo legis & diuinorum mandatorum, i. vt non peccet exigentes, ergo nimis necessarie addidit, *time Deum tuum*, &, *Ego Dominus Deus vester*. Cuius iugum suaue est, qui hominem modis omnib. quidem non peccare exigit, virtutes autem exigit secundum possibilitatem: Propter quod de virginitate sanciens, *non omnes capiunt*, inquit: Sed & de non possidendo docens: *Si vis*, inquit, *perfectus esse*, in man- (Matt. 19.) dato prædixit: *Si ergo frater tuus viuit apud te, pecuniam tuam non dabis ad vsurã, & frugum superabundantiam non exiges*. Sed (1. Cor. 9.) Paulũ imitare dicentẽ: *factus sum infirmis infirmus*. Nihil eos ad virtutis rationem exigas plus à priore virtute. Si aũt dicas fortitan eos posse, sed infirmos se fingere; hoc iam nõ est tuum, sed illius est qui scit, quid vere possumus, qui dixit ad illũ, qui talentum abscondit: *Oportebat te dare pecuniã*

A uenimus, in [illegible] animam: hi in nostra perpetua [illegible] nostris. [illegible] est, discipulis [illegible] discipulatum possumus, quod maxi[illegible] qui de erãt, sicut dicit ad Titus & [illegible] Timotheo dilectissimo filio in fide: & T[illegible] dilectissimo filio secundum communem fidem, ad eos [illegible] scribebat; deinde huic Ephesios: huic Cretenses di[illegible] Nam illi quidem
1. Tim. 1. scribebat. *Sicut rogaui te vt remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam, vt denuntiares quibusdam ne aliter docerent.* Tito au-
Tit. 1. tem: *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi constitui.* Sed & quid restet inter illos quos [illegible] foris lucrati fuerimus, & æqualibus nostris fratribus qui forsitan humiliati corriguntur, scire etiam nunc nos legislator volens, hęc ad commune memorationem prædictorum scripsit: *Fratres autem vestros filios Israel non affligetis per potentiam*, non quia alios quos lucrati fuerimus, exterius in seruitutem redigere, aut conterere laboribus, præcepit, nusquam enim hoc in sanctio-
B ne hac dixisse videtur, sed quia non æqualis potestas in illis & nobis vt possimus; [illegible] enim infidelis ad fidem perductus, aliud fidelis lapsus, & a nobis admonitus.

CAPVT X.

De redemptione eius, qui se vendiderit aduenæ aut peregrini.

1. Cor. 4. *Si inualuerit apud vos manum aduena atque peregrinus, & attenuatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe eius: post venditionem potest redimi: qui voluerit ex fratribus suis emet eum, & patruus, & patruelis, & consanguineus, & affinis.* Quia lex pertinere sibi secundum literam de libertate indigenarum Israelitarum ostendit; propterea eum qui in eis deterius propter paupertatem aut aliquam [illegible] necessitatem egit proselytis vel inquilinis qui de his quidem foris sunt [illegible] adhæserunt, seruire non patitur, sed redimi eum ab aliquo suorum cognatorum præcipit. Vide quomodo
C hoc custodit, & secundum Anagogen spiritalem oportet, ait enim: *Si inualuerit apud vos manum aduena atque peregrinus*, siue vt LXX. *inquilinus, & attenuatus frater tuus vendiderit se ei aut cuiquam de stirpe eius*, id est, si hi qui ad fidem ex gentib. aut ex Iudæis, aut omnino hęreticis nouiter nostræ fidei coniunctus, clarus est virtutibus, ita vt potens sit in arguendo, & exhortandu peccantes, huius n. propriæ manus inualescit, siue vt LXX. *inuenit*, quia per suam actionem inuenire, & aliorum conuersationem & exhortationem potest. Deinde & frater tuus, qui olim eruditus est in verbo, sed & qui æqualis tibi est secundum sortem conuersationis; hoc est n. frater attenuatus, id est, non inueniens exhortantem, & consilium dantem: aduenæ siue peregrino vel inquilino se vendiderit, id est, ei qui nouiter ex gentibus, aut de Iudæis, aut secundum quod diximus hæreticis credenti, vendatur autem ei illo verbum doctorale, propter conuersationem eius impendente: quia incongruum est eum qui olim in clara scientia & conuersatione notus fuit, sub eo qui nouiter ad fidem venit agere, non est enim parua res discipulatus; sed multi tempo-
D ris vitę etiam non modicus decursus ad perfectionem necessarius recte redimitur: *Qui voluerit ex fratribus suis, emet eum* id est, quispiam eum similis honoris, similisq; scientiæ & conuersationis per suam doctrinam redimat, & faciat non opus habere ammoneri ab eis, quos ipse debuit ammonere; vtpote qui in scientia profecit eos qui adhuc modo geniti sunt. Patruus ergo & patruelis & consanguineus & affinis redimet eum; Patres nostri sunt secundum spiritum, qui nos genuerunt per Christi doctrinam. Pro-
Ibidem. pter quod & Paulus Corinthijs scribebat. *Nam & si multos pædagogos habetis in Christo, sed non multos patres, in Christo enim Iesu per euangelium ego vos genui.* Quotquot ergo fratres horum, i. sacerdotes sicut & ipsi sunt, & doctores, aut & filij fratrum, aut discipuli quidem illorum, in eandem autem, quam ille scientiam & doctrinam prouecti, sunt enim [illegible] fratres patris dicuntur [illegible], qui enim consanguinei & affines sunt [illegible] qui eg[illegible] consilio & exhortatione, id

est, vt qui eiusdem dignitatis & conuersationis fuerunt
E hi fratres redimunt, [illegible] memores vocis [illegible] *Si quis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, &*
1. Tim. 5. *est infideli deterior.* Et quia *oportet adominus quidem bonum ostendere; maxime autem ad domesticos fidei.* Hi enim nobis con-
Galat. 6. sanguinei per carnem Christi sunt, quia de carne eius & de ossibus eius sumus. Sequitur:

Si autem & ipse potuerit, redimet se, subputatis dumtaxat annis a tempore venditionis suæ vsq; ad annum iubilæi: & pecunia qua venditus fuerat iuxta annorum numerum & rationem mercenarij subputata: Si plus fuerint anni qui remanent vsq; ad iubilæum, secundum hos reddet & pretium, si pauci, ponet rationem cum eo iuxta annorum numerum, & reddet emptori, quod reliquum est, annorum quib. ante seruiuit, mercedibus imputatis, non affliget eum violenter in conspectu tuo; quod si per hæc redimi non potuerit, anno iubilæo egredietur cum liberis suis; mei enim sunt serui filij Israel, quos eduxi de terra Ægypti: Ego Dominus Deus [illegible].

Tantum de libertate nostra, & honestate & glorificatione in bonis, & confidentia sancti spiritus agit: vt vnumquemq; nostrũ sub seruitute peccati constitutum virtuti-
F bus præcipiat redimi, & correctionib. [illegible] gratia, cilicium & cinerem, & lachrymas, & eam quæ in his est confessionem lucrari volumus: & quęcumq, [illegible] annum constituent iubilęi siue remissionis, ad huiusmodi [illegible] probatione præsentia exposuit: Si autẽ & ipse potuerit redimere se, subputatis dumtaxat annis a tempore venditionis suæ vsq; ad annum iubilæi: Si n. pauper factus est per peccatũ qui prius diues fuit in virtutib. [illegible] semetipsum liberauit, dum [illegible] exhortatione propria, verũtamen nec hic integrum [illegible], vt qui semel autem firmatus est, exhortatione & consilio [illegible] computat apud semetipsum, i. [illegible]. Computabit autem ab anno quo [illegible] vsq; ad annum iubilæi siue remissionis, [illegible] peccas egat consilio & doctrina, vsq; dum integram & [illegible] dum peragit pœnitentiam, in qua remissionem accipiens, æqualis ei fiat, qui penitus nõ peccauit. Quid aũt tractabit? quib. virtutibus & correctionib. eam, quæ per studiosam pœnitentiam, eius remissionem adprehendere, & præ-
G cedere possit. Sicut n. qui pecuniam reddit redẽptionem annum remissionis expectare opus non habebat, erat autẽ quinquagesimus, qui Iubilæus dicebatur: sic qui peccatũ ad delendum illud, æquales siue pares virtutes exquirit: præcedit pœnitentiam actionib. bonis se redimens, quod demonstrat Zachæus, qui cũ plurimorum plurima sustulisset, nõ eguit sacco & cinere, & lacrymis & oratione. Hic n. nobis est annus remissionis, sic omnia habens quæ nobis sufficient remissionẽ, non indiguit aũt, quia peccata quidem erant pecuniaria: ipse aũt ea quæ abrepta fuerant promisit reddere in quadruplũ, dimidium autẽ suorũ distribuere pauperib. Propter quod Christus ad eũ: *Ho-*
Luc. 19. *die salus domui huic facta est*, suscipiens pecunias redẽptionis eius dixit: *Si autem plus fuerint anni qui remanent vsq; ad iubilæum, secundũ hos reddet & pretium: si pauci, ponet rationem cum eo iuxta annorum numerũ, & reddet emptori quod reliquum est annorum quib. seruiuit mercedibus imputatis.* Primum ergo secundũ hæc reddi pretium, i. secundũ ea quæ peccauit qui semetipsum redimere vult, vt forsitan ex gula peccauit, per ie-
H iunium corrigat, sin aũt ex verbositate, studeat taciturnitatem, si ex incautela oculorum in mulieris concupiscentiam cecidit, agat non videre mulieres, neq; omnino eis obuium fieri: Deinde si vult celerem sibi redemptionem parare, intendat pecunijs conquisitionis suæ, verbo videlicet & doctrina; quod eum [illegible] propter ipsum peccatum, & subdi ammonentis fecit, & si videat multum minus esse ad annum remissionis, & ad [illegible] videlicet definitæ ei pœnitentiæ, magis operetur virtutes, & laboriosam lucretur pœnitentiam. Si autem hoc rursus parum operatus fuerit, si non per virtutes, per lacrymas autem & suspiria & similia, & lundibus alijs remedia pec cato necesse habet. *Et non affliges eum* [illegible]: Quid autem hoc est? Vt eum qui per virtutem peccatum recipit, non ei superimponas [illegible] pœnitentiæ pondus, semel enim semetipsum bonis operibus [illegible]. Ergo nimis recte subdidit quę sequuntur; *quod si per hæc redimi,*

A non potuerit, anno iubilaeo egredietur cum liberis suis: [illegible] æqui. [illegible] peccato virtutibus, [illegible] mis, in anno iubilæi remissionis, id est, [illegible] & distincti pœnitentia, quemadmodum [illegible] tenemus & ipsum redimi præcepit. Sed & bona opera, quæ prius quam peccasset egit, quæ filij vniuscuiusq; nostrum sunt. Si autem vis cognoscere quæ sit perfecta pœnitentia, Niniuitas intende, *qui prædicauerunt ieiunium, & induti sunt saccis à maiore vsque ad minorem, & exclamauerunt ad Deum intente, & cum toto animo: & auerterunt se vnusquisque à via sua mala, & ab iniustitia quæ in manibus eorum erat.* Sic enim Deus eorum pœnitentiam suscepit, vt Propheta subderet, *misertus est Deus super malitia quam locutus fuerat vt faceret eis & non fecit.* Et quæ est caussa, quæ pœnitentiam delere peccata faciat, & facit mundam pœnitenti profligati redemptionem, ita vt nec opus habeat alium iam ammonentem, neque sub iugo alterius agere doctrinæ. *Mei sunt enim serui filij Israel, quos eduxi de terra Ægypti.* Quomodo autem eos eduxit? suspirantes videlicet, sicut liber nobis Exodi demonstrauit, ipse & nunc vnumquemq; in pœnitentia suspirantem liberat, & ab intelligibili Ægypto redimit. (Ion. 3.)

B

Capvt XI.

Vbi prohibet Deus idola facere, vel titulos erigere.

EGO Dominus Deus vester, *qui illa egi & hæc præcepi, non facietis vobis idolum, & sculptile; nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum. Ego enim sum Dominus Deus vester, custodite sabbata mea, & pauete sanctuarium meum, Ego Dominus.* (Leuit. 26.)

Non solum nobis quomodo peccantes libertatem habeamus, nec aliorum doctrina aut exhortatione egeamus, lex mandat, vt propheticum illud in nobis impleretur verbum: *Et non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum dicens: cognosce Dominum, quia omnes scient me, à minore vsque ad maiorem eorum, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum illorum iam non recordabor amplius.* (Ierem. 31.) C Quomodo enim? Hoc erit si non solum ab aperto idolorum cultu, quem prohibet legis litera, sed & ab occulto abstineamus: de qua Paulus dicebat: *Radix omnium malorum [illegible], quæ est malorum seruitus*; quemadmodum nobis etiam nunc legis spiritus abstinentiam mandat. Et non faciemus nobis idolum & sculptile, siue vt Septuaginta manufactiles domos ædificantes & agros aliquos possidentes, nec sculptile in eis figurantes; nostram quodammodo atterentes amore eorum mentem: Nec titulos nobis siue statuam in his erigamus; volentes per eam memoriam nostram extendere in futuras generationes; sed nec lapidem insignem erigamus: auri, verbi gratia, aut argenti cumulum aut lapidum qui videntur esse preciosi. Lapides enim & hi de terra æquales alijs lapidibus sunt: Et sic auarorum visus in his quemadmodum paganorum in idolis seducuntur, propter quod & insignis lapis dictus est. Nos autem nihil tale patiamur: nec insignes nobis lapides efficiantur diuitiæ: vt secundum intentionem earum viuamus, secundum intellectum Septuaginta interpretum; & non quæcumq; præceperint faciamus, & desiderijs earum seruiamus, adoremusque eas & colamus, in conseruando eas. Custodiamus autem & sabbata [illegible] ab omni alio malo, & abstinentiæ, vocationique studentes, & agentes [illegible] operibus præsentis mundi careamus atq; ab eis quiescamus; hoc enim intelligibile & verum sabbatum est, quod nō populi est ingrati, sed ipsius Dei, quemadmodum in Esaia dicebat: *Beatus vir qui facit hoc: & filius hominis qui custodit sabbata, [illegible] sabbata mea [illegible].* (Eph. 5.) D (Isa. 56.) Si non distinguere ab illis volebat, de quibus in primo prophetiæ dicebat: *Neomenias & sabbatum & festiuitates alias non sustinebo.* (Isa. 1.) Quod autem Dei est sabbatum, aut quomodo illud non prophanare quis poterit, subinfert, *et [illegible] agros perui[illegible]* &c. Ergo à malis abstinere sabbatum est [illegible] pletto, sed [illegible] sanctuarium est, paueamus, [illegible] castitatem & pudicitiam, hæc est namq; [illegible] perfectæ & consummatæ capitulū huc tum

[illegible] quod etiam hoc nouissimum posuit [illegible] di[illegible] Ego Dominus Deus vester, qui sum quidē [illegible] sanctis requiesco [illegible] & disperdens omnes, qui tabernaculum meum polluerint & templum meum pollutionibus voluptatum violauerint. E

Capvt XII.

Prædicuntur bona custodientibus Præcepta Domini, & mala violantibus.

SI in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis & feceritis ea, dabo vobis pluuiā in temporib. suis, & terra gignet fructum suum, & poma arboris replebuntur. Et apprehendet messis tritura vindemiam: & vindemia occupabit sementem, & comedetis panem vestrū in saturitate, & absq; pauore habitabitis in terra vestra, dabo pacem in finibus vestris, dormietis & nō erit qui exterreat, auferam malas bestias: & gladius non transibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros, & corruent corā vobis, persequētur quinq; de vestris centū alienos; & centum ex vobis decem milia, Cadent inimici vestri in conspectu vestro gladio, respiciam vos & crescere faciā, multiplicabimini & firmabo pactum meum vobiscum: Comedetis vetustissima veterum; & vetera nouis superuenientib. proijcietis. Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & nō abijciet vos anima mea, ambulabo inter vos, & ero vester Deus, vosque eritis populus meus, Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægyptiorum ne seruiretis eis, & qui confregi catenas ceruicum vestrarum vt incederetis erecti. (Ibidem) F Quia autem à Iudæis inuenimus omnimodo hæc secundum literam impleta: Multi enim Dei prophetæ custodientes eius mandata, & in præceptis eius ambulantes, in multa fuerunt afflictione constituti: nec panem suum cum satietate, sed cum egestate comederunt; quemadmodum Ezechiel etiam ipso hoc Deo præceptum est; sed & Paulus eos qui in lege & prophetis iustificati sunt, exponens dicebat: *Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, humiliati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.* (Hebr. 11.) Illud autē magis intēdere in his quæ dicta sunt oportet, quia custodientibus Dei mandata Triginta benedictiones in præsenti lex posuit: Sic n. eas numero inuenies vnamquanq; benedictionem ab alia per coniunctionem, in LXX. [illegible] tione discernens, quia tot bonorum datores Dominus, de quo ait Paulus: *Vt occurramus omnes in [illegible] [illegible] in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* (Ephes. 4.) G Venit ad baptismū; quatenus donationis perfectionem per ætatem quam agens baptizatus est, nuntiaret & ostenderet, & sic perfectus secundū tempus factus, prędicare euangelium cœpit, in quo omnis est vitæ & donationis plenitudo & conuersationis retributionisq; quæ hic significauit. Ait enim: *Et dabo vobis pluuiam in temporibus suis.* Dicit autem verbum Dei, vtpote descendētem de cælo gratiæ, de quo Moyses sic dixit: *Attende cælum & loquar, & audiat terra verba ex ore meo, expectetur sicut pluuia eloquium meum.* (Deut. 32.) Hoc non qualecumq; bonū est, in tempore suo percipere sed manifesta est Dei bonitatis ostensio, quemadmodum nō accipere, auersationis est, propter quod Deus irascens populo Iudæorū, per Esaiā Prophetam minatus est, dicens. *Et relinquam vineā meā, & non putabitur, nec fodietur, & ascendent in eā sicut in agro inculto spinæ, & nubibus mandabo ne pluant super eam pluuiā.* (Isa. 5.) H Quid n. nobis ex accipienda pluuia in tēpore proficit, & terra gignit fructum suum, i. corpus nostrum, huius enim boni fructus sunt castitas, sobrietas, abstinentia. *Et poma arborum replebuntur.* siue vt LXX. *ligna campi dabunt fructum suum*, ligna autē campi sunt animæ motus, vtpote qui sunt motib. intelligibilis nostræ terræ, videlicet carnis sublimiores: horum n. fructus veritas, iustitia, mansuetudo, compassio & his similia. Habemus intra nosmetipsos & ligna camporum, quæ fructum suum producunt. Quæ sunt ista ligna camporū dicet fortassis auditor. quid iterum hic Seminiuerbius ait? quid vndiq; verba coquit, vt explanatione lectionis effugiat: quomodo intra nos ligna esse docebit, & arbores? Si non [illegible] bnecies, iam nunc audies: *Quia nō pot. arbor bona malum fructum facere, neq; arbor mala bonum fructum facere.* (Origenes.) (Matt. 7.) Habemus ergo arbores intra nos siue [illegible] ne [illegible] malas, & quæ bona sunt fructus malos [illegible] non possunt, sicut quæ malæ sunt, fructus n[illegible] [illegible] bonos,

A vt vbi & arborum p[illegible] cabu-[illegible], & appellationes expe[illegible] [illegible]s, nec [illegible], sed [illegible] arb[illegible] [illegible]tia, vbi fortitudo, alia tem[illegible] maiorem adhuc arborum [illegible] [illegible] turi illis digne putabitur [illegible] est. Ergo alia arbor pietas est [illegible] arbor sapientiæ est, & [illegible] disciplinæ est, & alia [illegible] boni & mali: Inper [illegible] vero est & [illegible] vitæ, adhibeam testem sapie[illegible] Salomonem, dicentem de sapientia: *Lignum vitæ est, inquit, omnibus qui amplectuntur eam*. Si ergo sapientia, lignum vitæ est, sine dubio & aliud lignum [illegible] prudentiæ, & aliud iustitiæ. Neque enim consequenter diceretur ex [illegible] virtutibus, solam sapientiam meruisse, quæ lignum vitæ dicanit: cæteras autem virtutes nequaquam similis formis suscepisse vocabula: Ligna ergo campi dabunt fructum suum. *Adprehendet trituram tritura vindemiam & vindemia occupabit sementem*: Quia enim tritura, terræ colligit fructus, vindemia arborum, recte fructus corporis, aut fructus animæ comprehendere siue occupare, quia hoc quidem maxime
B benedictionis est, in eodemque tempore stabilem & secundum corpus atque animam in virtutibus possidere. Comprehendet autem siue occupabit vindemia sementem: Congregans enim anima virtutes suas, mox [illegible] deside[illegible] vsque dum illas attigerit diuinas, ad quas Paulus festinauit, & propterea dicebat: *Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. vnum autem quæ quidem retro sunt oblitus, in ea autem, quæ in priora sunt, extensus, secundum intentionem sequor ad palmam supernæ vocationis Christi*. Propterea quod & bonum sequitur semen plenum salutationis [illegible], vt bene conueniat quod sequitur: *Et comedetis panem vestrum in saturitate*: Sic enim panis noster [illegible] est, de qua Dominus dicebat: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam*: Hic ille [illegible] ad saturitatem comedet, id est, operatur, qui in per[illegible] eius appetitum habet. *Et absque pauore habitabitis in terra vestra, dabo pacem in finibus vestris*, vel secundum
C [Septua]ginta, *& bellum non transibit per terram vestram*: Quod nostra translatio paulo post dicit: *Gladium non transibit terminos vestros, & dabo pacem in terra vestra*: Sic [illegible]m corpus stabile fuerit & anima sufficiet, secundum [illegible] nostra habitat [illegible]us: *Quia caro non concupiscit aduersus spiritum*: Vnde nec bellum per terram transibit: [illegible] enim habebit tempus in resurrectione in concupiscentiarum, de quibus ait Iacobus: *Vnde bella & lites in vobis? nonne hinc ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris*: Quibus destructis, pax in terra [illegible] lege Dei testien[illegible] profligatur. *Et non mittam*, inquit; [illegible] autem specie etiam hoc scriptura sa[illegible] potuit: Dormitio enim vtpote requies mutis sanctorum dicitur: iniquorum autem non est, ita: Cui [illegible] est Ecclesiastes: *saturitas autem diuitis non sinit dormire eum*.

Propter quod nunc consequenter addidit: *Et non erit, qui exterreat*: Qui enim sic vixit, quemadmodum in superioribus dictum est, non habebit, qui eum terreat, tempore mortis, quæ nobis dormitio est, propter
D spem mortuorum resurrectionis: Non habebit autem, qui exterreat: nihil sibi conscius, de quo terreatur. *Auferam malas bestias* videlicet dæmones. Bestiæ enim sunt ex simili malitia, primum sicut latentes, deinde vi venenum imputabile & mortiferum habentes. *Persequimini inimicos vestros*: Non possunt enim ante faciem eorum, qui secundum legem viuunt stare: *Et corruent coram vobis*. Qua morte? quæ est vtique per ieiunium & orationem: Hoc enim modo nulli intelligibiles [illegible] s intereunt, vt nequaquam [illegible] contra no[illegible] teum [illegible] cere. Vnde & Dominus [illegible] inquirentibus, cur mutum & surdum dæmonem [illegible] potuissent, respondit: *hoc genus non eiicitur nisi per ieiunium & orationem*. *Persequentur quinque de vobis centum alteros*. Sic vt Septuaginta, *expellent quinque centum*. Centum qui quasi [illegible] dicimus spiritalem ho[illegible] die penthecostes spiritus de cœlo descen-

E L[illegible] spiritalis ille quidem Paulus dicebat: *Spiritualis autem iudicat omnia & ipse a nemine iudicatur*: id est, qui [illegible] p[illegible] am habet ad subtilem eorum, quæ a[illegible] dationem discretionem, hic quamuis validum dæmo[illegible] gratia, quære ex his supra centum, & qui legio appellatur propter multitudinem obedientium [illegible] malorum spirituum & cooperantium valet superare [illegible] que vincere. *Et centum è vobis decem milia*. Qui enim non solum scientiam habet subtilem, sed & vitam perfectam atque consummatam, hic duplex quodammodo spiritalis est, & propterea centenario numero honorandus est: Sicut duplicem fructum ferens in spiritu atque perfectum: De quo, maiorem Christus non dicit; sed frequenter bonam terram insinuans dicebat: *Affert fructum trigesimum, & sexagesimum & centesimum*.

Hic ergo milia hostium subiicere, omnes videlicet contrarias virtutes: vtpote qui virtutum habet perfectionem potest. Quomodo autem subuerit? In verbo
F vtique Dei. Ait enim: *Et cadent inimici vestri in conspectu vestro gladio*: Illum dicens quem Paulus sic scribens exposuit: Cum enim prius dixisset, inimicorum nulla, id est, *non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus*, subinfert: *Propterea accipite armaturam Dei*, quam sigillatim dinumerans ait: *Et gladium spiritus, quod est verbum Dei. Respiciam vos*: Quid est enim melius quam respici à Deo, cuius respectus salus est, aucilatio mors est. *Et crescere faciam, & multiplicabo vos*: Auget nos quidem, cum parua bona, quæ agimus, maxima facit apparere, multiplicat autem, pauca, crescere faciens in multis.

An non augens nostras virtutes & magnificans dicebat: *Quandiu fecistis vni de minimis his, mihi fecistis*? Et multiplicans rursus, Paulum scribere faciebat: *Non occides: non adulterabis, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum
G sicut teipsum*: multa mandata efficiens hoc vnum mandatum, vt nos adsequentes illud diuites efficiamur. Nimis ergo opportuna sunt quæ secuntur: *firmabo pactum meum vobiscum*: Eius quidem pactum sunt prædicta, per retributiones autem illud firmat: Quod manifestant quæ secuntur. *Comedetis vetusta veterum*: Siue vt Septuaginta, id est, *quæ vobis per legem & Prophetas promissa sunt, & vetera veterum*, quæ per Patriarchas in eorum benedictionibus promisit: *Et vetera nouis superuenientibus proiicietis*: Quæ sunt noua? Euangelica videlicet.

Nam cum maxima sint ea, quæ per Patriarchas: Legem & Prophetas pollicita sunt, tamen per Euangelium promissa maiora sunt: Propter quod horum comparatione, illa à nobis superflua iudicantur: Ecce enim capitulum, quod totam benedictionem confirmat, infert, id est, quæ per Euangelicam acta sunt & impleta gratiam: *Ponam tabernaculum meum in medio vestri*: vel sicut Septuaginta: *Constituam testamentum meum vobiscum*. Quod est: hoc, in quo noua promisit: Cuius sic Pro-
H pheta Hieremias memoriam facit: *Et constituam vobis testamentum nouum, non secundum testamentum, quod disposui patribus vestris*. His enim coniuncta sunt & quæ secuntur maxime: *Et non abominabitur anima mea vos*: Animam suam Deus, voluntatem suam dicit: Non enim est animal habens corpus, & animam: neq; substantia eius eiusmodi est, cuiusmodi creatura eius. quæ anima dicitur, quam ipse fecit, sicut per se iam ipse testatur dicens: *Et omnem flatum ego feci*: Quod eum de anima hominis dicere, consequentia manifestant: Sicut ergo cum dicit oculos suos & labia sua, & cætera, vocabula membrorum corporalium, non vtiq; accipimus eum, forma corporis esse definitum: Sed illa omnia membrorum nomina non intelligimus nisi effectum operationum atque virtutum, ita vt cum dicit: *Anima mea*: voluntatem eius debemus accipere: Perfecte quippe simplex illa natura, quæ Deus dicitur, non constat ex corpore & spiritu, nec ipso

A [illegible] ut [illegible] is est, sicut anima: se[d] spiritus est Deus, (*Iacob.*) & [illegible] esse, *apud quem non est commutatio*. Hinc [illegible] Apollinaristæ occa[sionem] [illegible] qui dicunt [illegible] non habuisse mediator[em] Dei & homi[n]um, hominem Christum Iesum, sed tantum verbum & carnem fuisse: Cum diceret. *Tristis est anima mea vsque ad mortem*, sed ipso eius actu qui nobis per Euangelicam declaratur historiam sic apparent humanæ animæ officia, (*Ysichius.*) [v]t hinc dubitare dementis sit. *Ambulabo inter vos & ero vester Deus: vosque eritis populus meus*. Aperte autem etiam hæc Propheta prædicta: Sicut Septuaginta, æditio continet scriptura [illegible]: (*Baruch 3.*) *Hic Deus noster, non reputabitur alius ad eum: post hæc in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est*: Quod non egisset, si nos auersi teus. Non ergo nos abominatus est: sed & inambulare in nobis per carnem voluit, & fieri noster Deus, cum esset & prius, sed ignotus, quia nos errori coniunceramus. Ex quo autem nos proprio emit sanguine, Deus noster factus est, & non suam, plebem suam fecit. Et quis est qui hæc fecit? [E]go dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti ne seruiretis.

B Quod si vis cognos[cer]e hæc: Exodi verba, sed & Eu[an]gelii, per ordi[nem] [illegible] curre. Dixit autem Dominus ad M[o]ysem: (*Exod.*) *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorum, qui præsunt operibus, & sciens dolorem eius, descendi liberare eos, de manibus Ægyptiorum, & educere de terra illa in terram bonam & spatiosam, quæ fluit lac & mel*. Et quis sit, qui introducit in promissio[n]is terram: ipse Deus, qui hæc Moysi dixit ostendit: *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te: & custodiat te in via, & introducat ad locum quem paraui*: Angelum filium appellans, quia voluntatem patris nobis ad[n]untiauit: (*Esa 9.*) De quo ait Esaias: *Puer natus est nobis, filius datus est nobis, cuius principatus super humeros eius, & appellabitur magni consilij angelus, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, &c.*

Capvt XIII.

C *In quo multiplices plagæ transgredientium mandata Dei prædicuntur.*

(*Ibidem.*) Quod si non audieritis me, nec feceritis mandata mea: si spreueritis leges meas & iudicia mea contempseritis, vt non faciatis ea, quæ à me constituta sunt, & ad irritum perducatis pactum meum, ego quoque hæc faciam vobis, visitabo vos velociter in egestate & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas, frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra vos & corruetis coram hostibus vestris, & subijciemini his, qui oderunt vos, fugietis nemine persequente.

Quæ bona eos, qui obediunt Dei mandatis, expectant, sufficienter lex superius dixit. Quæ autem euenire transgredientibus comminata est, ea quæ nunc sequuntur ostendunt: quorum quando ad litteram singula discutimus, inuenimus populum Iudæorum horum passum, quædam secundum litteram, omnia autem secundum spiritum. *Quod si non audieritis me nec feceritis mandata mea, si spreueritis leges meas, & iudicia mea contempseritis, vt non faciatis ea, quæ a me constituta sunt, & ad irritum* D *perducatis pactum meum*: Qui non audiunt mandata Dei, & qui iudicia contemnunt? nisi qui traditionem seniorum intendentes, & l[e]gislatoris intentionem transgredientes, ad hoc quod eis videbatur legem exponebant, (*Matt. 15.*) qui dicebant, sicut ait Dominus. *Quicumque dixerit patri aut matri, donum quodcumque ex me tibi proderit: & non honorificabit patrem suum & matrem suam*, id est, quicumque d[ixer]it parentibus, vota sunt Deo, ea quæ habeo [illegible] ea, munus & oblationē obtuli, eos qui genue[runt] [illegible] orare non cogitur. Qui sunt qui non eius om[nia] (*Matt. 23*) [illegible] mandata? Ni[si] qui anethum & cyminum [decimant] & menth[a]m, relinquunt autem iudicium & [illegible] [iusti]tiam & fidem. Cum Deu[s] eis per Prophe[tam] (*Mich. 6.*) [illegible]: *Indicabo tibi ô homo quid bonum sit, & quid Dominus quærat a te, [vtique facere iu]dicium, & diligere misericordiam & sollicitum am-*

E *bulare cum Deo suo*. Propter quod Dominus ad eos [illegible] [dicebat] non omnia implentes legis præcepta, sed quæ eius sunt grauiora linquentes, & quæ minora agentes, dicebat: *Hæc oportebat facere, & illa non omittere*: Sed & mandata Dei illi propriè transgrediuntur, & eis maximè inobedientes sunt, qui [e]xteriorem [illegible] [sonum littera]rum [illegible], non autem intentionem Dei consi[de]rant. Planius ergo Aquila & Theodo[ti]on & Sy[m]machus ediderunt [illegible]: Nam ille quidem ait: *Si constituta mea reprobaueritis*: Illi autem: *Si subr[?]ata meas renueritis*: Dogmata Dei & subtilitatem [q]uæ in spiritalem mandatorum intellectum erat [tra]nsgredi[ebantur], quia nouo testamento concordat, insinuare Euangelicam gratiam per hoc volentes: Quod [e]os arguens ait: *Et ad irritum, perducatis pactum meum*. Quid autem per hoc minatus est? Nimis enim similis pœna est præuaricationi eorum: *Ego quoque hæc faciam vobis*: Quomodo? *Visitabo vos velociter in egestate*. Nimis enim agentes eis Dominus per verbum suum fecit, in tantum, vt ad inuicem dicerent: (*Ioan 6.*) *Durus est hic sermo, quis potest eum audire*: Sicut ergo sponte legis intellectum transgrediebantur, vt Euangeli- F cum testamentum irritum deducerent, qui illinc habebat exordium. Sic eis & ipse obscura verba dicebat, & difficile suorum dogmatum faciebat comprehensionem.

Sed iam quæ sequantur agnosce. *Ardore qui conficiat oculos vestros*, siue secundum Septu[agi]nta, *scabiem autem & morbum regium [torqu]entem oculos vestros & anima vest[r]a deficiente*: Scabies autem morbu[s] [e]st corporis, sed manifestus in superficie carnis, & corio ei[us] [o]ccurrens: Morbus autem regius id est, hectaria, fit q[u]idem ea accensione, manifestu[s] autem etiam hic e[st] [in superfi]cie carnis, & pellis decurrens, & multo magis oculis insidens: Latere autem horum morborum neutr[um] [po]test. Tales erant animarum Iudaicarum morbi manifesti & mali, & nequaquam vlcera latentes: Æmul[a]ntes enim Domini verbi & mi[ra]cul[is], non tam [m]orbos suos abscondere pote[ra]nt, sed clamabant palam atque prædicabant: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent nostram & locum & gentem*: (*Ioan. 11.*) G Ergo non, quia legi aut Prophetis contraria docebat, nam omnis eis consona docuit. sed sui amoris caussa, suique caussa ob[id] [?], sermonibus eius non obediebant. Hoc ergo perculsi morbo, oculos suos conficiebant & animas consumebant, non solum ex ardescentes furore, & inuidia corrupti, sed vt semel infirmati mente, & cogitationes non nimis sanas ad discretionem factorum d[i]ctorumve habentes in Dominicis verbis, & miraculis, interiores suos oculos conficiebant & animam consumebant, ita vt ad eum clamarent. *Vsquequo animam nostram tollis? Si tu es Christus dic nobis palam*: (*Ioan. 10.*) Quod vtique, quia animæ infidelitatis consumptioni subiacentes erant.

Sed & Iohannes hæc de eis dicit: Propterea non poterant credere, quia rursus dixit Esaias: *Excæca cor populi huius, & aures eius adgraua, ne quando oculis suis videant, & auribus audiant, & corde intelligant*. (*Esa. 6.*) Certis, quia quemadmodum fecerunt ipsi, sic & Christus fecit eis: Quia enim eius irritum facere pactum siue testamentum stu- H duerunt, rectè eorum oculos & cor excæcauit, & ardorem siue hecteriam conficientem oculos eorum & animas consumentem eis dedit. Sed quid his addidit *frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur*, frustra enim illis Prophetarum & legis proferuntur semina, & doctorales illinc seminant sermones non habentes terram fertilem ad intelligibilium dogmatum fructum? Vnde nec cibo eorum fruuntur, sed deuorant ea aduersarii eorum, qui in Christo credunt, quos ipsi sibi per infidelitatem & inuidiam contrarios fecerunt. *Et ponam faciem meam contra vos*, secundum Propheticam illam vocem: (*Psal. 33*) *Vultus autem domini super facientes [mala], vt perdat de terra memoriam eorum, & corruetis coram hostibus vestris*. Gentil[es] enim, quos inim[ic]o[s] [?] [illegible] [ar]bitrabantur, cor[am] [illegible] [in] ducatum eorum offendent. Vnde S[illegible] u[illegible] [illegible]

A offenderis, ait, *ante inimicos vestros*: Quid autem aliud addidit? *Persequentur vos odio habentes vos, & fugietis nullo persequente*, hic quodammodo contrarium esse videtur, quod dicitur: Si enim ab hostibus persecutionem patiuntur, quomodo nullo persequente fugiunt? *Sed persequentur vos*, non ad expellendum legislator accepit, sed quod currendo imminerent ad salutem eorum festinantes. Vnde *persequentur vos*, *insectabuntur vos legis vos*. Symmachus, *rudiunt in vobis* Theodotion edidit. Talem autem nobis & Paulus persecutionem demonstrat: *Sequor autem si comprehendam, in quo & comprehensus sum*: Gentes ergo & hi cum

Psal. 9. David de Iudæis dicunt: *Nonne qui te oderunt Domine oderam*

Psal. 138. *illos?* Verumtamen eorum instat saluti, festinatque, & orat.

Rom. 11. *Scit enim quia adsumptio eorum*, sicut ait Paulus, *vita est ex mortuis, & plenitudo eorum salus mundi*: Hi autem fugiunt nullo persequente: Non enim quemadmodum illi nostræ saluti inuident, sic & nos illorum: Vnde eos nec persequimur, nec cum nos auersantur, auersamur: sed

Esa. 66. implemus quod Esaias Propheta dixit: *Dicite odientibus*

B *vobis: fratres nostri: & abominantibus, vt nomen domini glorificetur, & videatur in exultatione eorum & illi erubescant*. Sequitur:

Hebr. *Sin autem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra, & conteram duritiam superbiæ vestræ, daboque cælum vobis desuper sicut ferrum, & terram æneam. Consumetur incassum labor vester: Non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt: Si ambulaueritis ex aduerso mihi, nec volueritis audire me, addam plagas vestras vsque septuplum, propter peccata vestra, immittamque in vos malas bestias agri, quæ consumant & vos & pecora vestra, & ad paucitatem cuncta redigant, desertæque fiant viæ vestræ. Quod si nec sic volueritis recipere disciplinam, sed ambulaueritis ex aduerso mihi: ego quoque contra vos aduersus incedam, & percutiam vos septies propter peccata vestra, inducamque super vos gladium vltorem fœderis mei. Cumque confugeritis ad vrbes, mittam pestilentiam in medio vestri, & trademini hostium manibus. Postquam confregero baculum panis vestri, ita vt decem mulieres in clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis & non saturabimini.*

C Talibus distinctionibus non frustra legislator vsus est? Nam nunc quidem ait: *Sin autem nec sic obedieritis mihi*. Deinde quasdam correptiones denumerans, subinfert: *Si ambulaueritis ex aduerso mihi*, & rursus, alias plagas exponens addidit: *Quod si nec sic volueritis recipere disciplinam, sed ambulaueritis ex aduerso mihi*: Sed ideo vt diximus, his distinctionibus vsus est, quia frequenter Christus suscipere populum Iudæorum voluit, illi autem non obediebant, ita vt ad eos clamaret: *Hierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas & lapidas eos, qui ad te missi sunt: Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti*: Illud ergo maxime in his, quæ dicta sunt attendamus: Quia cum septem correptiones comminatus fuerit, sic eas subdidit: Contritionem enim duritiæ superbiæ, & dationem cœli ferri & terræ æneæ. & incassum eorum consumi laborem. & terram non proferre germen, nec arbores poma præbere minatus est. Hæc autem sex sunt non septem: Hoc idem autem inuenies & reliquas correptiones percurrens.

D Ergo per hoc manifestum est, quia septenarius numerus totius præsentis vitæ, figura & signum est, quæ per septenarium numerum voluitur: Et quia septem ex eis correptiones siue vindictas vel plagas inferre, vniuersalem pœnam & integram vindictam vtpote non venalia nec pœnitentia digna peccantibus minatus est, ita vt finem in eis illud acciperet Propheticum

Nahum. 1. eloquium: *Quid cogitatis contra Dominum? consummationem ipse faciet: Non consurget duplex tribulatio: Quia sicut spinæ se inuicem complectuntur, sic conuiuium eorum pariter potantium consumentur: Quasi stipula ariditate plena ex te exiuit, cogitans contra dominum malitiam mente pertractans præuaricationem.*

A quo autem cogitatio contra Dominum egressa est mala cogitans, & contraria præceptis eius, nisi à populo Iudæorum? de quo Esaias dicebat: *Væ illis, qui a consilium cogitant malum contra semetipsos dicentes: Circumuenia-*

Esa. 3. * Væ animæ eorum

mus iustum, quia inutilis est nobis, fructus ergo laborum suorum manducabunt. Intende autem ordinem, quo vtitur legislator ad comminationem: *Sin autem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones vestras septuplum, propter peccata vestra*: Septuaginta autem ædiderunt: *Et vsque adhuc non audieritis me*, vsque ad hoc ad quod præcedentia ostenderunt, vbi egestatem ardoremque dixit: Quæ quomodo oporteat accipi, in præcedentibus exposuimus. Si ergo vsque ad huc inobedientes fuerint, vt neque ex his, quæ dicta sunt emendentur, septies illos dixit corripi, id est, perfectam correptionem in peccatis eorum euenire: Quibus autem non dicit, vt eorum peccata hoc ipsum, quod non emendati sunt ex prædictis intelligamus. Et quod addidit: *Et conteram duritiam superbiæ vestræ*: Non voluerunt enim Christi libertatem suscipere, dicentes:

Ioan. 8. *Semen Abrahæ sumus, & nulli seruiuimus vnquam*. Hanc eorum duritiam superbiæ contriuit, seruire eos gentibus faciens. *Dabo cælum vobis desuper sicut ferrum*: Nullam enim ex eo visitationem penitus sunt adepti. *Et terram æneam*: Terra enim diuinæ scripturæ quam possident, infructuosa eis est, cum non ab eis intelligitur, quo oportet modo: Ergo ænea propterea est. Ad cuius rei ostensionem addidit: *Consumetur incassum labor vester*: Labor enim quem in diuinis scripturis ostendunt, incumbentes traditioni litteræ, incassum consumitur, qui plene non possunt legem secundum litteram vo, ablato loco, in quo litera omnem diuinum cultum legis conclusit.

Nimis ergo conuenit, quod sequitur: *Non dabit terra germen suum, nec arbores poma præbebunt*: Neque enim exterior eorum homo, qui appellatur terra, fructificat, quia in gastrimargia viuunt: & de eis dictum

Phil. 3. est: *Quorum Deus venter gloria in confusione eorum*: Sed nec mentes, quæ sunt agri ligna sicut inferiæ, quidem corpori, sed tamen eo excelsiores fructus Deo præbent, quod germinare eos in pietate vult: *Si ambulaueritis ex aduerso mihi*: Neque enim recto corde ad Deum incedunt: Conuertunt enim eius viam, legis & Prophetarum sensus subuertentes, vt suam inobedientiam per hoc atque præuaricationem colerent: Propter quod infert: *Nec volueritis audire me, addam vobis plagas vestras vsque ad septuplum propter peccata vestra*. Non iam correptiones sed plagas, validiorem nunc pœnam præcedento & æqualem eorum iniquitatibus exponens, quam hanc: *Immittamque in vobis malas bestias agri, quæ consumant vos, & pecora vestra & ad paucitatem cuncta redigant, desertæque fiant viæ vestræ*: Quia enim semetipsos à Dei via repulerunt, recte super eos bestias agri dæmones immittuntur, Dominari eis permissi, qui eos & consumunt.

Quicquid enim videntur iustitiæ agere, Deus sibi

Rom. 10. non imputat, quod demonstrat Paulus dicens: *Iustitiam suam, quærentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti*. Et rursus: *Israel autem sectando legem iustitiæ, in legem*

Rom. 9. *iustitiæ non peruenit*. Necesse est ergo vt eum comedant dæmones, qui eorum pecora, id est, pecoribus similes homines, prauum videlicet populum atque imperitum consumunt: Siquidem nullus est in illis intellectus, nihil Dei seruitio dignum cogitare consueuerunt, sed sicut iumenta in modum freni, stultis præpositorum suorum traditionibus ducuntur: Propter quod sunt dæmonum cibi & ad paucitatem rediguntur, tam multitudine, quam dignitate. Desertæque eorum fiunt viæ, quippe quæ nec aquam habent vitæ, nec susceptionem siue hospitalitatem intelligibilem, nec producentes se, vel quasi ad manum deducentes aut custodientes. *Quod si nec sic volueritis recipere disciplinam, sed ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque contra vos aduersus incedam*: Aduersa pœna vtar, quemadmodum aduersa est legi, vestra præuaricatio. Cum enim meditari eam videamini, intentionem eius non seruatis: Sic & ego aduersam vobis superinducam pœnam, non vos corripiens illis, quibus flagellabam primus, quando mortiferos serpentes, & incendium & terræ hiatus & similia super vos inducebam, sed alias.

E quoniam sedditæ sunt eis mala: Dicite iusto, quoniam bonum: quoniam fructum adinuentionum suarum comedet.

F

G

H

A Quæ sunt autem hæc? sequentia legentes sciemus. *Et percussam vos septies propter peccata vestra*: Prius corripiam, deinde percutiam, procedens enim pœna vtpote contra inobedientes fortior efficitur. *Inducamq; super eos gladium, vltorem fœderis mei*: Gladius spiritus, quia verbum Dei sit, frequenter diximus. Hoc verbum in linguis Ecclesiæ magistrorum vindicat iudicium fœderis siue testamenti Euangelici: Conuincit enim eos, qui nouum transgrediuntur: nec vetus custodire posse. Et vindicatur Euangelium cum inimici legis ostenduntur, qui Euangelii gratiam transgrediuntur. Sed & legislatoris sapientiam obstupesce, quomodo oportune subdit: *Cumque fugeritis ad vrbes, mittam pestilentiam in medio vestri*: Intelligibiles ciuitates Prophetæ sunt, Manifestum est autem. Et quibus Deus Hieremiæ dicebat: *Ego quippe dedi te hodie, in ciuitatem munitam*. Quemadmodum ergo in ciuitates
Ierem. 1. munitas qui fugit, si amicus est, saluatur: si autem inimicus, facilius perimitur, in earum ambitu circumdatus: Sic ad Propheticos libros & in eorum testimonia, amici fidei confugientes, munitionem, salutemque in-
B ueniunt: inimici autem & infideles cito captiui pereunt. Propter quod quando ad Prophetas Iudæi fugiunt, declinantes eum, qui est in doctis viris spiritalem gladium, Pestilentiam ait se mittere in medio eorum: illic enim moriuntur etiam nullo arguente, non valentes cunctis de Christo Prophetiis sic aperte repugnare. *Et trademini hostium manibus*, videlicet intelligibilium. *Postquam confregero baculum panis vestri*: Rarescit enim apud eos doctrinalis panis, maxime salutaris: Quomodo autem? Audi quæ sequuntur: *Ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis & non saturabimini*? Nihil habent Iudæi quod doctrinam vitæ habere nutriendi faciat, exceptis decem præceptis? quia veram Prophetarum expositionem, vtpote concordantem saluatoris nostri dispensationi, fugiunt, reliqua autem legis nolunt intelligibiliter accipere, nec spiritaliter suscipere: sed secundum litteram solam, quod stare non potest: Primum quia locus destructus est, in
C quo erant sacrificia & mundationes & oblationes, & reliqua, quæ pertinent ad seruitutem litteræ. Deinde multa in eis erant non tam studio, quam risu digna ad custodiendum atque operandum. Nec contrarium est sabbathi mandatum, quia & in decem mandatis insertum est, non tamen ex eis est. Si ergo mandatum speciale ponamus: *Ego sum dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti de domo seruitutis*, perfectum mandatorum decem numerum inueniemus. De hinc, aperte requiem intelligibilem significat, in qua nullum opus huiusmodi licet nos agere. Hæc ergo sola, panem operantur populo Iudæorum in clibano vno: legali videlicet: Et reddunt eos ad pondus supradictos panes, id est, ad sensibilem districtionem: Neque enim dilatant doctrinam sicut Euangelium, neque adulterii doctrinam ostendunt ad custodiam: ne quidem respiciendi mulierem, nec homicidii, & ne quidem irascendum: Vnde nec satiantur Iudæorum panibus, qui ex eis sunt nutriti, arctam quandam doctrinam, nihilque habentem vbertatis, spiritalisq; largitatis sumentes.

D *Sin autem nec per hæc audieritis me, sed ambulaueritis contra me, & ego incedam aduersum vos, in furore meo contrario, & corripiam vos septem plagis propter peccata vestra, ita vt comedatis carnes filiorum vestrorum, & filiarum vestrarum. Destruam excelsa vestra, & simulachra confringam: Cadetis inter ruinas idolorum vestrorum: & abominabitur vos anima mea in tantum, vt vrbes vestras redigam in solitudinem, & deserta faciam sanctuaria vestra: Nec recipiam odorem vltra suauissimum, disperdamque terram vestram, & stupebunt super eam inimici vestri: cum habitatores illius fuerint, vos autem dispergam inter gentes, & euaginabo post vos gladium eritque terra vestra deserta & ciuitates destructæ. Tunc placebunt terræ sabbatha sua cunctis diebus solitudinis suæ, quando fueritis in terra hostili sabbatizabit & requiescet in sabbathis solitudinis suæ, eo quod non requieuerit in sabbathis vestris, quando habitabatis in ea. Et qui de vobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium. Terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient,*
Ib. d.

E *quasi gladium: Cadent nullo sequente & corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes. Nemo vestrum inimicis audebit resistere: Peribitis inter gentes, & hostilis vos terra consumet. Quod si & de his aliqui remanserint, tabescent in iniquitatibus suis, in terra inimicorum suorum, & propter peccata patrum suorum, & sua, affligentur donec confiteantur iniquitates suas, & maiorum suorum, quibus præuaricati sunt in me, & ambulauerunt ex aduerso mihi: Ambulabo igitur & ego contra eos & inducam illos in terram hostilem donec erubescat incircumcisa mens eorum: Tunc orabunt pro impietatibus suis: & recordabor fœderis mei, quod pepigi cum Iacob & Isaac & Abraham. Terræ quoque memor ero, quæ cum relicta fuerit ab eis complacebit sibi in sabbatis suis, patiens solitudinem propter illos: Ipsi vero rogabunt pro peccatis suis, eo quod abiecerunt iudicia mea, & leges meas despexerunt. Attamen cum essent in terra hostili non penitus abieci eos, neque sic despexi vt consumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis: Ego enim sum Dominus Deus eorum, & recordabor fœderis mei pristini, quando eduxi eos de terra Ægypti, in conspectu gentium, vt essem Deus eorum: Ego dominus Deus*. Quia non solum le-
F gislator Moyses, sed etiam & Propheta erat, ipse demonstrauit de Christo, specialiter Prophetans his verbis: *Prophetam vobis suscitabit Dominus, de fratribus vestris, sicut me*: Bene autem sibi, Christi similitudinem custodiuit, quia præter alia in quibus similitudinem eius gerebat, quemadmodum Dominus de fine mundi dixit: ita & hic ea quæ futura erant populo Iudæorum, in præsenti lege conscripsit: Multas siquidem fuerunt captiuitates experti, multaque flagella pertulerunt: sed ea quæ nunc per partes dicit, ad illam captiuitatem pertinent, quæ propter iniquitatem in Christo, commissam a Romanis depopulantibus eis contigit: Cognoscis autem, si subtilius nosse vis ea, quæ eis euenerunt ex Iosephi historia: in qua eos & filios comedisse, & reliqua præsentium comminationum sustinuisse describit: Quorum plurima etiam nunc nostris ad cernendum adiacent visibus: Deserta eorum terra: ciuitates depredatæ: ab hostibus desolata prouincia, ipsique peregrinan-
G tes apud inimicos suos gentiles cum metu continuo. Verumtamen quemadmodum non solum hæc secundum litteram perpessi sunt, sed ad ipsam considerationem spiritus: Dupliciter enim peccantes in legis transgressione & legislatoris blasphemia, duplices & pœnas recte patiuntur, quod hoc modo disce: Ambulauerunt enim Christo ex aduerso, subuertentes miracula eius: & de doctrina eius detrahentes: Et cum per inuidiam insidiarentur tanquam contra Deum agentem diuini amoris doctorem fallaciter asserebant, sed & ipsa in ira eis contrarius effectus, hoc modo eis visus est, quia enim iudicium fiat & prius commissæ in eo iniquitatis captiuitas quam sustinuerunt, quam non tamen propter hoc Romanos inferre fecit: Necdum enim eius vindicabant gloriam, sed quomodo qui eorum imperio resistebant, cum pridem collatores eorum fuissent, tributisq; eorum, & legibus atq; magistratibus obedientes, sed furorem ex aduerso exercens aduersus eos Deus superinduxit contra eos iram, vt vindicaretur per Romanum imperium, tan-
H quam ipsius prædicatores extitissent. Et corripuit eos septem plagis, secundum peccata eorum, multiplicans eorum pœnam: Et non vno modo vindicauit, quia nec ipsi vno peccauerunt modo: Sed & carnes filiorum suorum & filiarum suarum comedunt, id est, discipulos suos quos quasi in filios sibi adsumunt ad eandem doctrinam verbis callidis, animamque corrumpentibus comedentes. Sed & excelsa eorum ad desertum perduxit, & simulacra contregit: Excelsa quippe eorum principes & doctores, quos intendentes, sicut in sublimi constitutos, vel sicut Septuaginta, *statuas*, vitam suam componere debuerunt. Sed quia nihil habebant sanum neque forte: sed infirma omnia & corruptibilia virtutis schemata, & notationis, quæ tempore corrumpuntur atque putrescunt: Vnde & apud Septuaginta, lignea manufacta dicebantur, desolauit ea, arguens eorum vanam hypocrisim: Cum ipsis autem & populares, qui in eis intendebant: Posuitque cadauera eorum

A inter ruinas idolorum ipsorum, id est, membra populi: & actiones coacervans super actiones idolorum ipsorum pharisæorum atque scribarum, quibus sicut idolis vtebantur, relinquentes Deum, & illorum seductionibus intendentes: Propterea ait: *Abominabitur vos anima mea*: Quæ animam quam pro nobis posuit, vt nos de seruitute redimeret peccatorum mortis. Hæc ergo Iudæos abominabitur, atque in perpetuum eos auersatur, quia eius opus quantum ad eos pertinuit ad irritum perduxerunt, concessum per eam donum renuentes. Propter quod vrbes eorum redegit in solitudinem, fecitque deserta sanctuaria: Nullum enim inueniunt de Propheticis libris fructum, neque aliquam studere sanctimoniam valent, nec recipit odorem suauissimum: Neque enim suscipit eorum orationem: Disperdiditque terram eorum: Omne vetus testamentum, non quia ipsum ex toto desolauit, sed illis desolatum & inuium fecit, habitare autem in ea fecit gentes. Propter quod ait: *Stupebunt super eam inimici vestri cum habitatores illius fuerint*: Gentes siquidem

B inimici sunt Iudæorum: quia illi elegerunt inimicitias habere cum Deo, & cum illis, quos Paulus *inimicos crucis Christi* vocat, habitant autem in Iudæorum terra, in
Phil. 3. veteri testamento, & habitantes stupescunt eum, qui in lege & Prophetis talia locutus est, qui vitæ illic fundauit exordia. Insuper ait: *Vos autem dispergam in gentes*: Non solum sensibili hac dispersione, sed & intelligibili: Quæ sit autem hæc, disce: *Et euaginabo post vos gladium, eritque terra deserta & ciuitates dirutæ*: Dei enim verbum quod est spiritus gladius vbique in gentibus decurrens, & omnem terram circumdans, consumit Iudæorum filios, & desperdit eos de sanctis Dei: ostendens quod nullam cum eis communionem habeant, vnde deserta terra & ciuitates expulsis eis de habitatione sua inueniuntur. *Tunc placebunt terræ sabbata sua cunctis diebus solitudinis suæ, quando fueritis in terra hostili sabbatizabit & requiescet in sabbathis solitudinis suæ, eo quod non requieuerit in sabbatis vestris quando habitabatis in ea.* Terram esse intelligibilem scripturam Dei & conuersationem quæ in ea est sæpe ostendimus, sed Iudæorum quidem vetus testamentum, gen-

C tium autem quæ inimicæ sunt Iudæis, nouum: Quia ergo sabbatum vacationem significat: Iudæis maxime hoc nunc legislator innuit: Quia nihil nunc inuenientes ex lege & Prophetis quod ipsi facere volunt, sed destructa eorum pene omni superficie litteræ, propter quod facti sunt in terra inimicorum suorum, id est, in Euangelico testamento: facti sunt autem & si non sponte, tamen ex necessitate, ipsum enim & nolentibus sacrificia & purificationes azymorum & tabernaculorum festiuitates & reliqua cessare fecit, difficultatem patientes in meditationem eius discedunt, & hanc vacationem pro sabbatho susceperit, & ab eis sacra scriptura, nimisque etiam super priorum sabbathorum vacationem placebit. Sed
Eccl. 15. cur? *Quia non est speciosa laus in ore peccatoris.* Sed ait: *Et qui de vobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium: terrebit eos sonitus folij volantis*: Quotquot enim ex eis relicti sunt adhuc studentes scripturam sectam, pauent in terra inimicorum suorum: In nouo testamento sicut diximus. Timent enim ex fatuitate &

D corde cæcato commixtionem eius, & completur: *Illic*
Psal. 13. *trepidauerunt timore vbi non erat timor.* Propter quod & ammirans legislator ait: *Terrebit eos sonitus folij volantis*, folium, legis litteram appellans. Huius enim sonitus eis persequitur & timorem nostrum eis indicit: Quia verbi gratia, audiunt custodiendum diem sabbathi vident autem nos nihil de eodem mandato despicabile sapere, neque terrenum neque à cultura terræ, sed à mala actione vacationem ducentes, offendunt in nobis & commiscere nobis fugiunt: folium autem recte legis littera accipitur: Quia quemadmodum arborum fructus foliis tegitur, sic sub legis littera spiritus absconditur. Propter quod nos de quibus dictum est. *Si vindemiatores ingressi fuissent in te,*
Abdi. vers. 3 *saltem reliquissent racemum tibi.* Nudamus folium litteræ, vt fructum spiritus inueniemus: hi autem qui hoc ignorant sicut inimicos nos habent, & fugiunt nos, sicut qui fugit gladium. *Et cadent nullo persequente*: Neque enim nos eos

E persequimur, sed ex sui cordis duritie persecutionem patiuntur. Nam vide quid subdidit: *Et corruent singuli super fratres suos, quasi bella fugientes*: Quando enim cum eis loquimur & legis, Prophetarumque contra eos testimonia de Christo & Euangelicis mysteriis proferimus, coarctati, hi quidem hoc: illi autem illud dicunt, & vnusquisque super fratrem ruit, infirme enim omnes dicunt, & consistere propter hoc in alternis non valent verbis, & conturbantur quasi bella fugientes nullo persequente, nos autem non persequimur eos, nec vt noceamus, sed vt iuuemus, atque vt lucremur eos, disceptamus cum eis. Quid ergo hinc patiuntur? *Nemo vestrum inimicis audebit resistere, peribitis inter gentes, & hostilis vos terra consumet*: Consumit enim eos Euangelicum testamentum, totius eorum continens erroris substantiam, vnde nec resistere inimicis suis, qui saluari volunt eos per fidem, possunt. Sed & pereunt inter gentes: in lapide angulari offendentes, & nec legis quidem litteram respicere volentes, vtpote, qui in eam non habent fiduciam. Quod & si de his aliqui

F remanserint, tabescent in iniquitatibus suis, in terra inimicorum suorum: Quicumque enim ex eis qui conuersi sunt, remanent permanentes in legis studio, & hi propter peccata sua quæ in terra inimicorum suorum, id est, in Euangelico testamento secundum quod diximus, propter transgressionem eius pereunt, hæc sunt enim modis omnibus peccata quæ in eo committuntur: *Et propter peccata sua & propter peccata patrum suorum quia præuaricati sunt & despexerunt me*: Ea enim quæ nunc eis euenerunt, peccatis patrum adscribunt: Propter quod & tabescent in eis: pro eis confitentes, quia præuaricati sunt Deum in temporibus anterioribus, non bona hoc mente, sed mala facientes, vt pœnam quæ super eos venit propter iniquitatem quam in Christo commiserunt molliant: Nam infert: *Et ambulauerunt ex aduerso mihi, ambulabo & ego contra eos, & inducam illos in terram hostilem*: Quemadmodum enim illi reputant Deum circumuenire ex aduerso eis ambulantes & alia pro aliis interpretationibus legis & Prophetarum, quæ confirmant Christi mysterium dicentes,

G quod est aduersantium proprium, sic & ipse ambulebit cum eis aduersus, & inducet eos in terram hostilem, id est, in Euangelio quod gentibus dedit: ex quo duobus modis pereunt: Primum, quia Iudaicam iustitiam destruit: Deinde quia apud gentes est, quibus æmuli sunt, & contentioso aduersus eas animo saluari non volunt, ita vt Deus per Moysen diceret: *Ad æmulationem vos ad-*
Rom. 10. *ducam in non gentem*, Paulus autem: *secundum Euangelium quidem*
Deut. 32. *inimici propter vos*: Et rursus: *Sicut enim vos cum inimici essetis,*
Rom. 11. *reconciliati estis Deo*, sic & hi nunc non crediderunt in ve-
Rom. 5. stra misericordia. *Tunc erubescet incircumcisa mens eorum, & tunc orabunt pro iniquitatibus suis*, siue vt LXX. *Et peccata sua placita habebunt*, id est, pœnas quas patiuntur pro peccatis:
Ose. 4. Sic enim quod dictum est in Osea intelligimus: *Peccata populi mei comedent*. Quid autem hoc sit, in subsequentibus manifestauit: *Et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum*: Ergo peccata populi comedere, est, pro eis pœnas sustinere, dignaque se pati peccatis suis dicent: Et si quædam peccata sua confitentur, quædem tegunt, quæ in Christum commiserunt. *Et recordabor fœderis quod pepigi cum*

H *Iacob, & Isaac & Abraham*: Cuius rei gratia, non secundum ordinem temporis & generis, Abraham cœpit, sed Iacob: Vel sicut LXX. non dicunt testamentum Iacob, & Isaac & Abraham: *sed testamenti Iacob, & testamenti Isaac & testamenti Abraham*: Tria quodemmodo testamenta inueniès: vt legem videlicet & Prophetas commendaret & Euangelium, quorum quia antiquior lex est, secundo vero loco Prophetæ, nouissimum Euangelium, ostendere voluerunt, quia Euangelium etsi nouissimum gratia, sed à Deo præponitur atque, ideo prius eius memoriam facit: primum Iacob, qui nouissimus est, tempore & ordine mentionem fecit, vt cognationem autem inter se habentia similiter coniunxit, & in his in quibus legis Prophetarumque mentionem facit, in his se & Euangelii dicit mentionem facere: Nimis autem hoc, ea quæ sequuntur confirmat: *Terra quoque, memor ero, quæ cum relicta fuerit ab eis*, siue vt LXX. *relinquetur ab eis*: Ergo quia benedictio maxima terræ est à

A Deo in memoriam haberi diligens intelligibilem terram Deus, id est, suas scripturas & memoriam eorum, & non obliuioni reliquit illas à Iudæis fecit, quia maliciose interpretantes non bene meditabantur, iniuriabant eas, primum quidem dicentes & non facientes: Deinde despicabiliter interpretantes, &, quod in eis erat optimum, spiritalem intelligentiam tegentes: Vnde & consequenter addidit: *Complacebit sibi in sabbathis suis*, id est, dum desolata ab eis remanet: Gaudet enim Dei lex Iudæorum triens desolationem, quam ipsi sibimet intulerunt. propter quod & solitudinem illam pati propter eos dicit: *Ipsi vero rogabunt pro peccatis suis, eo quod abiecerint iudicia mea & leges meas despexerint.* Duplicia inquit, bona expolsa Iudæorum plebe, de scripturis sacris prouenerunt, nec ipsæ enim iniuriantis propter, quod & gaudeor non legi ab eis: Neque enim ita legunt sicut prius cum sint dispersi, omnique carentes præsumptione. sed etiam ipsi peccatorum suorum & præuaricationis diuinæ legis conscii sibi effecti sunt. Ammirandum est etiam, quod ad totius

B sanctionis conclusionem, fastigiumque addidit: & intelligendum, quia aperte qui in Moyse: ipse etiam in Paulo & in omnibus Apostolis locutus est. *Attamen cum essent in terra hostili non penitus abieci eos neque despexi, vt consumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis: Ego enim sum dominus Deus eorum, & recordabor fœderis mei pristini, quando eduxi eos de terra Ægypti, in conspectu gentium, vt essem Deus eorum: Ego dominus.* Hæc si vis per singula cognoscere, Paolum lege, quomodo eos non despexerit Deus in terra hostili, id est, in Euangelico testamento, nec consumpsit eos vt irritum faceret pactum suum pristinum: Neque enim ad interitum illud deduxit ex toto: Sed & salutis spem reliquit, non omnibus autem sed reliquiis: Sicut Paulus ait proferens Esaiæ Prophetæ testimonium:

Isai. 10. Rom. 9. *Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiæ saluæ fient.* Dico ergo: Nunquid repulit Deus plebem suam? Absit, Recordabitur etiam fœderis sui pristini, quo eduxit filios Israel de terra Ægypti eduxit. Et in quo recordabitur? *Vt esset eorum Deus in conspectu gentium*: Ad quorum

C Rom. 11. manifestam demonstrationem, sufficiant tibi hæc Apostolicæ verba sapientiæ: *Non enim volo vos ignorare mysterium fratres hoc: vt non sitis apud vosmetipsos sapientes: quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.* Bene ergo ad totius verbi conclusionem Dominus dixit: *Ego dominus Deus*: qui omnium hominum salutem volo: atque etiam ideo Iudæorum licet post tot iniquitates saluaturus reliquias.

Sequitur: *Hæc sunt præcepta atque iudicia & leges, quas dedit dominus inter se & filios Israel, in monte Syna, per manum Moysi.* Non otiose intendas quæ dicta sunt, conclusionem enim verbis suis legislator adiecit, ea quia vsque ad certum tempus humani vellet esse legis litteram, sine aliqua dubitatione manifestauit. Iudicia ergo secundum quod semel diximus, proprie dixit, quæ Deo iudicante de quibusdam capitulis qui ignorantes interrogauerunt, dicta sunt: Præcepta autem, quæ non hoc modo, sed à semetipso legislator nullo interrogante sancit: Deinde succincte totius sanctionis dispensationem, complere volens, subdidit: *Et leges, quas dedit dominus inter se, & inter filios Israel*: Propter quod & reliqui interpretes exceptis

D Septuaginta, *leges dixerunt*: Differentiam legis, hoc verbo demonstrare cupientes, quid autem est, quod dixit *inter*? Nisi quia proculdubio vsque dum ipse veniat, de

Esa. 35. quo ait Esaias: *Ipse veniet & saluabit nos: Tunc aperientur oculi cæcorum: & aures surdorum audient*, & quæcumque in illa Prophetia continentur: Tunc nequaquam vltra secundum superficiem litteræ, sed quemadmodum ipse exposuerit, oportet legem custodiri, ad Euangelicam gratiam translatam, & ad perfectiorem conuersationem.

CAPVT XIV.

Qualiter vir siue mulier votum quod fecit obseruare debeat.

E LOcutusque est dominus ad Moysen dicens, loquere filiis Israel, & dices ad eos: *Homo qui votum fecerit, & spoponderit Deo animam suam, sub æstimatione dabit pretium: Si fuerit masculus, à vicesimo vsque sexagesimum annum, dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarii: Si mulier triginta: Quinto autem anno vsque ad vicesimum, masculus dabit viginti siclos: fœmina decem: Ab vno mense vsque ad annum quintum pro masculo dabuntur quinque sicli, pro fœmina tres. Sexagenarius & vltra masculus, dabit quindecim siclos, fœmina decem, si pauper fuerit & æstimationem reddere non valuerit, stabit coram sacerdote, & quantum ille æstimauerit & viderit eum posse reddere, tantum dabit.* Leuit. 27

F Plena sunt hæc etiam legislatoris verba prudentiæ, maxime oportuna conseruata tempori: Quæ enim oporteat agi, quæ minime, in superioribus præcipiens, nunc etiam dignitatem ea peragentium ex toto vel ex parte, per hæc quæ dicuntur exponit, & quid sit perfecta vita, quid autem adhuc in prouectu constituta, quid initium cognitionis Dei habens, quid vero quæ virtutum opera clara, perfectaque peruenit, sed & infirmatus, non tamen recedens ab ea, differentes ætates describens exposuit: Dicit autem sic: *Homo qui votum fecerit & spoponderit Deo animam suam*, id est, quicumque promiserit animam suam Deo, omnemque ei suam vitam offerre voluerit, *erit pretium masculi a vicesimo anno vsque ad sexagesimum annum, quinquaginta sicli argenti, ad mensuram sanctuarii*: Si quis ergo à vicesimo anno est, id est, pubes, fortis, validus, sufficiens omnes virtutes operari: & subiicere intelligibiles inimicos, omnibus actionibus & operibus: A viginti enim annis & supra: vide quid de hac ætate dicebat: *Omnis masculus a viginti annis & supra*: Omnes qui ambulant in virtute sua, fortitudinis enim maxime his qui

G illud agunt tempus, in prædictis testimonium præbuit verbis, ita vtpote hac ætate & currere valentem & arma portare, multumque habentem in agendo feruorem caloremque: huius pretium, id est, conuersatio & vita & retributio quam pro semetipso Deo offert & promittit, quinquaginta sicli: siue drachmæ sunt: Quinquagenarius enim numerus, spiritalem figurat vitam: quia in quinquagesimo die sancti spiritus aduentus factus est: Sed & in anno quinquagesimo liberatio fit omnis debiti, & terræ restitutio: multaque in eo alia bona Iudæis per legem disposita sunt. A viginti annis autem vsque ad sexaginta annos: Intra hæc enim tempora ætas, & intellectum perfectum & fortitudinem & filiorum procreationem habet, vt ea sensibilibus nos intelligibilia cogitemus. Ergo qui intellectum maturum & perfectum habet & fortitudinem, vt quæ intellexit agat, hic filios comparare alios Deo per suam conuersationem, vel doctrinam impendens, potest. Huius pretium animæ quinquaginta didrachmæ perfectus fructus est, & perfectionis corona, quæ & martyrium habebit, & rerum despectum & omnem illam perfectio-

H nem quam Dominus dicebat: *Estote perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est.* Hoc autem quando masculus fuerit, id est, quando semper fortis: Hoc enim hic masculum dicit: fœminæ autem erit æstimatio, triginta sicli, siue didrachmæ, vt sint drachmæ sexaginta, fructum videlicet sexagenarium, magnum quidem & ipsum: sed centenario minorem, propter quod & fœminæ introducit personam, quæ minor est à viro: Ergo & mulieres quando ad mensuram summam peruenerint, prouectaque fuerint, ad perfectionem, fortes possunt appellari: vtpote quæ suam transgressæ sunt infirmitatem, intentioneque fortitudinis resumentes: Propter quod & spiritus Dei in Prouerbiis dicebat: *Mulierem fortem quis inueniet?* cui rerum despectus deest: Alia autem agit perfecte, quæ de omnium rerum continentia lex Matt. 5. Prou. 31.

com-

A corrigere iubet ei, qui secundum eam viuit: Huius æstimatio est triginta sicli, siue didrachmæ, id est, sexagenarius fructus: Quem & Paulus figurans dicebat: 1. Timot. 5. *Vidua eligatur non minor sexaginta annorum*: per ætatem, numerumque annorum manifestare volens, quas virtutes & actiones exhibere debeat vidua, quæ à DEO eligitur: quæ in diuinis scribitur libris: & quæ potest in numero Hierusalem cœlestis degere. Propter quod & subdidit, insinuans, quod non tantum ei de ætate, aut annis, quantum de virtutibus, quæ per hæc significantur, cura erat; *Vnius viri vxor: si filios educauit: si hospitio recepit: si sanctorum pedes lauit: si tribulationem patientibus subministrauit: Si omne opus bonum subsecuta est*; Sed hæc quidem perfectus & per omnia consummatus homo. Vide autem & eum, cui hoc deest; Sed tamen ad illud prouehi desiderat. *A quinto autem anno vsque ad vicesimum masculus, dabit viginti siclos*: Siue vt Septuaginta *didrachmas*: Hic eum, qui nec-
B dum quidem est perfectus: sensatum tamen hominem dicit: & qui proficere cœpit: Sensus enim per numerum quinque annorum innuit. quia tot sunt numero: prouectus autem, qui ad iuuentutem tendit, & ad perfectionem, à quinque annis & vsque ad vicesimum annum est: Viginti enim annorum inter fortes etiam pugnare valentes numeratus est à lege: Sicut Numerorum liber ostendit.

Huius ergo pretium erit viginti didrachmæ, id est, drachmæ quadraginta, oboli quadringenti: Ieiuniorum autem atque orationis prouectum, quadraginta drachmarum numerus significat, quia tot diebus ieiunasse & Moysen, & Heliam & ipsum DOMINVM didicimus, quando à diabolo temptabatur. Quadringentorum autem numerus quid significat, aut quam demonstrat conuersationem, ostendit, quod dictum est in libro Regum: quando reditus nauis, quæ
3. Reg. 9. mittebatur à Salomone: ad Sophiram, dicebat: Ait
*Ophir enim secundum Septuaginta: *Et venit ad Sophira*: *So-
C phir autem interpretatur bonum: *Et accepit inde auri quadringenta & viginti talenta, & adduxit regi Salomoni*: Quid ergo: Sic bonum est; sic per ieiunium & orationem exercere & prouehi ad illam vitam, ad quam Moyses & Helias superædificantes ieiunio atque orationi: etiam alias virtutes prouecti sunt; Sed & Dominus insinuare semetipsum per prædicationem & signa generi humano incipiens: ieiunium & orationem suæ conuersationis principium fecit. Quicumque ergo sensatus quidem est, & proficere incipit: non tamen nimis sed mediæ, vt præsumptione conuersationis ieiunii non possit ornari, huius pretium decem didrachmarum, id est, viginti drachmarum & obolorum ducentorum est. In custodia enim decem mandatorum, quæ duplicatur secundum litteram & spiritum, conuersatio huius est: inter quas, ieiunium non est præceptum: sublimior enim est, ad eam pertinens conuersatio: quæ legislatores & Prophetas, & omnes, qui profecerunt decet. Et necdum quidem conuer-
D satio eius habet perfectionem. Opus enim habet mansuetudinem, perfectamque charitatem, quæ est in zelo CHRISTI, perduci tamen ad perfectionem. Ab vno ergo mense vsque ad annum quintum, pro masculo dabuntur quinque sicli, siue quinque didrachmæ: pro fœmina tres: Vnius mensis intelliges eum, qui nunc est genitus in fide. Ad quem Petrus dicebat:
1. Pet. 2. *Sicut modo geniti infantes rationabile sine dolo lac concupiscite, vt crescatis in eam salutem, si tamen gustastis, quia dulcis est Dominus*. Huius pretium vsque ad quinquennem ætatem, id est, conuersatio & vita, quinque didrachmatum argenti, id est, decem drachmæ; oboli autem centum. Conuersatio ergo modo geniti, quinque didrachmæ sunt, vt ministeriis duplices sensus habeat, id est, vt quæ sensibiliter audit, hæc intelligibiliter suscipiat: Sic etiam videns, & gustans, & odorans, & tangens: perducit enim hoc eum ad perfectionem. Propter quod & centum obolorum pretium habet: Numerus autem sicut dictum est, perfectus est.

E Ergo proculdubio eum, qui nunc mysterion in particeps effectus est, nec dumque ad agendum prouectus sit, sed in fide interim probatur; sicut adhuc infantem, & necdum tempus ad ostensionem virtutum habentem demonstrat. Si autem minor is, qui talis est fuerit, ita vt conueniat in eo fœminæ persona, minor autem est, vt simplicior & non valde discretus: Huius pretium est, tres didrachmæ: fides Patris & Filii & Spiritus sancti; vt non hanc transgrediatur; sed corde credat, sicut ait Paulus: ore autem confiteatur: Sic enim et hæc iam non solum confitenti lingua, sed & fide credenti fiunt duæ drachmæ, fit autem & huic talis fides ad perfectionem mediocrem; Tres enim didrachmæ, sex sunt drachmæ: sex autem drachmæ, sexaginta sunt oboli: Hic autem talis numerus mediocrem perfectionem gerit; Propterea & populus Israel sexcentorum millium, quod sunt sexaginta myriades numerum habent.

Sensibilis enim Israel habebat quidem & medio-
F criter perfectos, qui in lege constituti Euangelicam conuersationem aliquatenus agebant: Sunt autem, quibus mediocre legis & Prophetarum erat studium, propter quod & similia myriades erant. Sed nec mille millia, nec myriæ myriades, & semper in eis esset perfectio: hæc enim Angelorum, & secundum Euangelicam vitam conuersantium est. Angeli enim & ipsi quando profecerint efficiuntur. *Sexagenarius autem & vltra masculus, dabit quindecim siclos siue didrachmas; fœmina autem decem*: Et quis est hic, qui maximam conuersationem per virginitatem, verbi gratia, vel non possidendo virtutibus, quæ aliis promittit, & post hæc infirmatus est: Cognouisti enim, quia eum, qui viginti annis vsque ad sexaginta annorum est, omnibus legislator præposuit.

Deinde nunc post omnes eum, qui sexaginta annis & supra est. ait, per hoc, quod dixit: super animæ senectutem & infirmitatem eius, qui maximam conuersationem proposuerat, proculdubio designat. Qui
G ergo per virginitatis vel despectu possidendi conuersationem promittit & proponit: deinde infirmatur complere propositum, audit à Paulo: *Siquis autem turpem se* 1. Corint. 7.
existimat super virginem suam, eo quod fuerit super adulta; Ostendit quoddam infirmatum & ad senectutem deductum propositum, *& sic oportet fieri, quod vult, faciat, non peccat si nubat*: Et rursus: *Si nupseris non peccasti; &* Ibidem.
si nupserit virgo non peccauit; tribulationem autem carnis habebunt huiusmodi: Ego autem vobis parco, hoc autem dico fratres, tempus breue est: Reliquum est, vt & qui habent vxores, tanquam non habentes sint: & qui lugent, sicut non lugentes: & qui gaudent quasi non gaudentes: & qui emunt tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit enim figura huius mundi, volo autem vos sine sollicitudine esse.

Propterea & quindecim didrachmæ erit pretium eius, quæ sunt drachmæ triginta: Tres enim vitæ fructificationes de bona terra CHRISTI proposuit. Per centenarium virginitatis, & non possidendi, per sexa-
H genarium, continentiæ: per tricenarium casti coniugii vitam designans. Si autem infirmior huiusmodi est; forsitan etiam in fornicationem hic, qui talis est decidit: vnde & fœmina dicitur, nec sic respuendus est, sed habet pretium decem didrachmas: custodiam enim mandatorum DEI, quam viginti esse drachmas & oboles ducentos ostendimus, offert DEO & in hoc conuersationem habet per custodiam mandatorum iustificatus. Si autem dicas, quomodo Dominus annorum erat triginta, dum solus esset vere perfectus; cum nos in centenario numero dicamus perfectionem esse; post hunc autem in sexaginta: tertio autem in triginta? Disce, quia solus quidem fuit vere perfectus: veruntamen sic omnium doctor & primitiæ massæ totius effectus, ex omnibus temperatam conuersationem figurat & proponit: Siue enim virginitatem velis, ipse ex virgine virgo est, & virginitatem docuit: siue nuptias & nubere præcepit, & nubentes benedixit: siue abstinentiam

A etiam hoc docuit. Similiter & fidei cursus, siue perfectorum simplicium est: Quia ergo in præsenti differentias innuit, & quodammodo vitam distinguebat hominum, & huius quidem esse pretium quinquaginta didrachmas ait: huius triginta. huius viginti: huius decem: huiusquinque: huius tres: huius quindecim: huius decem: Colligentur autem hæc parum: Quid de centum quinquaginta minus habentia: hæc autem in quinque diuisa faciunt prope tricenarium numerum. Vide quemadmodum nec legislator ignorauit temperamentum, quod CHRISTVS in nostra vita & conuersatione fecit: Nec Euangelista numerum temperamentum habentem ignorauit: Propter quod eum non plenorum triginta annorum venisse ait ad baptismum. Ait enim: *Et ipse Iesus erat incipiens, quasi annorum triginta.* Luc. 3.
Et cur hoc? Quia & qui nimis perfectam, & qui mediocriter perfectam, & qui minorem vitam studet, non perfecte peruenit ad mensuram: nimis enim habet omnimodo, quia Dei solius est perfectio; sed minus habet tantum, inquantum veniam in hoc, quod minus
B est, dat. Vnde & centum quinquaginta septem minus sunt: hic enim quadraginta tres prædictus numerus colligitur: per septenarium autem numerum manifeste venia significatur. *Si autem pauper fuerit & æstimationem reddere non valuerit, stabit coram sacerdote. & quantum ille æstimauerit, & viderit eum posse reddere, tantum dabit:* Nunc dicit de eo, qui multum peccauit: Et propterea Aquila pro paupere, *si excesserit*, edidit. Hic ergo, si offerri Deo vult coram sacerdote stabit, vt quantum viderit eum posse, æstimet eum reddere, regulam ei vitæ imponens, quæ est secundum virtutem, mensuramque Philosophiæ indicens, quam eum probauerit posse portare: Verbi gratia, si locuples est, vt distribuat pecunias: si sanus est, vt ieiuniis & orationibus aliisque operibus bonis vacet: Si autem locuples est & sanus: quæcumque diuitiæ & salus ei suggerunt agere iubetur.

C Si autem neutrum, in oratione stet; & vt breuiter dicamus: Quodcumque eum viderit per corpus, aut per substantiam, aut per aliam valetudinem; aut facultates posse peragere: *Animal autem, quod immolari potest Domino, si quis vouerit, sanctum erit. & mutari non potest*: id est, nec melius malo: nec peius bono: *Quod si mutauerit, & ipsum quod mutatum est, & illud, pro quo mutatum est, consecratum erit Domino*: Quia ipsas, quæ ex nobismetipsis offeruntur oblationes, quosdam habere gradus, & differentias legislator exposuit. Ecce enim etiam eorum, qui quolibet modo sic nobis efficiuntur, vt etiam pecora nostra nominentur, propter hoc, quod nimis subiecta sunt aut quia non eis ad nostram ministerium, quemadmodum pecoribus vtimur. Quando sancta sit oblatio, per hæc, quæ dicta sunt exponit: Præcepit autem, vt non nos pœniteat de his, quæ offerimus Deo. Ergo siquidem de his obtulerimus pecoribus, quæ mos est offerri Deo: Mos autem est, vt ea im maculata & munda offerantur: munus nostrum ilico
D sanctificatur, & iam non est fas, vt nos de eo pœniteat. veluti, si filium vel discipulum, vel seruum aut alium, qui sub manu nostra est, DEO obtulerimus. neque mutare malum ad melius: aut bonum ad malum: Malum autem hic dicit, quicquid non prauum est modis omnibus & mundum est: si autem immundum est, non est de illis, quæ mos est offerri Deo: Esse autem de his, quæ immolari possunt Domino, hanc oblationem legislator dixit: sed malum hic dicit, quod est deterius. Sic enim manifeste & Symmachus tradidit: *Non reddet melius pro deteriori: aut deteriorem pro meliori*: Vt non hunc filium aut seruum offerentes Domini seruitio & ministerio, recipere eum in nostrum ministerium & vtilitates velimus, promittentes offerre meliorem forsitan vel deteriorem. Neque enim licet, propter quod & Anna de Samuel dicebat: *Si respiciens respexeris* 1. Reg. 1.
ad humilitatem ancillæ tuæ & memineris mei, dederis ancillæ tuæ sexum virilem: dabo eum in conspectu tuo datum, vsque ad diem mortis eius. Quod si mutauerit ad ipsum, quod mutatum: & illum, pro quo mutatum est: consecratum erit Domino. Vt & hunc, quem antea obtulimus, & eum, quem E
postea cum prima oblatione sanctificemus, & vtrosque Deo concedamus: hoc enim non nos permittit. in his, quæ offerimus, pœnitentiam agere: sed & percutit inimicum, qui nobis pœnitere suggerit, dum videt duplicatam nostram oblationem: quam ille per pœnitentiam intercipere vult.

CAPVT XV.

De eo, qui vouerit animal immundum, siue domum suam, seu agrum, & quid faciendum sit.

ANimal immundum, quod immolari Domino non potest, si quis vouerit, adducetur ante sacerdotem: qui diiudicans vtrum bonum an malum sit, statuet pretium. Quod si dare voluerit is, qui offert, addet supra æstimationem quintam partem. Ibidem.
Inquirendus est Iudæus, quomodo hoc mandatum stare iuxta literam possit: Si enim offerri non licet, nec F
donum erit acceptabile, quomodo vtrumque legislator tanquam sibi repugnans atque resistens scripsit? Sed aliquid Euangelicæ proximum largitur, modis omnibus innuit, & condescensioni, quam gratia nouit. Sic ergo ea, quæ dicta sunt intelligamus: Non licebat DEO offerri de pecoribus, quæ non simul & vngulam findebant & ruminabant. Hæc enim lex habebat immunda. Cuius autem erat ænigma, id est, vngulam non findere? Non distinguere legis litteram, & ipsorum scientiis: Non autem ruminare eius, qui non continuæ meditationis legis habebat studium, & qui lingua solum, non etiam corde eam ad meditationem reuocat: Si ergo aliquis filium talem vel seruum, vel discipulum DEO offerat: qui autem ad meditandas sacras scripturas, aut ad diuisionem contemplationis non ex malitia, sed ex infirmitate minor sit: needum est quidem munus DEO: neque enim quasi oblitus sit eius legislator memoriam facit: Adducit autem eum G
ante sacerdotem: & statuit pretium eius sacerdos, diiudicans vtrum bonum an malum sit: Vt imperfecto enim condescendens. moderatum ei iugum imponit, id est, eam, quæ mediam inter bonum malumque conuersationem est; aut à malo declinatio: & prouectus ad meliora. Hoc enim forsitan propriè dicimus esse, inter deterius & melius: quod pro eo, quod dictum est, vtrum bonum an malum: edidit Symmachus: *statuet pretium sacerdos*, si quomodo proficiens donum esse eorum, quæ Deo offeruntur possit. *Quod si dare voluerit is, qui offert, addet super æstimationem quintam partem.* Et quid hoc est? In quinque numero sensus sunt: Horum nobis quinta pars mens est. Ab ipsa enim gubernantur, siue enim hac non valde habentes se iuuant. Horum ergo quinque virgines, quæ ad nuptias non susceptæ sunt, Matth. 25.
figuram gerunt: Quinque enim non habuerunt sapientiam, vnde absolute & fatuæ nominatæ sunt. Ergo si quis vult redimere eum, qui propter prædictas causas immundis comparatus pecoribus, acuere hunc opus habet & facere intelligentem. Sic enim semetipsum gubernare, & non necesse habere alterius pædagogo poterit. Sequitur: H

Homo si vouerit domum suam & sanctificauerit Domino, considerabit eam sacerdos vtrum bona an mala sit, & iuxta pretium quod ab eo fuerit constitutum venundetur. Si autem ille, qui vouerat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem æstimationis supra, & habebit domum. Quod si agrum possessionis suæ vouerit & consecrauerit Domino, iuxta mensuram sementis æstimabitur pretium: Si triginta modiis hordei seritur terra, quinquaginta siclis veneat argenti. Si statim ab anno incipientis iubilei vouerit agrum, quanto valere potest, tanto æstimabitur. Si post aliquantum temporis: supputabit sacerdos pecuniam, iuxta annorum, qui reliqui sunt numerum, vsque ad iubileum, & detrahetur ex pretio. Quod si voluerit redimere agrum ille, qui vouerat, addet quintam partem æstimatæ pecuniæ, & possidebit eum.

Non

A quæritur Non qualiscumque hic * paritur quæstio. Paulopost enim ad finem legislator sic dicit: *Exponit omne, quod Domino consecratur, siue homo erit siue animal, siue ager, non vendetur nec redimi poterit*: Quomodo ergo ibi quidem redimi oblata prohibuit: hic autem domum & agrum postquam sanctificata sunt, præcipit redimi: Aut forsitan omnimodo aliam hic intentionem, aliam illic offerentis nouit: Ibi quidem, vt nequaquam vltra faceret, quod obtulit, sed vt penitus illud consecraret Deo: propter quod non ait quemadmodum hic: Si consecrauerit domum suam aut agrum possessionis suæ: sed *omne, quod Domino consecratur*: Eorum enim, quæ offerebantur Deo nihil licebat in vsum humanum vltra teneri. Sed nec sacerdos illis vti poterat. Demonstrat autem hoc ea, quæ est Amalechitarum historia. Præceptum est enim Saul vt anathema essent omnia Amalech spolia, & quod concessit populo quædam de gregibus & armentis accipere, maledictum grande, tamque sustinuit, & nullatenus ei ad satisfactionem sufficeret, cum irasceretur Samuel & inquireret, *quæ est vox gregum istorum in auribus meis & vox boum, quam ego audio*: ipseque responderet alia ad

B 1. Reg. 15. Prophetam verba: Et quæ erant? *De Amalech adduxi ea, quæ ad pepercit populus, meliora gregum & boum, vt immolentur Domino Deo tuo*: reliqua occidimus. Ergo aliud est, sanctificare Deo, licet enim ei, qui sanctificauit, hoc modo vtique nunc nobis legislator ostendit; aliud est anathema quid facere. Huius enim vsus prohibitus est. Similis autem huic & intellectus suscipi debet contemplationis, sed de anathemate quidem dicemus, quando ad illam partem lectionis peruenerimus. Nunc autem quid sit domum sanctificare, quid agrum doceamus, nutu suggerente spiritus, hoc primo loco dicentes: Quia aliud est sanctificare Deo, aliud sanctum esse: Aliud offerre ei aliquid, aliud non opus habere oblatione: sed esse Dei & offerentis non egere. Quod enim sanctificatur & offertur, eo quo offertur sanctificari incipit. Ergo prius non erat sanctum. Quod au-

C tem incipit sanctificari, hoc opus habet & prouectum & per partes augmentum. Quod autem sanctum est, & olim est Dei, hoc nihil minus habet, sed est perfectum, nec vllo additamento egens: propterea bonum quidem est & doctrinis aliorum ad sanctificationem vti: melius tamen in tantum proficere, vt quis & semetipsum, & eos, qui eius sunt ad sanctificationem perducat: quod non omnis valet, sed solus sensati. Et hæc sunt, quæ in hoc loco significare legislator intentionem habet. Sanctificat ergo domum Deo, qui familiam suam & cognationem & intelligibilem domum in sanctimoniam conuertari vult, vt Ecclesia sit & appelletur: Quemadmodum multi fidelium domos suas propter sanctificationem Ecclesias habebant: sicut Paulo scribente ad Romanos au-

Rom. 16. dimus: *Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu; qui pro mea anima, ceruices suas posuerunt: quibus non ego solus gratias ago: sed & omnes Ecclesiæ gentium & domesticam eorum Ecclesiam.*

D Quicumque ergo hanc habet intentionem, ipse autem per se non est idoneus ad opus perducere ea, quæ intendit. hic suas domum sacerdos, vtrum bona an mala sit considerabit, & sicut æstimauerit, sic erit. Quare verum bona an mala, vt quia domus est ex multis personis & dissentionibus constat; in quibus multi condescensione egent, non valentes agere aut sapere, quæ perfecta sunt: nihil eis iniungat graue: sed vnuiuscuiusque pensans virtutem, à malo eos declinare, & ad virtutes eos proficere iubeat. *Si autem ille, qui vouerat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem æstimationis supra & habebit domum*, id est, si domus Dominus, qui eam sanctificare vult, cum non fuisset sancta prius, nec potuisset Ecclesia appellari: nam & sanctificata vtique esset, quod nunc se ita non habet, sed exordium capit sanctificationis. Si ergo hic redimi domum suam vult illud absolute mundans eius, quod eam sanctificatio rem egere sacerdotis exhortationem necessariam habere faciebat; Redimit autem eam per doctrinam & vitæ formulam, liberans eos & diluens quicquid eis obstabat ad sanctimoniam, quid faciet? *Dabit*: Siue secundum Septuaginta: *adiciet quintam partem æstimationis supra*: Sacerdotis enim doctrinæ cui domum ab initio suam obtulit, vt eam æstimaret, id est, definitionem imponeret, ad quam deberet stare, siue conuersari: ipse adiciet hoc, quod est intellectus; Hoc enim est quinta, id est, vt quæ dicuntur suscipiat & superædificet sacerdotis sermonibus; Frequentior enim commemoratio sensatos & intelligentes homines facit; *Et sic habebit domum*: non perdens sanctificari Deo, nec in damnum ei conuertitur; sed habebit eam, quia ei sanctificatio propriæ domus adscribitur, non solum vt offerenti, sed & vt docenti. Sicque suæ domui bene præpositus & recuperans eam

1. Tim. 3. sibi sacerdos quodammodo inuenitur; Quia Paulus eum, qui scit præesse suæ domui, ad Episcopatus electionem atque dignitatem sublimauit. Propter quod Aquila, pro eo, quod dictum est: qui eam sanctificauit, redimit. *Si sanctificans ad finem fecerit*, edidit. F

Quid autem ex hoc discimus? Quia si domus sibi principatum & gubernationem, qui sanctificauit vendicat, & hanc ipse adquirere vult: ad finem autem facere secundum legem est, aliis sicut cognatum præponi, hæc faciat, quæ in præsenti legislator iussit. His autem ita se habentibus, quod proprie argentum diuinorum eloquiorum, doctoralis exhortatio fit, audi Dauid dicentem: *Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum probatum terræ purgatum septuplum*: Et

Ierem. Hieremiam: *Frustra conflauit conflator, scoria eorum non est consumpta*. De Iudæis dicit: quia nihil eis verba exhortantium proderant: Sed & Paulum audi dicen-

1. Corint. 3. tem: *Siquis superædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos. Quod si agrum possessionis suæ vouerit & consecrauerit Domino, iuxta mensuram sementis æstimabitur pretium.* Agrum, scripturam esse diuinam nemo dubitet. Cuius vitos, proprie CHRISTVS, & agricola Pater est: In quo absconditus thesaurus, id est,

Matth. 13. salutaris prædicatio: quem qui inuenerit operator agri, vendet omnia, quæ habet: (quemadmodum G DOMINVS in Euangeliis ait: vt emat agrum illum. In hoc agro diuersa est vniuscuiusque possessio, id est, modus, quem sibi ex ea ad sapiendum obtinere potuerit.

Si ergo consecrauerit DOMINO hanc, homo eum non prius sancta fuerit, sed nunc incipiat consecrari, gubernatorem conuersationis suæ, cum ipse non sit idoneus semetipsum gubernare, sacerdotem eligat: Consecrari enim hic, ea quæ deputata sunt sacerdoti legislator appellauit. *Iuxta mensuram sementis æstimabitur pretium*, vt quantum seminatus est, videlicet edoctus. Doctrinæ enim verbum in semine accipere scriptura diuina solet: Tantum ei sacerdos indicat, & quantum fuerit eruditus, de doctrina bona, legitima & spiritali: & non quam homines seductores paH gani, verbi gratia, vel Iudæi, siue hæretici docent, propter quod postquam dixit: *Iuxta mensuram sementis*, addidit: *Si triginta modiis hordei seritur terra: quinquaginta siclis venietur argenti*: Siue vt Septuaginta: *quinquaginta didrachmas argenti*. In quibus vetus & nouum Testamentum intellige: & per modum siue chorum hordei, vetus Testamentum ostendit: quia huius seminis pinguior cibus est: Per quinquaginta autem didrachmas, tam quod spiritale est, quam quod perfectum simul innuit; perfecta enim doctrina etiam spiritalis est. Sed quando hæc regula siue definitio integre est custodienda, quando minuenda sit per condescensionem: per sequentia disce: *Si autem statim ab anno incipientis iubilæi vouerit agrum, quanto valere potuerit; tanto æstimabitur: Si autem post aliquantum temporis supputabit sacerdos pecuniam iuxta annorum, qui reliqui sunt numerum, vsque ad iubilæum, & detrahetur ex pretio*: Duorum hic annorum remissionis siue iubilæi, memoriam facit: baptisma aperte intimans & pœnitentiam. Vterque enim annus remissionis est: quia perfectam re-

A miſſionem, vnus quidem per donum gratiæ, alter propter eos, qui vacans in oratione & ieiuniis aliiſque operibus, quæ perficiunt pœnitentiam, poſſidet. Si ergo ſimul quis gratiæ viam, quam elegit gubernari per ſacerdotem & produci vult, hoc enim ſacerdos exigat, quod cum doceretur ex perfecta & ſpiritali doctrina præcepti nullomodo ei condeſcendens, neque enim habet neceſſe vtpote qui per donum renouatus eſt: ſed in doctrina, quam accepit, plene eum permanere facit.

Si autem deeſt illi de dono, quod percepit, decidit que ab eo in conuerſatione, hoc eſt enim aliquantum temporis iubilæi ſiue remiſſionis, conſecrare agrum: recte ei reputabit ſacerdos argentum, in annius reliquos vſque ad annum remiſſionis, ſiue iubilæi, vt reliquum ei tempus definiat ad pœnitentiam? *Et detrahetur ex pretio*: Quod enim minus fecit & detrimentum pertulit, & deterius conuerſatus eſt, hoc dono

B minuit & infirmior effectus eſt, & propterea abiectior, & non iam talis eſt qualis cum acciperet donum fuit: Veruntamen & hic volens redimere agrum ſuum poterit, id eſt, ſemetipſum gubernare & docere: *adiiciens quintam argenti ad pretium ſuum*: Addens doctrinæ ſacerdotis proprium intellectum, vt intelligens, erudituſque ſui gubernator doctorque efficiatur.

Sic enim intelligibilis ager, quem conſecrauit offerens ſacerdoti ab eo poſſidebitur: & non ab alio conuerſatio & virtus, quam ſtudet ſiue ex toto, ſiue ex parte: ſed ipſi, qui agri reputabitur. Diuiſioni enim legiſlatoris intende, quemadmodum ſanctificare, ſiue conſecrare domum vel agrum volente, conſecrationem prius facere vult: ſicque ei præcipit redimere, quæ ſanctificata ſunt: *Et tunc*, inquit, *poſſidebit eum*, hoc procul dubio mandans, quia oportet quidem nos per ſacerdotum doctrinam & regulam & leges, noC ſtram conuerſationem gubernare, quando eam prius ſanctificamus: ſed oportet & proficere, & illorum doctrinæ noſtrum adiicere intellectum. Propter quod

2. Tim. 2. Paulus ad Timotheum ſcribebat: *Intellige, quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum*. Et nunc poſſidebimus proprie, quæ egemus ſanctificationis proxima: Sin autem hanc diuiſionem non fecerimus intuitu, vide quid patiemur.

Sequitur enim:

Si autem noluerit redimere, ſed alteri cuilibet fuerit venundatus, vltra eum, qui vouerat, redimere non poterit, quia cum Iubilæi venerit dies ſanctificatus erit Domino, & poſſeſſio conſecrata ad ius pertinet ſacerdotum.

Ecce damnum eius, qui ſemper ab alio opus habet gubernari, & non proficit, nec iuuatur ex aliorum doctrina, ſed ſuus ſemper ipſe dux eſt, ad agenda vtiliæ per præſentia aperte legiſlator oſtendit. Qui enim conſecrauit agrum & poſtea redemit, ille eſt, qui ſuam conuerſationem alii gubernare permiſit, poſteaque adiutus eſt & conquiſiuit intellectum, vt iam eſſet, ſicD ut ait Propheta, docibilis DEI: & diſponere apud ſemetipſum poſſit in futuro, quæ expediunt, hic agrum ſuum ſibi recipiens conquiſiuit: qui autem nihil proficit ex alterius gubernatione, nec acquiſiuit intellectum, ſed ſemper opus habens ab alio doceri, & talis exiſtere, quales fuerunt quidam Iudæorum. Quibus DEVS per Propheticam vocem exprobrans talia dicebat: quia *tradi ſunt ex vtero, tradicti ab infantia vſque*

Osea 9. *ad ſenectutem*: Et rurſus: *Ephraim ſicut columba inſenſata non habens cor*: Quia ſi malus doctores inuenerit, mala modis omnibus operatur: vt qui non habet diſcretionem, quærere non poteſt mercedem virtutis, quam egerit. Et propterea proprium agrum dicitur non redimere, ſed veniente Iubilæo, id eſt, tempore remiſſionis tranſeunte, in quo remiſſio locum habet. Eſt autem præſens vita: vide quale, quantumque ſit, quod patietur: *Poſſeſſio ſanctificata erit Domino*. Conuerſatio enim, quam ſemel conſecutus eſt etiamſi alter erat, qui gubernabat, ſancta erit DOMINO. Sed quemadmodum & poſſeſſio conſecrata ad ius pertinet ſacerdotum: Poſſeſſio enim eius & merces eius, qui continue gubernauit reputabitur.

E *Si ager emptus & non de poſſeſſione maiorum ſanctificatus fuerit Domino, ſupputabit ſacerdos iuxta annorum numerum vſque ad Iubilæum pretium: & dabit ille, qui votum vouerat Domino. In Iubilæo autem reuertetur ad priorem Dominum, qui vendiderat eum, & habuerat in ſortem poſſeſſionis ſuæ. Omnis æſtimatio ſiclo ſanctuarii ponderabitur. Siclus viginti obolos habet. Primogenita, quæ ad DEVM pertinent, nemo ſanctificare poterit & vouere: ſiue bos ſiue ouis fuerit, Domini ſunt.*

Maximam iuſtitiam legis littera & ſpiritus oſtendit, littera ſiquidem agrum poſſidentis alienum, vt ſanctificent DEO & offerant ſacerdotibus, vt eorum ſit creditus ager non vetuit, quia non ſpecialiter ſuam obtulit, ſicut enim emptus eius tunc erat, ſic autem qui de vendentis fuerat poſſeſſione recte alienus eſt.

F Præcipit ergo computare ſacerdotem agri pretium, vſque ad Iubilæum, & ſic pro eo dare pretium, in Iubilæo autem reuerti ac reddi priori DOMINO, id eſt, ei qui propter paupertatem rem propriam vendidit, & ad certum eam tempus alienauit.

Ab hoc ergo & ad ſpiritalem intelligentiam tranſit: *Si ager emptus, & non poſſeſſione maiorum ſanctificatus fuerit Domino: ſupputabit ſacerdos iuxta annorum numerum vſque ad Iubilæum*: Agrum, qui poſſidet, quem emit, & non eſt ſuæ poſſeſſionis, his qui intelligibilem paupertatem patientem exhortari valet, arguereque eum, atque mouere ad pœnitentiam. Intelligibilem enim terram, quam ille poſſidebat, de qua Dauid pſallebat: *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam*: ipſe Pſalm. 142 poſſidet, non permittens eam ex toto corrumpi, ſed lucrans fratris virtutem vel vitam, de qua ille per negligentiam cecidit.

Si igitur ea ſanctificauerit DOMINO, id eſt, obtulerit ſacerdoti: Audiſti enim, quia in præſenti ſanG ctificari DEO dicit ea, quæ ſacerdotibus ſorte obuenerunt. Offerri autem, quomodo, id eſt, oportet eum, qui culpauit emendari, & ſanctam eius efficere conuerſationem. *Supputabit ſacerdos iuxta annorum numerum vſque ad Iubilæum pretium, & dabit ille, qui votum vouerat Domino.* Recte ſacerdos, ſimul cum eo, qui mouit fratrem ad pœnitentiam: quia ille quidem diſtricte eius actionem & conuerſationem, vtpote quia ipſe eum correxit, hic autem vt ſacerdos nouit veram atque perfectam redemptionem, ſupputauit, ſiue probant, qualem ei oporteat pœnitentiam indici. Supputant autem vſque ad Iubilæi pretium, id eſt, ex his, quæ de pœnitentia in diuina dicta ſunt ſcriptura. Ipſa enim æſtimatio eſt anni iubilæi ſiue remiſſionis. *Et dabit ille, qui votum vouerat Domino*: Siue ſecundum Septuaginta: *& reddet pretium in die illa ſanctum Domino*: In tempore enim, in quo ſecundum hanc rationem ea, quæ ſunt de pœnitentia definiuntur, ſiue indicuntur ei, cum neceſſaria eſt definitio eius ſancta DOMINO inuenitur. H Bene autem dixit, *dabit*, vel ſicut Septuaginta *reddet*, non reddent: Nam etſi communi conſilio ſacerdotis & eius, qui mouit peccatorem ad pœnitentiam, de ea definitio conſtituitur, quæ æſtimatur: veruntamen ille eum offert, qui fratrem culpantem compungi fecit. Huic enim & obediet. Sed & ipſe obligatur in emendatione eius, qui pœnitentiam agit, vtpote qui ſemel eius correctionis fecit exordium. Qui autem non ilico cum definitur pœnitentia penitus mundatur: ſed quando eam perfecte egerit, propterea ait: *In iubilæo autem reuertetur ad priorem Dominum, qui vendiderat eum.* Ergo definitio quidem pœnitentiæ in illa die ſancta mox fiet, in qua à ſacerdote & exhortatione eius, qui pœnitentiam acturus erat per diuinam ſcripturam, quomodo eam debeat agere æſtimatur.

Tunc autem pœnitens poſſeſſionem ſuam agrumque & conuerſationem recipiet, quando ad annum peruenerit iubilæi ſiue remiſſionis. *Omnis æſtimatio ſiclo ſanctuarii ponderabitur, Siclus* ſiue didrachma *viginti obolos habet.*

A Vt omnis æstimatio siue definitio sanctis fiat ponderibus, id est, his, quæ sunt de sacra scriptura: Exteriora enim pondera, veluti Philosophorum, in quibus etiam ipsi vitas conuersationesque pensant, non sunt sancta: quia scientiam imperfectam possident. Sed nec hæreticorum pondera sancta sunt: Cauteriata est enim eorum conscientia: Sed sancta sunt ea, quæ sunt in diuina scriptura in quibus viginti oboli sunt: Siclum siue didrachma, id est, decem mandata secundum literam & secundum spiritum intellectum, sicut euangelica gratia insinuat: & qui in ea dicit: *Non arbitremini, quia veni soluere legem, aut Prophetas: Non veni soluere, sed implere.* Ergo quicumque aut legem irritam facit, aut Euangelium renuit, hic non habet didrachma, nec huius doctrinam, vt sanctificantem recipimus: Hæreticos autem & Iudæos, quorum alii quidem gratiam, alii legem, negant, æqualiter respuimus. *Primogenita, quæ ad Deum pertinent nemo sanctificare potest & vouere, siue bos siue ouis fuerit, Domini sunt:* Pecora eos, qui nobis obedientes sunt, filios & seruos & discipulos in præcedentibus diximus: Horum primogenitum, id est, qui nobis sic parens & obediens fuerit, vt & aliis obedientiæ & parendi ducatum præbeat. Et propterea hic quidem primogenitum dicitur: Alibi autem de eo legislator dicit: *Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur.* Adaperit enim vuluam generandorum filiorum, qui obedire secundum Deum & cum pia subiectione incipit. Qualis verbi gratia erat Paulo Timotheus: & propterea de eo ad Corinthios scripsit: *Qui est filius meus dilectus in Domino, ipse vos commonefaciet vias meas, quæ sunt in Christo Iesu.* Hunc qui talis est nemo sanctificet: non quia indignus est sanctificatione, sed vt qui non egeat sanctificari: Est enim olim sanctus. Didicisti enim quomodo & superius dicebamus: quia aliud est sanctum esse aliquid Deo: aliud autem initium sanctificationis sumere: Illud enim melius ac superius est, vtpote quod olim perfectum est, & melioratione non eget. Quia ergo filius, qui tantum honorat patrem & matrem, vt aliis fiat talis honoris exemplum; honorans autem propter pietatem, id est, propter obedientiam legis & sciens, quia Deo hunc offert honorem qui honorari patrem præcepit. Primum hominum mandatum, quod est in promissione: secundum quod Paulus dixit impleuit.

Matth. 5.

B

Exod. 34.

C

Serui autem, qui Domino pure subduntur, propter mandatum, de quibus dicit: *Serui obedite Dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis sicut Domino, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed sicut serui Christi,* obedientiam Deo ostendunt: Hoc autem idem faciet & discipulus, sic magistro ad honorem Dei, qui per Paulum sanciuit: *Obedite præpositis vestris & subiacete eis: Ipsi enim peruigilant pro animabus vestris. obedite & subiecti estote.* Ad Deum referre ea, quæ sunt huius obedientiæ, & subiectionis euidenter vnusquisque horum dicitur. & siue per bonam simplicitatem placens est Deo: siue per studiosam mandatorum operationem, & qui debeat bos propter hoc aut ouis nominari Domini, vterque est.

Ephes. 6.

Hebr. 13.

D *Quod si immundum est animal, redimet qui obtulerit iuxta æstimationem, & addet quintam partem pretii: si redimere noluerit, vendetur alteri.* Quia immundus omnis peccator est, manifestum est: *Immundus enim est,* inquit Salomon, *ante conspectum Domini omnis iniquus:* Iniquus enim est, quia tam meditari, quam discernere legem: cum ruminat & vngulam findit legislator iussit: Quicumque vnum ex his minus habet, id est, quicumque obediens quidem est, & vehementer subditus patri, aut Domino aut Magistro: non tamen legis sicut oportet meditari aut distinguere nouit; primogenitus quidem in pecoribus est sicut obedientiæ dux: immundus autem est, quia non habet hoc, quod habere mundum legislator iussit. Si ergo eum pater, aut Dominus, aut magister vult redimere secundum æstimationem eius redimetur, & addet quintam partem pretii. Addet quintam cum intellectu ei doctrinam offerens: in sapientia eum gubernans, & non iniquicorer regens: Insensati enim patris & Domini & magistri est obedientiam, quæ ad se pertinet, & docere filium vel discipulum, vel seruum, & non disponere eius vitam, vt secundum legis scientiam operetur, permittereque eum indoctum esse in lege & imperitum. Addat igitur subiectioni & doctrinæ intellectum. Ipse enim solus in præsenti minus est, propter quod dixit: *Addet quintam partem pretii.* quia pretium habet obedientia: Vnde non ait: Aestimabit eum sacerdos sicut supra dixit, sed sicut olim, pretium habentem. Si autem non redemerit quis filium aut seruum aut discipulum, possidet; ipsius enim eum redimere est, & per prudentem ammonitionem sensatum efficere, secundum modum, qui dictus est alienatur ab huius possessione.

E

CAPVT XVI.

Quæ consecrantur Domino non possunt redimi, sed permanere debent in illius possessione.

F

Leuit. vlt.

OMNE quod Domino consecratur, *siue homo erit, siue animal, siue ager non veniet, nec redimi poterit: quicquid semel fuerit consecratum, Sancta sanctorum erit Deo: Et omnis consecratio, quæ offertur ab homine, non redimetur, sed morte morietur.* Quæ differentia est inter anathematizare & sanctificare secundum literam per ea, quæ superius diximus ostendimus: vbi hoc quod anathematizatum est nullo modo in vsum humanum; nullius ne quidem sacerdotis fas esse reuerti, diximus, secundum Amalechitarum historiam. Non solum autem hoc, sed quia quæcumque iure belli ac de inimicis, cum quibus non oportebat amicitiam iungere, spolia sumebant post victoriam & deprædationem: hæc faciebant anathema: & non a semetipsis sed a Deo præcipiente: Quæcumque enim Prophetæ præcipiunt, manifestum est, quia Dei præcepta sunt. Ergo & nos quodcumque intelligibilibus inimicis, id est, dæmonibus pugnantes, cum quibus nobis non licet amicitias iungere, contra quos inimicitias & incommutabiles habemus. Propter quod Dominus dicebat: *Non veni mittere pacem in terram, sed gladium, propter quod diuidi hominem aduersus patrem, & filiam aduersus matrem:* & scindit compassionem generis, vt deorsum relinquentes carnis compassionem, facilius incorporeos perimamus inimicos, siue hominem, siue pecus, siue agrum pro spolio ex bello, quod contra eos habemus, atque victoriam conquisiuerimus, consecrare quidem Deo hæc debemus: Sic autem consecrare, vt nihil in eis habeamus nostræ voluntatis, sed siue suæ potestatis quispiam est. Hoc enim est vere homo, quid dicimus autem eum, qui nullatenus nobis subiectus est sed æqualis nobis est secundum conuersationem, siue eum, qui nobis subiectus est, & propterea pecus nominatur, intelligibiles hostes vincentes acquisiuerimus: Siue de agro possessionis, id est, ex qua sortiti sumus: conuersationem in spoliis & trophæis sumpserimus, contra inimicos intelligibiles pugnantes; nec venundare hæc possumus; nec redimere opus habemus, Quia omne consecratum sanctum sanctorum est Domino. Quomodo autem. audi: Non potest aliquis expoliare inimicum, antequam eum perfecte subiciat: Sicut Dominus Iudæis dixit: *Quomodo potest aliquis ingredi in domum fortis & vasa eius diripere; si non prius alligauerit fortem, & tunc vasa eius diripiat.*

G

Matth. 10.

H

Luc. 11.

Tunc autem plene intelligibilem hostem subdimus, id est, diabolum, ligareque eum & deprædari & consecrare Deo spolia eius possumus, quando eius omnes vicerimus machinas, omne contriuerimus caput, omnemque speciem peccati declinauerimus, cuncta mundi desideria vicerimus, cunctasque vitiores adsecuti fuerimus: Tunc enim eum ligatum habemus, & prædicari possumus. Sic autem diripientes & eum prædicta victoria deuincentes: quodcumque diripuerimus, Deo recte offerimus. Sanctum autem sanctorum perfectum consummatumque habemus: nec nostra exhortatione nec aliorum egens, quod nec additamentum aliquod,

nec prouectum opus habet. Quomodo enim, qui omne peccatum euasit: omnem autem virtutem operatum & alienatum est mundo: mundoq; crucifixum. Nimis ergo consequenter addidit: *& omne consecratum, quod offertur ab homine non redimetur, sed morte morietur.* Qua morte? qua Paulus dicebat: *Viuo autem iam non ego, viuit autem in me Christus.* Et rursus: *Sic & vos æstimate vos mortuos quidem peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu*: Talis ergo, sicut qui vsque ad culmen virtutis proficit, & mensuras contigit, id perfectionis est: Mortuus enim sæculo est, & à præsentibus alienus, & olim à mundi migrauit sapientia; Rectè sanctus sanctorum Domino est; qui sanctum sanctorum imitatus est secundum possibilitatem suam.

CAPVT XVII.

De decimis terræ ex frugibus & pomis quomodo possint redimi.

Ibidem. OMnes decimæ terræ siue de frugibus siue de pomis arborum Domini sunt, & illi sanctificantur. Siquis autem voluerit redimere decimas suas, addet quintam partem earum omnium decimarum, boues & oues capræque: quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino; Non eligetur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur: Siquis mutauerit, & quod mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino & non redimetur.

Quæris forsan, cuius rei gratia fructum quidem terræ redimi decimam præcipit; boum autem & ouium non præcipit? Quod Iudæus dicere non potest, quia sub sensu literæ, in qua maxime multa quæstionem recipientia legislator interponit, vt angustati ad spiritum currant, & sciant, quia litera tunc est bona, quando illa vsi fuerint, velut instrumento, & ministra spiritus.

Differentiam ergo discipulorum legis hic proponit, & quemadmodum in primogenitis mundis & immundis, quidam eum obedientia, & bonam legis meditationem & scientiam conquisiuerunt: Quidam autem sunt, qui solam obedientiam habent; Sic & hic, quidam operantes mandata, sapientiam terrenam habent, & propterea redemptione necessario egent: Quidam nec redimi opus habent, sed nec mutari debent, sicut perfecti semper & consummati, fruges ergo in præsenti lex messionem, quæ est de semine dicit, Similiter & poma arborum secundum tempus suum.

De his autem decima pars, Deo secundum legem debetur, vtrumque autem hoc ad legis fructificationem accipi oportet; Siquidem Dominus bonam terram fructum adferentem triginta & sexaginta & centum, eos qui suscipiunt verbum; & faciunt eum: in parabola seminum Euangelicorum exponens dixit: David autem nunc clamat: *Iustus vt palma florebit*: Et rursus: *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Domini*, nunc autem breuiter describens iustum; *Et erit, ait, sicut lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum; quod fructum suum dabit in tempore suo.* Huius ergo decima sancta est. Sancta enim horum actio & studium est; Quia qui legis mandata operans, spem in præsentis retributionis ponit; terrena sapit; quales erant quidam Iudæorum, ad quos vtpote terræ hærentibus DOMINVS dicebat: *Vos deorsum estis, ego desursum sum.* Sed & Paulus de eis dixit: *qui terrena sapiunt, nostra autem conuersatio in cælis est.* Hoc autem innuit: Neque enim simpliciter dixit: Omnis decimæ terræ: Sed & omnes decimæ terræ prædixit, & tunc subdidit: Siue de frugibus: vt prædicaret aperte eum, qui intentionem expectatione terrenorum bonorum legis mandata operatur: Et si sancta eius decima, id est, mandati operatio est, veruntamen non grande lucrum eorum est, ex tali operatione circa retributionem, quam non oportet à DEO exspectari ab eis, qui terrenis inhiant. Vnde si vult quis sibimetipsi decimam hanc adquirere, addat quintam, id est, intelligentiam: vt quæ sursum sunt sapiat: & ea, quæ sursum sunt, quærat: Quemadmodum Paulus scribebat: Qui enim leges sic mandata operatur: non perdit lucrum eius, quia decima eius efficitur: Ergo eius, qui terrena sapit decima sancta quidem est, sed non eius, quia non intelligibiliter mandatum operatur, nec scit, quod lucrum in ea exspectet, aut quam retributionem in ea speret. *Boues autem & oues, & quæcumque sub numero sunt & sub virgam transeunt*: Dicit enim eos, qui sub virga numerantur crucis: quibus vt numerentur fides Dei & amicitia donat; Quisquis enim fidelis est DEO, hic eius & amicus inuenitur: Quod demonstrat Abraham: de quo dictum est: *Credidit Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est*: Qui enim amici DEI numero digni habentur, licet sint immensæ multitudinis, & non solum si numerum, sed etiam si mensuram excellerint, audi David dicentem: *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum, dinumerabo eos & super arenam multiplicabuntur*: Hi terrenam non habent sapientiam, nec in his, quæ agunt, corruptibilem retributionem quærunt, propter quod non speciale quippiam illorum, sed quodcumque egerint, mandatum sanctum DEO est; Sed *nec eligetur inter bonum & malum*, id est, inter deterius & melius Non est enim eorum facilis discretio: quia etsi alterutrum superent, quemadmodum stella stellam in gloriam differentes: sed omnes in cœlo sunt, vt reuera sequentes cœlestia: & à solo eo, qui idoneus est discernere sanctos cognoscuntur; secundum hanc rationem oportet intelligi, non eligetur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur; Cum enim nullus de eis sit, qui respui possit, quem quo commutabis, aut quid magis eligas, nostræ non est diiudicare virtutis. His ergo superædificans addidit: quæ sequuntur: *Si quis mutauerit, & quod mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino & non redimetur*; Quia enim omnium cursus diuinus & sublimis, & supernæ conuersationi proximus est, frustra curans hunc respuere: alium autem pro eo introducere, & consecrare DEO quasi meliorem, non est tuum: Nec tuum est hoc discernere, neque hunc illo inter sanctos appellare deteriorem: quod etiam ex historiæ facto cognosce Paulus aliquando & Barnabas inter semetipsos contenderunt. Barnabas enim dicebat, debere adsumi Marcum. Paulus autem dicebat eum, *qui secessit a Pamphylia, & qui non concurrit eis in opere, non debere adsumi. Facta est autem inter eos talis* * *contentio, ita vt discederent abinuicem: Et Barnabas adsumpto Marco nauigauit Cyprum: Paulus autem eligens Sylam, traditus est gratiæ Dei.* Vides quomodo mutauit melius, sicut æstimauit, deteriore.

Coloss. 3. — Rom. 4. — Psalm. 138. — Actor. 15. — * dissensio

Ipsum autem, quod mutatum est, & pro quo mutatum est, factum est sanctum; Sylam enim sicut aptiorem Marco ad ministerium prædicationis elegit: non tamen expulsus est Marcus: Barnabas quippe eum adsumens, abiit Cyprum, & cum eo prædicabat & in tantum erat magnus, vt & Euangelista vnus de quatuor fieret.

Ergo Paulus retractans & cognoscens, quia nullus sanctorum respuendus est; nec potest aliquis eorum, qui perfecte profecerunt hunc dicere deteriorem, nec illum meliorem: ipse rursus Marcum adsumpsit, & ad Timotheum scribebat: *Adsumens Marcum adduc tecum: Est enim mihi vtilis in ministerio.* Non ergo intendas, quis inter hos bonus aut malus, sed nec commutes alterum altero: & non redimetur. Cui enim nihil minus est, qua redemptione eget? Præter alia, quæ in præsenti dicta sunt ostendere legislator vult; quia hi, qui à nobis docentur, quando fiunt perfecti, nihil iam nostro magisterio egent, & propterea immundorum primoge-

Psalm. 91. — Psalm. 91. — Psalm. 1. — Philip. 3. — 2. Tim. 4.

A uita redimitur, mundorum autem nequaquam, sed nec ea, quae Deo consecrata sunt, haec de quibus nunc sermo est, perfecta enim demonstrata sunt, utpote, quae intentionem diuinam caelestemque gerunt. Quem enim finem libri huius praeceperit esse spiritus, hunc in sequentibus intuere.

Haec sunt praecepta quae mandauit Dominus Moysi ad filios Israel in monte Syna: & cuius rei gratia non ipsis filiis Israel, sed Moysi ad filios Israel: Quia populus erat infirmior, tantam legis sanctionem capere non valens, in qua sicut in speculis, claras formas suorum mysteriorum Deus ostendit. Tu ergo si non vis de vulgo esse, sed qualis Moyses fuit, praebe temetipsum obedientem, multisque habentem omnes animae sensus, & dic Deo: *Reuela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua*: Relinque materiam carnis, Psalm. 118.

& spiritus diuitias sequere: Dic cum David: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua Domine, super mel & fauum ori meo*. ut & tibi quemadmodum & Moysi mandet, itaque tibi credat sapientiam: *Melior est enim negotiatio eius argento & auro primo, fructus eius pretiosior est cunctis opibus, & omnia, quae desiderantur, huic non valent comparari: Longitudo dierum in dextera eius: in sinistra eius diuitiae & gloria: Viae eius, viae pulchrae, omnes semitae illius pacificae.* B Ibidem. Prouerb. 3.

Lignum vitae est his, qui apprehenderint eam & qui tenuerit eam beatus: fili mi audi doctrinam patris tui, id est Dei, *& ne dimittas legem matris tuae*, id est, sapientiae: *Coronam enim gratiarum dabit capiti tuo*, id est, Christum, *& torques aureas fit circa collum tuum*, id est, Spiritus sanctus, cui est gloria in secula seculorum, Amen. Prouerb. 1.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

HRABANI MAVRI, MOGVNTINENSIS ARCHIEPISCOPI, COMMENTARIORVM IN LEVITICVM, EPITOME AVCTORE STRABO, EIVS DISCIPVLO,

PRÆFATIO.

SEQVENTIS *libri, id est, Leuitici breuissimam annotationem ego Strabus tradente Domino Hrabano Abbate Viro in multis scientiæ diuinæ eloquijs spectabiliter adornato quantum tenuitas ingenioli mei permittebat abbreuiare curaui, vt quia memoriæ tenacitatem in me non cognosco, saltem ad putatia glosularum recurrens aliquam eorum, quæ mihi traditæ sunt partem recognoscam. Sed quia nequaquam hoc à notitia aliorum abscondere valde obsecro te quicunque legeris, si quid in eo secus quam decet dictum inueneris, vt non illi qui hoc de pleno sapientiæ fonte hauriens mihi transfudit, sed meæ inertiæ deputare incipias, qui potui præ inopia sensus facile deuiare. Studui nanque iuxta fidem Catholicam quantum mihi fidei auctor concedere dignatus est, quæ mihi in me seminata sunt ad alimentum animæ meæ recondere. Erat autem in huius libri expositione ductor* ESICHIVS *Hierosolymorum presbyter fidei integer, & veritate suffultus cum cæteris sanctis Doctoribus. Lege feliciter.*

CAPVT I.

A VAIEKRA, id est, Leuiticus quasi oblatorius sacerdotalis liber. Hunc librum superiori adhærere manifesta ratio probat, quia in eo illud tabernaculum construebatur, de quo ista, quæ in libro seruanda iubentur præcipiuntur. Quod tabernaculum Ecclesiam vel sanctam scripturam signat, de quibus nobis omnis sanæ doctrinæ plenitudo ministratur. *Porro quod dicitur Dominum vocasse Moysen de tabernaculo testimonij*, signat quod Dominos Doctores Ecclesiæ in scriptura sancta Ecclesiæ disciplinis ad fidelium instruit salutem, *qui loquuntur filijs Israel*, id est, fidelibus consilium salutis imponunt, *homo qui obtulerit hostiam*, hominem dicit vtile, qui digne DEO vota cupit offerre ratione insita sibi bene vtatur ne iumentis insipientibus assimiletur: Hostia dicitur inde quod ad ostium tabernaculi ducebatur, & ibi Domino offerebatur, *De pecoribus*, id est, operibus actualis vitæ quæ secundum carnem fiunt, in sequentibus n. de vita contemplatiua facit mentionem, vbi de volucrib. tractat, *de bobus & ouibus*, in bobus opera bona quæ fratribus impenduntur, *in ouibus*, opera simplicitatis quibus ab omni læsione cessantur accipimus. Vnde Dominus dicit: *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ*: Ac si dicat prudentes vt opera misericordiæ fratribus impartiatis, simplices ne quem voluntariè lædatis, *Offerens victimas*, victima dicitur, qui vinciebatur & occidebatur pro victoria, offerebatur & significat omne opus bonum quod Domino offertur: *Si holocaustum eius fuerit oblatio*. Holocaustum est totum concrematum & ea opera signat, quæ ex omni parte Deo digna iudicantur: *De armento*. id est, de multitudine bonorum operum, *masculum immaculatum*, id est, illud opus in quo nihil sit fragile, & fæminea mollitia tepens, *immaculatum*, i.e. perfectum & probatum, tale sacrificium, *ad ostium tabernaculi*, est applicandum, id est, ad doctrinam, & exempla sanctorum Patrum, Apostolorum videlicet & cæterorum: *Ponet manum suam super caput hostiæ*, qui initio bonæ voluntatis studijs bonorum operum insistere non tardat, sicque proficiat ad remissionem peccatorum. *Immolabitque vitulum coram Domino*: Vitulus quia iocundus est, docet opus Domini lætitia spirituali agendum, *filij Aaron*, qui offerunt Christiani sunt, & fideles, quos Petrus Apostolus *genus electum regale sacerdotium vocat*. Sicut enim Christus est & pontifex & hostia, ita Christiani, & per se & in se hostias spirituales offerre debent: *Sanguinem effundunt*, id est, animam suam, quia in Genesi sanguis anima carnis vocatur: *Fundentes circa altare*, in memoria incarnationis Christi omne opus bonum perficitur. Vnde Dominus dicit: *Hoc quotiescunque feceritis in meam commemorationem facite*. De quo altari superius dicitur: *altare de terra facietis mihi*: *Quod est ad ostium tabernaculi*. quia in ingressu fidei statim de fide incarnationis Christi imbuimur, *detrahitur pellis*, dum diuitiarum & facultatum superfluitas minuitur vt eo liberius hostia boni operis immoletur. Quas diuitias in Iob pellis nomē ostendit dum dicitur, *pellem pro pelle*, &c. *Artus in frusta conciduntur*, dum singuli sensus in corpore ad seruitutem Domini præparantur, *Strues lignorum componuntur*, dum Petri & patrum exempla ad imitationem assumuntur, *ignis subijcitur*, dum Spiritus sancti gratia bonum opus consecratur, *caput* est principalitas mentis, *in iecore* omne desiderium accipitur. Dicunt enim Philosophi iecur caloris ad digerendos cibos, & desiderij esse radicem: *Intestinis & pedibus lotis*, intestina fimo sordent, in quo sordidæ cogitationes monstrantur. Pedes, qui sæpe immunditias tangunt, ea opera signant quæ nequaquam à carnalibus negotijs separari possunt. Sunt tamen & hæc & illa *aqua* compunctionis emundanda, & ita sacrificio Domini coaptanda. Huiusmodi hostiam dum quilibet offert sacerdos est Domini, quia Dominus de manu eius suscipit odorem suauitatis, dum talibus sacrificijs delectatur: *Quod si de pecoribus oblatio est, & de ouibus*. forma opera *in ouibus* simplicitatem vitæ *in capris* pœnitentiā peccatorum accipimus: *De holocausto & masculo absque macula*, supra diximus: *ad latus altaris, quod respicit ad aquilonem* præcipitur immolari, vt in commemorationem Christi omnia fiant, sicut omnes postulationes per Dominum nostrum IESVM CHRISTVM nos implorare confidimus post petitionem addentes per Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, &c. *Plaga aquilonalis*, quasi sole longinquo obscura: Hoc designat quicquid homo in hac vita laborat nescit quanto apud Deum precio æstimetur, nisi quod spei firmitas sperare docet. Nam hinc scriptum est, *sunt iusti atque sapientes & opera eorum in manu Dei sunt, sed nescit homo vtrum amore an odio dignus sit*. Aliter aquilo gentes significat, quæ in frigidate incredulitatis torpuerunt. In omni autem opere illius propitiationis nos memores esse conuenit, quia Christus gentilitati consuluit, liberans eam à Domino diaboli qui se in latenb. aquilonis sedere gloriabatur. De sanguine & de altari dictum est. *Diuiduntur membra*, dum discretio recta in omnibus

Margin notes: Matt. 10. (beside "Estote prudentes"); B; 1 Petr. 2. (beside "quos Petrus Apostolus"); C; Iob. 2. (beside "pellem pro pelle"); D; Cap. 9. Eccles. 9. (beside "sunt iusti atque sapientes").

A bus virtutibus custoditur, de capite & cæteris quæ ostenda sunt & de lignis, & igni, & sacerdote supra iam dictum est. *Si autem de auibus holocausti oblatio fuerit, &c.* Hactenus de actiuæ laboribus disputauit nunc de contemplatiuæ vitæ puritate subiungit, *Turtur*, qui mortuo socio alij non iungitur castitatem designat, *columba*, autem, quæ arbori insidens & aquam inspiciens accipitris præuidet aduentum, simplicitatem & cautelam: Sanctæ enim animæ in arbore, id est, in celsitudine virtutum requiescentes in aqua, id est, meditatione diuinæ legis, antiqui hostis norunt insidias præcauere, *retorquebit caput ad collum*, vt Christus licet diuinitate præmineat nullius fidelis æstimatione ab vnitate Ecclesiæ, quæ est corpus eius separetur. Aliter dum in te cœlestibus appropinques, curam carnis vnde firmius consistere possis penitus non omittas.

Rom. 13. Ephes. 5. Quamuis enim Apostolus dicat, *carnis curam non feceritis in desiderijs tantũ*: alias dicitur, *quis vnquã carnem suã odio habuit* & *rupto vulneris loco decurrit sanguis super crepidinem vel basim altaris*, vt alia editio dicit, dum patefacta bona intentione, vita omnis iuxta Euangelicam doctrinam consecratur, *vesicula*, quæ semper tumida videtur, *& pennæ*, leuitatis radices: *proijcientur propter altare ad orientalem plagam vbi cineres effundi solent*, dum omni tumor superbiæ, &

B leuitatis vanitas propter Christum in memoria originis nostræ vbi corruptionem intelligimus nostram comprimitur, vt siue malitiæ admixtione oblatio puritatis contemplatiuæ perficiatur,

Rom. 2. *ne plus sapiamus quam oportet*, & ne quid indignum his adiungere temptemus. *Ascella*, est pars in qua alæ iunguntur corpori. *ascellas frangit non ferro diuidit submouet*, vt in ipsa Dei contemplatione nihil ferro doli & schismatis impetatur, aut inuestigetur, sed manu, id est, simplicitate intelligentiæ quam Dominus concesserit obseruandum, & in seruitio Domini offerendum suscipiatur. Cætera quæ de his subiunguntur in superioribus dicta sunt.

CAPVT II.

C *ANima quæ cum obtulerit oblationem sacrificij Domino, &c.* Animam pro toto homine ponit sicut Iacob descendisse in Aegyptum cum animabus Septuaginta loquitur, &c. Ideo animam dicit, quia de spiritualibus est loquuturus. Spiritualis enim intelligentia animi non corporis capacitate percipitur. Sacrificium est quod in pane & in fructu terræ Domino offerebatur: *Simila*, enim omni genere panum nobilior, panis autem omni cibo validior, sapientiam diuinam signat, quæ alias auro quod omnibus metallis & præciosius comperatur, quam Esaias inter Spiritus sancti dona primam nominauit, & Do-

Mat. 5. minus in numero beatitudinis inferioribus enumeratis in loco posuit perfectionis dicens: *Beati pacifici quoniam filij Dei vocabuntur*. Maior enim sapientia non est, quam meritis virtutum Dei effici filium *Oleum*, charitatem & misericordiã sonat, sine quib. sapientia perit, hoc ipsum vbi-

Iacob. 1. que in sequentibus signat *Thus*, orationem assiduam iudicat. *Si quis* enim ait Iacobus Apostolus, *indiget sapientia, postulet à Deo & dabitur, &c. Hæc ad filios Aaron offerre*, iubentur, vt cuicunque Deus scientiam intelligendi præstiterit cum magistris spiritualibus conferat ne forte insidias diaboli errans incidat. Nam & Paulus cum per reuelationem

D Dei didicerit Euangelium descendit tamen vt ipse testa-

Galat. 2. tur ad Apostolos & contulit cum illis ne forte in vacuum curreret aut cucurrisset, *Quorum vnus & cætera.* Vnus pro

Ephes. 4. vnitate fidei accipitur & Paulus dicit. *Vnus Dominus & vna*

Phil. 2. *fides, &c.* Idem & alibi, *Rogo*, inquit, *vos vt idem sapiatis & vnum omnes dicatis*: *Pu[...]llus plenus*, immolatur vt quisq; quantum capere potest scrutari conetur ne plus tentet quam potest continere. Pars *Similæ & olei*, immolatur, *totum autem*, quia sapientiæ & charitatis & misericordię nequaquam in hac vita perfectio in sanctis aliquibus impletur.

1. Cor. 13. Paulus enim dicit: *ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus.* Et de charitate, *maior autem charitas est his*, quia videlicet in hac vita cum spe & fide perfici non potest, sed permanet in futuro perficienda. Et de misericordia dicit vltra vires velle. Ideo hic non perficitur, quia quod

E facere non possumus, velle debemus: *Thus autem totum*, incenditur, quia sine intermissione orandum est, vt videlicet omnia quæcunque facimus, in nomine Domini faciamus: *Ponitur super altare*, ob memoriam dominicæ incarnationis, vt supra dictum est. *Reliquum sacerdotibus datur.* Huic concordat, quod fragmenta, quæ turbis superfuerant Apostoli collegerunt, & quæ minores intelligere non valent, maioribus sumenda reseruent.

Cum autem obtuleris sacrificium coctum in clibano de simila panes scilicet absque fermento conspersos oleo. Clibanus vterus est virginis vbi panis, qui de cælo descendit sancti spiritus operatione nobis præparatus est, ad salutem. Dum de his tractes, de simila *panes*, id est, doctrinæ Euangelicæ firmitatem adhibe, *absque fermento*, id est, siue erroris amaritudine. Vnde Dominus dicit: *Attendite vobis*

Matt. 16. *à fermento Pharisæorum*, id est, maliciosa eorum doctrina. Ipsi panes sint, *oleo*, vel, hoc est, ipsa inquisitio & sapientiæ inuestigatio misericordia & charitate condiatur, *lagana azyma oleo lita*, est panis lata & tenuis, quæ quantum

F à panis distat firmitate tantum lex & Prophetarum narratio infirmior est Euangelij claritate & Apostolorum scientia, quæ tamen oleo lata est, quia in præceptis legis charitatis obseruantia, & misericordiæ effectus mandatur, & Prophetæ de ventura misericordia aduenientis Christi, & charitate præsagabant. *Oblatio de sartagine de simila conspersa oleo*, fieri iubentur. Sartago, quæ media est inter ignem & cibos firmissimo robore contra ignem tuta, & quædam mollia indurat, quædam vero dura emollit, crucem CHRISTI significat, quæ mediatrix erat, quia cibum sustinebat, & per eam calor passionis incendebatur. Nisi vero panis in illa cœlestis torreretur, eius mysterium corporis nullatenus ad salutem humani generis panderetur. Tota enim dispensatio incarnationis eius ad crucis spectabat consummationem. Vnde illi omnis creat nostra propter virtutem crucis. Nam Apostolus, *factus est*, inquit, *obe-*

Phil. 2. *diens Patri vsque ad mortem, mortem autem crucis propter quod & Deus illum exaltauit, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine IESV omne genu flectatur cælestium terrestrium & infernorum, & cætera.* Cuius crucis virtus quæ-

G dam corda dura in leuitate mansuetudinis edomauit, quædam vero mollia & infirma virtute stabilitatis erexit vt vtraque CHRISTI corpori sociaret. Inde si quid tractandum sit, simila sapientiæ & cum vera charitate inquiratur. De fermento iam diximus. *Diuiditur minutatim*, cum singulæ passionis eius species dignæ recensentur. Hoc est, quid valeat proditio, flagellatio, spinarum impositio, colaphorum ictus, & cætera huiusmodi: *Sacrificium de craticula*, de morte Christi est disputatio digna, sicut enim subter sartaginem validus ignis accenditur vt cibus excoquatur, sub craticulam autem consumptionis carbones subijciuntur. Ita & iam vis passionis cruce Christi carnem assauit, & his pactis mors eam momentanea suscepit & huius mortalis vitæ eam exueret qualitate. Vnde cum fuerit disputandum.

Simila oleo conspergatur manib. sacerdotis tradatur memoriale incendatur, quod super est sacerdotibus relinquatur, de quib. om-

H nib. supra iam diximus: *Omnis oblatio quæ offertur Domino absq; fermento fiet*, id est, omne opus seruitutis Dei malitia alienæ carent doctrinæ: *Nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio domino.* Mel dicitur Philosophicæ dulcedinem sonoritatis, qua instabiles ad sensus prauos illiciunt: *primitiarum eorũ munera offeruntur tantũ*, quia elementis litterarum & liberalium artium instrumentis, quæ Philosophi repererunt ad vtilitatẽ sanctæ vtendum est Ecclesiæ nõ tñ eorum Theologiæ falsæ in munere Dñm replicandæ nec eorum disputationib. de diuinis inuestigandum: *Quicquid obtuleris sacrificij sale condies.* In omni operæ bono sapientiæ diuinæ suauitaté nos adhibere hortat: *munus primitiarũ frugũ de spicis virentibus offertur*, dum alicuius inchoatio bonæ operationis & disciplinę dñi gratiæ cõmendatur dum nec perfecta ad maturitatem, id est, ad perfectionem peruenerit, *igne* quoq; Spiritus S. debet emundari, & confirmari debet: *& confringi in farris morem*, id est litteræ velamine adaperto

ipsa disciplina statim initio medullitus inuestigari ad similitudinem perfectæ sapientiæ. Sunt enim quædam quæ omnimodis interiorem non exteriorem sensum recipiant. *De oleo & thure*, & sequentibus iam dictum est.

Caput III.

Qvod si hostia pacificorum fuerit eius oblatio si voluerit de bobus offerre marem siue feminam immaculatam offeret. Holocaustum quod totum incendebatur summorum & maximorum opera significat, sicut est virginitas de qua dicitur: *qui potest capere capiat* & omnia relinquere perfectionis est, sicut dicitur illi diuiti: *Si vis perfectus esse, &c.* Hæc paucorum sunt. Vnde & masculus tantum offerri præcipitur, hæc autem pacifica vtrique sexui, videlicet firmis & infirmis offerenda sunt, quia quidam de bobus, id est, fortibus operibus offertur quidam de auibus, id est, de simplicitate vitæ offerunt munus vtrumque autē sine macula, videlicet erroris & vitiorum depositione manus super caput & introitu tabernaculi & sanguine & altari iam dictum est: *Adeps qui operit vitalia*, id est, cor & ei adhærentia, quia in corde ratio esse dicitur, iram signat aut aliquem appetitum desiderij quod intrinsecus nutritur, quia anima rationabilis concupiscibilis irascibilis dicitur. Quando enim irasci contigerit debet Domino offerri, vt pro Domino fiat ne peccetur in ipsa commotione sic, & c. *Renes cum adipe quo teguntur ilia*, desiderium coitus signant, qui Domino offeruntur dum non propter luxuriam nuptiæ, sed pro amore sobolis suscipiuntur, *Reticulum iecoris*, quia iecur cibos digerere dicitur, desiderium gulæ significat, quod per abstinentiam Domino est offerendum, vt cum cæteris etiam virtutibus parsimoniæ virtus immoletur. Quæ tres species intestinorum vbi in proximis capellis inueniuntur, in eodem sensu intelliguntur: *De ouibus hostia pacificorum offeratur agnus*, dum quilibet simplex innocentiam suæ Domino exhibit vitæ, cuius etiam *cauda*, id est, vsque ad finem perseuerantia in bonum offerri præcipitur, &c. Intestina vt supra: *Et hi Aaron.* Doctores sunt quorum ministerio fidelium dona Domino offeruntur. *Capra oblatione* est, dum quis per pœnitentiam Domini placationem curauerit sibi aduocare. De eius sequentibus sicut de superioribus accipitur: Quod vero in singulis dicitur, lignis, igni, superpositis, non ita intelligendum quod Spiritus sanctus inferior sit operibus nostris, sed quia ipse fundamentum sit in singulis, & quia eius auxilio ante Dei oculos sublevenitur. *Omnis adeps Domini erit iure perpetuo*, id est, omne desiderium nostrum in Domini obsequio conseruatur, *iure perpetuo*, dicit non quod ipse ritus victimarum perpetuus esset, sed quod in significatione figurabat perpetuum: *in omnibus generationibus*, id est, vsque ad finem sæculi: *in cunctis habitaculis*, id est, in omni proposito siue in ordine Apostolorum, clericorum, Monachorum, laicorum: *nec adipem, nec sanguinem omnino comedetis*, vt ne quis sibi viuat, & suis desideriis obsecundet. Quod sanguis in pecoribus hoc anima in hominibus facit. Anima autem ipsa vita est, & principaliter vita de ratione cōstat totum autem quod in homine ratio operatur ad Dominum gloriam exhibendum.

Caput IV.

Anima cum peccauerit, &c. Duo capitula hic inprimis conuenit de quibus plenius in proximo narrat: Ideo dicitur, *anima*, id est, siue sacerdos siue tota congregatio. *Si sacerdos, qui est vnctus peccauerit, &c.* Si hæc supra sacerdote vero oleo Spiritus sancti vncto Christo videlicet intelligere voluerimus possumus dicere quoniam patienter sustenit peccantes vt reuertantur. Paulus enim dicit. *an nescis quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* quod ideo peccare dicatur cum penitus sit sine peccato, quia feriendis peccatis sæpius non statim insistit: Peccator enim videns se differri pertinacius peccat, vel peccare sacerdos noster dicitur propter membrorum suorum infirmitatem: *pro quibus peccare*, id est, eorum, qui non cognoscentes Dei patientiam peccant & membrorum suorum: *offert vitulum* se ipsum videlicet, *immaculatum*, ab omni delicto, *qui immolabitur ad ostium tabernaculi*, id est, Iuxta quod docent Apostoli & cæteri doctores eius passio peracta est: *Ponit manum suam super caput eius*, ipse quidem cum sit sacerdos & hostia *potestatem habens ponendi animam suam & iterum sumendi eam: Immolabit coram Domino*, quia in omnibus Patris cooperantis voluntatem impleuit: *contulit sanguinem in tabernaculum*, quia vt Apostolus ait: apparet nunc vultui Dei pro nobis: *Tinxit digitum in sanguine*, totum scilic. opus suum in passione cōpleuit. Dixit enim: *Consummatum est, septies aspersit*, remissionem peccatorum, & gratiam Spiritus sancti donauit *contra velum*, sanguinem sparsit, id est, carnem suam inter nos & sanctuarium diuinitatis mediatricem fecit sanguine tinxit clauibus vulneratus, latere perfossus &c. *Posuit super cornua altaris thimiamatis sanguinem*: Altare thimiamatis angelus sunt virtutes odore virtutum superabundantes. Si aliqui homines cælestibus fulgent virtutibus, quanto magis hi quorum vita extra rectitudinem nunquam exorbitat, quorum numerum redintegrauit, dum nos redemit. Sic & Apostolus ait: *Pacificans sanguine suo non solum, quæ in terris sunt, sed etiam, quæ in cælis. Reliquum sanguinem fudit ad basim altaris* qui ipse in corpore suo altare est pro peccatoribus, & infimis, & iam sanguinem fudit humani generis populis vt & intus angelis & nobis prodesset, extrinsecus: *in introitu tabernaculi*, fundit, quia ipse est ostium. De interraneis supra diximus, quod diuersa desideria signent. Quia vero quædam horum in Christo non inueniuntur, vt est cupido libidinis generaliter dicamus, quod omnia desideria ei in nostram salutem proficerent, siue sitiret siue esuriret siue dormiret, vel aliud quod secundum hominem quem suscepit appeteret: *adolentur super altare holocausti*, dum iure omnia perfecit & in sui memoriam celebranda commisit: *Caput cum intestino pellis cum carne & pedibus simul comburentur.* Quia caput Christi Deus, Christus enim Deus & homo, cum intestinis, id est, anima rationali & pelle, & carne, & pedibus, id, carnis substantia pro nobis est passus, vnus est Deus indiuisibilis: *Ibi & simul comburentur*, quia peccata nostra portabit, quæ ipse non fecit, *extra castra*. id est, extra portam passus, *in toto mundo*, mundauit enim nos à peccatis, *vbi cineres effundi solent*, id est, vbi æstus facinorum nostrorum eius redemptione extinctus est: *Concremantur super lignorum struem*, id est, iuxta quæ Prophetæ prædixerunt plenitus expleuit. Ad singula enim quæ dicuntur, Euangelistæ subiungunt, *vt impleretur quod dictum est*. Porro, *peccatum omnis turba*, flebilem signat Iudæorum duritiam. Condemnantes enim Iesum clamauerunt, *non habemus regem: nisi Cæsarem.* Et *sanguis eius super nos*, &c. Quod non sicut sacerdotis peccatum est, quia *per ignorantiam & imperitiam*, eorum euenit. Quibus Petrus dicit: *Scio quia per ignorantiam egistis sicut, & principes vestri, &c.* Ex quibus aliqui: *postea intellegentes peccatum suum obtulerunt vitulum*, id est, in crucifixum crediderunt secundum omnem veritatem passionis eius: *posuerunt seniores populi manus super caput eius*. quoniam Christum Principes sacerdotum & scribæ morti addixerunt. Quod in hoc vitulo intestina quæ desideria signant similiter sicut & in superiori offerri iubentur, hoc videtur ostendere, quod eadem desideria, quæ Christus pro salute habuit nostra nobis pro nobis, & fratribus commendauit habenda. Cætera omnia, quæ de vitulo dicūtur ad superiorem sensum flectantur, vt sicut in eo faciendum præfigurabatur ita. In hoc credendum intelligatur: *Si peccauerit princeps*, id est, qui voluntatem Domini scit, cui potestas & virtus scientiæ à Domino collata est, *per ignorantiam*, i. e. per negligentiam, *offerat hircum*, hoc est, pœnitentiam fortem Principes hircum offert. Animam quælibet de populo caprā, *quia, qui scit voluntatem domini sui, & non facit vapulabit, multis, qui vero nescit vapulabit paucis. Potentes potenter tormenta patientur*: Hoc est enim, *facere fructus dignos pœnitentiæ*, vt iuxta qualitatem culparum pœnitentia extendatur: *Ponit manum suam super caput eius*. cùm initium pœnitentiæ operis exercitio ornat, *in loco vbi mactatur holocaustum ibi & hostia pro peccato*, mactatur, quia ipso Domino cui summa opera offeruntur pœnitentia placet. *Tinget sacerdos digitum in sanguine & tanget cornua altaris*, quia Christus oblationem pœnitentiæ redemptionem quam in crucis cornibus fecit suscipit: Dicit enim discipulis: *Hic Calix pro vobis, & pro multis effundetur*

Marginalia (left): Matt. 19. — Ibidem. — B — C — D — Rom. 2.

Marginalia (right): E — Ioan. 10 — Ioan. 19. — Coloss. 1. — F — G — Iohann. 19. — Matth. 27 — Act. 3. — H — Luc. 12. — Sap. 6. — Matth. 3. — Matth. 26. — Marc. 14.

A *tur. In remissionem peccatorum.* Altare ipsius signat passionis memoriam, cornua eius, cornua crucis in qua nostra redemptio pacta est. *Sanguis funditur ad basim altaris*, quia in initio Euangelicæ prædicationis prædicauit dominus pœnitentiam sicut in Euangelio legitur de intestinis vt supra, vt omne desiderium Domino offeratur. *Rogat sacerdos pro prince pe*, Christus rogat secundum humanitatem, quia patri ostendit formam quam pro nobis suscepit, & quotidie propitiatio pro nobis. Siue metonimice dictum est, rogat quasi rogari facit. Illo n. donāte pro nobis peccatoribus rogant sancti, quod & quotidie imploramus: *Si autem de populo terræ peccauerit*, id est, persona, & scientia minor sacerdote pœnitentia soluitur: *cognoscit peccatum suum*, siue instinctu diuino siue doctorum monitu. Cetera omnia vt supra, *Ouem de pecorib. offert*, qui simplicitatem vitæ Domino immolat omnes hę hostiæ *immaculata*, esse iubentur vt nihil fictæ siue in pœnitentia siue in operibus exhibeatur vt sic præterita defleantur, ne deflenda committatur: *Cremabat super altare incensum domini*, omnia in memoria incarnationis & passionis Christi fiant, & ita erit Domino acce-

B ptabile munus. Cætera vt supra.

Capvt V.

SI peccauerit anima & audierit vocem iurantis & rel. Quisquis conscius est, peccatorum alterius si consenserit vel assipulando vel etiam, *non indicando*, cum ipso, qui fecit reuerse esse, non nesciat Non solum enim, qui faciunt sed etiam, qui consentiunt facientib. digni sunt morte: *anima q̃ tetigerit immundum aliquid, &c.* Plures species habere Iudæi in quib. hominem contaminari putabant, vt sunt animalia non ruminātia, vel vngulam non diuidentia, vel vnum è duob. non ambo facientia. Cuius superstitionis eos ar-

Marc. 12. guit Dominus: *Erratis*, inquiens, *nescientes virtutem Dei. Non enim quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod exit de ore, &c.* Iubet a. non consentire peccatis, siue à diabulo ingerātur vt est inuidia & odium, superbia&c. *quod est a bestia occisum esse*, siue ab ipso homine sumant originem diabulo incensore, vt est libido & gula, & rel. q̃ est, *per se mortuum esse*, reprobe etiam peccatum terrenis sordib. inhærens vocat, *Ob-*

C

Eccles. 19 *lusa*, dicitur anima vel neglegentia vel contempta: *Qui n. parua negligit paulatim decidit*, & ad maiora delabitur: *Si tetigerit quicq̃ de immunditia hominis, & rel.* Qui enim seminis fluxum patiebatur cum omnibus quibus vtebatur pollutus iudicabatur sic & de menstruo mulieris. In horum tactu prohibet nos alicuius communicare peccatis: *postea cognouerit*, siue instinctu diuino seu admonitione alterius. *subiacebit delicto*, id est, vt pro delicto pœnitentiam agat: *Anima, quæ iurauerit & protulerit labijs & rel. qua*, i. e. si *malum*, quid se facturum iurauerit, vel si *bonum*, cum iuramento deuouerit & non perfecerit: *rea est del. &c.*, in hoc Herodes decept⁹ est, quod male filiæ spospondit iurando & pœnitens lapsus est ipsum malum perficiendo hæc, qui fecerit: *offerat agnam vel capram*, id est, innocentiam vitæ vt Apostolus

Ephes. 4. præcepit, *qui furabatur iam nō furetur*, i. qui prius nocuit iam innocenter viuat, vel, *capram*, offerat, i. strictum pœnitentiam agat, vt Christus verus sacerdos illi propitiatio fiat. *Si autem pecus offerre non poterit*, i. e. fortem pœnitentiæ castigationem in ieiunijs, in vigilijs & indumento cilicij &c. quæ ad hoc pertinent: *offerat duos turtures vel duos p. llos colū-*

D *barum*, i. sæculum relinquat, qui turtur solitagus est, & castitatem seclatur, & in monasterio vel heremo simpliciter viuere contendat, gemitum pro cantu habens sicut colūbæ vt peccata defleant & pro æternæ vitæ desiderio suspiret, q̃ est etiam, *vnum pro peccato & alterum in holocaustum offerre, dabit eos sacerdoti*, Christo videlicet suam deuotionem commendet: *Retorquebit caput eius ad pennulas, & rel.* quia penna subleuat auem, præcipit ita mentem ad contemplatione copulari ve curam carnis necessitati non omittat, vt supra diximus. *Asperget parietem altaris sanguine*, dum vitam suam Christi offert miserationi: *Reliquum sanguinem fundet ad basim altaris*, dum quicquid in vita sua gerit Euangelicæ subdit doctrinæ: *Rogabit pro eo sacerdos*, id est, Christus ipse homo, sacerdotis membrum, qui Domino offert hostiam laudis. *Quod si*, etiam sæculum, *non poterit*, relinquere nec ea,

E quæ diximus adimplere, *offerat similam decimam partem ephi*. Ephi tres habet modios & significat scientiam S. Trinitatis, offert de ea decimā partem dum in humanitatē Christi, q̃ sibi S. Trinitas adsociauit perfecte confidit. Denarius n. perfectionis est iudex: *Non mittet in eā oleum nec thuris aliquid*. qui enim tam infirmus est, vt perfecte pœnitere non norit spirituali lætitia fiducialiter vti non potest, nec in oratione sua confidere, quia nescit qualiter Domini misericordia erga illum pateścat, sicut Propheta dicit. *Quis*

scit si conuertatur & ignoscat Deus, &c. tradet sacerdoti similam, dum confidentiam ipsam Christo commēdat admonens *Ioel. 2.*

vt quod ipse discipulis suis iussit dicens, *quoties peccauerit in te frater tuus & dixerit*, pœnitet me, dimitte: & item Petro: *Mat 18*

non dico tibi septies, sed septuag. sies septies sua largitate perficiat, *Qui plenum pugillum ex eo cremabit*, dum suæ promissionis memor suam præstat pietatem. Nam quia pugillo litteræ formātur formitas promissionis per eum figuratur: *Reliquam partem ipse habebit in munere*, quia totum commendatur eius clementiæ: *Anima si præuaricans ceremonias per errorem in his quæ Domino sunt sanctificata peccauerit. & reliq.* id est,

F plurima de sanctificatis, quæ reliquo populo vsurpanda non erant sicut de vnguento & thymiamatis compositione fieri prohibetur & de quibusdam immolatis iubentur tantum mares de semine Aaron vesci, de alijs autem vterque sexus pro huiusmodi transgressionibus. Hæc secundum historiam ita iubentur. Nobis autem præcipitur vt quisquis in locis sanctis & omnib. rebus Domino consecratis maxime in Eucharistiæ tractatione tectum excedat. *Offerat pro del ctos. a arietem immaculatum de gregibus*, i. e. in redemptionem, quæ per humanitatem Christi facta est pœnitendo confidat. *Qui enim potest duob. siclis*, vel pro siclis vt LXX. transtulerunt. Binarius numerus duo significat præcepta charitatis, à quibus ad quinquagenarium, id est, ad gratiam sancti spiritus peruenimus. Frustra n. pœnitentia castigamur nisi cor per Spiritum S. præceptum charitatis seruetur vt ipse spiritus infundatur. *Quod minus damni intulerit*, h. e. quod peccauit pœnitentia soluat, *quintam partem ponet supra*: Sensus corporis sunt quinq, quicunque horum minister esset postea in laude domini & operis bo-

G ni obseruantia custodiatur, &c. vt supra. *Anima si peccauerit per ignorantiam, & rel.* Idipsum in superiorib. commemorauit & capram siue agnum offerre præcepit, nunc autem, *arietem*, docet, *immolare*, quia nihil est pœnitentia si extra spem remissionis & redemptionis agitur Christi. *Iuxta æstimationem peccati*, quia fructus dignos facit pœnitentiæ, qui quantum deliquit cum Domini misericordia emendare conatur. De cæteris sæpe dictum est.

Capvt VI.

ANima quæ peccauerit, & contempto Domino, & reliq. Contemnit Dominum, qui negligit emendare, vt non intelligit ab ipso posse manifestari, & vindicari. Quicunque a. tali doctrina deceptus Dño in aliquo contrarius extiterit & præceptis eius contraierit, vel si p̃ximum scienter læserit: *reddat quintā partem proximo*, i. Linguæ confessiones. Ad linguam n. gustus, qui est vnus de quinq; sensibus pertinet. Reddat de &c. *& omnia integra*, i. dignam pœnitentiæ com-

H pensationem: *& offerat arietem*, i. e. firmiter de Dñi misericordia confidat & se dignum præparet vt exaudiatur: *Qui rogabit pro eo*, quia protector est omnium sperantium in se, inficians, i. e. negans. Reliqua vt supra: *Hæc est lex holocausti cremabitur in altari tota nocte vsq; mane*, de eo holocausto videtur hic dicere, quo quotidie agnus vnus mane alter vespere erat offerendus. De cætero quid sit holocaustum spiritualiter supra diximus. *Tota nocte vsq; ad mane ignis quoq; in eodem altari est ardet*, quia charitas q̃ Christus, cōmendauit dicē-

do, *manete in dilectione mea sicut dilexi vos*, in cordib. fidelium *Ioan. 15.*

vsq; ad mane futuræ vitæ vbi lux perfectæ scientiæ effulgebit flagrare debebit, *vestitur sacerdos tunica*, sicut Dauid,

dicit *sacerdotes tui induantur iustitia. vestit. & feminalia lin.*, dū *Psalm. 101.*

continentiam pudicitiæ conseruat sicut Dominus ait: *sint lumbi vestri præcincti, & reliqua. Ponet cineres iuxta altare*. dum *Luc. 12.*

consummationem bonorum operum Domino commen *1. Tim. 1.*

dat, vt Paulus dicit: *Potens est depositum meum seruare, & reliq*

Aliter

A Aliter altare cordis ara intelligitur, quia charitas æterna seruanda est, & consummatio laborum recondenda 1. Corint. 1. Paulus dicit: *Gloriatio nostra, hæc est testimonium conscientiæ nostræ*, donec, *efferatur extra castra*, id est, donec post finem huius vitæ in loco mundissimo, quando Apostolo teste. 1. Corin. 4. *Dominus illuminabit abscondita tenebrarum, &c. Consumi faciat vsque ad fauillam*, id est, extra omni corruptione in regno constituat æterno: *Induitur sacerdos alijs vestibus*, dum quilibet fidelis proficit de virtute in virtutem: *expoliatur proprijs vestibus*, dum quæ retro sunt obliuiscens in priora extenditur, *Nutritur ignis in altari lignis mane subiectis*, dum Patrū exemplis & scripturarum sententijs in luce scientiæ ad ardorem charitatis fidelium corda prouocantur, *adeps*, est pinguedo charitatis, *simila oleo conspersa*, est perfecta scientia cū misericordiæ operib. de pleno pugillo & thure supra diximus: *Reliqua commedunt filij Aaron*, quia pauci maxima mysteria scientiæ diuinæ immolant, minores vero inferiora incarnationis Christi vel cæterorum mysteria percipiont. *Quæ in loco sancto comeduntur sine fermento*, id est, intra sanctam Ecclesiam absque Philosophicis & iudaicis superstitionibus: B *Mares tantum illa vtuntur*, id est, firmiores & mollitiæ cupiditatum minus consentientes ad sancta admittuntur: *Omnis qui tetigerit illa*, id est, qui fide pura & vera dilectione sanctis se dignum præbet, *sanctificabitur*, sanctitate & perceptione salutis: *Offeret Aaron cum filijs suis in die vnctionis sua decimam partem ephi similæ*, quia in sua incarnatione Christus quando humanitas vncta est oleo lætitiæ decimam partem ephi, quæ habet tres modios, id est, plenitudinem bonorum operum in scientia fidei sanctæ Trinitatis fidelibus seruandā constituit: *Medium eius mane & medium vespere*, mane quidem ante præsidem stetit damnandus ad mortem vespere vero consummata passione positus est in sepulchrum: *Quæ similæ oleo conspersa in sartagine frigetur & calida offeretur*, quia passio Christi propter nimiam charitatem qua dilexit Deus mundum in cruce peracta est: *Quod calida offertur in odorem suauissimum Domino*, id Hebr. 9. ostendit quod pro nostra passus dilectione, *nunc apparet vultui Dei pro nobis*, vt sit propitiatio nostra: *Sacerdos qui patri iure successerit*, Christus successit pontificio legali & Euangelica sacramenta legalium cultui victimarum: *Omne enim* C *sacerdotum sacrificium igne consumetur nec quisquam comedet ex eo*: Christus enim cum sit Deus & homo pro nostra salute natus & passus humanæ separationis discretione non debet separari, sed integre omnis dispensatio incarnationis eius Spiritus sancti est cognitioni commendanda & fide sincera tenenda: *in loco vbi offertur holocaustum immolabitur sacrificium pro peccato*, quia fructus bonæ pœnitentiæ ad rectum perfectionis sanctorum dicit: Petrus namque & Dauid, & cæteri sancti post lapsum pœnitentes crederunt in pristino recepti fastigio, & ideo, *sanctum sanctorum*, dicitur: *Sacerdos comedet illud in atrio tabernaculi*, Christus recepit pœnitentiam in Ecclesia: Nisi etenim ipse receperit & per remissionem quam contulit remittat non erit acceptabilis Deo: *Quicquid tetigerit eius carnes sanctificabitur*, Pœnitentiæ opera sunt ieiunia, vigiliæ, & plurima alia, quæ quisquis licet extra discretionem pœnitenti cessit, se cerit, certa mercede donabitur, sicut sancti sæpe se sic castigant, quasi maximis sint inuoluti peccatis: *Si de sanguine eius vestis fuerit aspersa, &c.* id est, è vita pœnitentis sub- D substātia eius corporis maculabitur per baptismum quod in Ecclesia suscepit debet spem habere electionis. Nisi enim prius recte fuerit baptizatus pœnitentia non erit emendatus. Per baptismum enim & præterita dimittuntur & de futuris præcedente pœnitentia indulgentia præparatur, *vas autem fictile in quo cocta est, confringetur*. Si post remissionem per pœnitentiam concessam fragilibus se operibus infixerit, iam Domini iudicio timeat se puniendum: *vas ergo æneum si fuerit & aqua lauatur*, id est, Si in soliditate virtutis & constantiæ persistit igne Spiritus sancti & compunctione lachrimarum mundabitur: *Omnis masculus*: vt supra. *Hostia enim, quæ cæditur pro peccato, &c.* Hic videtur dicere de vitulo quem supra pro peccato offerri iussit, de quo in suis locis dictum est: *Non comedetur sed igni comburetur*: Cum Christus pro peccatis nostris sit passus non debet dentibus minui vt videlicet pro suis mortuus dicatur peccatis, *quia peccatum non fecit, nec inuentus est* E 1. Pet. 1. *dolus in ore eius*, sed scientiæ sancti spiritus commendandum est illud misterium & fide plena laudabiliter exhibendum.

Capvt VII.

HÆc quoq; est lex hostiæ pro delicto. Delictum potest quod in diuinis rebus delinquitur nuncupari, peccatum vero contra homines. Delicti autem remedium perfectioni ex integro deuotorum per veram pœnitentiam acquiritur: *fundetur sanguis eius per girum altaris*, vt vita eius ad imitationem Christi perfectius inclinetur. De cauda & intestinis supra dictum est, similiter de masculo. *Ad sacerdotem, qui eam obtulerit pertinebit*. Ad Christum, qui se obtulit pro nobis pertinet actio nostra vt per eum nos veniam imploraturos speramus: *Sacerdos, qui offert holocausti victimam habebit pellem eius*. Pellis exteriorem substantiam significat, quæ Christo, id est, membris eius in eleemosyna largienda est vt sic perficiatur pœnitentia. Dominus namq; dicit *quam diu fecistis vni de minimis meis mihi fecistis*: *Et omne sacrifi-* Matth. 25. F *cium similæ quod coquitur in clibano, &c.* id est, omnis ratio de incorporatione vel passione vel morte Christi ipsi commendetur, nec de his temere sentiatur: *siue oleo conspersa siue arida*, i. e. si eius sit scientiæ, qui placiditate eloquentię redundet vel cui eleemosynam faciendi suppetit facultas siue in infirmiore sit scientia, qui tarditate verborum torpeat vel substantiæ subsidio careat largiendæ: *æqua tamen mensura diuidetur per singulos* quia in æqualitate & vnitate fidei debent omnes æquari, vt Paulus vnum omnes sapere & id ipsum dicere hortatur: *pro gratiarum actione*, donum Philip. 2. qui immensitate peccatorum nō cogitur pœniteri, sed ꝓ collata sibi diuina misericordia gratias agit: *Offeret panes conspersos oleo*, id est, doctrinam sequitur patrum noui testamenti: Offert *& lagana azyma oleo lita*, id est, intellectum Patrum veteris instrumenti. Maius est a. conspergi quā vngi oleo, quia veritatem isti prædicant eorum, quæ illi ventura somniabunt. *Collyridas*, offert, id est, doctrinam orthodoxorum quorum labore libros canonicos intelligimus. Hæc omnia *sine fermento*, id est, sine alienę amaritudine doctrinæ: *Offert panes fermentatos*, id est, fidei firmita- G tem. Nam & fermentum fidē significat vt Dn̄s de muliere farinam fermentante dicit, *vnum in primitijs*, offertur dum in vnitate fidei omne opus bonum inchoatur: *Et erit sacerdotis, qui fundet hostiæ sanguinem*. quia ei fides exhibenda est per quem oblatio seruitutis nostræ Patri est præsentanda: *Cuius carnes eadem die comedentur*, quia in hac vita omnem fidei perfectionem passionis Christi seruare debemus & in nobis ipsis hostiam Deo placentem exhibere: *Post mane*, Prouerb. 22. enim vitæ futuræ, vt Salomon dicit, *non est sapientia nec consilium nec ratio qua operemur*.

Si voto vel sponte quisq; obtulerit hostiam, &c. id est, siue, qui ex voto vt monachi & clerici sæculique renunciatores, siue qui subito pertractans bonum opus inchoauerit, *ipsa die*, id est, in præsenti, *& cras*, hoc est, temporibus vitæ suæ post concessis ipsum opus perficiat: *Quicquid enim tertius dies inuenerit igni consumet*, nihil hic imperfectum relinquat, *ibi*, id est, in vita futura perficiendum, quia *vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit, si cuius opus arserit detri-* 1. Corint. 3. *mentum patietur*, & sequentia: *Si quis carnes victimæ die tertia comederit, & cætera*. Si quis æstimat se in die futuræ vi- H tæ posse perficere, quod hic imperfectum relinquit, non placet Domino opus eius ideo damnationi obnoxius est: *Caro quæ aliquid tetigerit immundum, &c.* id est, opus quod vitijs inquinatur non reputetur ad profectum neque in exemplum sumatur vindictæ eius, quasi igni seruatur: *Qui fuerit mundus vescetur ea, &c.* Non est dicendum, quod ad priorem versum respiciat vt mundus immundis vesci iubeatur, sed ad sequentem versum vt mundus ea hostia vescatur à cui⁹ carne anima immunda ꝓhibetur: Indigne corpus Christi & sanguinem sumere prohibemur, vt in Apostolo pleniter docetur, quæ mundis tractanda iubentur. Aliter immunda anima sacrificium Domini commedit dum quilibet non ex bona voluntate opus Dei foris simulat, vt qui seminat vel sua largitur propter arrogantiā

A & plurima talia: *Et qui tetigerit immunditiam hominis, & rel.* immunditiam hominis vel fluxum hominis vel cætera, quæ ei secundum legem ad immunditiam reputantur. Vetat autem vitijs non communicandum siue hominis, id est, ingeniosi in malo siue iumenti, id est, hebetis & publice delinquentis: *Adipem ouis & bouis & capræ, & rel.* id est, desiderium ad Deum simplicis & fortiter operantis & pœnitentis. non alio vertas quam sicut ille bene proposuit: *Adipem cadaueris morticini, & rel.* id est, voluntatem per se peccatis

1. Tim. 5. mortui, vt Apostolus, *vidua in delicijs viuens mortua est*, siue eius: qui a diabolo deceptus est ad imitationem tuam conuertas: *sanguinem omnis animalis non sumetis in cibo, &c.* id est, vitæ nullius inuideas: Apostolus enim dicit, *videte ne si inuicem mordetis ab inuicem consumamini* siue sit spiritualis

Galat. 5. homo siue simplex & carnalis: *Qui offert victimam pacificorum, &c.* Qui gratiarum actionem domino soluit libamen charitatis adiungat, sine qua nihil placet Deo, *Pectusculum,* significat fidem & constantiam, *armus*, bonum operationem, quæ proprie ad Deum seruare debemus: Hoc est, quod ait: *cedetur in partem Aaron, Qui obtulerit sanguinem & adipem,*

B *& rel.* de vno dicitur, & ideo ad vnum pertinet Christum fides & bonum opus, *pectusculum*, oblationis dicitur, quia eleuat nos fides, quasi diceret hic est, *vnctio sacerdotij Aaron ad quod vnctus est*, vt quæ iam dicta sunt ad illum pertineat, *In monte Sinai*, Sinai interpretatur rubus vel temptatio, significat istud tempus in quo temptationibus & stimulis peccatorum terimur & indigemus Dei mandatis, quæ & accipimus de consecratione Aaron in Exodo diximus, *Moyses*, significat vel legem, quæ Christi incarnationem prædixit vel diuinitatem Christi, quæ eius humanitatem ad

Psalm. 44. tantam gloriam prouexit sicut dicitur, *vnxit te Deus, Deus tuus oleo, &c. filij Aaron,* Apostoli sunt Christi, eorumque sequaces.

Capvt VIII.

Congregabis omnem cœtum, & rel. Per passionem Christi congregatur Ecclesia ad doctrinam Euangelicam de *vestimentis sacerdotum*, siue ad Christum refertas, siue ad quemlibet sanctum, tam supra dictum est, *Unxitque tabernaculum, oleo aspergitur altare, cum basi & labrum*, quia omne instrumentum Ecclesiæ & Baptismo & gratia sancti Spiritus

C confirmatur. Septena aspersio eius septiformem gratiam ostendit, *vitulus oblatus*, Christum significat, *super cuius caput manum posuimus*, dum de eius diuinitate prædicamus. *Fundamentum altaris*, doctrina est Euangelica, iuxta quam passio Christi acta, cætera vt supra, *Arietes*, etiam typum Christi tenent. Qui duo dicuntur, quia duo sacramenta corporis sui commendant. *Tangitur extremum auriculæ*, propter obedientiam, quia & ipse. *Christus factus est obediens patri vsque ad mortem.* Cætera omnia, quæ in his comprehensa

Phil. 2. sunt secundum sensum quem superius spiritum de sacrificijs posuimus, siue de Christo, siue de eius membris accipi debent, vt tamen omni causæ quod non conueniat adiungatur: *Tollens de canistro azymorum, & rel.* Panes varij in canistro sapientiæ, est varietas in sancta scriptura. Sicut enim illud de virgultis sic hæc de sanctis sententijs compaginata fidelib. verbum vitæ ministrat. Nam & de Christo secundum humanitatem dicitur. *Puer Iesus proficiebat*

Luc. 2. *sapientia & ætate & gratia* . de panum significatione in superioribus digestionis. Quæ, *in altare* id est, in memoria passionis Christi Deo accepta redduntur. *Pectusculum de ariete*

D *in partem est Aaron*, quia rectam fidem de se Christus sibi exhiberi quærit: *Assumensque vnguentum & sanguinem, & rel. Aaron cum vestibus & filijs*, id est, Christus in sanctis membris videlicet suis gratia & infusione Spiritus sancti & in sua redemptione decoratur. Nam & in ipsum Spiritus sanctus legitur descendisse, de *vestimento*, vero eius dicitur omnibus his velut ornamento vestieris videlicet congregatione Ecclesiæ, de *filijs, ita dedit eis potestatem filios Dei fieri,*

Ioan. 1. *Coquite carnes ante fores tabernaculi. & rel.* Igne sancti Spiritus iuxta doctrinam Apostolicam sacramenta incarnationis & passionis Christi fidelibus ad vitæ sustentaculum ministrantur, de canistro & panibus sæpe iam dictum est: *Aaron & filij eius commedent eas.* Aaron, id est, Christus commedere dicitur, quia nobis sua sacramenta perfecti hilis facit: *Quicquid autem reliquum fuerit, & rel.* Quicquid est in nobis superius sit Spiritui sancto, qui est conscius secretorum relinquamus: *De ostio quoque tabernaculi non exibitis, &*

Actor. 1. *rel.* siue omni tempore vitæ præcipit in Ecclesia Domino seruiendum, siue illud significat, quod discipulis post passionem iussit suum, *vos autem*, inquit eos, *sedete in ciuitate donec induamini ex alto. &c.* Nam de resurrectione Domini septem hebdomades sunt. hoc est, septies septem dies & efficiunt dies XLVIII. ad quem numerum quinquagesimum addes diem, qui reuoluto septies circulo diei resurrectionis occurrit quem in sequentibus octauum nominat, quia prioribus per septenarium absumptus ipse est, septimus, & tandem primus & octauus: *Die ac nocte manebitis, & rel.* id est, in prosperis & asperis in Ecclesia obseruantes custodias ... reliqua. intendentes eius mandatis & vita æterna digni efficiamini.

Capvt IX.

Facto octauo die, & rel. In die enim Pentecostes credendi sunt Apostoli mysteria corporis Christi celebrasse, hoc est, *vitulum*, immolasse. *... holocaustum*, ad ipsum pertinet, quia dux gregis & tota passio eius Dei dispensatione acta est. *Filij ipsi a quibus imponatur*, fideles sunt, qui cum Apostolis fuerunt. Nam CXX ibi fuisse dicuntur, *Obtulerunt hircum*, vel Christi passionis gloriam prædicantes, qui *propiciator*, nostris oblatus est, vel quia Petrus eadem die prædicauit pœnitentiam, *Agnum innocentem*, viuentes obtulerunt, *bouem*, id est, fortia opera fortiter pro Christo certantes, *arietem*, vt supra, *... singulorum, & rel.* in singulis sapientiam diuinam exhibuerunt sicut dicitur, *cœperunt loqui varijs linguis prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis, Hodie enim apparebit Dominus vobis*, sicut scriptum est, *factus est repente de cœlo sonus. &c.* Et post pauca: *apparuerunt illis dispertitæ linguæ, &c.* quæ sequuntur: Spiritus sanctus enim Deus & Dominus est; *Dixitque Moyses ad Aaron accede ad altare, & rel. ac deinceps & deprecare pro te*, Christus pro se orare & offerre dicitur, quod facit pro corpore suo vel etiam pro se secundum humanitatem orauit: *Pater*, inquiens, *in manus tuas, commendo spiritum meum*, & multa similia, *pro populo*, autem fideli orat, quia eorum vota patri offert, & est propitiatio pro peccatis eorum, *vitulum obtulit*, si ad Christum refertis obtulit se pro nobis, si ad aliquod summi pontificis membrum tunc vitulus significat fortia opera, quæ per Christum offerimus. Quæ sequuntur de vitulo supra dicta sunt, similiter & de holocausto: *Addens in sacrificio libamenta*, id est, sapientiæ spiritualis in omnibus instrumenta: *absque ceremonijs holocausti matutini*, id est, Agni quem quotidie mane offerendum præcepit. *Obtulerunt filij Aaron sanguinem*, qui sicut Apostolus præcepit quotiescunque faciunt fideles in eius faciunt commemorationem: *... cum ... posuerunt, ...* quia omne desiderium & perseuerentiam per fidem & in fide ... debemus: *Extendens manus, & rel.* Extensio manuum intentam orationem significat, vt Dauid dicit, *... manuum mearum, &c.* *Sicque completis hostijs descendit*, descensio significat quod doctor aliquando orare, aliquando ad docendum alijs debet condescendere, vt Paulus dicit, *siue excedimus Deo siue sobrij sumus vobis.* Vel extendit manus dum se in secreto orationibus exercet, descendit autem dum iterum ad sua tacta discutienda reuertitur: *Ingressi autem Moyses & Aaron, r. q. egressi benedixerunt populum*, coram Domini oculis quasi in egressu in secreto oratio fundenda est, vt inde quasi in egressu benedictio suscipiatur. Paulus enim dicit, *Benedictus Deus, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo.* Primo enim dicit, id est, laudat Deum & postmodum datam narrat benedictionem: *Apparuitque gloria Domini*, i. in die Penthecostes aduentus Spiritus S. *Et egressus ignis a Domino, & rel.* Spiritus S. à Deo veniens vota & desideria sanctorum Domino consecrauit: *Quod cum vidissent turbæ laudauerunt dominum ruentes in facies suas* cum vidissent Iudæi gratiam in Apostolis & verba Petri audissent vt Lucas refert compuncti corde baptizati sunt & appositæ sunt animæ circiter quatuor milia. Quod dicitur ruentes in facies suas signat eorum humilitatem ac pœnitentium pronam.

Right margin: E; Actor. 1.; F; Act. 2.; Matt. 27.; G; Psalm. 140.; 1. Corint. 5.; H; Ephes. 1.; Act. 2.

A

CAPVT X.

N*Adab & Abiu ignem alienum offerentes igne diuino damnantur*, Sic in Ecclesia ignem erroris vel cupiditatis incendentes diuina vltione condemnatus sicut Hæretici & hic anathematizantur & in futuro ignibus reseruantur. *Sanctificabor in ijs, & reliqua.* Hoc est, sanctus appareo dum non recte appropinquantes iusta damnatione deijcio, *vocatis autem Moyses Misahel, & reliqua.* Misael attrectatio Dei, Elsapham Dei speculum interpretatur, Aaron hoc loco typum legis gestat, *ozihel*, Euangelij, qui erat *patruus Aaron*, quia affinitate quadam & lex tendit ad Euangelium & ad legem Euangelium cuius filij .i. e. noui testamenti sectatores, qui attractant Deum, .i. bonis operib. quærunt, & eius maiestatem pura mente speculantur hæreticos in suis peccatis tacentes ab vnitate propellunt Ecclesiæ, *cum tunica linea*, quia deceptores speciem induunt pietatis quo facilius laqueos tendāt. *Capita vestra nolite nudare & rel.* Christū videl. non diuidatis, qui est caput Ecclesiæ,

B

pilium, quod de capite vetat auferre humanitas Christi est in qua latebat diuinitas: in duabus enim naturis vnum confitemur Christum, *& vestimenta nolite scindere* .i. Ecclesiæ vnitatem, *& super omnem cœtum, & rel.* Sæpe pro peccatis prælatorum in subiectos ita prouocatur: *Fratres vestri plangant incendium & rel.* Compassio habenda est propter æqualitatem naturæ, non tamen propter eam, q̄ maius est violandum, *vinum & omne q̄ inebriare potest, & rel.* Illi tempore ministerij à poculis prohibentur, nobis nunquam subripiat ebrietas, quia assidue in sancta conuersatione persistere debemus, *vt habeatis scientiam, & rel.* i. nolite grauari crapula, *vt discernendi inter iustū & iniustū, fictū & verum habeatis cum iusto iudicio scientiā.* Apost. namq; monet, *nolite inebriari vino*,

Ephes. 5.

& c. in quo intelligitur necessitatem corporis non abdicare, qui Timotheo dicit, *modico vino vtere, & c.* sed ebrietatē,

1. Tim. 5.

quæ hominem mortuo vel amenti similem facit, quia *vinum apostatare facit etiam sapientes*: *Quæ locutus est ad eos per manum Moysi*

Eccles. 19.

Dominus n. dictauit & præcepit, Moyses scribendo transfudit, sic & hactenus sanctique illius spiritu reuelante cognouerint foris scribendo ad multorum vtilitatem promulgent: *Tradent filijs Aaron*, i. doctoribus, *vt*

C

assumant sacrificium, quæ remanserunt de sacrificio, nimirum sancta Ecclesia iuxta altare, in memoria passionis Christi, &c. vt supra, *Filij & filiæ*, i. firmi & infirmi ead. sanctificatione saluent, *hircus, q̄ oblatus est pro peccato exustus inuentus*, dū peccator, dū vere pœnitens in peccatorum suorum peste finitur, de quorum interitu dum Dominus doctores increpat ipsi dicunt manifeste coram nobis in peccatis ceciderunt, idcirco pœnitentiam eorum suscipere non potuimus. Quia, *sanguis non est illatus in sancta*, id est, vita eorum ad Dominum non inclinabatur, *sicq; Dominus cœpit sanctificationem*, non quod lætetur in perditione malorum, sed quod digna suis factis recipiunt.

CAPVT XI.

O*Mne quod habet diuisam vngulam & ruminat in pecoribus comedetis.* Quærendum cur aliquod immundum de-

Genes. 1.

cernant cum in Genesi dicatur, *erant cuncta valde bona*, & ad

Gen. 9.

Noe Dñs post cataclismum dicit, *erunt omnia vobis in cibum quasi olera virentia*: Non enim propter immunditiam crea-

D

turæ quædam prohibuit, sed ob doctrinam quam in his figuris nobis reseruauit. *Omne enim, quod vngulam findit*, id est, cum discretione scripturam sanctam intelligit, vt sciat mysticum separare sensum à littera, sicut Ieremias dici-

Ierem. 15.

tur, *si separaueris preciosum à vili quasi os meum eris, & quæ ruminat*; id est, qui assidue meditatus in lege Domini huius vtendum est exemplis, *qui autem ruminat & vngulam non diuidit*, id est, qui fecit Domini voluntatem & bene non discernit reijciendus est, *similiter, qui vngulam findit & non ruminat*, Nam, *camelus*, eos significat, qui scientes Domini legem oneribus sæculi se subdunt & discretionem non sequuntur, contrarij Apostolo dicenti. *Nemo militans Deo*

2. Tim. 2.

implicet se negotijs secularibus, *Choerogryllius*, animal spinosum maior quam Ericius tardum quidem, sed rapax & bestiale & eos designat, qui quamuis modicam habeant capacitatem totum quod intelligunt in malum vertunt,

E

lepus, est animal velox, & timidum signat promptos ad malum, ad bonum autem difficiles sicut Iudæi ad Christum occidendum parati ad recipiscendum erant meticulosi dum dicebant, *si dimittimus eum sic venient Romani*,

Ioan. 11.

&c. *Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor*. *Sus non ruminans, sed vngulam diuidens*, eorum typum tenet, qui legem

Psalm. 52.

Domini non scrutantes vitam ducunt immundam, *horum carnibus non vescemini, & reliqua.* ac si proclamet talium simulatas virtutes non imitamini & operibus morti obnoxijs non communicetis. *Omne quod habet pennulas & squamas commedetis*, qui cum renati in Baptismo cælestem sectantur conuersationem & tantum leuioribus peccatis propter fragilitatem carnis inuoluuntur eorum exempla sequamini, qui his non vtuntur, sed grauioribus subiecti sunt peccatis & superna appetere nesciunt reijciantur. *Hæc sunt, q̄ de auibus commedere non debetis.* Non ita de auibus vitandis quandam discretionem proposuit, sicut de superioribus, sed nominatim expressit, quia multi cælestem

F

metiuntur conuersationem, & ideo in varijs cognoscuntur speciebus, *Gryphes* animal est pennatum & quadrupes: Hoc genus ferarū in hyperboreis nascitur montib. cuius parte corporis leones sunt, alis & facie aquilis similes, equis vehementer infesti: Nam & homines visos discerpunt, *haliætus*, similis aquilæ maior auis tamen minor vultute.

Aquila autem & grypes & haliætus, id est, quamuis volent tamen rapacitati deseruiunt, sic quidam simulantes se in contemplatione viuere lucrum appetunt iniquitatis, *Vultur*, strage occisorum delectatur, & eos designat, qui discordias seminant & contentionibus deseruiunt, *miluus*, circa domus prædam agit, eorum typum tenens, *qui circumeunt domo*, *& captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis.*

2. Timot. 3.

Coruus in genere suo, nigredinē infidelium in peccatis designat, *Strutio* pennas habens non volat & eos designat, qui specietenus bonam simulant actionem & tamen terrenis inhærent desiderijs. *Noctua*, quæ in tenebris clare videre potest, non autem orto sole, sicut hi qui manifeste peccant & Euangelij lumen accipere nesciunt, *larus*,

G

& in aquis & extra aquam conuersatur eos designans, qui Baptisma & circumcisionem æque accipiunt. *Accipiter iuxta genus suum*, cuius genera Plinius X V I. dicit, qui mansuefieri solet, sed rapinis gaudet, & illis assimilatur, *qui*, sicut Dominus dicit, *veniunt in vestimentis ouium,*

Matth. 7.

intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Bubo, vt Plinius dicit in vrbibus aut omnino in luce visus dirum ostensum est, qui quando pastum quærit, eum innuit, qui in tenebris peccatorum versatur & pascitur, *mergulus*, nigra auis mergit se sub aquas pisces quærere, dubsulal vel alactra vel tu afri, eos designat, qui in Baptismo renati sunt, sed infima desideria appetunt mundi, *Ibis*, auis in Africa longum rostrum habens, *lesque ibes*, est animal serpentibus inimicum: fugiunt enim eis aduenientibus & se celere voluerunt velut flatu ceruorum abreptæ deuorantur: *ibes*, autem valde sunt mansuetæ in genere tamen serpentino feroces.

H

Plinius, inuocant & Ægyptij, ibes suas contra serpentium aduentum & elisit nusagorem Deum muscarum multitudine pestilentiam afferente, quæ protinus interemit qualitatum est ei DEO, *Cygnus & onocrotalus*, quæ sonitum facit in aqua, sunt ij, qui in quiete vitam ducere nesciunt, licet sint in Baptismo mundati Plinius vero ita olorum similitudinem onocrotali habent nec distare æstimarentur omnino nisi faucibus ipsius inesse alterius vteri genus. Hæc omnia inexplebile animal coegerit mira vt sit capacitas mox perfecta rapina sensim in os reddita in verām alium ruminantis modo defert. Gallia hos septentrionalis proxima in oceano mittit, *porphyrio*, secundum Plinium solo morsu bibit, id est, proprio genere omnem cibum aqua subinde linguens, deinde pede ad rostrum veluti manu offerens, *herodio falco*, de illo sicut de ancipitre dicitur, *Caradrion*, quidam dicunt leracha, *vpupa*, siue opopa, quæ edificat in stercori-

A bus gemitumque in cantu simulat eorum speciem tenens qui terrenis inhærentes tristitia sæculi pereunt: *vespertilio*, pennas habet, sed & in tenebris volat plerunque terra graditur sicut hi, quorum scientia obfuscatur tenebris peccatorum, quorumque spes in infimis iacet. *Omne de volucribus, quod graditur super quatuor pedes, & rel.* Eos dicit, qui quatuor Euangeliorum doctrina non recte viuunt vel eos, qui corporis voluptatibus innituntur, quod ex quatuor elementis constat: *Bruchus*, similis locustæ, aliter bruchus & locusta & eruca vnum est: *attacus atque ophiomachus*: contrarius serpentib. Ophis enim dicitur serpens, *machus*, autem pugnans q. cum serpente pugnans sicut hi, qui contra diaboli insidias certant, quod locusta, bruchus & attacus saltu dicūtur, hoc designat, quia operib. iustitiæ solidati spineta vitiorum transcurrunt, & herba diuinæ scripturæ pascuntur. Talium exemplis cōmunicare debemus superiorum vero quisquis vitus: *attaminatur immundus est vsque ad vesperā*, i. noxius vsq; ad perfectam pœnitentiam: *Et si necesse fuerit vt portet quippiam eorū, & rel.* i. si contigerit aliquem

B talib. subiacere immundiijs: *lauabit vestimēta*, motum suorum lacrymis pœnitentiæ, & reus tenetur donec quiescat feruor malæ voluntatis, *quod ambulat super manus, & rel.* qui operationem in sordibus polluit vitiorum, *mustela*, q. mus longa malitiosum animal est fraudolentos & dolosos designans mus, ob edacitatem semper laborat eos denotans,

Phil. 3. qui ingluuiem ventris sequuntur, *& quorum Deus venter est.* *Corcodrillus*, vt dicit Plinius habet nilus quadrupes malum & terra patit, ac flumine infestum, vnum hoc animal terrestre linguæ vsu caret, vnum superiori mobili maxilla imprimit morsum, alias terribili pectinantium stipante sedē tium seno magnitudine excedit plerūq; duodeuiginti cubitos, parit oua quanta anseres vnguib. armatus est contra cūctos ictus cute inuicta dies in terra agit, noctes in aqua, eorum gerit figuram, qui ex omni parte seruitia vestiuntur quorum duritiam diuini verbi iaculum non penetrat, &c. q forma huius bestiæ demonstrat, *Cameleon*, non habet vnum colorem, sed diuersa est varietate conspersus vt pardus. Dictus autem q huius cameleontis corpusculum ad colores, quos videt, facillima conuersione variatur, q aliorum animalium non est ita ad conuersionem facilis cor-

C pulentia: Significat a. instabiles, qui in omnium viciorum deuia raptantur, *migale*, quidam dicunt haramo, i. bestia venenata, i. genus lacertæ vel mol, vt alij volunt. Quæ vtraq; i. migale & stelho, quāuis sint infirma tamen sunt maliciosa. Signant eos qui ipsum q possunt in malum vertūt & ventri deseruiunt. Nam migale dicitur q. mus gulosus, *Lacerta*, & ipsa agilis & malitiosa, *Talpa*, q dicitur nasci ex pluuia & luto cæca vt fodiat terram, eum denotans, qui secundum voluptatem carnis mente cæcatus terrenis inhæret. *Super quod ceciderit quippiam de morticinis eorū polluetur, & rel.* distantia est inter eum, qui tangit, & eum super quem cadit. Tangit eum, qui per se polluitur, super eum cadit, qui casu aliquo decipitur, vt Dauid deambulans in solario su-

2. Reg. 11. bito mulieris captus est pulchritudine: *Vas ligneum*, lignat leuitatem, *vestimentū*, habitum morum, *pellis*, mortificationem carnis, *cilicium*, pœnitudinem, si horum quicq̄ in homine alterius vitium contaminauerit, emundatus aqua cōpunctionis vsq; ad perfectionem pœnitentiæ. *Vas autem fictile,*

D *& rel.* Vas fictile ad se humores trahit. Dicit a. si quis vitijs alienis cōmunicans in augmentatione eorum perstiterit per excōmunicationem fortiter corripiatur vt dicit Apo-

1. Corint. 5. stol. tradiţum huiusmodi hominē in interitum carnis, &c. *Omnis cibus quem comederitis si fusa fuerit super eū aqua*, i. ea in qua lauantur hæc vasa, q̄ polluta supra dixit: *Et omne liquens quod bibitur de vniuerso vase, & rel.* eorum videl. q̄ immunda iam dixit antequam mundentur. Cibus & potus doctrina spiritualis vel bonæ operationis intelliguntur, q. immunditiam supradictorum admiserint nō erunt acceptu suo digna: *Siue clibani, siue cytropodes, & rel.* Cytropodes vasa sunt fictilia pedes habentia. Clibani a. & cytropodes in quib panes & cibi temperantur magistri sunt, qui alijs pastum vitæ debent parare, si illi exemplis malorum maculentur magisterio priuentur: *Fontes vero & cisternæ, & rel.* i. e. licet multi deuiauerint diuina scientia, tamen & fides Catholica eiusq; doctrina manet inexpugnabilis. *Si ceciderit super sementem,*

E *& c.* i. e. Si cathecuminum, qui est in baptismo cōsepeliendus Christo vt viuificetur eiusdem modi mala exempla attigerit mundabitur in baptismo: *Sin autem quispiā sementem aqua perfuderit, & rel.* i. postquam baptizatus fuerit si se iam dictis inuoluerit, reus erit: *si mortuum fuerit animal quod licet comedere vobis, & rel.* Si quilibet iustus cuius exempla sequitur tectum videtur per se ipsus mortem animæ incurrerit, qui communicauerit vitæ eius vel sequutus fuerit exempla eius purget se fonte lachrymarum vsque ad perfectam pœnitentiam. *Omne quod reptat super terram, & rel.* i. e. quicunq; desiderijs caducis innititur: *Quicquid super pectus quadrupes graditur, & rel.* qui tota confidentia in terrenis confidit quatuor Euangeliorum dictis & plurimorum aliorum testimonijs librorum suam nititur cōfirmare per

F tinaciam hoc quod Dominus pro misericordia fecit sibi in desideriorum voluptatem vindicans si inuitatus ad conuiuia peccatorum assensit & cætera similia: *Sancti estote quoniam ego sanctus sum, & rel.* vt iusto iusti, sancto sancti, bono boni, famuli famulentur.

Capvt XII.

Mulier si suscepto semine pepererit masculum, *& rel.* In hoc capitulo primæ præuaricationis facit commemorationem vt quia homo in iniquitatib. concipitur & in peccatis generatur sciat quomodo à veteri maledictione mundandus sit: Porro natus homo sub tali conditione immundam habet matrem: *VII. dieb.* i. e. toto tempore huius vitæ sub ingenita fragilitate se nouerit obligatum. *Iuxta diem separationis menstruæ*, i. quæ sanguine fluit siue post partum, siue in partu: *q septem dieb. immunda est, die octauo circumcidetur infantulus*, quia iusti in die resurrectionis omni mortalitatis labe deposita à primæuæ damnationis vinculis absoluentur: *Ipsa vero XXXIII. dieb. manebit in sanguine, & rel.* XXXIII. transcursus, i. perfectionem bonorum operum in Trinitatis fide consumata ad templum, i. e. ad cælestis Iherusalem habitationem cum gratiarum actione properamus, quia donec originalis peccati feditate absoluamur: *ad sanctuarium non ingredietur*. Quod a. VII. & XXXIII. XL. efficiunt; ideo fit vt quātis dieb. homo formatur in vtero tātis purgatio peragatur. Dicitur n. conceptio humana sic procedere & perfici, vt primis VII. dieb. quasi lactis habeat si-

G militudinem, sequentib. IX. dieb. conuertatur in sanguinem, deinde XII. diebus solidetur, reliquis XVIII. diebus formatur vsque ad perfecta lineamenta membrorum & hinc iam reliquo tempore vsq; ad tempus partus magnitudine augeatur. Septem a. & 9. & 12. & 18 in vnum coacti faciunt 46. Concludo ergo minorem numerum in maiori & videbis præceptum esse tantis pœnæ dieb. hominē mundari, quantis formatur in vtero. Licet hic quadragenarius ad maiorem tendat intellectum. Deus n. hominem formauit ad imaginem suam, qui hac conditione formari dicitur in vtero ipse filium suum hac lege nascendi opere Spiritus S. destinauit in vterum virginis, *in quo habitat om-* Coloss. 2.
nis plenitudo diuinitatis corporaliter, q est imago Dei inuisibilis. Qui pacta dispēsatione incarnationis, post passionis victoriā XL. die cælos ascendit & ad dextrā Dei victor consedit, vt nos pro quorum liberatione nascendo vt homo aduenit quorum naturæ consortium accipere non renuit. Post

H tēpora huius vitæ quib. quadragenarius cōuenit & ad immortalitatem cum Dei auxilio victoria contra diabolum peracta in regnum cæleste subleuemur & inter oues cū Christo regnaturus à dextris numerari mereamur: *Sin a. fæmina peperit immunda erit duab hebdomadibus, & rel.* Quia fæmina primum se ipsa & virum decepta decepit, ideo maiori subiacet maledictioni, viro n. dictum est, *maledicta terra in opere tuo, &c.* & iterum cum eam *operatus fueris, &c.* & *in sudore* Gen. 3.
vultus tui vesceris, &c. Mulieri autem, *in dolore paries filios & sub viri potestate eris.* Illi labor forinsecus, isti prædicitur intrinsecus. Dicunt etiam fluxum sanguinis pro masculo 7. esse dierum, pro fæmina vero dierum 14. & quanto est sexu infirmior tanto sit natu inquinatior. Porro 14. & 66. LXXX. faciunt in quo numerus superior duplicatur, quia mulier serpentis persuasioni consensit & virum persuasioni suæ consentire coegit, vir autem soli consensit mulieri. Potest etiam ipse octogenarius numerus ad resurrectio-

A nis deflectit significationem: dicendum quoq; φ quanto infirmior est homo, tanto maiore indiget emendatione: *Deferet agnũ & pullum columbæ siue turturẽ*, i. vitę innocentiam & simplicitatem ac castitatẽ Deo offerat, qui mundatus à peccatis: *inducet eclis in sanctuariũ Sacerdos*, Christus est vt sæpe dictum est: *Quod si non inuenerit manus eius, & rel.* sicut in omnib. prudentia Dei pietatis consulit humano generi ita & hic pauperum releuauit inopiam: *Qui n. nõ potest agnum*, i. innocentiam integram ducere: *sumat duos turtures vel pullos columbæ* i. compunctionem & castimoniam, quia isti aliter gemitum pro cantu habent duo dicuntur, quia duo sunt genera compunctionis, aliquando mens compungitur propter metum gehennæ quod est *vnum offerre pro peccato*, aliquando propter desiderium regni cælestis, h.e. Dei visionis, quod est *alium in holocaustum immolare*.

CAPVT XIII.

LOcutus est Dominus ad Moysen & Aaron, & reliq. Cur ad vtrunq; loquitur cum in Exodo per Moysen ad Aaron se loquuturum promiserit: Sed quia duobus modis Deus loquitur ad homines, i. per internam inspirationem & per
B Euangelicum vel etiam aliorum hominum ministerium, ad Moysen secrete loquebatur Dominus & ad Aaron per Moysen: *homo in cuius carne & cute*, & rel. Iudæus videl. qui præceptum Domini fuerit præuaricatus vel Christianus quilibet in cuius carne & cute à vita & operib. apparuerit iniquitas & peccatum notabile, *siue pustula*, maius & minus delictum, *aut q. lucens quippiam*, i. manifesta peccata, de quib. Apost. *quorundam*, inquit, *hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium: adducetur ad Aaron sacerdotem*, i. doctorib.
1. Tim. 5. spiritualib. ad examinandum publicetur: *Qui cum viderit lepram in cute & pilos in album colorem mutatos, & rel.* i. peccatum in morib. & cogitationes de rectitudine status sui mutatas ipsamq; actionem ante actæ vitæ turpiorẽ & *humiliorẽ*, i. priorem, *& ad arbitrium eius separabitur*, i. si dignus fuerit excomunicabitur: *sin a. lucens candor erit in cute, & rel.* si manifestatur quidem peccatum, sed tñ non à statu prioris vitæ ille, qui peccat dilapsus est, nec cogitationes ad persistendum in peccato vel desperandum conuertit, *recludet eum 7. dieb.* i. per pœnitentiam & Spiritus S gratiam, qui in septenario numero describitur, illi remissionem promittat
C peccatorum Ideo vero pili cuius sint coloris inspici iubẽtur: quia diligenti examinatione inuestigare conuenit vtrum peccatũ ex diuturna malitiæ præmeditatione processerit an casu secundum fragilitatem humanæ naturæ contigerit: *Si vero lepra vltra nõ creuerit*, i. si in cõsuetudine peccati homo non perdurauerit: *nec terminos transierit*, i. alios mores suos non violauerit: *rursum includet eũ VII. dieb. alijs*, propter diligentem examinationem bis eum includi pręcepit tamen ei semper per Spiritum S. remissio promittatur. *Si obscurior facta sit lepra & rel.* si per pœnitentiam deletum fuerit peccatum: *mundabit eum*, i. mundum iudicabit: *Lauabitq; homo vestimenta*, i. e. lachrymis compunctionis conscientia mundabitur: *Quod si postea qũ à sacerdote visus est, & rel.* si videlic. pacta pœnitentia remissione accepta rursus iterare peccatum præsumpserit, *ĩ immunditiam iudicabitur*, & si persteterit est separandus: *Plaga lepræ si fuerit in homine, & rel.* i. erroris & peccati contagium: *adducetur ad sacerdotem*, i. Christum vel magistrum, qui eius vicem tenet. *Cumq; color albus*
D *fuerit, & rel.* i. refrigeratio charitatis, nam propter frigus sæpe albor incanescit, *& capillorũ mutat aspectum*, i. statum cogitationis capilli dicuntur, q. capitis pili: *Ipsaq; caro viua apparuerit*, i. carnalis obseruatio legis: *lepra vetustissima iudicabitur*, i. veteris hominis opus & inquinatio: *insita cuti*, h.e. Inhærens conuersationi: *Contaminabit eum sacerdos, & rel.* indignum cõmunione iudicabit, quia vt Apost. ait: *si circumcidamini Christus vobis nihil proderit*, & iterum: *Hæreticum hominem post vnam & secundam correctionem deuita sciens, quia peruersus est huiusmodi. Sin a. effloruerit discurrens lepra, & rel.* secundum historiam non videtur consequens vt mundus sit:
Gal. 5. Tit. 3. *qui totã carnem operit* lepra & ille immundus cui in vno loco lepra videtur inesse. Allegorice a. carnem totam occupat lepra, dum vel peccator confitens omnem vitam suã peccatricem: malum suum non abscondit, vel toto tempore vitæ publice pœnitens Christi gratia se quærit dealbari, *mundus erit*, proximus saluti: *Quando vero caro viua in eo*

E *apparuerit, & rel.* i. carnalis superstitio legis, *iudicio sacerdotis* perquiratur vtrum tam pertinax sit, vt iure cõdemnetur: *Caro n. viua si lepra aspergatur immunda est*, i. obseruatio legis si in errore sit non prodest. Qui n. credit sine legis obseruantia nõ esse salutem sub gratia errore illaqueatur. *Quod si rursum versa fuerit in alborem, & rel.* si post remissionem iterum à recto deuiauerit: *immũdus iudicatur, caro & cutis in qua vlcus est natũ & sanatum, & rel.* Vlcus est φ de intus erumpit vuln⁹ & plaga forinsecus inflictum. Si a. de voluntate hominis peccatum prodierit non ex casu & p pœnitentiam sanatum fuerit: *& apparuerit alba cicatrix*, i. carnalis iudaismus *siue subrufa*, i. post gratiam Euangelij facta præuaricatio *humiliorẽ carne reliqua*, i. peiorem priori vita, &c. vt sup. *Quod si pilus coloris est pristini*, i. intentio cogitationum priorẽ statum non relinquens, & si continuerit à peccato, promittatur illi per SpiritumS. remissio: sui a. perstiterit in malis condemnetur: *Caro & cutis quã ignis exusserit, & rel.* i. vita & conuersatio q̃ inuidia & odio vulneratur si emendans vel super-
F stitionẽ legis sectatur vel transgressiõ Euangelij & sane doctrinę statum admiserit condẽnabitur, si vero bona intentio non mutatur fiat, vt sup. Si post diligentiam examinationis plenam q. VII. dierum expectationem errori obnoxius homo inueniatur condemnetur, *plaga combustura*, est suspitio inuidiæ nõ ipsa, quia, qui iniuste alicui inuidebat ante emendationem si postmodum iuste quem redarguit per inuidiæ hoc iteratione agere putatur, φ à doctore, vtrũ sit, diligenter perspiciendum est. *Vir siue mulier in cuius capite vel barba germinabit lepra, & rel.* fortis siue infirmus, sapiens siue minus sapiens, qui in fide diuinitatis Christi vel humanitatis eius errore maculatur, *si capillus fuerit flauus solitoq; subtilior*, h. e. intentio cogitationum proprium statum reliquerit ad malumq, inuestigandum fuerit sagatior cõdemnetur: *si a. viderit locum maculæ æqualem vicinæ carni*, i. non multum à veritate exorbitantem errorem, *& capillum nigrum*, cogitationes secundum status sui, *recludet eum 7. dieb.* i. per doctrinam ab Spiritu S. præceptam examinet: *& radetur homo absq; loco maculæ*, i. examinet eius vita reliqua. Illud n. φ confessus est manifestum non indigens inquisi-
G tione: cætera vt supra: *Subobscurum*, i. non valde perspicuum: *Vir de cuius capite capilli fluunt, & rel.* h.e. cui sagacitas cogitationum & agilis sensus ad rimandum profunda defecerit simplicitati studens, *mundus esse decernitur*, cuius simplicitatis modi sunt duo, vnus in illis, qui prudentes sunt ne decipiantur, & simplices vt nullum decipiant, alter in illis quorũ mens hebetudine capta boni à malitia distinguendi capax non est, qui à Grecis motiones vocãtur. Cætera de caluitio sicut supra. Sin a. præuaricatio in simplicitate contigerit ipse factor eius peccati iusto iudicio discutiatur: *Quicunq; ergo maculatus fuerit lepra, & rel.* Hoc est, qui pro reatu suo iuste sequestratur à communione, *habebit vestimenta dissuta*, i. suis se viribus pronunciet desolatum, *caput nudum*, i. salutis se galea indignum pronunciatur: *Os veste contectũ*, id est, à loquacitate prauitatis illud refrænans, *& omni tempore se peccatorem pronunciet*, publice pœnitens vt à Domino iustificetur, *solus habitabit extra castra*, indisposita sibi videlic. pœtũrentia vnanimiter persistens, donec à
H Domino veniam consequatur. *Vestis lanea siue linea*, i. virtus summa & inferior sicut lanea vestis preciosior est, & maiorem præstat colorem, & linea vilior minorem. Non est n. æqua virginitati, martyrio, substantiæ & mundi despectioni, pudicitia vidualis & cõiugalis, prædicatio sine persecutione, largitio eleemosynę, licet singula; horũ bona sint & vtilia, *stamen*, vero, φ cætera sustentat Dei nutum, *Subtegmen*, nostram intentionem potest exprimere, de quibus Dei auxilio, & gratia præueniente virtutum contexitur amictus. *pellis*, laborum temtationẽ tribulationemq; significat, quæ in ieiunijs, vigilijs, & alijs exercitationibus nobis ingerimus in ijs virtutibus, *si alba & rufa fuerit macula*, id est, subreptio superbiæ vel iactantiæ, *recludet eam sacerdos septem dieb. vt supra, si vero*, post examinationis diligentiam viuum virtuti inhæsisse reperiatur, *comburatur flammis*, id est, excommunicationis condemnatione, vel pœnæ gehẽnalis terror exhibeatur: Si vero in pœnis non profecerit lachrymis pœnitentiæ abluatur & maiori cautela probetur vtrum in superbia persistat, *qu. si VII. dieb. alijs includatur.*

Si

A Si autem homine eo in quo est in maiori iactanti non eleuari conspexerit, tantum in adquisito prius fauore gloriari quasi rite damnabilem iudicabit: ... munde ... fuerit. Hoc est, aliquod signum peccati ipsum à conuersatione eius abscindat, vnde superbiam in eo pululasse ... cernitur. Quod si vide ... apparet ... locus ... i.e. quæ recte peracta ... positiuum ... maiori periculo subiacet.

Caput XIV.

Hic ritus est leprosi ... Christus sacerdos verus venit ... mundum ... a Patre non relinquens Patrem per cuius redemptionem mundatur peccator, si tamen in ... , quæ præceptum ... , duas videl. in Christo naturas, sine contagione peccati, lignum cedrinum, crucem eius designat. vermiculum sanguinem passionis, hysopum, boni odoris pulmonem purgans Spiritus S. virtutem, qui peccata purgat, vnum passerem immolabit in vase fictili super aquas viuas, humanitatem eius passum firmiter credat in carne mortali, post baptismi consecrationem: alium a. viuum cum ligno cedrino, & cocco & hysopo tinget in sanguine immolati passeris, quo sparget illum, qui mundatur est septies, vt iure purgetur & dimittet passerem viuum vt in agrum auolet. Passer viuens diuinitatem eius designat. Passer viuus cum ligno & hisopo tinguitur in sanguine immolati passeris, quia diuinitas in eo vera fuit, qui passus est in cruce, Christus videlicet Deus & homo, diuinitate passionem non perficiente. Cum hisopo quia Spiritus S. in passione eius eum non deseruit. Septies aspergitur qui mundandus est, quia per Spiritus S. gratiam peccatorum venia conceditur. Passer viuus in agrum dimittitur, quia diuinitas libera a passione cognoscitur: Cumq; homo lauerit vestimenta sua, i. mundauerit mores suos, radet omnes pilos corporis, i. cogitationes suas illicitas abscindet, lauabitur aqua, i. lachrymis compunctionis, purificat ... ingredietur in castra, mundatus ... praeuaricationib. vnitati ecclesiasticæ communicationis reddatur: ita manens extra tabernaculum ... VII. dieb. i. e. vsq; ad perfectam pœnitentiam indignum se cæterorum consortio iudicabit: radet capillos capitis, barbamq; & supercilia, i. e. emundet cogitationes interiores & exteriores quibus aut ... secreto, aut rebus forinsecus positis animus delinquit, lotis vestibus vestibus & corpore, id est, moribus & vita, die octaua, & rel. die octauus ipse & primus est. Nam octauus dicitur eo, quod septimum sequatur: Nam post passionem Dominus resurrexit octaua die, quæ & prima dies. Ibi ... ergo peccator die octauo mundari, firmiter in resurrectionem Domini credat, assumat duos agnos, & reliqua vnum agnum CHRISTVM designant. qui vtrumque sexum redemit vel innocentem vitam, qua & interius & exterius seruanda est: Ouem anniculam, id est, mansuetudinem perfectam, tres decimas similæ, fidem sanctæ Trinitatis, quæ oleo, misericordiæ sit infusa, Olei sextarium, Catholicam fidem in qua omnes virtutes quasi in sextario mino res mensuræ continentur: Ostium tabernaculi, doctrina est Apostolorum, hostia pro delicto, siue pro peccato, pœnitentiæ est exhibitio: cætera vt supra.

Assumensq; sacerdos de sanguine hostiæ ponet super extremum auriculæ eiusdem dextræ, i. per redemptionem Christi eum doceat auditum prosperum & beniuolum ad audiendum habere iustitiam: Et super pollices manus dextræ & pedis dextri, ad dirigendas videl. operationes eminentes, & incessum in mandatis D... : Et de olei sextario mittet in manum suam sinistram. i. fidem integram in hac vita tenendam commendet. Æterna enim vita ... dextera ... : tingetq; digitum ... & rel. i. cum discretione iudicij perfectam veniam q. ... spargens ei ... apud Dominum: Reliquum olei fundet super extremum auriculæ dextræ eius, i. e. quamuis cuncta propter infirmitatem suam homo Dei ... opere complere nequeat ... tamen audire & ... ut sciens Domini voluntatem, quod opere non potest, bona voluntate recompenset: ... pro delicto. Oleum super sanguinem funditur, quia post redemptionem misericordiæ operib. insistendum est, omniaque in redemptoris nomine facienda. Tamen immolabit holocaustum, & rel. Primo enim debemus pœnitentiam pro commissis pleniter peragere in memoriam passionis & resur-

D

rectionis nostræ, vbi nostri redemptoris cognouimus effectum, ac deinde purificans sensibus nosmetipsos ex integro in ara laudis Domini immolemus, vt iam non nobis sed illi viuamus, quos mortuos inueniens vt viuamus per ipsum redemit & adiuuit.

E Quod si pauper est & non potest manus eius inuenire, quæ dicta sunt, & rel. i. fidelium ... fragilitatis præuentus quia perfectionem ... in custodire nequiuerit, offerat agnum, i. idem passionis Christi diligenter custodiat, turturem pariter & duos pullos columbæ, fidem Trinitatis vel Theologiam, quam confiteri & credere iubemur, cum oleo charitatis ... , ... sextarium, ... gratiam fidei, de turture & pullis columbæ, supra in pluribusq. locis diximus, de die VIII. similiter cætera, quæ in hoc capitulo sequuntur supra dicta sunt. Septem gentes Chananæorum vitia exprimunt summa, quæ Deus destruxit dum aduentu suo nos, qui de gentib. sumus purificauit, in qua terra infidelib. euulsis quilibet domum possidet, dum sibi commissam doctor regit congregationem, in ea si erroris quippiam apparuerit is qui præest, ad conuentum ecclesiasticum referat, sicut Paulus de Antiochenorum seductione apud Apostolos Hierosolymis consilium quæsiuit: iubebit sacerdos vt efferantur vniuersa de domo, i. vt seducti de immundorum consortio separentur vt postmodum iudicio vero ipsum dogma discernatur: ... prauas sententias procedunt ... iactantiam & superbiam, statim claudet eam, h. e. illum damnet errorem, & ne vlterius diuulgetur, oppillare contendat. Reuersusq; die VII. i. e. post cautam examinationem, si inuenerit creuisse lepram, & rel. i. si errorem perseuerare conspexerit: iubebit lapides ipsos erui, vel ipsos seductores & eorum dogmata extra Ecclesiam inter hæreticos ponat: domum a. ipsam intrinsecus, i. ipsam mundare congregationem, & puluerem, h. e. contagia erroris faciet immunditiæ hæreticorum deputari, aliosq; doctores pro his ordinari verisq; dogmatibus eiusdem corporis compaginari concordiam. Sin a. nouis magistris appositis redintegratis error ipsos cum reliqua domo commaculauerit malitia est perseuerans: ideo lapides & ligna puluisq. extra vrbem in loco immundo proijcientur, i. e. tunc doctores, siue illi, qui debuerunt fructum bonorum operum parturire cum dogmatibus suis, extra Ecclesiam post certam agnitionem inter erroneos anathematizentur. qui intrauerit domum, & reliq. Qui se coniunxerit errori damnato: immundus est, vsq; ad perfectam pœnitentiam: Qui dormierit in ea & comederit, & rel. i. qui in illo errore requiem se habiturum confidit, vel communicauerit illi: si non est recte baptizatus ablautur fonte sacro, sin aliter lachrymis pœnitentiæ absoluatur. Si igitur error restrictus inueniatur cum auxilio Domini & pœnitentiæ instantia, purificanda est domus, de sequentibus huius capituli in superioribus pleniter dictum est. Per rectam enim fidem omnia impetrare posse creduntur. Varietas lepræ varietatem demonstrat errorum. Act. 15. F G

Caput XV.

Locutus est Dominus ad Moysen & Aaron, & rel. i. per legem & sacerdotium docuit Dñs filios Israel: Vir qui patitur fluxum seminis, i. Doctor, qui animi virtute debet vigere, si in doctrina sua errorem patitur, vel luxum rerum exercet mundanarum, immundus est, maxime si vitium consuetudine nutrit: omne stratum in quo dormierit, i. illa consuetudo in qua requiem sibi videtur habere, condemnatur: si quis tetigerit lectulum, id est, corpori eius communicauerit mundet actus suos vsque ad perfectam pœnitentiam, si sederit, vbi ille sedit, id est, imitatur torporem sicut supra: qui tetigerit carnem eius, hoc est, exempla eius fuerit secutus. Si saliuam huiuscemodi homo iecerit super eum, qui mundus est, & reliq. si videlicet astutia sua & simulatrice sapientia recte credentem commaculauerit: cætera vt supra, Sagma, filtrum vel tapetium vel aliud quodlibet sessioni paratum, quod cum reliquis post modum comprehensis varias pollutorum significat peruersitates, quibus vtuntur: Qui portauerit horum aliquid, id est, qui se his subdiderit pollutionib. Omnis quem tetigerit. qui talis est non lotis ante manibus. & reliq. h. e. quemcunq; ille immundus nõ mundans prius operib. suis exemplis attaminauerit, & reliqua, vt supra. Vas fictile H

A *quod tetigerit confringetur*: si quem fragilem, qui facile corrigi non possit seduxerit forti disciplina coerceatur, qui se decipi permisit, *vas ligneum*, lenitatem aliquorum significat, quæ cum dilabitur per lachrymas pœnitentiæ restauratur: *Si sanatus fuerit, qui huiusmodi sustinet passionem*, hoe est, si supra scriptus correctus fuerit, *numerabit 7. dies*, remissionem per Spiritus sancti gratiam sibi credat futuram, *mundans*, opera sua *cum veste*, i.e. exteriori conuersatione lacrymis pœnitentiæ: *die autem octauo*, in fide autem resurrectionis dominicæ, *sumet duos turtures, aut duos pullos columbæ*, castitatem & mansuetudinem & meditationem diuinæ legis sicut dicitur *meditabor vt columba*, de quibus auibus sæpe diximus: *Vir de quo egreditur semen coitus &c.* Hoe est, vel qui de sideriis secularib. defluit mundabitur, vt supra, *vestem & pellem*, i.e. conuersationem mundet. Pellis vxor potest intelligi, quia & ipsa mundari necesse habet, qui in iniquitatib. conceptio perficitur, siue pellis labor in vigiliis & cæteris operib. intelligitur, *mulier cum qua coierit, &c.* Duæ sunt partes interioris hominis, spiritus, qui de superiorib. & interioribus tractat & anima, quæ de exteriorib. desideriis disponit. Hæc pars inferior si spiritu inclinante se ad viliora polluta fuerit necessarium habet emundari: B *mulier quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, &c.* i. e. anima, quæ veniente Domini gratiæ visitatione in idolatria maculatur, penitus, *immunda est, septem dieb. separabitur*, i.e. diuino iudicio, vsq; ad perfectum pœnitentiam foris cōmunionem excludetur. De tactu eius & cæteris sequentib. sicut supra intelligitur de viro fluxum seminis patiente. Vas vero secundū historiā cuncta vtensilia dici possunt sicut vasa bellica dicim*: *Si coierit cū ea vir tempore sanguinis*, i.e. si cum idolatria quis sacrificauerit vel recumbit, in idolio manducans de idolothytis: *immundus erit 7. diebus*, i. perfectum pœnitentiam sibi constitutam expleat. Nam persecutione ad immolandum coacto & sua sponte reuerso vtriq; pœnitentia constituta est. *Mulier quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis nō in tempore menstruali, &c.* i. anima quæ in idolatria post cognitam gratiam occupatur: *dum non sit tempus menstruale*, id est, cum iam cæcitas gentium lumine veritatis pæne sit irradiata prius omni pene mundo in diaboli seruitute errante, sequentia vt supra: *Si steterit sanguis.* Hoc est, si cessauerit error stultitiæ, *numerabit septem dies*: vt supra, cætera quoque vt supra: C *Docebitis ergo filios Israel vt caueant immunditiam & non moriantur in sordibus suis cum polluerint tabernaculum meum, & reliqua*, id est, fideles caueant ab omni immunditia idolatriæ vitiorum, & peccatorum, ne Ecclesiam, quæ est domus Domini corrumpant, siue ipsos, qui templum Domini fieri debent vt Apostolus ait, *vos estis templum Dei*, & reliqua. 2. Corint. 6.

Caput XVI.

Loquere ad Aaron ne omni tempore ingrediatur ad sanctuarium, quod est intra velum coram propitiatorio. Doctoribus iubet ne ea, quę humanum excedunt ingenium pro sua libitudine in mysterio diuinarum rerum disputando vsurpent. Periculosum quippe est scientiam sibi vel aliis promittere quomodo verbū Dei æternum in carne verus homo appareret, & cætera multa talia in quib. cautela per necessaria est. *Quia in nube apparebo super oraculū*, vel in dictis Prophetarum apparet Dominus de quibus dicitur, *mando nubib. ne pluant super eam imbrem*, vel in carne humana, vnde dicitur, *ingredietur Dominus super nubem leuem Aegyptum*, i. e. immundum D in carne à peccatis immuni vel etiam in secretis mysteriorum. In quibus illum penitus inuestigari non facile est: *Nisi hæc ante fecerit*, id est, non ingredietur super oraculum in sancta scriptura: *Offeret vitulum pro peccato*. Vitulus de tauris & vaccis ortus Christum significat de Patriarchis & synagoga, quæ iugum traxerat legis secundum carnem progenitum aries quoque ipsum, vt supra dictum est: *Tunica linea vestietur, & reliqua*. Tunica linea castitatem, *feminalia*, continentiam, *Zona*, custodiam mentis, *cidaris*, custodiam sensuum corporis significat quib. indutum conuenit esse, qui de mysteriis Domini est tractatur*. Possunt & hæ quatuor vestium species virtutes quatuor signare principales: *tunica linea*, iustitiam, *feminalia*, temperantiam, quæ castitatis est mater, *zona*, fortitudinem, *cidaris*, quæ caput regit prudentiam, qua mens ornatur: *quibus cum omnibus fuerit indutus*, id est, post baptismum, *duos hircos pro peccato*, duo hirci Christum significāt, qui peccata nostra tulit pro quibus oblatus est. Qui duo dicuntur propter geminā in Christo naturā, *sūq; obtulerit, & rel.* Christus sacerdos quem summū suam pro nobis posuit, *orauit pro se & pro domo sua*, i.e. pro humanitate fragilitatis, & pro Ecclesiæ, i. corporis sui statu: *duos hircos stare faciet coram Domino, & rel.* Placauit sanctæ Trinitati Christum pro humano genere pati, qui in duabus naturis vnus est Dei filius, Deus & homo: *sors mittatur super hircos*, quod dispositum erat iuxta, quod homo erat eum pro mortuis mori, *mactatur caper vnus pro peccato*, quia pro nobis peccatoribus in ara crucis caro eius immolata est: *Caper emissarium statuitur viuus coram Domino*, quia diuinitas eius nullam immutationem sui suscepit, vt cum carne hominis pateretur, sed æterna & viuida virtute cælorum deserta petiuit, nō mutando locum, quia Deus vbiq; est, sed cohibens virtutem, vt daret spatium passioni, h.e. desertum vbi bonus pastor cælitus 99. ouibus abiit vnum quærere quæ perierat: *fundet sacerdos preces super caprum*, quia Christus per diuinitatem suam pacificat nos Patri: *Nemo enim potest dimittere peccata nisi solus Deus*: Sunt qui dicant in duobus hircis duas partes populi intelligi, vt immolatos eos designet, qui in passione Christi credentes cotidie se mactant in ara fidei: *emissus vero in heremum*, illos qui in peccatis perdurantes conuerti nolentes tendunt ad tenebras operati peccatis. Quod vterque pro peccato offertur, ostenditur omnes in originali peccato deprehēsos, sed illos à Domino propter fidem susceptos, illos incredulitatis pertinatia dampnatos: vterq; statuitur coram Domino, quia *multi sunt vocati pauci vero electi*. Ad omnes enim peruenit Euangelium. Dicant autem preces fundēs super caprum emissarium dum in desertis æterna ingeritur maledicto. *Qui dum statuitur in solitudine*, i. in dampnationem perpetuam, Christi vero, diuinitas semper est, & fuit in sinu Patris, vbi ideo solitudo dicit, quia nulli præter ipsum Trinitatē ad liquidū patet qualiter se coæterna commeat essentia eorum dico in personis eius in substantia. Qui sensus de duab. Christi naturis aptior videtur, qui ille solus tulit peccata mundi non vt sibi haberet, sed vt penitus perimeret. Eligat sibi prudens lector quod sequendum magis videtur, dum in omnib. fidei nō vacillet auctorib. *Assumptoq; turibulo, & rel.* Hoc vatillum, linguam intelligimus dominicam cum qua nobis, *prunas de altari*, i. de secreto cælesti doctrinæ spiritualis ardorē ministrauit: *& hauriens manu compositum thimiama, & rel.* i. omnem doctrinam suam operibus virtutum est firmans, quæ doctrina, *succensum est Domini parata*, quia quæ omnia fecit, priori pro odore suauissimo accepta erāt, de quo dixit, *hic est filius meus dilectus in quo mihi cōplacui: vltra velū intrabit in sancta*: Ascendit n. in cælos, *æterna redēptione inuenta, positis super prunas aromatib.* totum n. quod fecit propter charitatem exhibuit dicens, *maiorem charitatē nemo habet quā vt animā suā ponat, &c.* *Nebula eorum & vapor operiat oraculum*, i. pacificatio quæ pro nobis fecit ad Patrem vsq; peruenit super omnes virtutes angelicas: *tollet de sanguine vituli & aspergit digito septies, & rel.* Passio Christi non solum hominum, sed & angelorum ordinis restauratio fuit, ideo de sanguine vituli illato dicitur, *digito aspergit*, qui nunc *apparet vultui Dei pro nobis. ad orientem*, oriens ipse Christus est, qui se ipsum solem iustitiæ nobis ostendit de quo dicitur, *Ecce vir oriens nomen eius*, de sequenti hirco similiter: *Emundet sanctuarium*. Præsens enim Ecclesiam mundatur est sanguine Christi à sordib. infidelitatis: *Quod fixum est in medio sordium hæreditatis eorū*, quia Ecclesia est in medio nationum quam ob originalib. sordib. Christi aduentus eripuit. *Nullus hominum sit in tabernaculo quando pontifex ingreditur sanctuarium & rel.* Quando Dn̄s Christus per vterum virginis Ecclesiæ suę se copularet nondum erat eius vnitas congregata licet antiquos sanctos ad huius structuram pertinuisse credamus: *Rogat*, i. Christus sacerdos, *pro se*, secundū humanitatē, *& pro domo sua*, id est, Ecclesia: *Cumq; exierit ad altare, quod corā Domino est.* Altare illud cælestes virtutes sunt in quib. præsidet Deus. Super quas: *ponitur sanguis hirci & vituli*, quia illis multum profuit se passio Christi. Non n. frustra ait Apostolus, *renouare omnia, quæ in cælis sunt, & quæ in terris.*

Isa. 38. — Luc. 15. — E — F — Luc. 5. — Matt. 22. — G — Matth. 3. — Hebr. 9. — Hebr. 9. — Zach. 6. — H — Ephes. 1.

A Hoc altare IV. cornua habet, quia illæ virtutes Angelicæ IV. vtuntur principalium ornamentis virtutum, quæ quomodo ab his obseruentur in Exodo scripsimus, *sanctificet illud ab immunditiis filiorum Israel*: hoc est per passionem suam pacificans Angelorum choros, ne inimicitias vltra propter peccatum originale illis exhiberent; *postquam emundauerit sanctuarium & tabernaculum, & altare*, Rex aratis cœlestibus, & humanis per passionem Christi: *offerat hircum viuum*, ipse Christus videlicet sine peccato peccata nostra secundum diuinitatis potentiam dimittere proponitur: *posita vtraque manu super caput eius*: debemus enim manibus extensis, vt se meminerit pro nobis manus in cruce extendisse cum humillima, scilicet supplicatione, *peccata confiteatur*, maiestatem eius exorare, quia fidelis est, & remittat. Vere enim languores nostros ipse tulit, &c. *Emittet eum per hominem paratum, & reliqua.* Ipsum per ipsum mittimus, quia sua voluntate ad nos venit, & vt sibi placuit sese ad propitiandum reduxit, vt

B ipse ait: *potestatem habeo ponendi animam meam, &c.* *Reuertetur Aaron ad tabernaculum testimonii*: hoc est, quod ipse

Ioan. 10. ait: *Ecce ego sum vobiscum vsque ad consummationem sæculi.*

Matth. 28. *depositis vestibus*, id est, carne mortali deposita immortalitatis induit gloriam, *lauabit carnem suam in loco sancto*, Christus carnem insusceptam intinxit sanguine passionis, *offeret holocaustum egressus*, quia ad patrem ascendens totam dispensationem pro nostra salute expleuit, *& at depin*, id est, desiderium suum, quo nostram salutem sitiebat. *Ille vero, qui dimiserit caprum emissarium, & reliq.* Christus, qui peccata remittit Ecclesiam, quæ est corpus eius, & *vestimentum*, à confessis peccatis *emundauit aqua*, baptismatis, & sic mansionem suam in sanctis collocauit: vel aliter *ingressus est castra*, id est, post peractam & redemptionem cœlos ascendit: *Vitulum autem & hircum, quorum pro peccato fuerant, & reliqua.* Vtraque victima Christum significat, *quod cum carnibus & pell. & fimo comburentur extra castra*: innuit, quod Dominus Iesus Christus in sua persona inseparabilis, qui est verus Deus pro nobis extra por-

C tam passus est, *fimum*, peccatorum nostrorum sordes ostendit: *qui autem combusserit ea, & reliqua.* Si quis enim ex interfectoribus eius crediderat pœnitentia mundatus in numerum fidelium receptus est: *mense septimo decima die*, *& reliqua.* Mensis septimus *plenitudinem temporis* innuit,

Galat. 4. *in quo misit Deus filium suum, &c.* Decima dies perfectionis legis sicut & Andreas decima hora diei cum fratre suo in Euangelio ad Iesum venisse legitur: *siue indigena, siue aduena*, id est, siue Iudæus, siue gentilis *affligetis animas vestras*, secundum literam: *tribus autem iciunium diebus vsque ad vesperum*, hoc est, autem principium prædicationis Christi:

Ioan. 5. *&c.* *Nullumque opus facietis*, eorum, videlicet, quæ ad carnalia pertinent desideria, sicut dicitur: *operamini non cibum, qui perit, &c.* *In hac die expiatio erit, & rel.* In hoc enim tempore emendationis tempus indultum est. *Sabbatum enim requietionis est*, sicut Psalmista dicit: *Va-*

Psalm. 45. *cate & videte, quoniam ego sum Dominus, &c.* *vt, mei doctor fungatur pro patre suo.* Sicut patrem filius sequitur: sic Christus Aaron,

D *cuius initiatæ sunt manus*, quia ei æterna data est potestas, in quo est nostra expiatio: *induetur que stola linea*, id est, Ecclesiam in corporis sui accipit vnitatemque, castitatis claudere refulget: *sacerdotes quoque & vniuersum populum.* Maioribus enim & minoribus Domini adiutorio opus est, *semel in anno*, quod sacerdotibus in vmbra iubebatur, hoc fecit Dominus Iesus introiens semel in sanctum in anno placabili, quæ prædicat semetipsum ostendendo æterna redemptione inuenta.

Capvt XVII.

Hebr. 9. *Homo si occiderit bouem*, secundum historiam idololatriam prohibet: Mystice autem *bouem*, id est, forte opus, *ouem*, innocentiæ: *vel capram*, pœnitentiæ siue aliud quodlibet opus diabolo non Domino *offert*, *sanguinis reus erit*, id est, homicidii, quo vitam propriam, *propriam perdit*: *qui obtulerit holocaustum siue victimam, & rel.* per omnia ad superiorem pertinet sensum, *quicunque comederit sanguinem*, i. qui sanguinulenta sequitur opera siue odii, siue omnis malitiæ, de quo sanguine corrupto multa leguntur: *quia*

E *anima carnis in sanguine est.* Carnalium enim confidentia in corruptione est voluptatum, quam fragilitatem in amore Domini mortificare debemus, est nobis sumere in exemplum? *Si venatione aut aucupio ceperit animal aut feram*, i. Si quis doctrina salutis carnalem quemlibet, aut maiori ingenio præditum ad confessionem nominis Christi perduxerit *fundat sanguinem eius & operiat illum terra*, id est, carnalem eius vitam pœnitentia operiat non sumens sanguinem in cibum, id est, sibi de vita eius praua maculam non contrahens. Possimus etiam dicere, quod ideo sanguinem manducare prohibeat, qui vitã significat carnis, quia nullus sibi viuere debet, sed omnia in nomine Domini facere: *Sanguinem vniuersæ carnis non comedetis.* Hoc primum concesso esu carnium tempore Noe præceptum est, & ab Apostolis similiter sub gratia, significat autem homicidium. Quid sit homicidium, i. Ioannes Apost. dicit: *qui odit fratrem suum, homicida est*, vnde hic prohibe- 1. Ioan. 3.

mur. *Anima quæ commederit morticinum vel captum a bestia*, id est, quæ hominis in peccatis mortui vel à diabolo deprauati se exemplis immiscuerit, mandet se & actiones suas F

lauacro pœnitentiæ, & vsq; ad perfectam pœnitentiam: *via est* & ita demum *mundabitur*: Si vero non emendationi studuerit, damna præuaricationis incurret,

Capvt XVIII.

Iuxta consuetudinem terræ Ægypti nõ facietis, & rel. In capitulo hoc maxime idolatriam prohibet nominis sui sæpius illis ingerendo memoriam, spiritualiter etiam monẽs de præteritis vitiis & instantib. valde cauendum. *Facietis iudicia mea & præcepta mea seruabitis & ambulat. in eis*, i. perficite, *quæ faciens homo, viuet in eis*, vere enim viuit, qui Domini mandata custodit. *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, & rel.* vt non videl. dexteram legitimam copulationẽ nuhant docet: *nec reueles turpitudinem eius*, i. confitentis tibi peccata non publices etiam paganorum & sceleratorum facta eis qui inde lædi possunt diuulges, & in scientibus penitus adhiberium prohibet. In quib. allegoriã quærere non habemus necesse, sed in ipsa litera custodiatur satis

G esse videtur: *implicatam*, id est, in abiectionem vel concubinatum illius: concubinæ enim pellices appellantur: *de menstruata muliere* supra dictum est. *Cum vxore proximi tui non coibis*, i. in paganorum philosophia, qui tibi sunt fragilitate proximi non decipiaris: *De semine tuo non dabis, vt consecretur idolo moloch*, qui erat Deus Ammonitarum. Vniuersaliter autem in hoc vno omnia idola comprehendit: *Ne polluat nomen Dei tui.* Polluit nomen Domini, qui sub specie religionis Dei constitutus viuit imprudenter qualibus Paulus ait: *per vos nomen Domini blasphematur in gentib.* Rom. 2.

Vt euomat habitatores suos, hoc est, contumeliose reiiciat.

Capvt XIX.

Loquere ad omnem cœtum filiorum Israel, sancti estote, quoniã ego sanctus sum, & rel. Hoc non solum filiis Aaron non solum Leuitis, i. maioribus in Ecclesia sed & omni cœtui Israel, i. vniuersis fidelibus præcipitur, vt sanctitatem sectentur in omnibus, quia secundum sanctos habere seruos oportet, qui de eius sanctitate participentur: *Vnusquisq; patrem suum & matrem suam timeat.* Hoc omnino re-

H ctum est & etiam maxime conuenit Dominum patrem timere, & Ecclesiam matrem venerari: *Sabbata mea custodite*, omnes solemnitates vobis statutas, nos vero semper à seruilibus i. à peccati operib. vacare iubemur. De hostia eadem die & secundum commedenda iam diximus in superioribus. *Si messueris segetem terræ tuæ, & rel.* Præcipitur Iudæis dum scripturis abundarent, *ne peregrini*, i. gentilibus earum communionẽ detraherent, *sed spicas*, i. sententias sibi exuberantes: *illis dimitterent, similiter in vinea racemos & grana*, i. vt Israel Prophetas & eorum dicta gentib. permitterent esse communia: *Non facietis furtum*, i. omnẽ cupiditatem alicuius rei non recte adquirendæ non habentis, & velut plebs Iudæorũ Christum resurgentẽ furto non fingas ablatũ: *Non mentiemini*: docet, ne in aliquo veritate relicta vel in verbo, vel in doctrina mendatium proferatur: *Nec decipiat vnusquisq; proximum suum*: In supradictis videl. duabus rebus: *Non periurabis in nomine meo.* Sic propter homicidium iram in Euangelio prohibuit, sicut

A Matth. 5. iurare vetuit, ne peieremus: *Quod autem super est, & abundantius est a malo est*, quia si nos voluntate non propria iuramus, id, quod iuramus ab eius malitia venit, qui credere non vult veritati: *Ne polluas nomen Domini*, male viuendo & iniuste nomen eius vsurpando: *Non facies calumniam proximo tuo, & rel.* i. tu Iudææ populo gentili, id est, ecclesiastico molestus non sis: *Non morabitur opus mercenarii tui apud te, & rel.* i. redde ei laborem, vnde forsitan viuere debet, spiritualiter prædicatori tuo necessaria corporalis vitæ non deneges. *Non maledices surdo nec coram cæco pones offendiculum*, i. coram simplice & præcauere nesciente laqueos non tendas seductionis: *Non consideres personam pauperis, & rel.* i. licet misericordia miseris præstanda sit tamen peccans iuste obiurgetur nec diues propria potentia leuius supportetur. *Non eris criminator & susurro, & rel.* Detractor & murmurator, *non quæras vltionem*: docet hic patientiam: *iumenta tua non facias coire, & rel.* id est, simplices malorum prauitati non facias commisceri: *agrum non seres diuerso semine*, i. Ecclesiam vera & falsa doctrina simul non imbues: *Veste quæ ex duobus texta est, & rel.* id est, vt diuersitatem & doctrinæ dissimilitudinem in te non suscipias, vel veris virtutib.

B

Galat. 4. simulata non admisce: *Homo si dormierit cum muliere coitu seminis, & rel.* i. vir ecclesiasticus si ad imaginem, quæ ab Apostolo ancilla vocatur, errorem declinauerit, *quæ est nobilis est*, quia de patriarchis propagata, *& tamen pretio non redempta* [illegible] est, cui passio Christi ideo non prodest, quia in duritia perseuerat, [illegible] *libertate donata*, i. liberationem sibi ipsi propter incredulitatem interdicens: *Vapulabunt ambo*, id est, seductrix & seductus pœna se dignos agnoscant, *& non morientur*, i. pœniteant ne pereant. Ideo autem de hoc leuius sanxit quia non tantæ perniciei est Iudæorum sectis inuolui quantæ paganorum insaniis copulari, cum illi vnum Deum colant, isti nullum, non tamen de omni Synagoga supradictam malitiã sentire debemus, sed de his, In quibus cæcitas contigit: *Pro delicto autem suo offeret Deo ad ostium tabernaculi arietem*, i. rediens ad doctrinam Apostolicam, fidem passionis Christi, i. redemptionis suæ cõseruet:

C

A se cum præputia eorum, i. intellectus diuinæ scripturæ carnalem legis culturam proiicite, in his duntaxat, quæ nihil nisi vmbram præferebant: *poma immunda sunt*, quia tales sententiæ superflue obseruantur. *Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur*, hoc est, Euangelica gratia per Dominum apparente eadem figura spiritualiter seruãda docuerunt. *quinto autem anno comedetis fructus*, i. temporibus Apostolorum, quia post resurrectionem Domini quinquagesimo die, hoc est quinario decies ducto spiritus S. gratia adueniente spiritualis intelligẽtiæ vigor apparuit. Qui-

Ioan. 16. bus ante passionem suam Dominus dixit: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, cum autem venerit ille spiritus veritatis, admonebit vobis omnia, & rel. Non comedetis cum sanguine*, i. vos Iudæi in effusione sanguinis victimarũ figuralium nõ confidatis: *non augurabimini*, augurium dicitur, quasi auigarium, id est, inspectio & obseruatio cantus earum, auspicium vero, quasi auium inspectio, i. consideratio volatus earum: *nec obseruabitis somnia*, i. falsa somnia. Quidam ex somnis prophetiã vindicauerunt sibi,

D Ideo somnia obseruare prohibuit. Eo enim minus hæc obseruanda sunt, quo hæc vnde veniunt discernere non valemus: *Neque in rotundum tondebis comam*, i. cogitationes tuas terrenis voluptatibus non confirmes, orbis enim rotundus est, *nec radetis barbam*, i. animam virtutibus non spolietis, *super mortuo enim incidetis carnem vestram*, i. in carnalibus delectationib. animam non laceretis: *neque figuras aliquas & stigmata*, i. picturas &c. i. erroris varietate vel hypocrisi ne commaculemini: *Ne prostituas filiam tuam*, i. ad prostibulum non trades: spiritualiter vero animam tuam in dæmonum & hæreticorum voluntatem nõ tradas, *& sanctuarium meum metuite*, i. Ecclesiam meam honorate vel etiam sanctuariũ corpus Christi intelligitur honorandum: *Ne declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini*. Omnem enim maleficii vetat. Arioli dicuntur [illegible] in pectores, [illegible] horarum, qui in extis pecudum suæ diuinationis maleficia exercent. Mystice autem hæreticos signant, qui scientiam, quam non habent promittentes diaboli fraude capiuntur: *Coram cano capite consurge*, i. sapientem honora: Cani enim sunt sensus hominis.

E De quibus senioribus, i. sapientibus Paulus dicit: *Presbyteri duplici honore digni habeantur maxime, qui laborant in verbo & doctrina*. Et Dominus ad Moysen: *Elige LXX.* 1. Timot. 5.

viros, quos tu nosti, quod seniores sint populi, & rel. *Si habitauerit aduena in terra tua & rel.* i. Iudæus gentilem ad Dominum cõ[illegible], quasi fratrem tractet memor, quod ipse natura filius fuisset, iræ sicut & cæteri: *Nolite facere iniquum aliquid, & rel. in regulam*, i. in virga mensuraria. & in omni rectitudine dimissionis, & cætera, quæ sequuntur. In quib. iubemur fraudem cauere, ne minori dare & maiori mensura velimus repetere & accipere: *Custodite omnia præcepta mea, & rel.* Sine dubio enim beatus est, qui omnium mandatorum Domini voluntatem habet implendorum. Num. 11.

CAPVT XX.

Si quis dederit de semine suo idolo Moloch. Ideo hunc solum posuit, quia *princeps*, vel *principatus* interpretatur, & bolum significans, qui est huius mundi princeps, cui si quis opera sua consecrauerit, reus est pœnæ: *Populus terræ lapidabit eum*, i. doctoris sententiis comminuetur: *& ego ponam faciem meam contra hominem illum*, i. iram vindictæ: *eo quod contaminauerit sanctuarium meum*, i. siue animam suã, quæ est imago Dei, siue congregationem domum, videlicet Dei: *Quod si negligens populus terræ & quasi paruipendens, & rel.* i. si magistri dissimulant, & ita vt dignum est non redarguerint peccantẽ F

ponetur facies Domini super eum. *& cognationem eius, & omnes qui consenserunt ei. Anima, quæ declinauerit ad magos & ariolos*, i. hæreticos & simulatores, peribit de cœtu sanctorum: *Qui maledixerit patri & matri*, id est, Domini Ecclesiã blasphemauerit: *Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & rel.* i. si quis Ecclesiam sub alterius pastoris custodia deputatam miserit in sui erroris communionem, & persuasor & consentiens vterq; condemnetur: *qui coierit cum iumento, & rel.* id est, qui se errori stultorum immiscuerit: *qui coierit cum masculo, & rel.* cum deprauauerit, qui potest opera fortia perpetrare: *mulier, quæ succubuerit cuilibet iumento, & rel.* i. anima cuiuslibet erroris stultitiæ consentiens: *Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & rel.* i. qui per philosophiam gentilium in errorem ceciderit menstruum autem à mense dicitur & mensis à mensura secundum ethimologiam latini sermonis. Denique gentilium sapientia, ideo menstruo cõparari potest, quia de mensuris physice philosophãdo adepti sunt solertiam: *qui coierit cum vxore patrui, & rel.* i. qui ab antecessorib. suis eruditos maculos errorũ attigerit, sine mercede bonorum operum peribit: *qui duxerit vxorem fratris sui, & rel.* sicut Herodes fecit, qui necessarium amicũ corrumperit suis persuasionib. quẽ Dominus sub specie dexteræ manus & pedis commendauit similiter interibit: G

Ne & vos euomat terra, quam intraturi estis, & rel. i. ne turpiter ab Ecclesia proiiciamini, si in ea praue vixeritis, quæ est terra generans herbam opportunam cum benedictione. Terra autem habitatores suos euomere dicitur, cum in ea manere non sinuntur exhæredandi: *Vobis autem loquor possidete terram eorum, & rel.* id est bonis moribus vos dignos, qua hæreditate facite, nam ipsi libenter possidebunt eã. Mystice autem populo fideli præcipitur, vt terram Ecclesiæ, quæ diabolo & errorib. liberata est per Christum sancta conuersatione incolant & conseruent, *terram fluentem*, i. redundantem omni dulcedine, omnium n. cibotũ, qui parãtur, *lac & mel*, facillime parantur In quibus eis innuit, quod si præcepta eius custodirent, sine vllo labore, cum omni iocunditate terrã promissam essent possessuri. Sed & nobis timentibus Deum promittitur in præsenti dulcedo doctrinæ spiritualis & donorum, & in futuro requies, sine labore *separaui vos à cæteris populis*, quia illis legem dedit, nos quoq; separauit, qui nos fecit cognoscere suam potẽtiam: *separate iumentum mundum ab immundo*, i. popularem hominem in stultitia erroris iacentem, ab eo, qui simplicitate sua pauper est spiritu: *Ne polluatis animas vestras in pecore & auib.* i. ne decipiamini in stultitia errantium vel Philosophorũ astutia: *Estote sancti mihi*, sancte viuentes, reliqua vt supra. *Vir siue mulier, in quibus pythonicus, & rel.* Maior siue minor, qui sequuntur errorem & falsos Prophetas, morte moriantur, duris sententiarum iaculis conuincantur in peccatis suis, si non pœnituerint, peribunt. H

CAPVT

A

Capvt XXI.

NOn contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum. Dominus enim ad Ezechiel loquitur cum omnibus sacerdotib. dicens *speculatorem dedi te domui Israel, si non annunciaueris impio iniquitatem suam in peccatis suis morietur; sanguinem vero eius de manu tua requiram, &c.* Sic præcipitur Magistris, ne in peccatis ciuium suorum polluantur. *Nisi tantum in consanguineis, &c.* Sæpe euenit, vt aliquis post rerum administrationem domesticarum ad sacerdotiũ promoueatur. Sed quia illud consortium coniugale non potest sine peccati admixtione haberi, permittitur sacerdos fragilitate pollui, i. curam necessario adiunctarũ agere personarum, vbi vix vt diximus peccato careretur, non q nuptias detestemur. sed q originalis maculæ sciamus nos fæcibus irretitos. Iubetur n. secundum Apost. is, qui ordinandus est, *bene p esse domui suo, filios habere pudicos, testes omnium bonũ habere ab his, qui foris sunt: Sed nec in principe populi sui contaminabitur*, i. ne eis adolando peccatis eorum consentiat: *Non radent caput & barbam*, i. non ad consennendum peccatis cogitationes mẽtis declinent. In Barba animi vigorem, siue intellectũ accipimus. De his similiter accipiendũ, sicut de cogitationibus prænotauimus: *Neq; in carnibus suis facient incisuras*, i. in vita sua non patiãtur scandalum: *Incensum n. Domini*, i. orationes *& panes*, id est, hostias laudis, *offerunt Dei. Scortũ & vile prostibulum non ducet vxorem*, i. hæreticis & paganis non miscebitur: *nec repudiatã*, i. Synagogã superstitione à Christo detectam inuiabitur: *Sacerdotis filia, si depræhensa fuerit in stupro, & rel.* anima alicuius subiecti, si in errorem ceciderit pœnitentiæ flãmis purgatur, vel gehennæ *exuretur. Pontifex, id est, sacerdos maximus inter fratres, & rel.* Christus Pontifex æternus, *qui vnctus est*, spiritu S. præ omnibus sanctis: *cuius manus consecratæ sunt*, i. in cruce pro nostra iustificatione extensæ: *vestitusq; est sanctis vestibus* i. cœtu sanctoꝝ. *caput suũ non discooperiet*, i. diuinitatem suam non detur pat: honorificat n. patrem humanitate subiectus, diuinitate æqualis, *vestimenta non scindet*, i. Ecclesiam non patitur scindi, *ad omnẽ mortuum non ingredietur*, nullius n. peccati particeps fuit. *super patre quoq; & matre*, i. super populo Iudaico & Synagoga, *nec egredietur de sanctis*, i. de patris voluntate *ne polluat sanctuarium*, i. Ecclesiam vel corpus suum, q omnino non facit: *Virginem ducet vxorem*, cui Apostolus ait: *Despondi n. vos vni viro virginem castam exhibere Christo: viduam & repudiatam & meretricem, & rel.* i. Synagogam & paganicam superstitionẽ. *sed puellam de populo suo*, i. regeneratam aqua baptismatis ecclesiam de vniuersalitate gentium. Populum suũ n. dicit, quia vnde homo est omne humanũ genus, quasi cognatum habet: *nec commisceat stirpem generis sui, & rel.* Non n. membra sua cum prauis misceri permittit. Hęc de Christo potius prophetata, quã iussa intelligamus, vt hæc omnia veraciter implentem patronũ habeamos: *Qui habuerit maculam non offeret panes Deo*, i. qui maculatam habet conscientiam de mysteriis Domini non tractet audacter. *Si cæcus fuerit*, id est, scientiæ lumen nõ habens, *si claudus*, i. in mandatis Domini non bene incedens *si paruo vel grandi vel torto naso*, i. modica discretione vel nimia & peruersa: *si fracto pede*, i. non recte incedens in via Dei: *si manu*, i. opere corrupto: *si gibbus*, i. pondere peccatorum oppressus: *si lippus*: id est, mandata Domini videns, sed non dignis exequens actibus: *si album habens in oculo*, i. obscuratum lumen scientiarum: *si iugem scabiem*, i. carnis petulantiam: *si impetiginem*, i. auaritiam: *vel herniosus*, i. mentis superfluis grauatus. Cõprehendenda habet hæc vitia in duodenario numero. vt ostendat omnia Apostolicę illa esse doctrinæ contraria. Qui ergo se huiusmodi maculis oneratum meminerit: non damnet seipsum corpus & sanguinem Domini sumendo indigne: *Vescetur tamen panibus. & rel.* i. licet talis sit præbeatur tamen ei doctrinæ spiritualis alimentum, vt aliquando resipiscat: *Intra velum non ingredietur*, vel in reconciliatione nõ facile inducatur, vel in mysteriorum apertionẽ, vel ingressum sibi regni cœlestis non promittat, quia nihil immundum illuc intrabit: *Contaminare non debet sanctuarium meum*, indigne sibi sancta vsurpat *Locutus est ergo Moyses ad Aaron, & rel.* Indicat lex omnia mandata Domini sacerdotibus, cum omni populo Christiano.

B

Ezech. 33.

1. Tim. 3.

C

D

Capvt XXII.

E

VT caueant ab his, quæ sanctificata sunt, i. caute tractent. Apent autem post paululum, quid cauendum præmonuerit *Omnis homo*, dicẽs, *qui accesserit de stirpe vestra*, vsq; *in quo est immunditia*. De his videl. quæ superius relata sunt nunc facit rememorationem. Nobis quoq; summopere aduertendum est ad indigne mysteria Christi contingamus: *& non contaminent nomen sanctificatorum, & rel.* Contaminat hostiæ nomen, qui illam indigne offert nõ secundum eius dignitatem: *Qui fuerit leprosus, vel patiens fluxum seminis, & rel.* Hæreticus vtriusq; varians, & qui fornicationi & carnali inseruit voluptati non prius communicet, q̃ per pœnitentiam sanetur: *Qui tetigerit immundum super mortuo, & rel.* i. in aliquo pollutus morticino, de quib. superius pleniter dictum est. Mystice autem communionẽ peccati varius hic tactus immundorum designat. quibus qui polluitur, *immundus est*, vsq; ad expletam pœnitentiam: *Sed cũ lauerit carnem suam*, i. mundauerit conscientiam & postq̃ *occubuerit sol*, i. peractæ pœnitentiæ seruor exsuperat, tunc iam, si integre sit mundatus licenter sanctificatis vtatur: *morticinum & captum a bestia.* De quibus diximus, vt supra. *Custodient præcepta mea, & rel.* Diligenter hoc obseruemus, ne morte secunda prosternamur. *Omnis alienigena non comedet de sanctificatis*, i. paganus nõ admittatur mysteriis Christi. Vñ Dominus prohibuit margaritas iacere ante porcos *Inquilinus sacerdotis & mercenarius, & reliq.* inquilinus quasi incolinus dicitur eo, q sit innis in domesticis seruiens officiis: *mercenarius*, vero, qui laborat in agricultura vel pecudum custodia, vterq; tamen, non vt in domo permaneat seruit, sed semper exire paratus. mercedẽ in præsenti expetere non desinit, eos designãs, qui in Ecclesia ficte non propter ęternam mercedem conuersantes, indignos se dominico corpore exhibent: *Quem autem sacerdos emerit, & rel.* i. qui Euangelica coemptus doctrina fidelẽ in Ecclesia Christo exhibere seruitutem debet, nõ alienantur: *Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit, & rel.* i. anima, quæ ignobilitate vitiosorum coniungitur suspendatur à susceptione sacrorum: *Sin autem vidua & repudiata, & rel.* i. si se a vitiis segregauerit à malo liberata absq; inueteratis hominib. malis restituatur: *Qui comederit de sanctificatis per ignorantiam & rel.* qui in diuinis rebus aliquid persumptuose tractauerit, quasi ignorans eius virtutem ipsum pœnitentia persoluet: *& quintam partem restituet*, i. vnumquemq; quinq; sensuum ad se corrigendum instituat: *Qui autẽ obtulerit oblationem suam* vsq; *absolutus immaculatus erit, & reliq.* Quicquid offerimus in fortitudine firmæ actionis sine malitię macula exhibeatur, *ex bobus*, i. forti actione, *ex ouibus*, id est, innocentiæ virtute, *ex capris*, i. fructu pœnitentiæ, *si maculam habuerit & rel.* si enim bonum opus pro alia qualibet re, quam debet agatur: *non erit acceptabile, homo, qui obtulerit victimam, & rel. bouem offert*, qui aliquem in magisterio constituit, *ouem*, humilem intellige auditorẽ, *capram*, pœnitentiam tales eos offerat quales hic præcipit: *si cæcum fuerit*, i. lumine scientiæ carens, *si fractum*, i. non bene incedens, *si cicatricem habens*, i. præterita notã peccati. Sunt enim quædam peccata, quæ si manifeste in eo deprehendantur, qui ordinandus est reiicitur ab incepto: *si papulas*, id est, detractionis vitium *scabiem*, inquietudinem & auaritiam, *vel impetiginem*, quæ sine dolore fatigat corpus, & conuenit fornicationi, quæ carni dulcis, animæ est pernicies. Huiusmodi vitiis polluti nequaquam ad gradus promouendi sunt: *quia acceptabiles Domino non sunt. Bouem & ouem aure, & cauda amputata, & rel.* Aurem abscisam habet, qui inobediens est, vel auditum verbi Dei fugit, vel vanarum rerum libens auditor est. Caudam perdidit, qui nouissima sua præuidere non curat: *tales voluntarie offerre possunt, sed votum cum eis solui non potest*, quæ ad pœnitentiam instruendi sunt, vt conuertantur, sed tamen in magisterium non suscipiendi. *Omne animal, quod contritis vel tunsis vel sectis ablatisq; testiculis est, & reliqua.* Testiculi specie gignendæ prolis significant. & ideo omnis, qui infructuosus est, id est, operum bonorum spe vacuus non potest Domino esse acceptabilis.

F

G

H

A *De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, & reliq.* Si quid pagani dederint ad offerendum non est accipiendum. Oramus tamen pro cathechuminis & conuersione infidelium; cæterum si in errore persistere, voluerint vota eorum detestabilia sunt: *Bos ouis & capra cū genita fuerint VII. diebus erunt sub vbere matris suæ*, siue fortis siue innocens, siue pœnitens in hoc tempore meminerit se sub fragilitate naturæ detentum: *die autem octauo, &c.* i. in die resurrectionis iam immortalitate recepta soli Deo sine defectione seruient electi: *Siue illa bos, siue illa ouis non immolabuntur vna die cum fœtib. suis*, i. cum legis superstitione & vetustate Euangelii nouitatem non obseruandam. De hostia eadem die comedenda supra dictū est *eduxi de terra Aegypti*, Christus etiam liberauit nos de diaboli potestate. *Ego Dominus*, ideo ad singula subiungit commemorationem sui nominis, vt terrore eis incuteret nec peccarent, & dilectionē insereret, vt eos sua mandata diligentius tutius doceret.

Capvt XXIII.

B HÆ *sunt feriæ, quas vocabitis sanctas*, i. vacationes ab operibus malis, quæ *Domini* dicuntur, quia Domini implent voluntatē: *sex diebus facietis opus, &c.* Ostendit in hac vita piis laborib. insistendum, quia postquam ad requiē ventum fuerit, iam operandi tempus non erit. Bene autē dicit: *in cunctis habitationibus vestris*, quia in futura vita est mansio, in præsenti peregrinatio. *mense primo XIV. die mensis, &c.* In tempore passionis Christi initium eruit omnis conuersationis nostræ omnis redemptio. Quod XIV. *die phase* dicit agendum *in XV. vero solemnitatem*, humanitatem Domini ostendit sub Euangelio vmbrā subsequente verā solemnitatem rationis incipere. De quo *die VII. azymorum dies*, dinumerantur, quia nos redemptos à Christo in tota vita nostra ab amaritudine Iudaicæ peruersitatis esse debere immunes & aliorum errorum: *Dies primus erit vobis celeberrimus, vsque ad diem septimum erit celebrior & sanctior.* Dies primus ingressus est nouæ vitæ dies septimus consummatio laborum, in quorum vtroque maxime curandum est, *ne seruile opus*, id est peccato obnoxium *faciētes* inueniantur. Si quis autem in ea initium delitiose

C torpuerit in fine in bonis inuentio laborēt: *cum ingressi fueritis terram, &c. reliq.* id est, fideles cum in Ecclesia moremini, *& messueritis segetem*, id est populos ad credulitatem perduxeritis, de quibus Dominus dicit: *Videte regiones, quia albæ sunt ad messem. afferetis manipulos spicarum*, cœtum scilicet sanctorum in primitiua Ecclesia, quod & factum est oppositis in vna die tribus millibus animarum & altera die quinque: *Qui leuabit fasciculum coram Domino, & rel.* quia eo aduenante, id est, Christo sacerdote magno fidelium oblatio est Deo per ipsum: *altero die sabbati & sanctificabit illum, & reliq.* in resurrectione sua sanctorum vnitatem copulauit. Si vero manipulum Christi carnem vis intelligere, vnde nobis panis vitæ ministrat, alter dies passionis potest intelligi: vna enim die mysticam cœnam celebrauit, altero corpus in crucis consummauit supplicio oblatus pro nobis. *In eadem die, quo manipulus consecratur, cædetur agnus immaculatus*, id est, quando Christus in ara crucis immolatus est, sanctificata est in sanguine Christi vnitas fide-

D lium: *libamenta offerentur cum eo*, id est, eo passo profluxerunt ex latere sacramenta redemptionis nostræ: *duodecimæ simulæ conspersa, & reliqua*. Decimæ significāt completionem legis. Duæ vero duo testamenta, vel legem & Prophetas, in quibus manifestissime de passione Domini adnuntiatur: *in odorem suauissimum Domino.* Opus enim aut gratissimum patri, quod filius agebat: *Liba quoq; vini quarta pars hin.* Vinum doctrina est spiritualis, quarta pars hin dicitur, quia in singulis Euangeliorum libris plenitudo sapientiæ inuenitur. *Panem & polentam & pultem, & reliq.* id est in illam animæ tuæ requiem præparare coneris antequam te scias fide eius redemptionis initiatum: *Numerabitis ergo ab altera die sabbati, & reliq.* Manipulus ergo oblatus est & sanctificatus, vt Iosephus testatur, XVI. lunæ nunc vero videtur præcipere, vt numeret à XV. luna quando ipse primitiæ allatæ, nec tamen suni sacrificio sanctificatæ. Nos autem *ab altero die sabbati*, i. à resurrectionis die numeramus pluralitatē *quinquagenariæ* solemnitatis. Sicut enim in monte Syna à præsente Domino legis

E indicia nondū conscripta populo Hebræorum die, quinquagesimo postquam egressi sunt ex Ægypto monstrata sunt: sic fidelib. post redemptionem quinquagesima die spiritus S. gratia de cælis directa est: *vsq; ad alteram diem expletionis hebdomadis septima*, i. hebdomadibus septem peractis cum vna dies adderetur, fiebant: *Sacrificiū nouum ex omnib. habitaculis vestris*, nouo genere præcones, noua virtutum munera per omnia conuenticula *offerre* satagebant *panes primitiarum duos*, vel duo præcepta charitatis, vel duorum populorum collectionem, dicunt autem, *duæ decimæ simulæ*, quia vtrumq; testamentū intima est sapientia formatum, *fermentata* dicitur simula, i. firmitate doctrinæ repleta: *Cocta in primitias Domini*, i. spiritu S. stabilita ad sanctificationem incipientium. *septem agnos immaculatos*, Christum significant, qui per spiritum S. se voluit offerri: vel innocentiam vitæ, q̄ nobis gratia contulit spiritus sancti, *Vitulum*, Christum significat *arietes duo*, vel Christū in duab.

F naturis, vel doctores duob. testamentis imbutos *libamēta*, vel mysteria redemptionis nostræ, vel sapientiæ spiritualis admixtionem *hircum*, pœnitentiam sonat: q̄ Dñs primo prædicauit: *duo agni*, pacem & sanctimoniā: siue humilitatem & mansuetudinem significāt. De quib. Dominus ait: *Discite a me, quia mitis sum, &c. Cedēt in vsum eius*, omnia, quæ egerimus ad sacerdotem Christum pertinent: quia ab ipso suscipiuntur: *Et vocabitis hunc diē celeberrimū & rel.* Vere sanctissimus est, in quo sanctificata est omnis Ecclesia, de cæteris vt supra. *Postquā messueritis segetem terræ vestræ, & rel.* O Iudæi legis intelligentiam nolite in literā de spirituali sensu detorquere, sed quæ capere nō potestis populo Ecclesiæ pauperi spiritu allegorica subtilitate inuestiganda relinquite. Cætera, quæ supra dicta sunt & sub gratia spiritualiter impleta sunt, & à nobis cotidie, vt Domino placeamus credenda: *mense septimo prima die mensis, & rel.* Hoc est in plenitudine temporum, quando Dñs Iesus prædicauit annum Domino acceptabilem, in quo requiescere à malis operib. quasi per septenarium iubemur: *prima die mensis*, i. in initio prędicationis, *clangentibus tubis*, i. personantibus doctrinæ clamoribus, *erit sabbatum memor. vel*, id est,

G consuetudo perseuerans abstinendi à vitiis *decimo die mensis huius septimi*, i. in plenitudine eiusdem temporis, *dies expiationum erit*, affligere animas nostras quia hoc tempus acceptabile per pœnitentiā nosmetipsos castigemus, vt expiationem, quæ in Christi passione nobis concessa est inueniamus. *Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hoc, & rel.* i. quæ dum valet pro malis operibus, pœnitentiā agere dissimulat, *exterminabitur de cætu sanctorū in cunctis generationib.* quia in Ecclesia suadentibus aliis idem cultus iustitiæ seruari debebit: *Affligetis animas vestras die nono mensis à vespero vsq; ad vesperū celebrabitis sabbata vestra*, A vespero vsq; ad vesperum sabbatizate, est in afflictione pœnitentiæ vsq; ad finem permanere, donec illucescat mane futuri. *A quintodecimo die mensis huius septimi erunt feriæ tabernaculorū Domino, & rel.* Quintenarius numerus excellentissimos in se continet, i. VII. & VIII. quorum prior ad legem propter sabbatismum sequens ad Euangelium propter resurrectionē non absurde comparatur, in quorum obseruatione toto

H tempore huius vitæ memores nos esse oportet, quia *nō habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus*, vt taliter viuamus sicut hospites ad patriā festinantes, cuius nobis spiritum donauit, qui nos à diaboli seruitute eripuit. sicut illi hanc solemnitatem ob recordationem liberationis suæ & eductionis ex Ægypto continuabant. Quod vero *diem primū & octauum* nominat *celebres*, ostendit medios simili deuotione obseruandos, omnem quoq; nostram vitam ab initio vsq; ad finem iubet esse custodiā: *Est enim cœtus atq; collecta*, i. dies cętus progenituum, quasi congregationis, *dies autem collecta*, eo, q̄ septem dies in ipso collecti sunt, i. consummati, quia erat finis festiuitatis. Potest aūt *diem octauum* intelligi resurrectio, quæ est dies cœtus & collectæ, quia tunc omnes congregabuntur in regnū Dei & tēporum finis colligetur: *Offeretis in eo oblationes Domino holocausta & libamenta iuxta ritū vniuscuiusq; diei, & rel.* Profectus virtutum varios offerre debemus, iuxta quod tempus dictauerit quia *tempus loquendi tēpus tacendi, tempus flendi, & tempus ridendi*, & quæ sequuntur, *exceptis Domini sabbatis, & rel.* quæ præ-

Matt. 11.

Rom. 13.

Eccles. 3.

A cepta sunt facimus, cæterum quicquid possumus: inciamus. *A quintodecimo die mensis septimi, &c.* recapitulat, quæ supra dicta sunt, quorum sensus in propatulo est. *Sumetis vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ*, i. initio gratiæ fruct⁹ virtutum, quæ à Christo proferuntur, & doctrinę eius custodia: ipse est arbor pulcherrima, qui de se ait, *si in viridi ligno hæc faciunt, &c.* *spatulasq; palmarum*, i. virtutē iustitiæ. Nam palma victores laurus milites hedera Poetas coronat: *Spatulas*, dicit, quasi ad similitudinem spatæ longinns per diminutionem, *& ramos ligni densarum frondium*, i. species multiplicium virtutum, vt est charitas & misericordia & humilitas, vel sententias sanctarum scripturarū ramos nominat: *& salices de torrente*, i. castitatē in breuitate huius vitæ. Siquidem salix fructum non gignit torrens cito pertransit: *& lætabimini coram Domino Deo vestro.* Spiritualiter potest gaudere, qui se his virtutib. scit exornatum, sequētia vt supra: *Omnis, qui de genere est Israel*, i. in consortio est

B Christianorum: *vt discant posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, &c.* ideo celebramus commorationes redemptionis nostræ, vt & nos sciamus, quantam benignitatem in nobis ostenderit Deus, & eandem nouiter aduenientibus manifestemus, vt reddatur Christo laus & gratiarum actio in sempiterna secula: *locutusq; est Moyses super solemnitatibus, &c.* Lex loquitur fidelibus de omnibus obseruationibus Dei mandatorum.

Capvt XXIV.

VTafferant tibi oleum de oliuis purissimum ad concinnandas lucernas extra velū testimonii, &c. filii Israel, qui sunt fideles veram misericordiam exhibeant ad ornandū sua opera intra Ecclesiam, quib. Dñs dicit *sic luceat lux vestra coram*

Matth. 5. *hominibus, &c.* Aliter lucernæ sunt luminū Dei ibi, in quo misericordia maxime cōmēdatur: *ponetq; eas Aaron* [illegible] *vsq; ad mane, &c.* i. Christus, vbi sui clamarē & operū decorem in Ecclesia sua confirmat in noctibus [illegible] vsq; in mane resurrectionis: *Super candelabrum* [illegible] super Christum, qui omnem Ecclesię suę continet [illegible]: *Accipies quoq; similam & coques ex ea XII. panes, &c.*

C In sapientia diuina instruantur doctores secundum apostolicam doctrinam, *habebunt duas decimas*, i. vtriusq; testamenti conseruent perfectionē, *quos sexenos altrinsecus super mensam*. In sancta scriptura concordant. Aliter panes illi Eucharistiam signant, mēnsa altare, quę erant XII perfectam significationem eius designat: *& pones super eos thus lucidissimum*, i. orationem vel illuminationem Dei verbi, quia thus oculis prodest: *Per singula sabbata mutabuntur*, i. Doctores boni hinc translati ad requiē dicuntur, & alii in sabbato restituuntur propter eandem requiem, alii subrogantur, *susceptos à filiis Israel*, à fidelibus n. sancti Doctores sumuntur, *eruntq; Aaron & filiorum eius*, quia Christus accipit in semetipsum? *Ecce autem egressus filius mulieris Israelitis, quē pepererat de viro ægyptio inter filios Israel, iurgatus est in castris, &c.* Hic vir eū designat, qui in religione ecclesiastica natus habet patrem ægyptium, i. si gentilium Philosophia in errorem inciderit, hoc est n. iurgari, & per hoc *nomen Domini blasphemauerit*, vt errans, *miserunt in carcerē*, quia castigandus est fortiter. Qui

D postmodum *educetur extra castra lapidatus*, quia in errore perseuerans duris sententiis excōmunicationis extra Ecclesiam propulsandus, *homo, qui maledixerit Deo suo, &c.* i. qui per errorē cultum Dei violare nititur, vel pœna pœnitentiæ, vel æterna damnatione affliget: *tam ciuis quam peregrinus*, i. Iudæus gentilis suæ, *qui occiderit hominem*, i. seduxerit multis vilem punietur, vt supra: *qui percusserit animal reddat vicarium*, i. qui seduxerit simplicē & stultū ipsius seductionis culpam pœnitentia digna absoluat: *qui irrogauerit maculā. &c.* in quocunq; læserit proximi vitā digna emendatione purget: *æquum iudiciū sit inter vos siue peregrinus, siue ciuis peccauerit*, siue Iudæus, siue gentilis ad Ecclesiam confluens vna emendatione seà præuaricatione mundet.

Capvt XXV.

QVando ingressi fueritis in terram sabbatizet in Domini sabbatū, i. intrantes Ecclesiam requiē quærite futuram: *sex annis seres agrum tuum*, i. in hac vita in præceptis legis labora, & in Euangelii gratia, quę est *vineam VI. annis putabis, & colliges fructum eius*, i. labora, vt ad fructum vitæ peruenias: *Septimo anno sabbatum erit terræ, &c.* i. in futura requie tempus nō erit laborandi nec fructus cum labore quærendus, ideo

E incipit non metere: *sed erunt vobis in cibū*, quæ à Dño concedentur sine labore percipientur. Nec n. ibi merces illa vllius labore augebitur, sed misericordia Dei, quantū cōcesserit *in cibum*, i. refectionem vitæ, *Domino & seruo*, i. magistro & subiectis, *& mercenario* pro æterna mercede in ecclesia seruienti, *aduenæ & incolæ.* De gentilitate conuerso

Ioan. 14. & simplicib. *Multæ enim sunt mansiones in domo patris*, quia secundum suū modū vnicuiq; retribuetur. *Numerabis quoq; septē hebdomadas annorū*, i. septies septē, quod significat perfectio-

1. Corin. 15. nē requiri, *& clanges buccina.* Canet n. tuba *& mortui, qui in Christo sunt resurgent primi, mense septimo X. die*, i. in perfectione, promissæ quietis, *sanctificabitis annum L.* Quinquagenarius remissionem significare in multis ostendimus: in futura n. requie perfecta erit remissio, dum ad regnū vocabuntur omnes electi, *reuertetur homo ad possessionē*, i. paradisum, vnde dudum exciderat, *redibit ad familiam suam*, i. ad angelorum consortium, prout cuiusq; merita expetunt. De non serēdo & non metendo iam dictum est: *ad statim oblata comedetis*, i. qd Dominus iustus iudex retribuet statim his vtamur non quærentes leram laborum exercitationem, *primitias*

F *vindemiæ non colligetis*, i. secundum literā iubet ne colligant vinum exprimendum: *Anno iubilei redient omnes ad possessiones suas*, i. in separatiōe corporis & animæ, vel in vniuersali resurrectione redient electi ad paradisum, quo latro de cruce perrexit: *Quando vendes quippiam ciui tuo vel emes ab eo, &c.* i. quando fratri tuo doctrinam commendes, vel emes ab eo obedientiā, *ne contristes eum*, i. nō maiorem scientiam & actionē quæras ab eo, quā tecum percepit: hoc est: *iuxta numerum iubilei emes.* *Quanto plus anni remanserint post iubilæum tanto crescet pretiū, &c.* Quantū longiori tempore, quis doctori inhæserit, tanto potiores fructus recompensare debebit: *et habitare possitis in terra, &c.* *Domini mandata custodientes, vt absq; pauore* diabolicę versutię in Ecclesia cōuersantes fructum vitę in ipsa adquiramus. *Perfecta charitas foras mittit timorem.* *Dabo benedictionem vobis anno VI.* i. in sexta æ-

1. Ioan. 4.

Psalm. 128. tate Dño incarnato, sicut Psalmista dicit. *Benedictio Domini super vos benediximus vobis in nomine Domini*, benedictio Domini est super nos, qui redempti in sanguine Christi fructum virtutum germinare valemus. Benedicimur autē in

G nomine Domini, qui p Christi aduentum patrem cognoscimus, vn̄ ipse ait: *qui videt me videt & patrem meum*, *Et faciet*

Ioan. 14. *fructus trium annorū*, Tanta n. benedictio data est, vt in fide sanctæ trinitatis omnib. abundemus: *Seretisq; anno octauo.* hoc est, resurgentes stabitis ante tribunal Christi rationē dantes operum bonorū, pro quib. coronemini: *& comedetis veteres fruges vsq; ad nonum annū*, i. in operib. bonis, quæ in corpore adquisistis vsq; in æternum lætabimini & vltra, *donec noua nascantur, edetis vetera*, i. eo vos deducant cum Dei gratia operū bonorū merita, vbi vobis ministrentur ętterna. *Terra quoq; nō vendetur in perpetuum, quia mea est.* Licet multi deserant Ecclesia tamen nō subuertetur in æternum, quia Christus in ea est. *& vos aduenæ & coloni mei* quamuis homo nascatur in Ecclesia: iterum renasci debet, vt intret. *Inde*

H *cuncta regio possessionis vestræ, &c.* Siquis corpus vel animam suam in seruitutem peccati conuerterit per pœnitentiam pōt absolui: *Si attenuatus frater tuus, &c.* i. si frater infirmat' fide vel actione subdiderit se iniquitati, *& voluerit propinquus eius*, &c. i. doctor quilibet, si voluerit per verbū & rationē pōt eum reuocare. Cui Iacob. dicit: *qui cōuerti fecerit peccatorē ab errore viæ suæ, &c. & si ipse pretium ad redimendū poterit inuenire, &c.* i. si alterius caret auxilio, & ipse aliquo se zelo cōpunctionis correxit, *computabuntur fructus, &c.* i. cogitet quantum seruierit diabolo, & deinceps digno pœnitentiæ fructu vitā suā redimat. *Quod si nō inuenerit manus eius vt reddat pretium, habebit emptor, quod emerat vsq; ad annū iubilæum*, i. si nōdum zelo emendationis eriget se, in magistri potestate est, vsq; dum perueniat ad Iubilæum, i. p pœnitentiam ad verā remissionē. *Ipso n. anno venditio redit, &c.* in perfectione pœnitentię pristinę libertati peccatorū restituitur. *Vendita domus in vrbe in vno anno redimi poterit*: non deinceps anno reuoluto, quia cultus in lege traditionibus Pharisæorum peioratus in anno, id est, in tempore incarnationis Christi redimi potuit de præuaricatione, si credere voluissent. Qui enim pertinaces in errore fuerunt possedit eos satanas, *nec redimi potuerunt in Iubilæo.* In pas-

Luc. 23. sione Christi, vbi dixit Dominus: *pater ignosce illis, &c.*

autem crediderunt incarnationem eius in vno anno, & demerunt conuersationem suam, & illis hæc profuit oratio: *domus in villa muros non habentes* sub conditione *agrorum venduntur*, quia conuersatio gentium custodia legis non ligata, si à vero deuiauerit post agnitioné pœnitentia redimitur de iubilæo, vt supra: *Aedes Leuitarum, quæ in vrbib. sunt semper possunt redimi*, i. conuenticula Apostol. quę ipsi collegerunt pęnitentia, quæ prius deliquerant emundarunt, *quia pro possessionib. sunt inter filios Israel*, quia illi, quos conuerti fecerunt suis precibus non eorum meritis cum Dñi pietate saluabant: *sub vrbanis eorũ non veneunt, & rel.* i. virtutes nunquam deserantur, quia sine illis viuere non possumus. Sunt aũt quædam virtutes, quæ nequaquam continuatim haberi possunt vt ieiunia & vigiliæ & cætera talia: aliæ autem, quib. nunquam homo debet spoliari, vt est charitas, humilitas &c. Superiores quoq; ita assidue possidentur, si dum non habentur in facto efficiantur in voto: *Si attenuatus frater tuus fuerit, & reliq.* si coniunctus tibi in christianitate *infirmatur*, actione: *& tu susceperis eũ* docendum, *quasi ad eũ et dederis exige*, i.
B iuxta doctrinã tuã quære eius obedientiam: *Pecuniã tuã non dabis ei ad vsuram, & rel.* i. doctrinę thesaurum cum infirmo commendaueris nõ exigas super possibilitatem eius operationem. Aliud aũt dare pecuniam nummularijs, vt cum vsura referatur: *Superabundantia frugũ*, obediẽtiam immoderatam significat: *si paupertate compulsus vendiderit, se frater tuus, & c.* i. si infirmatus te sibi elegerit in magistrũ *non ea eum opprimes vt famulũ* i. paganum, sed pro mercede futura tecum laboret, *vsq, ad iubilæum*, i. remissionem peccatorum, dicit n. Paulus: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos, qui spirituales estis, & c. vsq. ad iubilæum apud te*, i. virtutes cõgreget: *& postea egredietur cum liberis suis* i. operib. suis, *et reuertetur ad cognationem suam*, i. ad euangelicam conuersationem *& possessionẽ patrũ suorum*, i. paradisum. *Ne affligas eum per potentiam*, hoc est, quod Apost. præcipit, *non dominantes in clero, sed forma facti gregis*. *Seruus & ancilla sint vobis de nationib. & rel.* i. paganos inferiores vobis ducite, *& de aduenis, qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint*, i. cathechumeni, vel illi
C qui eorum vitam sequuntur, *hos habebitis famulos, & rel.* in æternum virtutibus super illis eminete: *si inualuerit apud vos manu aduena aut peregrinus, & rel.* si frater infirmus alicui peccato consenserit, *quod si voluerit de fratribus eius*, i. christianis per orationem vel doctrinam potest eũ liberare vel si ipse zelũ habuerit pœnitendi, *reputatis temporibus venditionis suæ* quo seruiuit peccato & dignam pœnitentiam in sequenti vita studeat exercere: *Non affliges eũ violenter in conspectu tuo* quasi dicat debitor illius, vt nõ patiaris eum affligi, sed liberes. *Quod si per hæc redimi non potuerit, & rel.* i. si per se, vel alium citius non redimitur aliquando, tamen si pœnituerit remissione accepta cum bonis operibus reddetur libertati: *Eduxi de terra Aegypti*, id est, de diaboli potestate redimi.

CAPVT XXVI.

Ephes. 5. NOn facietis vobis idolum, & rel. i. auaritiã non habeatis, *quæ est idolorum seruitus*: *Nec titulos erigetis*, secundum literã altaria plurima dicit mystice principalia vitia & crimina capitalia: *Nec insignem lapidem ponatis, & rel.* hoc iuxta historiam patet, allegorice autem prohibet per auaritiæ cupiditatem præciosarum rerum siue lapidum, siue aliorum
D metallorum, seu quarumcunq; rerum congeriem cumulare: *Dabo vobis pluuias temporib. suis* i. doctrinam scripturarũ vel bonorũ magistrorũ, *& terra gignet germen suum*, i. vestra vita virtutes bonorum operum: *& pomis arbores replebuntur*, i. sanctis virtutib. *Apprehendet messium tritura vindemiã, & rel.* consummationis vnius virtutis alia pro mercede subsequitur, vt Paulus dicit:
Phil. 2. *Deus, qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate*: Pro bona enim voluntate perfectionem dicit bonis operibus sumministrari *& comedetis panẽ vestrum in saturitate*, i. doctrinam spiritualem, *& absq, pauore habitabitis*: Qui n. mandata Domini custodit insidijs diabolo non capitur: *Dabo pacem in finibus vestris*, i. in Ecclesia siue in vno quoq, homine: tunc autem vera pax, dum homo in semetipso conflictationes vitiorum non sentit: *dormietis & nemo, qui exterreat*, i. requiescetis nullo perturbante: *auferam malas bestias*, i. spirituales inimicos, *Gladius non transibit terminos vestros*, i. gladius discordiæ vel vindictæ: *Persequimini inimicos vestros, & c.* i. bene operãdo diabolum
E vincetis: *persequentur vero de vobis & c. volentes*, i. pauci fidelium qui tunc sensus suos bene tegunt, & diuinam legem sequuntur plenitudinẽ aduersæ potestatis depellunt: perfecti numeri, sicut in bono accipiuntur, ita contrarias habent malorum numerositates: *Cadent inimici vestri gladio*, i. maligni spiritus Dei vindicta: *respiciam vos* per misericordiã *comedetis vetustissima veterum & vetera nouis superuenientib. proijcietis*. propter fertilitatem terræ dicit. Mystice hoc facimus, dum secundum Apostolũ, *quæ retro sunt obliti*, i. interiora extendimur: semper enim sancti, quasi in initio virtutum sunt, dum prætenta bona sibi sufficere non putãt.
Philip 3. *Ponam tabernaculum in medio vestri*, i. in vnoquoq; iusto habitationem meam: *Ambulabo inter vos*, i. vt vos ambulare faciam in præceptis meis: *& confregi catenas ceruicum vestrarum vt incederetis erecti*, i. põdera peccatorum abstuli, vt Deum cognoscatis, & eius memoriam habeatis, nec terrenis desiderijs incumbatis. *Visitabo vos velociter in egestate & ardore*, vt semper sitiatis & nunquam satiemini: *Qui conficiat oculos vestros*, i. ardor oculos vestros deficere faciat, & videant, quæ
F nolunt: *& consumat animas*, propter angustias. Ardore & egestate designat contemptoribus mandatorũ Dei, iram spiritualis intelligentiæ insistere; *Frustra seretis sementem, & reliq.* i. vos, qui sine Christo vultis esse frustra virtutes aliquas imitamini, quia eas diabolus sua peruersitate corrumpit. Quæ sequuntur ad eundem pertinent sensum: *fugietis nemine persequente* i. nullam confidentiam habentes conscientia accusante in peccatis vestris tabescetis: *addam correptiones vestras septuplum*, i. perfectam vindictam sic & in sequentib. *Dabo vobis cælum desuper sicut ferrum & terrã æneã*. Simpliciter propter sterilitatem dicit, quia imbre desuper non veniente terra non gignit. Mystice autem nec diuinum auxilium habent, nec fructũ in scripturis, vel in cordibus suis inuenient Christum contemnentes: *Ne arbores poma proferent*, i. qui videntur fructum facere debere nullis virtutibus insigniuntur: *Emittam bestias agri* i. malignos spiritus, *qui consumant & vos & pecora vestra*, i. sapientes & hebetes: *desertæq, fient viæ vestræ*, i. actiones nullo eas exer-
G cẽte: *ergo quoq, contra vos aduersus incedam* qui Dñi voluntatẽ contrarij sunt, sciant sibi Dominum non satis esse præsentem ad auxilium: *Inducamq, super vos gladium, & rel.* i. verbũ Dei, qui vos Iudæi conuincat sine gratia Euangelii legem non posse seruare. Cuncta enim hæc quæ circumstant ad Iudæos pertinent, Christum venientẽ non suscipientes: *Cumq, confugeritis in vrbes, & rel.* i. ad Prophetas vestros cõuincet te eorum sensus mortaliter sapere: *Postquã confregero baculum panis vestri, & rel.* i. fortitudinem scripturę, quam carnaliter obseruatis. Lex enim sine Christo nihil valet: *Ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & rel.* i. decem mandata in legis angustia præparent sensum, *sed minime dent ad saturitatem*, quia latitudinem spiritualis intelligentiæ non habent, *ita vt comedatis carnem filiorum & filiarum vestrorum*. Quod vtrumq, & in Captiuitate babylonica, & Romana actum est. Cæterum filiorum ac filiarum carnes comedebant, dum discipulos suos peruersa doctrina decipiebant. *Destruam excelsa vestra & simulacra confringã* id est sacerdotes & Magistros: *Cadetis inter ruinas idolorum vestrorũ*,
H Scribas & Pharisæos. Ideirco idola, quia eorum superstitiones Dñi mandatis præferebant: *vrbem vestram redigam in solitudinem*, in Prophetis carnalem sensum nõ sequamini, *Et deserta faciam sanctuaria vestra*, i. derelinquere cultum & religionem vestram: *Non recipiam odorem vltra suauissimum*, i. victimarum, quæ in vmbra mihi placuerunt: *disperdamq, terram vestram*, i. scripturam carnaliter intellectam ita permanere non patiar: *& stupebunt super eam omnes inimici vestri, cum habitatores illius fuerint* i. conuersi de gentibus, qui fidei hæreditatem pro vobis acceperunt diuinam vestram mirabuntur: Inimicos autem eos dicit, quasi contrarios: *Vos autem dispergam in gentibus*, sicut deinceps post passionem Christi actum videmus: *Et euaginabo post vos gladium*, vbiq; enim verbum Dei illos impugnat: *tunc placebunt terræ sabbata sua*, i. scripturæ, quod quieteri à carnali obseruatione, cui vos requiem iustæ obseruantiæ non præstitistis: *Et qui remanserint dabo pauorem in cordibus eorũ*, i. qui prius crediderunt, si reuersi fuerint, dabo eis inquietudinẽ sub christiano populo consistentis de proprijs sedib. pulsis: *terrebit eos*

A *Sonitus folii volantis, id est,* sententia Prophetarum: quicquid enim gentes viderint de his, quæ lex prohibet præsumere terret eos atq; videre refugiunt, *& ita fugiant quasi gladium, &c.* Dum eis quisquã scripturarũ ostendit, *cadent nullo persequente,* id est, putant in malum suum hoc agi cum non propter aliud, quam beniuolentiam talis eis charitas ostendatur, *corruent singuli super fratres suos, id est,* deducent in ruinam, *hostilis vos terra consumet,* scriptura videlicet Euangelica vos errare conuincet. *Quod si de his aliqui remanserint tabescent in iniquitatibus suis, &c.* Qui persistere volunt incepto errore patria perdita ipsi quoq; pœnis deficiunt, *donec confiteantur iniquitates suas,* vel hic per pœnitentiã, vel in futuro ad rationem reddendam, *& inducam eos in terram hostilem, id est,* in doctrinam Euangelicam, *donec erubescat incircumcisa mens eorum,* à veritate superata: *Et recordabor fœderis mei, &c.* spiritualis promissionis, *terra quoque memor ero, id est,* synagogæ eorum, de sabbatismo terræ supra dictum est. *Attamen cum essent in terra hostili non penitus abieci eos, &c.* hoc est, quod dicit Apostolus, *cæcitas ex parte contingit in Israel donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel*

Rom. 11. B *saluus fieret. & recordabor fœderis mei pristini, &c.* quia eis promissiones exhibitæ sunt.

Capvt XXVII.

QVi spoponderit animam suam sub æstimatione dabit pretium, qui vitam suam Domino vouerit pro æstimatione virium illi seruiat. *Si masculus fuerit à vicesimo anno vsq; ad LX. id est,* fortis ad bene operandum, à completione legis, quæ in decalogo constat, qui & secundum literam & allegoriam debet obseruari vsq; ad sexagenarium, id est, perfectionem operum senarius perfectus per denarium, æque perfectum multiplicatur, vt hic pro oritur, *dabit L. siclos, id est,* totam vitam suam spiritualiter viuat. *Si mulier XXX. id est,* infirmior actu trinitatis fidem cum obseruatione mandatorum. *A quinto anno vsque ad vicesimum masculus dabit XX. siclos, id est,* postquam sciuerit V. sensibus

C corporis vti, vsq; ad supradictam completionem ipsam diligenter si firmior est obseruationem exhibeat. *Si autem mulier X.* id est, infirmior tamen historialiter decalogum seruet. *Ab vno mense vsq; ad annum quintum, id est,* ab initio conuersationis vsq; ad obseruationem sensuum fortior, *V. siclos,* id est, quinq. sensuum dominationem, infirmior, *tres,* hoc est Trinitatis fidem offerat Deo. Quibus incipi-

1. Pet. 2. entibus Petrus dicit, *quasi modo geniti infantes, &c. Sexagenarius & vltra masculus dabit, XV. siclos.* Sexagenarius iam bello & nuptiis nõ satis & aptus, & cum signat, qui ad culmen summarum virtutum ascendere minus idoneus est, sicut est virginitas & martyrium & monachorum recta conuersatio. Qui hæc iam minus implere potest reddat, *XV. siclos, id est,* fortiter quinq; sensuum custodiam cum legis obseruantia: *fœmina X.* id est, infirmior decalogi vel historialem obseruantiam. *Si pauper fuerit, &c.* id est, si inops virtutum promissa recompensare non poterit quantum ei imponatur à maioribus considerata eius virtute perficiat. *Animal quod immolari Domino potest, &c.* discipulus quem ad Domini seruitium disposueris non abiiciatur, vt quæras alium, *nec melius malo nec peius bono,* bonum malo, *non commutetur.*

D Si vero malus est de correctione eius ne deficias nec pœnitus abiicias, sed ad profectum præsentare satage. *Quod mutauerit, &c.* id est, si alium pro illo meliorem adquisieris ambos saluare memento. *Animal immundum quod immolari Domino non potest, &c.* id est, si quis eum Domino promiserit cuius vitia ne offeratur, [illegible], dicunt, *pretium imponatur,* id est, studium impendatur, vt de illa immunditia liberetur. *Quod sacerdos diiudicat bonum an malum sit,* significat illum magistrum considerare debere, virum sit corrigibilis an non, & sit studiũ correctionis ei adhibeat. *Quod si facere voluerit addet V. partem, id est* per intellectum suum hoc efficiet. Ideo quintam partem intellectum dicimus quia singulis quinq; sensuum idem præest. *Homo si vouerit domum suam, &c.* id est, domesticam ecclesiam, *qualis sit probet & quantum valet,* tantum in Domini seruitium redigatur, *si autem ille qui vouerat voluerit redimere eam, id est,* si iterum eum gerere voluerit iuxta intellectum suum fructus eius recompenset. *Quod si agrũ possessionis suæ vouerit, &c.*

E id est, meditationem, quam in diuina scriptura debet habere. *Iuxta mensurã sementis æstimabitur,* id est, secundum capacitatem sensus sic promittatur. *Si XXX. modiis hordei seritur, &c.* si per trinitatis fidem sensus legis in litera latentis capit ad spiritus sancti gratiam percipiendam meditetur, *si statim ab anno incipientis iubilæi vouerit, &c.* Si in initio conuersationis meditationem suam ad diuinam legem scrutandam commendauerit quantum laborare potuerit, tãtum remunerabitur. *Sin autem post aliquantum temporis, &c.* id est, si in prouectiori ætate ad hoc agendum conuolauerit, sicut minus iam capere poterit, sic minorem recipit mercedem. *Si voluerit redimere agrum qui vouerat, &c.* id est, si meditationem suam vt semetipsum in scripturis instruat reuocare voluerit non vt semper alterum audiens, nunquam sibi ipsi præbeat refectionem, iuxta intellectũ veritatis eam percipiat vt eius fructum recompenset domino cui illam promisit, & sibi fructum inde dulcedinis metat. *Si autem noluerit redimere, sed alteri [illegible] fuerit, [illegible],*

F *&c.* Si meditationem suam vt per se legat, & intelligat, ad se reducere tardauerit, & alteri semper inniti voluerit, potest contingere vt illi adhæreat, de quo errorem capiat, vnde non facile redimatur. *Quia cum iubilæi venerit dies sanctificatum erit domino, &c.* Cum enim venerit dies retributionis, *ad ius pertinet sacerdotis,* quia ei per quem Domino oblatus est merces restat laboris licet ipse postea perierit. Ipse enim qui vouit sacerdos Dei est. *Si ager emptus & non de possessione maiorum, &c.* id est, si discipulus aliunde veniens meditationem, inierit erga te, qui non sit de schola tua, supputa quantum in eo possis elaborare, & studium adhibe lucrandi eum. *In iubilæo autem reuertetur ad priorem dominum, id est,* ei qui primum laborauit in eo merces laboris impendet, te studii tui suscipiente remunerationem. *Omnis æstimatio sicli sanctuarii ponderabitur,* omnis iudicii & negotiorum diuersitas iuxta doctrinam ecclesiasticam penseture. *Siclus XX. obolos habet.* Ipse quidem modus doctrinæ diuinæ in decalogo continetur, qui in vicenario vis

G ducitur, vel quia duo præcepta continet charitatis, vel quia & historialiter, & allegorice est obseruandus. *Primogenita quæ ad Deum pertinent, &c.* hi qui in primordio conuersationis semetipsos Deo dedicant, non possunt in eis alii conseruationis sibi vsurpare effectum. *Siue bos siue ouis,* vt supra. *Quod immundum est animal, &c.* debilitatis immunditiam dicit. Si quis semetipsum constrinxerit in aliquo voto sicut est virginitatis promissio, & rursus in aliquo vitiosus fuerit, in eo quod ex sua promissione seruauit ab alio non potest Deo offerri, in alio vero, quo minus perfectum est redimi, iuxta considerationem necessitatis opus habet. *Si redimere noluerit vendatur alteri,* si vnus eum non redimerit, alius cũ suo studio poterit restaurare. *Omne quod domino consecratur siue homo, &c.* siue rationalis & sapiens, siue subiectus, siue meditatio Domino offerenda consecratur non commutetur alio: vt supra dictum est, *nec redimi poterit, id est,* commutatione alterius. Morte moriatur. *Quicquid domino promittitur,* nullo modo prætermittatur, sed vsq; ad mortem seruetur, dicit etiam Apostolus de fidelibus Domini, *carnem suam cruci fixerunt cum vitiis & concupiscentiis.* Gal. 5.

H *Omnes decimæ terræ, &c.* id est, omnium operum perfectio Domino consecretur. *Si quis redimere voluerit decimas suas, &c.* id est, bona opera sibi confirmare iusto intellectu eorum fructum Domino recompenset. *Omnium decimarum, &c.* omnium ordinũ, qui sub disciplina Christi sunt. *Quicquid decimum venerit, &c.* id est, quicunq; legis iustam habet intelligentiam, Domino sine vlla commutatione ex debito hostia offeratur: cætera vt supra. Pietatem autem tuam Deus omnipotens obnixe deprecor, vt me facias tibi semper placitum sacrificium laudum tuarum offerre, vt & quæ agenda sunt veraciter agnoscam, & agnita fideli operum executione perficiam, ne ignis spiritus sancti, & venerandæ caritatis quem perpetuo seruandum præcepisti, quem per effusionem veri sanguinis in corde & pectore meo confirmasti, deficiat: sed ad laudem & honorem nominis tui, in tuæ seruitio dilectionis ardescat in seculum, Amen.

A E

HRABANI MAVRI, MOGVNTINENSIS ARCHIEPISCOPI, IN LIBRVM NVMERORVM AD FRECVLPHVM LEXOVIENSEM EPISCOPVM

PRÆFATIO.

NVMERORVM librum multiplicibus mysteriorum obscuritatibus innolutum, sanctorum patrũ sententiæ produnt: quia ibi numerus filiorum Israel mystice describitur, & singularum tribuum castrametatio, circa tabernaculum testimonij ad formam sanctæ ecclesiæ refertur. Vbi Leuitarum in ministerio Dei distributio atque oblatio principum, secundum conuenientiam diuinorum sacramentorum præfiguratur. Nouissime quoq; post plurima diuersarum rerum atque effectuum explicita mysteria, omnium mansionum ab Aegypto vsque ad terram repromissionis, in quibus Israelita transeundo castra metati sunt, catalogus enumeratur: vt nobis demonstret, qualiter de Aegypto spiritali egressi, per mare rubrum atque eremum vastissimam præsentis seculi, debeamus ad repromissam in cælis patriam properare. B F *Sed quia hæc tibi sancte frater Frecvlphe nostro labore postulasti spiritali interpretatione exponi, post primam excusationem qua me à tanto onere apud te absoluere volui, ne forte inobedientiæ nota inurerer, studui præceptis tuis parere: & sanctorum patrum sententias ad hoc opus vndique colligere. Vbi quoque minus elucidatum eorum sententiis, id prætermissum non pro eorum ignorantia, sed forte pro occupatione aliqua reperi, cælesti gratia confidens quæ aperit os mutorum, & linguas infantium facit esse disertas, sensum pleraque iuxta eorum sensus vestigia inserere, non tamen latenter, ne forte pro fraude furti arguerer: sed manifeste ea agnominis mei prænotatione depinxi, sicut & in aliis opusculis nostris iam me fecisse recordor: vt sciret lector, qua securitate patrum dicta legere posset: quantaque cautela nostra retractare deberet. Si autem aliqua eorum quæ posui lectorem offenderint, quasi non rite prolata, magis infirmitati atque imperitiæ meæ deputet, quam præsumptioni seu malitiæ, eamque diligenter examinans, si sanæ fidei viderit concordare, non temere pro vilitate locutionis ea reprehendat. Si autem alicubi me errasse in sensu deprehenderit, veniam apud clementissimum iudicem charitatis instinctu ammonitus, mihi impetrare festinet, quem nihil infirmitatis humanæ latet: qui etiam nostras infirmitates in se suscipere, & ægrotationes portare, sanguinemque suum pretiosissimum pro redemptione peccatorum nostrorum effundere dignatus est: vt qui non nostris meritis poteramus, per ipsius gratiam saluaremur. Te autem venerande pater sicut correctorem in necessariis, ita defensorem habere volo in reprehensionibus superfluis. Deprecor ergo, vt fragilitatem meam apud auditorium orationibus adiuues: quatenus me in hac præsenti vita sancto fidei suæ munitum, aliquid semper sui seruitij explere faciat:* C G *& post egressum animæ de corpore, in sua præsentia iubeat vitam percipere æternam. Deus omnipotens autor & reparator salutis nostræ, longo tempore ad multorum prouectum te conseruet incolumem: atq; in fine, sanctorum cætui insertum, æternæ gloriæ faciat esse consortem.*

ELENCHVS CAPITVLORVM.

CAPITA LIBRI PRIMI.

SECVNDI LIBRI CAPITA.

TERTII LIBRI CAPITA.

QVARTI LIB. CAPITA.

FINIS CAPITVM.

A

HRABANI MAVRI, MOGVNTINENSIS ARCHIEPISCOPI, ENARRATIONVM IN NVMEROS,

LIBER PRIMVS.

Capvt I.

Sermo Domini ad Moysen de numerandis duodecim tribubus & principibus singularum tribuum, quid spiritualiter significent.

Num. 1. LOCVTVSQVE est Dominus ad Moysen in deserto Sinai in tabernaculo fœderis domini, prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Ægypto dicens. Iuxta
B finem Exodi vbi de erectione tabernaculi narratur, ita scriptum est: *Igitur mense primo anni secundi in prima die mensis, collatum est tabernaculum: erexitque illud Moyses*, & reliqua. Et nunc in capite Numerorum ita positum est. *Locutusque est dominus ad Moysen in deserto Sinai, in tabernaculo fœderis, primo die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Ægypto.* Vbi notandum, quod in duodecima mansione, id est, in solitudine Sinai, vbi Moyses ascendit ad Dominum, descenditque Dominus in montem Sinai, dans legem populo suo: ibi fabricatur tabernaculum, ibi præcipitur varietas hostiarum, vasorum diuersitas, indumenta pontificis, sacerdotum ac Leuitarum ceremoniæ: ibique enumeratio populorum Leuitarumque: & per singulas tribus populi distributio: oblationes quoque principum, & reliqua sacramenta in hac mansione scripta sunt. Sed in eodem anno, licet non eodem mense
C quo erectum est tabernaculum, numerus filiorum Israel descriptus est. Quid autem significat annus secundus vel mensis secundus anni secundi, nisi tempus noui testamenti, quod post aduentum Christi, passionem & resurrectionem eius, vsque ad finem mundi pertinget? Post collatum enim per gratiam Christi baptismum, in quo spiritali Ægypto, submerso vero Pharaone egressi sumus, reliquum tempus necesse est, vt in nouitate vitæ ambulemus, ad terrā repromissionis tendentes in deserto Sinai. Sinai quippe interpretatur rubus, quo significatur ecclesia: in qua nobis Apostoli prædicant, & spiritale prælium contra nequitias spiritales nobis gerendum est. Ibique loquitur Dominus ad Moysen, qui legem instituit ad instructionem credentium, hoc est, spiritalium Israelitarum. *Tollite summam vniuersæ congregationis filiorum Israel per cognationes & domos suas & nomina singulorum, quicquid est sexus masculini, a vigesimo anno & supra omnium virorum fortium ex Israel, & numerabitis eos per turmas suas, tu & Aaron: eruntque principes tribuum vobiscum ac domorum in cognationibus suis.* Diuinis numeris non omnes digni sunt:
D sed certis quibusdam prærogatiuis designantur hi, qui inter numerum Dei debeant comprehendi. Huius rei euidens indicium continet liber hic, qui inscribitur Numerorum: in quo refertur quod ex præcepto Domini neque mulieres deducantur ad numerum, fœminæ sine dubio infirmitatis obstaculo: neque seruorum quisquam, vtpute vita moribusque degeneres: sed ne Ægyptiorum quidem vllus ex his qui erant admixti numeratur, profecto vt alienigenæ & barbari: sed soli numerantur Israelitæ: & illi non omnes, sed a viginti annis & supra. Et nec sola ætatis habetur obseruatio, sed quæritur si & aptum bellis robur ostendat. Designatur etenim per verbum Dei vt numeretur omnis, qui procedit in virtute. Non ergo sola ætas, sed virtus in Israelita requiritur. Puerilis ætas non numeratur, nec apta diuinis calculis ducitur, nisi forte primogeniti sint, aut sacerdotali vel Leuitica stirpe descendant: illi soli in pueris adducuntur in numerum. Fœminarum vero nulla prorsus adducitur. Sed quid videtur? Possunt hæc vacua esse mysteriis. Sed hoc solum procurasse creditur spiritus sanctus, qui hæc scribenda dictauit, vt sciremus, qui tunc in illo populo numerati sunt, & qui sine numero manserint. Et quis dabitur ex hoc profectus his, qui sacris voluminibus gestiunt erudiri? Quid enim prodest ista didicisse, aut quid animæ confertur ad salutem, si sciat quod pars aliqua populi numerata est in deserto, pars vero innumerata dere-
F licta est? Si vero sequentes Pauli sententiam *legem spiritalem esse* credamus, & spiritaliter, quæ continet audiamus, ingens profectus animæ in his, quæ scripta sunt, apparebit. Docet enim præsens lectio, quod si transcendero puerilis ætatis insipientiam, si deliero paruulus esse sensibus, & vir effectus deposuero, quæ sunt paruuli, si inquam effectus fuero iuuenis, & talis iuuenis, qui vincam malignum, aptus videbor his de quibus scriptum est: omnes qui procedent in virtute Israel: & dignus diuinis numeris computabor. Donec autem inest alicui vestrum vel puerilis & lubricus sensus, vel fœminea & resoluta segnities, vel Aegyptios gerimus & Barbaros mores, haberi apud Deum in sancto & consecrato numero non meremur. Innumeri autem apud Salomonem dicuntur esse, qui pereunt: numerati autem omnes, qui saluantur. Et vis tibi ostendam, quia sanctorum numerus habetur apud Deum? Audi quomodo de astris quidem cælestibus dicit Dauid: *Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.* Saluator vero non solum disci-
G pulos suos electos sub numero statuit, verum & capillos capitis eorum dicit esse numeratos. Ait n. *Vestri autem capilli capitis numerati sunt.* In quo vtiq; non illos dicebat capillos esse numeratos, qui vel ferro attōderi & proiici solent, vel temporis ætate defluere ac perire, sed illi capitis capilli apud Deum numerati sunt, qui in Nazaræis erant, quibus inerat virtus spiritus sancti ad prosternendos alienigenas. Virtutes ergo animi & multitudinem sensuum, qui de principali mentis tanquam de capite apostolorum producebantur, capillos capitis appellauit. Sed in hæc per excessum quendam deuenimus: nunc ad propositum reuertamur. Et locutus est, inquit, Dominus ad Moysen in deserto Sinai. Illa scilicet omnia quæ superius compendiosa narratione comprehēdimus, vbi præcipitur numerari à viginti annis & supra, omnis qui procedit in virtute Israel. Si quis ergo procedit in virtute, ipse numeratur: & non in qualicunque virtute, id est, non Ægyptiorum virtute, neque in Assyriorum, neq; in Græcorum, sed in virtute Israel, ipse numeratur apud Deum. Est enim virtus animi, quam Græcorum philosophi docent. Sed hæc non
H pertinet ad numerum Dei. Non enim pro Deo, sed pro gloria exercetur humana. Est & Assyriorum virtus vel Chaldæorum, quæ astrologiæ studijs prædicatur. Sed non est ista virtus Israelitica: & ideo non pertinet ad Deū. Est & Aegyptiorum virtus in ea, quam dicunt secreta sapientia: sed hæc non adiungitur ad calculum Domini. Sola autem apud Deum virtus Israelitica numeratur, hoc est, illa virtus, quæ à Deo docetur: quæ per scripturas diuinas discitur: quæ per fidem euangelicam & apostolicam traditur. Et ideo dicit, vt illi soli numerentur, qui progrediuntur in virtute Israel. Sed illud consideremus quid est quod non statim vt egressus est populus de Aegypto numeratur, adhuc enim persequebatur Pharao, sed nec cum mare quidem transiens, venisset in desertum, dicitur numerari. Nondum enim tentari, nondum enim fuerant ab hoste impugnari. Confligunt enim aduersus Amalec & vincunt: sed nec tunc quidem numerantur.

Marginal references: Rom. 7. — Psal. 146. — Matt. 10.

Non

A Non enim sufficit ad perfectionem tendendi vna victoria. Manna acceperunt cibum, & aquæ poculum de petra sequenti hauriunt: sed neque tunc numerantur. Nondum enim in his ea quæ numeris apta dicuntur, adoleuerant. Tabernaculum testimonii construitur, sed nec ibi quidem numerandi populi tempus aduenit. Lex per Moysen datur, sacrificiorum mos traditur, purificationum ritus docetur, sanctificationum leges & sacramenta conduntur. Describe hæc auditor in corde tuo dupliciter & tripliciter. Vide quanta tibi transeunda sunt, quanta toleranda, quot profectionibus, quot tentationibus, quot prœliis pugnandum est tibi & vincendum, vt possis ad diuinum numerum pertinere: vt computo aliquo habearis apud Deum: vt inter sanctas tribus annumerari dignus habearis, vt visitari possis, & per Dei sacerdotes Aaron & Moysen, numerorum censibus scribi. Suscipienda est tibi primum lex Dei & lex spiritus sancti: offerenda sacrificia: explendæ purificationes: peragenda cuncta quæ lex spiritus docet, vt possis aliquando ad Israeliticum numerum pertinere.
B Ergo adhuc amplius aliquid intueor in hoc Numerorum libro mysterij. Ratio enim tribuum & distinctio ordinum, societas familiarum atque ordinatio cuncta castrorum ingentium, mihi sacramentorum prodit indicia. Apostolo nobis Paulo spiritalis intelligentiæ semina respargente. Et age iam, quid omnis hæc numerorum ratio, quid ordinum diuersitas intelligentiæ mysticæ contineat, videamus. Expectatio certa est nobis resurrectionis mortuorum, *cum hi qui viuunt qui reliqui sunt, non præuenient in aduentu Christi eos qui dormierunt*, sed simul cum illis iuncti, rapientur in nubibus obuiam Christo in aera: scilicet huius loci corruptelam & mortis habitacula deserentes, siue aliqui etiam ad paradisum, aut aliqua quælibet *ex multis mansionibus quæ apud patrem sunt*, transferendi loca. Diuersitas autem translationis & gloriæ, ex meritis sine dubio & actibus vniuscuiusque præstabitur: & erit vnusquisque in eo ordine, quem sibi meritorum gesta contulerint, sicut & idem Paulus protestatur dicens de resurgentibus: *Vnusquisque in suo ordine*. (1. Tes. 4.) (Ioan. 14.) (1. Cor. 15.)
C Tunc autem accedit in resurrectione vnusquisque, vt in tribu Ruben spiritalibus iudicijs ascribatur: ob hoc profecto, quod aliquid in moribus aut actibus aut vita, ipsi Ruben simile & consanguineum habuit. Alius autem in tribu Symeon, fortassis pro obedientia. Alius in tribu Leui, credo qui bene præfuit sacerdotio: vel qui bene ministrans, gradum sibi bonum adquiriuit. Alius autem in tribu Iuda, non dubito quod is qui religiosos spiritus gessit, & bene rexit populum, qui intra se est, scilicet mentis & cogitationum cordis. Sed & singulis quibusque tribubus vnusquisque sociabitur pro his, quæ ad vnamquamque earum vel in actibus cognata vel in moribus habuit. Erunt ergo huiusmodi, quidem ordines in resurrectione mortuorum, sicut designat Apostolus. Quorum ordinum typus in hoc libro & figura, præformari mihi videtur. Hæc à nobis generaliter indicata sunt, volentibus totius sacri huius voluminis continentiam mysticam, breuiter comprehendere: vt ex his intelligentiæ spiritalis occasione suscepta, vnusquisque & in reliquis similem, aut etiam si cui amplius Deus reuelat, superiorem & excelsiorem persequatur indaginem.
D Sed ne videamur ipsas significationes tribuum ac nomina principum intacta præterire, quia nec minima mysterius intelligentia in eis latet, & in pluribus locis istius libri hæc eadem repetuntur, interpretatis eorum nominibus, quid mystice significent, speciali descriptione breuiter adnotare curauimus. *Detribu*, inquit, *Ruben erat Elizur filius Sedeur*. Ecce lex & sacerdotium spiritali censu annumerant primatum ecclesiæ & officia singulorum: quia iuxta id, quod in lege Domini continetur, per sacerdotum verorum ministerium, omnis ordo ecclesiasticus disponi debet. Nam Ruben, qui primogenitus Israelis est, qui interpretatur videns filios, vel videns in medio, typum potest habere primitiuæ ecclesiæ, quæ fuit in seruitutem: quam ipse saluator in tempore incarnationis suæ in Apostolis suis primum fundauit. Ipsum enim significare potest Elizur, id est, pater meus fortis: quia ille merito

E fortis appellatur, de quo Propheta ait: *Rex gloriæ, dominus fortis, Dominus potens in prælio*. (Psal. 23.) Iste ergo Ruben sub tali principe constitutus videt filios, cum credentium numerum ad se cōfluere largiter conspicit. Vnde in actibus Apostolorum vna die prædicante Petro circiter tria milia baptizata commemorantur. (Act. 2.) Et paulo post in eodem libro, ita scriptum est: *Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna*. (Act. 4.) Et item: *Magis autem*, inquit, *augebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum*. (Act. 5.) Potest & generaliter princeps tribus Ruben eos significare, qui in medio fratrum conuersantes, subditorum sibi curam gerunt: & sermone simul atque exemplo bene incedentes, cupiunt habere plures imitatores: quos in filiorum loco ad militiam Dei mittant. In hac igitur tribu, id est, spiritali Ruben, Elizur, qui interpretatur, vt diximus, pater meus fortis, siue pater meus coangusti, & est filius Sedeur, qui interpretatur absconditus, principatum tenet: quia is, qui auctoritate magisterij bene vtitur, ac paterna disciplina subiectis rite præest, & hoc non ad laudem humanam forinsecus quærendam, sed in abscondito cordis ad gloriam Dei totum intrinsecus agit, recte
F princeps tribuum ac domorum in cognationibus suis esse describitur: quia tum coniugatorum quam etiam cælibum, tam virorum quam etiam mulierum in vtroque sexu & omni ætate curam gerens, secundum voluntatem Dei, regiminis ordinem rite seruare nouit. *In tribu quoque Symeon princeps erat Salamiel filius Surisaddai*. Et quidem Symeone, qui interpretatur exauditio, nisi deuotio ecclesiæ de gentibus exprimitur, de qua Dominus per Prophetam dixit: *Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi*: (Psal. 17.) In hac ergo dominatur Salamiel, id est, pax mea Deus, cum redemptor noster, qui secundum Apostolum *est pax nostra & fecit vtraque vnum*, (Ephes. 2.) & iuxta Esaiæ vaticinium, *Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis*, (Esa. 9.) signa potentiæ suæ per fidelium voces & opera, in ea cotidie demonstret. Item in Symeone generaliter omnis obedientium ordo signatur. Horum ergo princeps est Salamiel, qui Latine resonat retribuens mihi
G Deus: vel vt supra posuimus, *pax mea Deus*: filiusque est Surisaddai, id est, continentis ab re: cum ille, qui iustam retributionem Dei erga omnes cogitat, corde pacifico tranquillam vitam agens, quam humilitas vera & timor Dei generant, in cœtu fidelium omni veneratione dignus apparet: quia iuxta veritatis vocem, *Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur*. (Luc. 14.) Tales ergo omnem intentionem suam ad Deo placendum conuertunt: cuiusque magisterio secundum, id quod in scripturis sacris continetur, parere se fiducialiter promittunt, dicentes cum Propheta: *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælo. Ecce sicut oculi seruorum in manibus Dominorum suorum. Et sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri*. (Psal. 122.) *In tribu Iuda princeps erat Naason filius Aminadab*. Iudas ergo de quo reges oriebantur & interpretatur confessio siue laudatio, populum ecclesiasticum significat: cuius populi caput est leo de tribu Iuda, radix Dauid: ipse scilicet Dominus Christus. Et bene ille populus confessio siue lau-
H datio nuncupatur: quia vera confessio sacræ fidei sine laudatio: id est, recta prædicatio, non nisi in ecclesia Catholica est. Naason ergo, qui interpretatur serpentinus vel augurium & est filius Aminadab populi videlicet spontanei, merito ipse saluator intelligitur, de Patriarchis Deo vtiq; deuotis famulis progenitus: qui per mortem destruxit eum, qui habet mortis imperium, id est, diabolum. Nam in serpente vnde primum mortis causa, hoc est peccatum in protoplastos parentes nostros processit, mors ipsa figurata est. Denique mors Christi & sanctæ crucis mysterium, ad salutem credentium præparata sunt. Vnde & ipse Dominus in Euangelio ait: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis, qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitam æternam*. (Ioan. 3.) Possunt & Iudæ nomine censeri omnes, qui recte inuocant Domini nomen: nec in verbo dissentiunt à norma fidei Catholicæ. Horum merito Naason princeps est, id est, ille, qui non solum alijs prædicando do-

A camentum præbet, sed etiam virulenta vitiorum iacula corpus suum castigando, in semetipsos interficere satagit secundum illud Apostolicum: (1. Cor. 9.) *Castigo, inquit, corpus meum, & in seruitutem subigo, ne forte aliis prædicans, ipse reprobus inueniar. In tribu Isachar Nathanael filius Suar princeps fuit.* Isachar merces, Nathanael Deus meus, vt domus Dei, & Suar pusillus interpretatur. Ergo qui reminiscuntur pretio sanguinis Christi se redemptos, & in bonis actibus pie se exercent, vt mercedem in superius se accipiant, eorum princeps est Nathanael filius Suar: quia Dominus Christus qui per incarnationis dispensationem pusillus inter homines apparuit, princeps electorum omnium esse demonstratur, quando ipse in via dux, & in peruentione vita beatissima, & merces felicissima suorum est. Item Isachar non incongrue monachorum potest exprimere personam: qui omnibus mundi negotijs penitus spretis, dono Dei regente, hoc est spiritu sancto protegere, mercedem cælestem, districta vita ac coarctatione voluptatum quærunt: & pompas mundi spernendo, ea quæ humilia atq; despecta coram hominibus sunt B eligentes, Deo sibi interius placere cupiunt. *In tribu quoque Zabulon princeps erat Eliab filius Elom.* Zabulon qui interpretatur habitaculum fortitudinis, principem habet Eliab, qui interpretatur Deus meus pater & est filius Elom, id est, quercus: quia Ecclesia sancta, quæ habitaculum fortitudinis recte dici potest, hoc est inuicta perdurans, ab hæreticis & schismaticis filios suos potenter defendit ac protegit, principem habet super se Deum: qui pater est fidelium, & sempiterna potestate omnia disponit atq; ordinat & regit. Aliter Zabulon patientium figuram exprimere potest: qui ad omnia, quæ sibi irrogantur aduersa, in munimine virtutum circundati, inuicti perseuerant. Quorum princeps est solus Deus: quia sine eius dono nihil possunt agere, sed omnia per eius gratiam sperant se superare posse, dicentes cum Apostolo: (Rom. 8.) *Quis nos separabit à charitate Dei? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius:* (Ibidem.) Et idem: *Certus sum enim, quia neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; principatus, neq; fortitudo, neq; instantia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundum, neq;* C *creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu. Filiorum autem Ioseph de Ephraim, princeps erat Elisama, filius Amiud.* Ioseph interpretatur augmentum, Ephraim frugifer siue crescens, Elisama Deus meus audiens, & Amiud, populus meus inclytus. Quid significat Ioseph ex quo duæ tribus ortæ sunt, nisi redemptorem nostrum, qui quorum populorum pater est? quia angularis lapis factus duos parietes è diuerso venientes in semetipso coniunxit: vbi Ephraim minor ætate primogenito Manasse, patris iudicio antefertur: qui populus gentilis qui post resurrectionem Christi & ascensionem eius in cælos ad fidem confluxit, fidei vbertate multiplicatus, populo Iudaico præfertur. Vnde Dominus in Euangelio laudans Centurionis fidem, ait: (Matt. 8.) *Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel.* Et item: (Ibidem.) *Multi inquit venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorum. Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium.* Habet quoque tribus Ephraim principem Elisama. Quem melius Elisa- D ma intelligere possumus, quam saluatorem nostrum, de quo dixit Apostolus: (Phil. 2.) *Factus est, inquit, obediens patri vsque ad mortem: mortem autem crucis?* (Ioh. 8.) Et ipse Dominus de se in Euangelio ita ait: *Qui misit me, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.* Ipse videlicet est filius Amiud, id est, populi inclyti: quia de Patriarcharum, Prophetarum, & regum stirpe descendens, venit in mundum, vt redimeret genus humanum. Item in principe stirpis Ephraim accipere possumus eos, qui intente audiunt & meditantur verbum Dei: & hoc non inaniter sed fructuose agere student, vt sint secundum Iacobi sententiam, (Iac. 1.) *factores verbi, & non auditores tantum.* Quia attestante veritate, (Matt. 13.) *qui corde bono & optimo audientes verbum retinent, fructum afferunt in patientia: & aliud quidem facit centesimum, aliud sexagesimum, aliud autem tricesimum.* Porro Salamiel filius Phadassur, hoc est redemptionis validæ, dominatur in tribu Manasse, qui interpretatur obliuiosus siue obliuiosus: cum redemptor noster quem ad conuocandum populum Iudaicum pater misit in mundum, E in regno suo gentem obliuiosam inuenit: Vnde Dominus ipse per Osee Prophetam ait: (Ose 4.) *Conticuit populus meus, eo quod non habuerit scientiam. Quia tu repulisti scientiam, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi: & quia oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum.* Et item: (Ose. 8.) *Oblitus est, inquit, Israel factoris sui & ædificauit delubra.* Et ædificauit Iudas vrbes munitas. Sed non omnes illi perierunt. (Rom. 11.) *Non enim repulit Deus plebem suam quam præsciuit:* sed reliquiæ, secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Et quando plenitudo gentium secundum Apostolum subintrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet. Nec non & alio modo Manassen cum principe sortis suæ possumus accipere illos, qui ob desiderium vitæ æternæ laborantes, & in bonis operibus desudantes, non magni pendunt ea quæ fecerunt virtutum opera: sed maiora adhuc agere desiderant, secundum Apostolum, (Philip. 3.) *illa quæ retro sunt obliuiscentes,* in anteriora se extendunt: si quomodo peruenire possint ad su- F pernæ vocationis brauium: vt accipiant coronam vitæ, quam retribuet Deus iustus iudex omnibus diligentibus se in veritate. *De stirpe Beniamin Abidan filius Gedeonis princeps fuit in ipsa tribu.* Beniamin filius dexteræ, Abidan pater meus iudex, & Gedeon tentatio iniquitatis, vel tentatio humilitatis nicæ interpretatur. Itaque in nomine Beniamin terrestris figuratur Ierusalem, quæ est in tribu Beniamin eiusdem: cuius populus secundum Prophetiam, Rachel benoni, id est, filius doloris fuit: quia graui dolore matrem affecit effundendo sanguinem Prophetarum: insuper etiam in necem Christi conspirans, impie conclamando ac imprecando dixit: (Matt. 27.) *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Sed sicut incredulis filius doloris fuit, ita & in credentibus secundum patris Prophetiam, merito filius dexteræ nuncupatur. Nec aliquid prohibet in Beniamin figura gentilem populum intelligere: qui primum filius doloris erat in persequendo Christianos: ac post in Christum credendo, filius dexteræ. Huius ergo populi Apostolus & prædicator Paulus fuit: quem in significatione Beniamin, doctores sancti sæpe ponunt. Filius itaque dexteræ ideo iste G populus vocari potest: siue quia in electorum numero ad dexteram iudicis in extremo examine staturus est, siue quia dextera, id est, beata opera facere studet. Huius ergo populi Abidan filius Gedeonis princeps est: quia saluator noster quem humilem ad se venientem Iudaica perfidia spreuit, vel antiquus hostis inique tentare præsumpsit, caput credentium est, & iudex in fine venturus viuorum & mortuorum, vt reddat vnicuique secundum opera sua: iustis videlicet præmia, & peccatoribus debitam pœnam. Item Beniamin, id est, filius dexteræ eos possumus accipere, qui virtutum studio fortiter contra hostes dimicant & tentationum stimulos viriliter premunt: nec aliquid fœmineum & molle seu voluptuosum in se dominari permittunt: sed zelo Dei armati, contra spiritales nequitias, & contra mundi illecebras præliari semper parati sunt. *In tribu Dan principatum tenuit Ahiezer filius Amisadai.* Dan iudicium vel iudicans interpretatur, H sicut Ahiezer frater meus adiutor, & Amisadai populus meus sufficiens latine resonat. Quid obstat quod non in persona gentiles accipiamus, qui de frigore infidelitatis recedentes, ad gratiam Christi confugerunt? Vnde & Dan in sequentibus, in aquilonari plaga iuxta ipsum tabernaculum primus castra metatus esse describitur: Ahiezer ergo tribus Dan princeps est: & ipse filius est Amisadai: cum ecclesiæ de gentibus Apostoli Christi, quasi fratres gentium: quia de plebe priori generati sunt; sufficientes in verbo & bonis operibus magistri constituuntur: qui eos fraterna dilectione instruentes, ad societatem gratiæ spiritalis prouocare student. Aliter: In Dan accipiuntur illi qui iusto iudicio cuncta agunt: & discretionem in omnibus rebus seruare contendunt: illi enim populum sufficientem ducunt: quia discrete viuunt. Ipsi & fratrem adiutorem in principatum suum constituunt: quia secundum sanctorum prædicatorum doctrinam, & secundum canonicæ authoritatis

magi-

A magisterium, omnia facere disponunt: & quicquid boni agunt, non sibi sed Deo applicant dicentes cum Propheta: *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam super misericordiam & veritatem tuam.* (Psal. 113.) Et cum Apostolo: *Non sumus sufficientes,* inquit, *cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est: qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera sed spiritu.* (2. Cor. 3.) *Tribui Aser praefuit princeps Phegiel filius Ochran.*

Aser qui beatus Latine dicitur vel diuitias habens, electorum numerorum virtutibus locupletem significat. In his principatum Phegiel tenet, id est, occursio domini, filius Ochran qui interpretatur turbauit eos: cum mediator Dei & hominum, qui humano generi periclitanti, & sub peccatorum onere corruenti propitius succurrit: hostesque qui eis nocebant, hoc est malignos spiritus repellendo, turbauit. Vnde in euangelio homini in latrones incidenti, Samaritanus subuenire describitur: *qui appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: & imponens in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam illius egit.* (Luc. 10.) Item

B in Aser eos possumus accipere, qui cum consilio cuncta agunt: & non rebus caducis, sed virtutibus diuites esse cupiunt: qui censum huius mundi paruipendunt: imo substantiam suam cunctam pauperibus tribuunt, *vt condant sibi thesauros suos in caelo: vbi nec aerugo nec tinea demoliuntur, neque fures effodiunt, nec furantur:* (Matth. 6.) illam domini sententiam sedulo cogitantes, quia in euangelio dicit: *Cum facis conuiuium aut coenam, noli vocare fratres tuos neque amicos neque vicinos diuites, sed voca pauperes, debiles, caecos & claudos, & beatus eris: quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.* (Luc. 14.) *Tribui ergo Gad princeps erat Eliasaph filius Duel.* Gad ergo accinctus interpretatur, & Eliasaph Dei mei protectio vel ascensio Duel quoque agnoscens Deum. Et quem melius Gad per figuram exprimere potest, quam fidelium populum? qui semper iustitiae mentis lumbos tenet, & fidei scuto ac armis spiritalibus instructus ad bellandum, contra spiritales nequitias semper paratus est: cui acie [illegible] exhibet CHRISTVS saluator noster, ortus de stirpe [illegible] torum patrum, qui veraciter Deum agnoscebant [illegible] mandatis eius obediebant. Ipse milites suos ad p[illegible]

C git, eosque potentiae suae virtute, ne coram [illegible] ant, clementer protegit. Possumus & sanct[illegible] in Gad nomine intelligere: qui in procinctu [illegible], hostibus resistere semper parati sunt. Et [illegible] inter eos excellunt, qui Eliasaph, id est, ascensionis nomine notantur: quia cum corda sua eleuant ad Deum, indeque petunt auxilium, in infimis obrui ab hostibus nequaquam possunt. De quibus per Salomonem d[illegible]: *Gallus succinctus lumbos & aries, nec est rex qui resistat ei.* (Prou. 30.) Gallum dicit praedicatores sanctos, inter huius noctis tenebras verum mane nunciantes: qui succincti lumbis sunt, qui a membris suis luxuriae fluxa restringunt: Hos ipsos & aries loco hoc significat, id est, primum intra ecclesiam ordinem sacerdotum de quibus scriptum est: *Afferte Domino filios arietum:* (Psal. 28.) qui per exempla sua gradientem populum, quasi subsequentem ouium gregem trahunt. Quibus spiritaliter recteque viuentibus, nullus ex hostibus omnino resistere: quia licet quilibet persecutor obuiet, intentionem eo-

D rum tamen non valet praepedire. *Tribui quoque Nephthalim princeps fortis fuit eorum Achiram filius Enan.* Nephthalim quoque conuersus siue dilatatus interpretatur: & significat populum ecclesiae, qui ab errore conuersus, per ter mundi terminos, fidei abundantia dilatatus est. Cui per Isaiam dicitur: *Dilata locum tentorij tui, & longos fac funiculos tuos,* (Esai. 54.) & reliqua. Achiram, id est, fratris mei amicus, filius vtique Enan, hoc est, fontis tristitiae huic plebi praelatus est: quia Christus filius Dei qui fraternae plebi, hoc est populo Iudaico amicus fuit, quando illi legem dans, sui notitiam tribuit, ipse modo gentilitati per poenitentiae vel tristitiam consulens, ad fidem suam illam conuertit, quatenus in suo exercitu annumerati, ipsius ducatuatque regimine fruerentur in praelio. Item in Nephthalim quoque virorum sanctorum intelligi possunt, qui charitate fraterna dilatati, vim dilectionis non solum ad amicos, sed etiam ad inimicos extendunt. Horum princeps est Achiram, hoc est ipse Dominus: qui eos sui amo-

E ris ducatu regit ac protegit: quos non inter seruos, sed inter amicos ascribere dignatus est, dicens eis cum Apostolis: *Iam non dicam vos seruos sed amicos: quia omnia quaecunque audiui a patre meo, nota feci vobis.* (Ioan. 15.) *Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus & cognationes suas, & capita exercitus Israel.* Isti etiam sunt principes multitudinis fidelium, qui virtutibus praeclari, & doctrina eximij, merito in ecclesia eminentes & praelati ostenduntur. *Quos tulerunt Moyses & Aaron cum omni vulgi multitudine, & congregauerunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes & domos ac familias, & capita, & nomina singulorum, a vigesimo anno & supra, sicut praeceperat Dominus Moysi: numeratique sunt in deserto Sinai.* Merito (Augustinus.) quaeritur quid sibi velit, quod per omnes tribus vbi computantur filij Israel in aetate militari, dicitur eos recensitos per cognationes & domos ac familias & capita & nomina singulorum, quasi aliud sit per cognationes, aliud per domos, aliud per familias, aliud per capita, aliud per nomina singulorum: cum potius videantur alijs verbis eadem significare nomina. Intentionem autem mouet, quia tam diligenter per omnes tribus eadem describun-

F tur, & non frustra fieri quiuis etiam videat, & si non intelligat. Nimirum ergo numerus ipse aliquid insinuat sacramento: vt hoc idem quinquies vane repetatur. Nam iste numerus sicut in ipsis quinque libris Moysi, id est, quinarius in veteri testamento maxime commendatur. Illa vero quae deinceps quatuor connectuntur, id est, masculina a viginti annis & supra, omnis qui procedit in virtute, & recognitio eorum (sicut in septuaginta interpretibus habetur) habent necessariam differentiam. Cum enim ageretur de numero vniuersae multitudinis ad vnam tribum pertinentia, discerni eos debuit etas sexus, ideo positum est omnia masculina. Et ne parui etiam computarentur, adiunctum est, a viginti annis & supra. Rursus ne in bellis senectutis aetas annumeraretur, additum est omnis qui procedit in virtute: & omnia concluduntur verbo huius operis quo fiebat vt dicatur, recognitio eorum. Recognitio enim fiebat in hec hominum milia cum computaren-

G tur. Quinque igitur illa, id est, cognationes domus ac familiae & capita & nomina singulorum, & ista deinde quatuor, sexus, aetas, virtus, recognitio, fortasse in ipso numero aliquid significant. Si enim horum duorum numerorum, id est, quinarij & quaternarij alter multiplicetur ex altero, id est, vt quinquies quaterni, aut quater quini ducantur, viginti fiunt. Quo numero etiam adolescentium aetas illa signatur, qui numerus commemoratur. & quando intratur ad terram repromissionis, & dicitur illa viginti annorum, quae non declinauerit in dexteram aut sinistram. Vbi mihi videntur significari sancti fideles ex vtroque testamento fidem veram tenentes. Nam vetus testamentum quinque libris Moysi maxime excellit, & nouum quatuor euangelijs.

CAPVT II.

De non numerandis Leuitis cum filijs Israel, sed super tabernaculum testimonij constituendis.

H *Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Tribum Leui noli numerare, neque ponas summam eorum cum filijs Israel: sed constitues eos super tabernaculum testimonij, & super cuncta vasa eius: & quicquid ad ceremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum, & omnia vtensilia eius: & erunt in ministerio: ac per gyrum tabernaculi metabuntur. Cum proficiscendum fuerit, deponent Leuitae tabernaculum: cum castra metanda, erigent.* (Num. 1.) Quid in tribu Leui nisi sacerdotalis ordo exprimitur, qui constitutus est super tabernaculum testimonij, vt sanctae ecclesiae in qua testamenta diuina rite condita sunt, condignam curam gerat: quatenus omnia vasa eius, hoc est quique fideles & sancti viri, qui vasa Deo electa sunt, apta ad ministerium spirituale, absque errore & sordibus vitiorum, illaesa permaneant? Hic ordo quicquid ad ceremonias legis Dei pertinet, procurare debet: quia ipsi commendatum est, vt populo Dei insinuet, qualiter secundum legem Dei incedentes, honeste & secundum ordinem in ecclesia

A Dei conuersentur. Ipsi portabunt tabernaculum & omnia vtensilia eius, quia per compassionem infirmorum mores tolerando, & solatijs opportunis adiuuando, sanctam ecclesiam quasi humeris laboris & patientiæ portant. Hi quoq; per gyrum tabernaculi metabuntur: quia ne aliqua pars insidiantibus hostibus ad inuadendum pateat, cura Rom. 7. pastorali vndiq; prouident. Ipsi deponunt tabernaculum cum proficiscendum est: & cum castra metanda erigunt, cum ipsi sermone simul, & exemplo disponunt, qualiter quisq; humilitate prostratus, in profectu virtutũ gradiatur: & qualiter spe erectus, in statu rectæ fidei & constantia bonorum, firmiter consistat. Et bene Leuitæ cum cæteris tribubus numerari non permittuntur, quia specialis debet esse sacerdotum doctrina & conuersatio: neq; cum plebeia multitudine permixta. Vnde & Paulus præcepit 1. Tim. 3. *episcopum esse irreprehensibilem: & diaconos nullam crimen habere.* 1. Tim. 4. Timotheo quoq; scribit, *vt exemplum sit fidelibus, in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide & castitate.* Non enim decet, vt qui superior est cæteris gradu, inferior sit bonorum operum gestu. B Quod ait de tabernaculo distringendo, leuando, erigendo, *Quisquis extraneorum accesserit, occidetur*, siue vt in LXX. habetur, *& alienigena qui accesserit morietur*, hic alienigena intelligendus est etiam ex illis filijs Israel, qui non de illa tribu fuerant, quam tabernaculo seruare præcepit, id est, qui non fuerit de tribu Leui. Mirum hoc, quomodo abusiue alienigena dicitur, quod magis alterius generis hominem significat, id est, ἀλλογενής, & nõ magis ἀλλόφυλον quod significat alterius trib. homines. quo nomine magis vtitur scriptura in aliarum gentium hominibus, vt allophyli appellentur, quasi aliarum tribuũ homines. Mystice autem quisquis indignus ad sacrum ministerium accesserit, reatu præsumptionis constringitur, nec euadet superbiæ vindictam, si non curat propriam agnoscere mensuram. Nec quis sibi debet vsurpare illicitum honorem, nec appetere per fastum gradum celsiorũ: Heb. 5. *sed qui vocatus est à Domino tanquam Aaron*, & quos electio diuina præsciuit ac prædestinauit. Vnde Oz*ias rex* qui sacer- 2. Para. 26. C dotij dignitatem contra legem appetebat, *lepra percussus in fronte*, confusus inde abscesserat.

Capvt III.

De castris filiorum Israel per gyrum tabernaculi fœderis, quid spiritualiter in ecclesia significent sciendum.

Num. c. 2. LOcutusq; est Dominus ad Moysen & Aaron dicens: *Singuli per turmas suas signa atq; vexilla & domos cognationum suarum, castra metabuntur filij Israel per gyrum tabernaculi fœderis*, siue iuxta aliam editionem, *Homo secundum ordinem suum, & secundum signa sua, secundum domos familiarum castra collocent filij Israel ex aduerso in circuitu tabernaculi testimonij.* Moyses dicit: Homo secundum ordinem suum, & secundum signa sua, & secundum domos familiarum suarum incedat in castris: & Paulus dicit: 1. Cor. 14. *Omnia honeste & secundum ordinem fiant.* Et non tibi videtur vnus esse spiritus Dei, qui & in Moyse loquitur & in Paulo: Secundum ordinem Moyses incedi D mandat in castris: secundum ordinem in ecclesia cuncta geri præcipit Paulus. Et Moyses quidem qui legi ministrabat, in castris custodiri ordinem iubet. Paulus vero tanquam euangelij minister, non solum in actibus, sed & in ipso habitu ordinatum vult esse Christianum. Et ideo Tit. 2. dicit: *Mulieres similiter in habitu ordinato.* Inde ergo arbitror, quod non solum in officijs & habitu seruari ordinem volunt, sed dant intelligi, quod sit aliquis etiam in anima ordo de quo dicatur, quod vnusquisque incedere debeat secundum ordinem suum. Qui ordo præcipue quidem ex operum fructibus indicatur: nihil minus autẽ ex magnificentia sensuum. Nam sæpe accidit, vt is qui humilẽ sensum gerit & abiectũ, & qui terrena sapit, excelsum sacerdotij gradum, vel cathedram doctoris obsideat: & ille qui spiritualis est, & à terrena conuersatione tam liber, vt possit examinare omnia, & ipse à nemine iudicari, vel inferioris ministerij ordinem teneat: vel etiam in plebeia multitudine relinquatur. Sed hoc est & legis & euangelij statuta contemnere, & nihil secundum ordinem gerere. E Sed vnusquisq; nostrum si de cibo & potu solicitus sit, & omnem curam in rebus secularibus gerat, vnam vero aut duas horas ex integro die etiam Deo deputet, & ad orationem in ecclesiam veniat, vel in transitu verbũ Dei audiat, iste non complet mandatum Dei quod dicit, vt homo secundum ordinem suum incedat: vel quod dicit, vt omnia secundum ordinem fiant. Ordo enim est statutus à Christo, *quærere primum regnum Dei & iustitiam eius*: Matt. 6. & credere quod secundo loco hæc nobis apponantur à Deo. Agnoscat vnusquisq; igitur ordinem suum, & quid dignum sit eo ordine quem suscepit intelligat: & ita libere actus suos: ita etiam sermonem, incessum quoq; ipsum & habitum moderetur, vt cũ ordinis sui professione conueniat: ne audiat dici ad se à Deo. *Quia propter vos nomen* Isa. 52. *meum blasphematur in gentibus.* Quid autem est quod dicit, & secundum signa, videamus. Ego puto signa esse ea quibus vniuscuiusq; proprietas designatur. Verbigratia, omnes quidẽ homines similes sumus: sed est propria quędam vniuscuiusq; distinctio, vel in ipso vultu, vel in sta- F tura, vel in positione, vel in habitu per quem verbigratia Paulus quia Paulus sit designetur: Petrus quia Petrus sit, & non sit Paulus. Interdum autem etiam non videntibus vniuscuiusq; signi diuersitas datur, vt ex voce & loquela agnoscat illum esse, vel illum qui loquitur, & secũdum suæ proprietatis signum vnusquisque etiam sine corporali visione cognoscitur. Hoc modo arbitror esse etiam in animis signa diuersa: & alterius quidem animi motus huius est mitis, placidus, tranquillus, æqualis: alterius turbidus, elatus, asperior, incitatior, petulantior: alius circumspectus, cautus, prouidus, sobrius, impiger: alius desidiosus, negligens, incautus. Et in his alius plus, alius minus. Et audeo pronunciare, quia fortassis quanta speciei vultus inest diuersitas hominibus, tanta & in animis inuenitur esse differentia: sicut sapientissimum Salomonem memini quodam loco dicentem. Prou. 2. *Sicut diuersi sunt vultus vultibus, ita & diuersa sunt corda hominum.* Sed vnusquisq; vt ait Moyses secundum signa sua incedat, id G est, ne is cuius humilia & despecta sunt signa, elatior incedat & altior, quam animorum suorum signa deposcũt. Potest autem fieri, vt æmulatione bonorum operum ab inferioribus signis ad meliora, & ad magnificentiora veniamus. Si enim recte à nobis intellectum est, hæc omnia quę in lege scripta sunt formas esse futurorum bonorum, & illius seculi quod ex resurrectione speramus, certum vtique est, quod si in præsenti vita habuerimus studiũ meliorum, & secundum Apostoli sententiam *posteriora oblivi-* Philip. 3. *scentes, ad ea quæ in ante sunt extendamus*, in resurrectione mortuorum, vbi sicut stella ab stella differt in gloria, ita & vniuscuiusq; merita refulgebunt, poterimus vtique ab inferioribus ad meliora signa & fulgentiora transferri: & splendentioribus sideribus adæquari: atq; in tantum potest in hac vita, humana natura proficere, vt in resurrectione mortuorum, nõ solum stellarum gloriæ, sed & solis splendori valeat exæquari, secundum quod scriptum est: *Quia iusti fulgebunt sicut sol in regno Dei.* Hinc ergo est quod Matt. 13. inferioribus dicitur, secundum signa sua per domos familiarum suarum. Quod dicit per domos familiarũ suarum, in Græco idem sermo positus est, quem & ibi Apostolus dicit, vbi ait: *Huius rei gratia curuo genua mea ad patrem* Ephes. 3. *domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur.* H Quas ergo paternitates hic Paulus dicit, ibi familias posuit Latinus interpres. Sed vnus atque idem sermo habetur in Græco. Istę sunt ergo paternitates vel familiæ, quas Paulus quidem iam ostendit in cælis, Moyses autem sub figuris adhuc legalibus describit in terris: secundum quas incedere nos monet, vt possimus cælestibus paternitatib. sociari. Sunt autem vt Paulus superius pronunciauit, siue familiæ [illegible] dicendæ sunt, siue paternitates in cœlo, ex quibus forte est, & illa quam in alio loco nominat idem Paulus, *ecclesia primitiuorum ascripta in* Hebr. 12. *cælo*: cui nos eueniet sociari, si secundum ordinem incedamus, & omnia secundum ordinem geramus: si nihil inordinatum, nihil inquietum, nihil inhonestum inueniatur in nobis: tunc & sicut firmamentum resplendebimus,

& sic

A & sicut stellæ & sol refulgebimus in regno Dei per Christum. *Ad orientem Iudas figet tentoria per turmas exercitus sui, eritq; princeps filiorum eius N. ason filius Aminadab, & omnis de stirpe eius summa pugnantium LXX quatuor millia sexcenta.* Circa tabernaculum omnes filij Israel castra metabantur terni per singulas plagas, vt non superfuisset, aut non deesset aliquis de illis. Iudas ergo & Isachar & Zabulon ab oriente figebant tabernacula: Ruben autem & Symeon & Gad ad meridiem. Ephraim & Beniamin & Manasse ad occidentem: Dan & Aser & Nephthalim ad aquilonē. Quid autem significat tabernaculum in hoc loco, nisi ecclesiā tam veteris quam noui testamenti? Duodecim principes autem circa tabernaculum castra metantes, Patriarchas siue Apostolos significant: quorum precibus & doctrina munitur ecclesia. Sed & illud quod consociatione quadam tribuum & connexione castrorum, positio & metationis ordo scribitur, pertinet sine dubio ad aliquem in resurrectione mortuorum statum. Quod tres ad orientem collocatæ dicuntur tribus, & tres ad occidentē, tres etiam ad mare, & tres vltimę ad aquilonem qui durus dicitur ventus. Sed & quod tribus Iuda quæ regalis est ad
B orientem statuitur, ex qua ortus est Dominus noster, non puto otiosum. Sed quod Isachar huic iungitur & Zabulon, & quod in quatuor partes trinus iste numerus ordinatur. Quæ quantis dispositionum suarum diuersas habeant qualitates, vnitis tamen intra trinitatis numerum continentur. & quod per totas has quatuor partes in numerum vnum colligitur eadem trinitas, semper proco sine dubio quod sub vno nomine patris & filij & spiritus sancti censentur omnes, qui ex quatuor orbis partibus
Matth. 8. venientes, inuocant nomen Domini, *recumbentes cum Abraham, Isaac & Iacob in regno Dei.* Dicamos adhuc aliquid quod adiuuet lectorem, quatenus ea breuiter annotans, maiora conijcere valeat. Quatuor ergo plagæ mundi in quarum denominatione castrorum metatio filiorum Israel circa tabernaculum describitur, secundum mysteriū conuocationem & dispositionem sanctę ecclesiæ significat. Per orientem ergo vbi introitus in tabernaculum pa-
C tebat significatur initium conuersionis & confessionis fidei catholicæ atq; baptismatis perceptionem, primitiuamq; ecclesiam: quæ in Ierusalem post Domini aduentum primum ab Apostolis fundata est. Et merito huic plagæ tribus Iuda cum tribu Isachar & Zabulon deputatur: quia confessores Christi in habitaculum fortitudinis vbi pro mercede laborent æterna, per illum introitum habēt qui
Ioan. 10. dixit. *Ego sum ostium: per me si quis introierit saluabitur.* Et item:
Ioan. 8. *Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed*
Luc. 1. *habebit lumen vitæ.* De quo & Zacharias ait *Visitauit nos oriēs ex alto, illuminare his qui in tenebris & vmbra mortis sedent.* Plaga vero æstiualis iuxta quam latus meridianum tabernaculi tendebatur, antiquam illam Dei plebē designat. quæ lucem scientię legalis iam dudum accipiens, amore sui conditoris seruere solebat. vbi Ruben & Symeon & Gad castrametati sunt. Et merito: quia sancti patres quiritium mentis ad voluntatem Dei videndam bene exacuerunt, obedientiæ studium tote impendebant accingentes se armis iustitiæ: quatenus hosti ueilando qui secundum
1. Petr. 4. Petri vocem, *tanquā leo rugiens circuit quærens quem deuoret,*
D nec non & dæmonio meridiano semper armati resisterēt. Porro plaga aquilonis secundum quam positum erat alterum latus tabernaculi, eamq; tenebris ac frigore infidelitatis vsque ad tempus dominicæ incarnationis torpere non desiterat, gentium multitudinem figurat: vbi Dan & Aser & Nephthalim castra metati non absurde iussi sunt: quia spernentibus Iudęis verbum Domini, iusto iudicio Dei per multitudinem fidelium ex gentibus dilatatus cælestiæ populus, æternam beatitudinem sperare & quærere non desistit. Occidentalis ergo plaga quæ vtrumque pariterem tabernaculi recipiens, in se iungendo consummat, ad implementum totius sanctæ vniuersalis ecclesię, quæ cum sine huius mundi perficitur designat: quando perfecto numero Antichristi crescentes in bonis meritis probantur electi: & hora illa appropinquat, quando in obliuionem mortis perpetuæ impijs traditis, iusti ad dexteram Dei in æternum cum Domino regnaturi collo-

E cabuntur. Vnde & bene iuxta hanc plagam Ephraim Beniamin & Manasses castra ponere pręcepto Dei decreti sunt. Leuitæ quoque idcirco proximi tabernaculo fuerant, cæteræque tribus ex quatuor plagis circa eos vndique consistebant, quatenus illi quorum officium erat tabernaculi curam gerere, sine terrore, diuino officio vacarent: cum à fratribus suis forinsecus contra hostium impetum munirentur. Ita & in moderno tempore iustum est, vt popularis ordo ecclesiasticum de his quæ exterius sunt procuret: quatenus ministri Dei, verbo & diuino officio sine impedimento vacare possint. Ascende ergo nūc o auditor, si potes, & à terrenis sensibus intuitum mentis & perspicacia cordis eleua: obliuiscere paulisper terrena: supra nubes & super ipsum cœlum mentis gressu incede: ibi require tabernaculum Dei, ibi præcursor pro nobis introiuit Iesvs: & assistit nunc vultui Dei interpellans pro nobis. Ibi inquam require quaternos istos ordines
F stationesq; castrorum: ibi Israelitica agmina & excubias cerne sanctorum: & ibi illa quæ nunc quærimus, primitiuorum sacramenta rimare. Sed ego non audeo illuc solus ascendere: non audeo me in hos iam secretos mysteriorū recessus sine autoritate magni alicuius doctoris immergere. Non possum illuc ascendere, nisi præcedat me Paulus, & ipse mihi viam noui huius & ardui itineris ostendat. Ipse ergo apostolorum maximus qui sciuet multas esse non solum in terris, sed in cœlis ecclesias, ex qui-
Apoc. 1. bus & septem quasdam Ioannes enumerat, & ipse tamen Paulus ostendere volens, esse quandam præterea primi-
Hebr. 12. tiuorum ecclesiam, ad Hebræos dicit scribens: *Non enim accessistis ad ardentem & tractabilem ignem: sed accessistis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestem, & multitudinem angelorum collaudantium, & ecclesiam primitiuorum ascriptam in cœlis.* Igitur Moyses per quatuor castra populū Dei diuisum diuisit in terris: & Apostolus quatuor ordines sanctorū describit in cælis. ad quorum singulos vnūquemq; nostrum dicit accedere. Non enim omnes ad omnes accedunt, sed alij accedunt quidem ad montem Sion. Horum autem paulo meliores, accedunt ad ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cęlestem. Qui autem ex his e-
G minentiores sunt, accedunt ad multitudinem angelorū collaudantium. Qui autē super omnes istos sunt sanctos, accedunt ad ecclesiam primitiuorum ascriptam in cælis. Qui ergo in his intellexisti qui sit ordo primitiuorum, & quod sit nominis istius sacramentum, præpara te & enitere quantum vales, si forte actibus, vita, moribus, fide, institutisq; proficias, vt possis accedere ad ecclesiam primitiuorum quæ ascripta est in cælis. Quod si tantum nō vales, sed es paulo inferior, accede ad multitudinem angelorum collaudantium. Quod si nec ad illum potes accedere, ad ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestē propera contendere. Si vero nec ad hoc aptus es, solū ad mō-
Gen. 19. tem contende Sion, vt in monte salueris. Tantum est ne in terra resideas, nec in vallibus maneas, ne in demersis & humilibus perseueres. *Leuabitur autem tabernaculum testimonij per officia Leuitarum & turmas eorum. Quomodo erigetur ita & deponetur.* Tabernaculi vero erectio & depositio, ecclesiæ statum significat, quæ in credentibus cotidie erigitur, & in
H negantib. deponitur. In electis per sacerdotum officia sacris ordinibus sublimatur, atq; in peccantibus similiter
Num. 3. sacerdotum iudicio per excōmunicationem humiliatur. *Hæ sunt generationes Aaron & Moysi, in die qua locutus est Dominus ad Moysen in monte Sinai: & hæc nomina filiorum Aaron. Primogenitus, Nadab: deinde Abiu & Eleazar & Ithamar. Hæc sunt nomina filiorum Aaron sacerdotum qui vncti sunt, & quorū repletæ & consecratæ sunt manus, vt sacerdotio fungerentur. Mortui sunt autem Nadab & Abiu cū offerrent ignem alienum in conspectu Domini in deserto Sinai absq; liberis: functiq; sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre suo.* Quatuor filij Aaron cum patre simul in sacerdotium electi sunt: sed duobus in statu suo permanentibus, cæteri diuino exusti sunt igne, eo quod altari Dei ignem alienum imponebant. Quo facto ni fallor intimatur, quod licet multi ex quatuor orbis partibus collecti, & in diuino ministerio sublimati, præsulatum in ecclesia habere videantur, illi tamen solūmodo rite in ministerio suo persistūt, qui sana doctrina diuo-

A um testamentorum spiritus sancti igne examinata, prædicationem cóficiunt: & propter dilectionem Dei & proximi zelo Dei accensi, in proximorum salute quicquid possunt, elaborare student. Cæterum qui alienas doctrinas & magisterio humanę institutionis consectas induunt, secularisq; cupiditate accensi, id quod diuinum est indigne exequuntur, igne vltionis iuste à Domino in eos directo consumuntur.

Capvt IV.

De filijs Aaron & ministerio eorum: similiter & de Leuitis atque obsequio eorum.

Num. c. 3. Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: *Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis vt ministrent ei, & excubent & obseruent quicquid ad ritum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij, & custodiant vasa tabernaculi seruiētes in ministerio eius. Dabisq; dono Leuitas Aaron, & filijs eius quibus traditi sunt a filijs Israel. Aaron autem & filios eius cōstitues super cul-* B *tum sacerdotij.* Septuaginta. *Et locutus est Dominus ad Moysen dicens: Accipe tribum Leui, & statues eos in conspectu Aaron sacerdotis & ministrabunt ei: & custodient custodias filiorū Israel ante tabernaculū testimonij.* Quas φυλακὰς Græcus dixit, has nostri interpretes alij custodias, alij excubias interpretati sunt. Sed mirum nisi vigilię melius dicuntur, quę solent certarum Matt. 24. horarum obseruationes habere. Vnde scriptū est: *Quarta autē vigilia noctis, venit ad eos ambulans super mare*, hoc est, post nonam horam noctis, post tres videlicet vigilias. Et multis locis scripturarū, nostri vigilias interpretati sunt, quas Gręci φυλακὰς vocant: vbi nulla dubitatio est spacia nocturni temporis significare: quod puto & hic accipiendū. Quomodo Leuitæ iubentur obseruare custodias Aaron & custodias filiorum Israel, i. φυλακὰς, nisi forta sse dictum est, ne putarent ab obseruandis vigilijs quæ proprie in castris obseruati solent, propter honorem quo seruiebāt tabernaculo, immunes esse debere: cum & ipsos oporteret propter opera tabernaculi, non minus vicissim obseruare C vigilias, quæ obseruarentur in alijs circumquaq; castris filiorum Israel. *Externus autem qui ad ministrandum accesserit,* Aug. i. n. *morietur.* Quærendum, quomodo dixit in Leuitico: Qui tetigerit tabernaculum sanctificabitur, cum hic dicat, Alienigena qui tetigerit morietur, volens eos intelligi qui non essent de tribu Leui. An forte hic, tetigerit, ad obsequium dixerit seruitutis, quod à solis Leuitis deberi tabernaculo præcepit: hinc enim loquebatur.

Capvt V.

De Leuitis quomodo pro primogenitis filiorum Israel, Dominus eos tulit ad ministerium tabernaculi sui.

Num. c. 3. Locutusq; est Dominus ad Moysen dicens: *Ego tuli Leuitas à filijs Israel, pro omni primogenito qui aperit vuluam in filijs Israel: eruntq; Leuitæ mei. Meum est enim omne primogenitum: ex quo percussi primogenita in terra Ægypti, sanctificaui mihi quicquid primum nascitur in Israel. Ab homine vsq; ad pecus mei sunt: ego Dominus.* Quid est quod Leuitas pro primogenitis filiorū Israel Quæstione. sibi Deus deputat, ita vt numeratis primogenitis, populi D qui plures inuēti sunt quam erat numerus Leuitarum, argento redimerentur, sicut in consequentibus huius libri scriptura testatur. quinq; siclis pro vno datis, quod pro pecoribus non est factum, cum & pecora Leuitarum pro primogenitis pecorum Israel sibi esse voluerit: quomodo deinceps primogenita eorum vel pecorum eorum pertinebant ad Deum, vbi iussit primogenita vel humana muri oribus? quomodo non deinceps pro istis primogenitis computabuntur filij Leuitarum? Manebat enim in posteris eadem tribus quę posset pro primogenitis posterioribus computari: nisi quia illud iustum fuit, vt qui nascerentur de illis qui iam ad portionem Domini pertinebant, dari pro primogenitis qui de Ægypto exierunt, iam Deus proprios haberet tanquam suos de suis: nec possent pro illis iuste computari, qui deinceps primogeniti Deo debebantur. De vniuerso quippe populo & vniuersis pecoribus populi, data est portio Deo pro primogenitis: & hæc portio erat Leuitæ & pecora eorum. Iam si quid genuissent Dei erat, non poterat hoc tanquam à populo dari, quod alienum erat. Ac per hoc debita deinceps primogenita Deo reddi oportebat: nec pro his computari posteros Leuitarum vel pecorum eorum. *Et erunt*, inquit, *Leuitæ mei: meum enim est omne primogenitum. Ex die qua percussi omne primogenitum in terra Ægypti, mihi sanctificaui omne primitiuum.* Notum est quod historia contineat, quomodo percussa sint primogenita Ægyptiorum, cum populus Israel duceretur de Ægypto. Hoc est ergo quod in hoc locu indicatur: quia non prius sanctificati sunt primogeniti Israel, quàm percuterentur Ægyptiorum primogeniti. Et quasi causam sanctificationis, horam in interitu & nece ponit illorum. Vnde & hic intelligendum est, esse quosdam primogenitos in Ægyptijs etiam, id est, in contrarijs potestatibus quasi electos in malitia, & primos inter dæmones: qui nisi percussi fuerint & extincti, sanctificationem percipere, Israelitarum primogeniti omnino non possunt. Quis ergo est qui primogenitos Ægyptiorum, id est, principatus & potestates dæmonum percussit? Nonne Dominus noster Iesvs Christvs qui est primogenitus omnis creaturę, qui principatus & potestates aduersas traduxit, triumphans eos in cruce? Quos vtique nisi ille percussisset, sanctificatio ad nos primitiualis venire nullatenus potuisset. Vt autem nobis primitiuorum benedictiones donaret, efficitur prius ipse *primogenitus ex mortuis: vt sit in hominibus ipse primitiuus*: & nos credentes resurrectionis suæ assumeret Coloss. 1. pro primitiuis, & in primitiuorum ordinem collocaret. si tamen benedictionum gratiam vsque ad finem firmam retineamus, adiuti misericordia ipsius Domini nostri Iesv Christi. Sed & quod ait, pro primitiuo quod aperit vuluam, continuo dignus sanctificatione primitiuatus habendus est. quia & in Psalmis legimus, quod *alie-* Psalm. 57. *nati sunt peccatores à vulua, errauerunt à ventre, locuti sunt falsa.* Quod vnq; secundum literam nullo modo potest. Quādo enim quis errare potuit à via Dei, statim vt de ventre matris exiuit? Aut quomodo potuit falsa loqui, qui nuper editus est puer, vel qualemcunq; proferre sermonem? G Cum ergo impossibile sit vel errare aliquem à ventre, vel loqui falsa, necessarium erit, & ventrem & vuluam talem requiri, cui conuenire possit dictum hoc, quod alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa. & illa etiam vulua, quam adaperiat omnis primitiuus qui sanctificatur. Adaperuit aliquando Deus vuluam Liæ quæ erat clausa, & peperit Patriarchas: Similiter & Rachel vt pareret etiam ipsa: cuius visus erat perspicax & decorus aspectus. Sed in multis alijs scripturæ locis inuenies adaperiri vuluas. Quarum si singulas per loca consideres, inuenies modo vt errent peccatores à vulua, & alij adaperientes vuluam sanctificentur in ordinem. *Locutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai dicens: Numera filios primitiuorum Leui per domos patrum suorum & familias, omne masculinum ab vno anno & supra. Numerauit autē Moyses vt præceperat Dominus, & inuenti sunt filij Leui per nomina sua, Gerson, & Caath, & Merari. Filij Gerson Lobni & Semei. Filij Caath Amrā, & Gissaar, Ebron & Oziel. Filij Merari Moholi & Musi*, &c. H Ecce Moyse iussu Dei numerante tribum Leui ab vno mense & supra, per familias singulas filiorum Leui ordo numerationis distributus est, & quomodo conuenienter ad tabernaculum seruitium & onera portanda, per gyrum tabernaculi castra metanda aptarentur, dispositū est. Nec etiam hoc sine grandi mysterio fieri credendum est. Sed nos pauca de multis pro paruitate sensus nostri breuiter attingentes, maiora perfectioribus relinquemus exponēda. Diximus ergo Leuitas ecclesiasticum ordinem significare: quod bene ipsum nomen sua interpretatione manifestat. Interpretatur n. Leui additus siue assumptus. Assumptus ergo siue additus doctorum ordo recte vocari potest, quia per gratiam supernam de mundo elatus ad diuinum officium implendum, cœtui sanctorum angelorum additus atq; vnitus est. Vnde saluator in euangelio Apostolis ait: *Ego vos elegi de mundo, vt eatis & fructum af-* Ioan. 15. *feratis, & fructus vester maneat.* Et alibi de resurrectione vera & sanctorum gloria disserens, tentantibus Iudæis re-

spon-

A spondit. *In resurrectione enim neq; nubent neq; nubentur, sed sunt sicut angeli Dei in cœlo.* Tres ergo filij Leui eosdem sanctos prædicatores designant, sanctæ trinitatis confessione insignes atq; fide, spe, & charitate valde admirabiles. Nec huic expositioni, eorum nominum interpretatio aliquo modo repugnat, sed valde cócordat. Interpretatur enim Gerson aduena: Et Caath patiētia vel molares dētes. Merari amara siue amaritudo. Quicunq; n. ministerio diuino rite mancipatur, aduenam se & peregrinum in hoc mūdo esse agnoscit: & patientiæ operam dans, verbum diuinum dente discretionis molere atq; cómminuere secundum auditorū qualitatem nó detrectat. Insuper & sibi amarescere seculum ostendens, alios à mundi voluptatib. auertere, atq; reuocare non cessat. Hi ergo ab vno mense ætatis in numerū mittuntur, quia valde decens est, vt initium cóuersationis sanctorū doctorū Deo dicetur, ne post multa scelera vituperabiles effecti alijs nomen Dei blasphemādi occasionem tribuant, si ad opus hoc sacrum indigni e-

1. Timot. 3. B ligantur. Vnde & Paulus præcepit *episcopum irreprehensibilē esse, vnius vxoris virum, castum, sobrium, prudentem, pudicum, ornatum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suæ domui præpositū, filios habentem subditos cum omni castitate.* Præterea quod de castrimetatione filiorū Leui commemoratum est, ordo decentissimus in hoc loco ostenditur, i. vt qui primi erant in ordine, orientalē plagam obseruarent, vt Moyses & Aaron cum filijs suis habentes custodiam sanctuarij in medio filiorum Israel: deinde Caathitæ vnde Moyses & Aarō orti fuerant, meridianâm plagam obtinebant sub cura Eleazari sacerdotis, qui maior fuit in filijs Aaron. Post hus Gersonitæ ad occidentalem plagam castra metati sunt, similiter sub cura Eleazari sacerdotis positi. Nouissime autem Meraritæ ad septentrionalem plagam castra metabantur, sub custodia & dispositione Ithamar filij Aaron iunioris. Hoc nimirum secundum moralitatem insinuat salua allegoria, quod ministri ecclesiæ ordines suos honeste in quib. positi sunt seruent, nec maiora appetant quam suus locus

C exposcet. Mystice autem plaga orientalis ortum fidei significat, vbi Moyses qui interpretatur de aqua sumptus, & Aaron hoc est mons fortitudinis, cum filijs suis castrametati iubentur: quia hi qui in ecclesia prælatorū tenent iure, & quibus claues regni cœlestis commissæ sunt, dignū est vt introitū & ordinem ipsi bene nouerint, & alijs hoc incessanter prædicent. Quia oportet vnumquemq; in luce fidei per portam confessionis catholicæ, & aquam baptismatis ingredi: vt sit de aqua sumptus filius adoptionis: & per robur constantiæ filios bonorum operum gignens, fidei introitum per quem in ecclesiam ingressus est, custodiat: ne otiosus & inutilis factus, inde abijciatur. Meridiana vero plaga iuxta quam Caathitę sub Eleazaro sacerdote castrametantur, significat post lucem scientiæ perceptam, quemq; patientiæ verbum & solatium proximis suis discrete debere impendere: & hoc sub Eleazaro, id est, sub adiutorio Dei. Quia iuxta Psalmistæ sen-

Psal. 126. tentiam, *Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum laborant qui custodiunt eam.* Porro Gersonitæ qui simi-

D liter sub Eleazari cura constitutri, occidentali plaga vbi sol diem claudere, & astra solent cuncta occidere, castra locauerunt, illud nimirum per figuram exprimunt, quod ministri & custodes veri tabernaculi, mundi concupiscentiam fugere, & carnalia desideria per Dei adiutorium in se mortificare debent: sicq; diem vltimum ac finem præsentis laboris expectare, quamuis mundo mortui & Deo viuentes, cum Paulo Apostolo dicere possint: *Mihi autem*

Galat. 7. *absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri IESV CHRISTI: per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo.* Extremi quoq; Meraritæ sub Ithamar filio Aaron qui interpretatur vbi amarus, siue vbi palma, plagam aquilonarem sortiti sunt: vbi glaciali horrore hyemis perpetua durat: quod per typum omnes ministri ecclesiæ scilicet prælatos simul & ministros, quatenus securitate nocua non torpeant: quia licet per ianuam fidei iam in ecclesiam intrauerint, iam lucem scientiæ perceperint, iam carnis desideria in se crucifixerint, nondum tamen ad perfectam securitatem, id

E est, ad æternam beatitudinem peruenerunt sed adhuc amarum aliquid restat: cum illo vtique qui ad aquilonem solium suum erigit decertandum est, cuius duritiam emollire non est facile Imo impossibile. Vnde Dominus sub typo Leuiathan ad Iob loquitur dicens: *Cor eius induratur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus.* Quando

Iob 41. enim iste inimicus superabitur, & de eo perfecte triumphatur, tunc exultandum, tuncq; gaudendum: tunc beate viuendum, quando discrimen vitę iam non erit vllum. *Omnes Leuitæ quos numerauerunt Moyses & Aaron, iuxta præceptum Domini per familias suas in genere masculino, à mense vno & supra fuerunt XXII. milia. Et ait Dominus ad Moysen: Numera primogenitos sexus masculini de filijs Israel, à mense vno & supra: & habebis summam eorum. Tolles Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel: ego Dominus: & pecora eorum pro vniuersis primogenitis pecorum filiorum Israel. Recensuit Moyses sicut præceperat Dominus primogenitos filiorum Israel, & fuerunt masculini per nomina sua, à mense vno & supra, viginti duo milia ducenti*

F *LXX. tres.* Numerantur etiam Leuitæ seorsum: non n. fuerant recensiti cum filijs Israel. & habetur eorū segregatus quidem ac præcipuus præ cæteris numerus quo referūtur omnes simul XXII. milia reperti ita vt neq; amplius aliquid neq; minus hoc numero inuentum sit. Post hæc pręcepit Dominus numerari etiam primogenitos filiorū Israel, eodem ordine quo Leuitæ fuerant numerati, i. ab vno mense & supra. Et inueniuntur primogeniti filiorum Israel XXII. milia. CCLXXIII. Putasne per hæc solā numerari historiam docere nos voluit Moyses, & nullum in his diuersitatibus numerorū cóclusit solito sibi more mysterium? Nihilne videtur inesse rationis, quod ducenti LXX. tres tantū abundare dicuntur in primogenitis filiorū Israel: & in Leuitis ad XXII. neq; abundare quisquam, neq; deesse perscribitur? Viginti duo quidem numerus, in scripturis diuinis si quis obseruaret, quod principalibus quibusdam causis ascriptus sit, frequenter inueniet. Nā viginti duo primo apud Hebræos elementa tradunt esse literarum. Viginti duo rursus à protoplasto Adam vsq; ad Iacob, ex cuius semine initium XII. tribus sumunt, patres

G fuisse numerantur. Sed alia multa in scripturis siquis diligentius exequatur, sub hoc numero consecrata reperiet. Propter hoc ergo & Leuitæ, i. qui deseruiunt Deo, & primogeniti filiorum Israel admirabili hoc sacratoq; numero attitulantur. Qui aūt in filijs Israel adduntur, ducenti LXXIII. neq; otiosum mihi videtur, neq; absolutionis viam facilem cerno, nisi Dominus velamen illud impositum in Moyse his literis adaperire nobis dignetur & auferre. Igitur humani generis in carne generatio, sicut asserunt qui in talibus periti sunt, nouem quidem mensibus continetur in vulua: sed nó prius moueri fertur ad partū, quàm etiam decimi mensis triduum transeat: & ita inuenitur, quod numerus iste, i. CCLXXIII. dies illos indicent, qui ex nouem mensibus & triduo mensis decimi colliguntur: & fiunt simul ducenti LXXIII. dies isti, quibus humano generi in hunc mundum præbetur ingressus. Et ita in viginti quidem & duobus numeris, omnium simul creaturarum rationibus mysticis summa colligitur. In his vero quæ ex abundanti in primogenitis inue-

H niuntur Israel, etiam mysterium humanæ generationis exponitur. Quia ergo Leuitæ ecclesiasticum ordinem significant qui deseruit in sanctis, & legem Domini meditatur & docet, apte iuxta numerum XXII. attitulatur: quia vt supra dictum est, Hebræarum literarum numerus in viginti duobus elementis comprehensus est: nec non & series veteris testamenti eodem numero librorum secundum quosdam conclusus est. Vt ministri Domini hac conscriptione commoti, secundum id quod in lege Domini continetur viuant, operentur & doceant: nec vllo modo præsumant eam excedendo transgredi: sed sub eius magisterio omnia fiant. Quod autem summa primogenitorum de filiis Israel hunc numerum excedēs, ducētis LXX. tribus iubetur quinq; siclis per singula capita redimi, hoc nimirum figuraliter docet, vt siquis initiú cóuersationis suæ seu voluntatis siue operationis Deo consecrare vult, quinq; sensus corporis diligenter custodiat: ne forte per lasciuiam in errore, aut in mundana desideria defluat,

A quinto anno & [illegible] quinquagesimum annum, omnes q[illegible] perum, & ad opera quæ portantur [illegible] bsferua sub his distinctionem se[illegible]um [illegible]tunæ. Vbi de operibus filiorum [illegible] t opera operum sed sola opera. [illegible] tum, non sunt opera, sed opera operum. [illegible] m sunt quædam sancta, sunt autem & [illegible] sancta sanctorum, ita sunt quædam opera, & alia opera operum. Vnde videtur mihi quia Moyses vbi sensit esse quædam opera visibilia quidem, sed quib. inesset interior [illegible] myst[illegible] & occulta intelligentia, hæc nō solum opera, sed opera operum dixerit. Quę vero communia & præsentis [illegible] sunt temporis opera intellexit, hæc solum opera nominat. Sunt ergo quædam opera operum, quæ ego puto esse hæc omnia, de quib. vel in præsenti lectione, vel in Exodo, & in cæteris locis sub occultis præcipitur mysterijs: & pro parte in præsenti, pro parte vero explendis in futurum: quæ tamen vt diximus opera operum non cuilibet, sed Leuitis solis tradenda mandātur: & inter Leuitas ipsos nō prius ad hæc opera quisquā

B vocatur, nisi vicesimo demum & quinto anno vitæ suæ, vsq; ad quinquagesimum. Sed non caret sacramento, ne ipse quidē viginti quinq; & quinquaginta numerus annorum. Namq; in vigesimo quinto numero quinq; sensuū perfectio decimatus, ita vt quinquies quini numerētur. Quod vtiq; indicat eum vo[illegible]n ad opera operum in ministerio peragēda [illegible] omni parte multiplicatis & purificatis sensib[illegible] enim esse perfectos. Si autem voluerint eligere tri[illegible]num numerum, vt sub eo ingrediātur Leuitæ ad ministerium tabernaculi, sciamus hunc nō sine sacro esse mysterio. Tricenarius n. numerus quo denarius numerus ter constat esse triplicatus, integritatem fidei significat cum perfectione bonorum operum: sine quib. nullus aptus est ad ministerium diuinum. Sed & innumeris [illegible] sanctæ loc[illegible] tricenarius numerus, Christi & ecclesię sacramentis aptus inuenitur. Nā & Ioseph qui in figuram resurrectionis [illegible] testamēti octoginta annis Aegyptios a suo deseruit, tricenarius absutus ergastuli sordibus regni gubernacula suscepit: & Dauid eadē

C ætate regnū quod [illegible] tricenarius, hoc est, perpetua quiete [illegible] ius complet[illegible], & Ezechiel XXX. annorum, apertis sibi cęlis propheticæ dona promeruit. Et quia per fidem & aduersa longanimiter ferri, & sublimiter debent præmia sperari, & arcæ vel templi altitudo, & tabernaculi longitudo XXX. cubitis memoratur. Quinquagesimus autem numerus quod repromissionis indulgentiæ teneat sacramentum, in multis scripturarum locis sæpe [illegible] abundanter inuenimus. Nam & *quinquagesimus annus est, in quo & possessionum & seruorum & debitis fit remissio*: &

Leuit. 25. quinquagesimus dies post pascha, festus traditur in lege. Sed [illegible] in eu[illegible] o cum parabolam repromissionis [illegible] d[illegible] bitores quos introducit, vnum in quinqu[illegible] & alium quingentis denarijs fuisse di[illegible] obnoxium. [illegible] quaginta autem & quingēti, cognatus est numerus. [illegible] decem quinquaginta faciunt quingentos. Sed & alia parte numerus iste sacratus est. Septem n. septimanæ si addatur vnius numeri perfectio,

D quinquaginta faciunt dies. Similiter & LXX. septimanis, si addatur vnius decadis consummatio, faciunt quingētos. Quod si abundantius ad hoc sacramenta quinquaginta & quingentorum numeri placet colligi, habemus & in hoc ipso qui in manib. est Numerorum libro, vbi de hostium spolijs quidam quidem offerūt in domo Dei, quinquagesimam portionem qui non processerunt ad bellū: quidam vero quingentesimum. Et vtiq; non inaniter etiam hic quinquagesimus numerus habetur. Sed & in Genesi vbi Dominus tractabat de indulgentia Sodomorū, si forte possent ad veniam pertinere, huiusmodi mysteriorū con[illegible]ius Patriarcha Abraham, à quinquagesimo numero incipit pro indulgentia Sodomorum Domino suppli-

Gen. 19. care & dicit: *Si autem fuerint quinquaginta in ciuitate, non saluabis propter quinquaginta ciuitatem?* Sed ad propositum reuertamur. Oportet ergo operari Leuitas in sanctis vsq; ad quinquaginta annos, inferiores quidem opera, meliores quidem opera operum: horum autem superiores spiritalibus officijs deseruire, & introire in sancta sanctorum, ibiq; operire quæ operienda sunt, & tradere filijs Caath portanda humeris & manibus euehendā: sed & reliquis

E vnicuiq; secūdum ea quæ iam superius sæpe disserta sunt. Verum tu nimia hæc operimentorum velorumq; cautela desperationem quandam, & incertitudinem generet auditoribus, pauca aliqua quę & pandere nobis tutum sit, & vobis sit fas aspicere, quandoquidē vt prius diximus, genus regale & sacerdotium, gens sancta, & populus in adquisitionem dicti sumus, aperire tentabimus. Intelligamus ergo tabernaculū testimonij omnes sanctos, qui sub testamento Dei censentur: & in hoc tabernaculo esse quosdā celsiores meritis & gratia superiores, & ex his aliquos quidem cādelabrum dici, ipsos scilicet Apostolos qui illuminant accedentes ad Deum. Sed & si qui alij sunt qui in hoc tabernaculo Dei, omnib. ingredientibus scientiæ & doctrinæ lumē ostendunt, omnes isti candelabrū mysticū nominentur. Alij sunt mensa sacra: qui, cum habent panes Dei, reficiunt ac pascunt animas esurientes iustitiam.

F Alij sunt altare incensi, quicunq; orationibus & ieiunijs die ac nocte vacant in templo orantes Dei, nō solum pro semetipsis, sed & pro vniuerso populo. Hi vero quib. arcana mysteria credidit Deus, & occultorum prouidentiæ suæ secreta iudiciorum commisit, arca testamenti Dei appellentur. Porro qui cum omni fiducia per hostias precū supplicationumque victimas Deum hominibus repropitiant, & pro delictis populi interueniunt, propitiatorium nominentur. At qui meruerunt multitudinem scientiæ, & abundantes diuitias in agnitione Dei, Cherubin intelligi possunt. Cherubin quoq; in lingua nostra multitudo scientiæ interpretatur. Sed hos omnes qui per hæc singula quæ supra enumerata sunt designantur, portari necesse est & portari in humeris. Vnde fortassis vt ego opinor, angeli qui ordinati sunt propter eos qui hæreditatē capiunt salutis, ipsi sunt qui singulos eorum quos supra diximus, portant. Cum enim solutum fuerit tabernaculū hoc, & cœperimus ingredi ad illa sancta, & pergere ad locum re-

G promissionis, hi qui vere sancti sunt, & in sanctis sanctorum habentur, angelis sine dubio subuectionibus incedunt: & vsq; quo requiescat tabernaculum deportantur in humeris, extolluntur in manibus. Quod prospiciens in spiritu Propheta dicebat: *Quoniam angelis suis mandauit de te, vt in manib. tollant te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuū.* Psal. 90.

Quod dictum quidem putauit diabolus de saluatore accipiendum: sed excæcatus malitia, non intellexit eloquia mystica. Neq; enim saluator noster angelis indigebat, vt non offenderet ad lapidem pedem suum. Calumniatur diabolus scripturam diuinam, qui hæc de saluatore dicta protulerit, nō de illo sed de omnibus sanctis hæc dicitur: Quia angelis suis mandauit Deus populo, vt non offendat ad lapidem pedem suum. Sed & omnia quæ in hoc psalmo scripta sunt, iustis quibusq; magis quam saluatori conueniunt. Liberat enim Deus à ruina, & dæmonio meridiano non saluatorem, (Absit à nobis ita intelligere) sed omnem iustum. Iusti enim sunt qui indigent adiutorio angelorum Dei, vt non à dæmonibus subruantur: & ne corda eorum sagitta volante in tenebris tenebrentur. Per

H ipsos angelos sub eodem mysterio Paulus portandos esse quosdam confirmat in nubibus cum dicit: *Sed & nos qui viuimus qui relinquimur, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam* 1. Thess. 4.

Christo in aera. Rapiuntur ergo ab angelis hi, qui penitus purgati & leues effecti sunt à delictis. Portantur vero hi qui aliquibus adhuc reliquijs prægrauantur. Portantur ergo & à quibusdam columnæ tabernaculi, & atria cæteraq; quæ à scriptura referuntur: portantur autem nō ab Israelitis sed à Leuitis, secundum hunc sensum quem in transcursu videbimur breuiter contigisse, relinquentes sensibus auditorum. Et si quis de his maiore desiderio flagrauerit, accendat sibi lumen scientię, & maiora horum oculo perspicaciore conijciat.

A

Caput VII.

De eijciendo leproso e castris.

Num. 5. LOcutusque est Dominus ad Moysen dicens: *Præcipe filijs Israel, vt eijciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusque est super mortuo: tam masculum quam fœminam eijcite de castris, ne contaminent ea cum habitauerint vobiscum. Feceruntque filij Israel ita, & eiecerunt eos extra castra, sicut locutus erat Dominus Moysi.* Leprosi qui eijci de castris iubentur, hæretici sunt, qui varijs rerum maculis polluti sunt, nec vniformem doctrinæ vel fidei volunt habere colorem: qui scientiam veræ fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris. Non enim vel abscondunt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucem, & iactantiam sermonis ostendunt: Nulla porro falsa doctrina est, quæ nõ aliqua vera intermisceat. Vera ergo falsis inordinate permixta, in vna disputatione vel narratione hominis, tanquam in

B vnius corporis colore apparentia, significant lepram, tanquam veris falsisque colorum locis humana corpora variantem atque maculantem. Eum autem qui semine fluit, fœdum libidinosis cogitationibus, & luxu carnaliũ desideriorum æstuantem debemus intelligere. Pollutumque super mortuo, illum qui mortuorum in peccatis & impietate exempla sequitur, & vitiorum sordibus coinquinatur. Isti omnes ergo instructuosi cogitatu, immundi sermone & morbidi contactu, à castris ecclesiæ separari debent: ne contagione morum suorum, vitam polluant innocentum: quoadusque ipsi à criminibus suis se abluant.

Caput VIII.

De peccatis negligentia sacerdotum expiandis.

Num. 5. LOcutusque est Dominus ad Moysen dicens: *Loquere ad filios Israel: Vir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini atque deliquerint, confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput, quintamque partem desuper ei in quem peccauerint. Sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino & erunt*

C *sacerdotis, excepto ariete qui offertur pro expiatione, vt sit placabilis hostia.* LXX. Vir aut mulier quicunque fecerit ab omnibus peccatis humanis, & despiciẽs despexerit & deliquerit, anima illa annunciabit peccatum quod peccauit, & restituet delictum, & quintam eius adijciet super illud, & reddet ei cui deliquit. Si autem non fuerit homini proximus, ita vt reddat ei delictum, ad ipsum delictum quod redditur Domino sacerdotis erit, excepto ariete expiationis per quem exorauit in illo pro eo. Hic ea peccata intelligenda sunt, quorum in his rebus perpetratio est, quæ pecunia restitui possit. Non enim aliter diceret quomodo restituenda sunt, nisi damni pecuniarij fuissent. Iubentur enim restitui caput & quinta, id est, totum illud quicquid est, & quinta eius pars, excepto ariete qui fuerat offerendus in sacrificium ad expiandum delictum. Iubet autem illud quod restituitur sacerdotis esse, id est, ipsum ca-

D put & quintam, si non est proximus ei in quem commissum est. Vbique vtique intelligetur tunc Domino reddendũ quod sit sacerdotis, si homo ipse non superfit qui damnũ passus est, nec proximus eius quem puto hæredem intelligi voluisse: sed de ipso homine nihil dixit scriptura. Verumtamen cuius dicit, si non ei fuerit proximus, sub hac breuitate insinuat tunc quem proximum eius, si ipse non fuerit: Si autem nec proximus erit, Domino restituetur: ne impunitum remaneat quod amissum est. Quod tamẽ non cedat in sacrificium, sed sit sacerdotis, sic sane verba scripturæ distinguenda sunt. Si autem non fuerit homini proximus, ita vt reddat illi delictum ad ipsum. locutionis est enim quod addidit, ad ipsum. Aut forte ad ipsum dixit, quod ad ipsum pertineat, id est, ipse possideat. Deinde sequitur: delictum quod redditur Domino, sacerdotis erit. Delictum autem dicit cum redditur ea res, quæ per delictum ablata est. Quæri autem potest, quomodo in Exodo dicitur: Si quis furatus fuerit vitulum aut ouẽ, restituere debet quinque vitulos vel quatuor oues si occiderit aut vendiderit: si autem [illegible] vitulum apud eum repererint, duplũ esse [illegible] cum hic restitui iubeat caput & quintam: quod [illegible] si etiam à duplo, quanto magis à quadruplo ve[illegible] tanto, nisi forte quia hic ait, Vir aut mulier qui[illegible] omnibus peccatis humanis, peccata ignorantiæ [illegible] humana peccata. Fieri enim potest, vt parum attendendo, per negligentiam traijciat homo rem alienam in rem suam. Quod ideo peccatum est, quia si diligenter attenderetur, non admitteretur. Et hæc voluit capite & quinta restitui, non sicut furta mulctari. Nam si furta & fraudes hic intellexerimus, quæ non per ignorantiam negligentiæ, sed furandi & fraudandi animo committuntur, & ideo dicta humana quia in homines fiunt, ille ni fallor erit exitus quæstionis huius, vt ideo qui fecit non reddat nisi duplũ, quia non comprehenditur vel conuincitur, sed ignorantibus à quo factum sit vel vtrum factum sit, ipse annunciat delictum suũ. Cum enim dixisset scriptura Vir aut mulier quicunque fecerit ab omnibus peccatis humanis, & despiciens despexerit & deliquerit, id est contemnendo ista cõmiserit, adiunxit & ait: Anima illa annunciabit peccatum quod peccauit & restituet delictum, caput & quintam eius. Forte ergo propterea tantum, quia ipse adnuntiauit: & ideo non eo damno plectendus fuit quo furem cõprehensum vel conuictum plecti oporteret. Mystice autem hoc capitulum nos admonet, vt si aliquid per negligentiam incaute commiserimus, per confessionem & pœnitentiam studeamus illud emendare. Et forte si est proximus aduersus quem deliquimus in inferendo illi aliquod damnum, pœnitentiam coram illo agamus, & damnũ restituamus. Si autem non superest ille quem læsimus, Domino pro hoc per confessionem & condignæ pœnitẽtiæ fructus, & eleemosynarum opera satis agere curemus. Per quintam autem partem quam superaddere ad summam iussit, docet nos vt per sensum corporis per quem peccauimus malum aliquod ingerendo per illum item bona agere satagamus. Arietis autem oblatio, significat Christi passionem, in qua maxime confidere debemus: quia nihil proficit conatus noster, nisi eius gratia nos adiuuerit. Ipse

G est & sacerdos qui nos patri per oblationem carnis suæ reconciliat. Et ideo omne nostræ deuotionis munus illi est offerendum, quatenus per eius pietatem, integram veniã consequi mereamur. *Omnes quoque primitiæ quas offerunt filij Israel, ad sacerdotem pertinent, & quicquid offertur à singulis & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit.* Omnes, inquit, primitiæ quas offerunt filij Israel, hoc est primitias bonæ volũtatis verborum atque operum, quas deferunt filij ecclesiæ, qui sunt veri Israelitæ quia mentis intuitu ad Deum sedulo aspiciunt, ad sacerdotem pertinent: ipsum videlicet sacerdotem, qui semetipsum obtulit patri pro nobis. Et quicquid in sanctuario offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit sacerdotis, videlicet Domini nostri Iesu Christi: quia ad eius gratiam pertinebit, quicquid in sanctuario Domini, hoc est in ecclesia sancta Domino offertur à singulis: vel quicquid communiter oblatum fuerit ab omnibus.

H

Caput IX.

De lege zelotypiæ.

LOcutusque est Dominus ad Moysen dicens: *Loquere filijs Israel & dices ad eos: Vir cuius vxor errauerit, maritumque contemnens dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quiuerit, sed latet adulterium, & testibus argui non potest, quia non est inuenta in stupro, si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam, quæ vel polluta est vel falsa suspicione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa, decimam partem sati farinæ hordeaceæ. Non infundet super ea oleum, nec imponet thus, quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio inuestigans adulterium. Offeret eam sacerdos, & statuet coram Domino: assumetque aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cumque steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput eius, & ponet super manus eius sacrificium recorda-* Num. 5.

A *tionis & [illegible] pia. Iste autem tenebit aquas amarissimas [illegible] maledicta congessit, adiuratque eam & dicet [illegible] mulier tecum, & si non polluta es deserto mariti thoro, [illegible] aquis amarissimis in quas maledicta [illegible] polluta es, & contigit [illegible] his maledictionibus. Det te Dominus in [illegible] ventrem tuum [illegible]. Putrescere faciat femur tuum & tumens [illegible] patiatur. Ingrediantur aquae maledictae in ventrem tuum, & utero tumescente putrescat femur [illegible]. Et respondebit mulier: Amen, amen. Scribetque sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis in quas maledicta congessit [illegible]. Quas cum hauserit, tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiae & elevabit illud coram Domino, imponetque super altare, ita dumtaxat ut prius pugillum sacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat super altare, & sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit, si polluta est & contempto viro adulterij rea, pertransibunt eam aqua maledictionis, & inflato ventre computrescet femur: eritque mulier in maledictionem & in exemplum omni populo. Quod si polluta non fuerit, erit innoxia & faciet liberos.* B *Ista est lex zelotypiae, si declinaverit mulier à viro suo, & si polluta fuerit, maritusque zelotypiae spiritu concitatus, adduxerit eam in conspectu Domini, & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quae scripta sunt, maritus absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam.*

Verba quę scripta sunt dicit mulieri à sacerdote dicenda, quando ad suspicionem adulterij earo maritus adducit, Det eam Dominus in maledictum, & in execramentũ. Gręcus habet [illegible], quo verbo videtur significari iuramentum per execrationem, velut si quisquam dicat, sic non mihi illud & illud contingat: vel certe iuraret: illud & illud mihi contingat si fecero vel non fecero. Ita hic dictum est. Det te dominus in maledictionem & in execramentum tanquam diceret eos, ut de te iurent quae per execrationem iurantur sic non eis contingat, aut hoc eis contingat, nisi illud fecerint. Vir iste cuius uxor erraverat contemnens mariti, pastorem atque doctorem significat ecclesiae. Uxor quoque eius, subditus est quisque, qui magistri verbo in omnibus obedire debuit, sicut bona uxor legitimo obtemperat viro. Sed si per contemptũ haec uxor ab huiuscemodi [illegible] recesserit a viro, & adulterũ quaerit [illegible] lenunitiserit doctrinae, & hoc crimen [illegible] non [illegible] sic appareat, tamen in suspicionem [illegible] magis zelo iustitiae accenso, adducet eã ad sacerdotem, ipsum videlicet sacerdotem cui per Prophetã di- C cit: *Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech:* cuius iudicio cuncta reservans: ne forte remanceat ante tempus contra Apostoli praeceptum iudicet qui dixit: *Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Et offeret oblationem pro illa, decimam partem sati farinę ordeaceę. Farina ergo ordeacea, scientiam veteris legis significat. Quae bene ordeo assimulatur, quia sicut ordeũ magno labore à paleis purgatum ad farinam perducitur, ita litera legis contrita mola discretionis, farinam sensus spiritalis ennuit: Et recte decima pars sati offerri iubetur: nã lex ipsa decẽ praeceptis constat: Cuius decima pars quodlibet mandatum est: cõtra quod prava uxor egisse deprehenditur. Offertur ergo haec mulier per viruo sacerdoti cũ oblatione decimae partis, cum Christi iudicio secundũ D legem divinitus datam damnanda aut liberanda reservatur. Non fundet super hanc oblationem oleum neque thus ponet, quia sacrificium zelotypiae est. Igitur non decet oleo adulationis vel thure superfluae laudationis [illegible] ntẽ personam mulceri, sive oleo indiscretae misericordiae atque [illegible] orationis [illegible] impoenitẽs linui, sed magis zelo iustitiae secundum praecepta Domini virũ instan[illegible] atque ordine [illegible] prosequi. Offeret eam, inquit, sacerdos, [illegible] o, ipsemetque aquam sanctã in vasculo [illegible] & p[illegible] ac pauxillum terrae tabernaculi mittet in eadem [illegible] sacerdos ulteriora mulierem coram Domino, quia [illegible] iudicio diiudicando [illegible] peccatis [illegible] aqua [illegible] vasculo [illegible], divina est inspirata in vasculo [illegible] amplectit [illegible] mittet sacerdos pauxillum terrae de [illegible] tabernaculi. cũ Christi [illegible] Prophetarũ atque Apostolorum [illegible] Hanc ergo aquã

quam scriptura [illegible] amaritudinem propter peccati vindictam quae in ea [illegible] statuta est taliter cõmixtam, atque divino opere con[illegible] am, bibet mulier, ut manifestetur illius contem[illegible] hic ad eius, [illegible] ue aliorum correptionem, sive [illegible] eius damnatione: quia secundũ veritatis vocem, *Nihil est occultũ quod non sciatur.* Et iterũ: *Sermo, inquit, quẽ locutus sum vobis, ille vos iudicabit in novissimo die.* Sumet itaque sacerdos pugillum sacrificij, & incendet illud super altare, cum sanctae trinitatis confessione in legis inveniatur sacrificio, quae in ara fidei digne Deo offertur. Quod ergo scribet sacerdos in libello maledicta quae adversus peccantẽ protulit, & delebit ea aquis amarissimis in quas maledicta congessit, significat quod poena quae peccantibus futura est, in scriptura sacra explanata invenitur. Ac deinde quicunque scripturam sacram corde pio & credulo hauserit, suppliciaque peccatorũ quae in ea narrantur pertimescit, atque se à peccatis custodire studuerit, aqua fit illi salubris. Qui autem cõtemnendo minas Dei, scripturas sacras inutiliter audit, inflato ventre cõputrescet foemur eius, atque in maledictionem & exemplum erit omni populo: quia cum iusto Dei iudicio punietur contemptrix anima in opprobrium illi omnes eius actus & desideria provenient.

E Matt. 10. Luc. 12.

F

Capvt X.

De ritu Nazaraei & oblatione eius.

Num. 6. *LOcutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Vir sive mulier cum fecerit votum ut sanctificentur, & se voluerint Domino cõsecrare, à vino & omni quod inebriare potest abstinebunt. Acetum ex vino & ex qualibet alia potione, & quicquid de uva exprimitur nõ bibent. Uvas recentes siccasque non cõedent cunctis diebus quibus ex voto Domino consecrantur. Quicquid ex vinea esse potest, ab uva passa usque ad acinum non comedẽt. Omni tempore separationis suae, novacula non transibit per caput eius usque ad completum diem quo Domino consecratur: sanctus erit crescente caesarie capitis eius.* Quid ergo Nazaraeorum nomine nisi abstinentiũ continentiumque vita signatur? His in vino luxuria prohibetur, in sicera omnis voluptas terrena. Sicera n. ex diverso cõficitur genere: sic voluptas ex diversa vitiorum oritur passione. Illi n. vinum bibunt, & siceram bibunt, qui ad decipiendos homines, umbras quasdam, & G imagines simulant habere virtutum. Uva passa illi vescũtur, qui propter humanos oculos abstinentiae pallore inficiuntur, ut gloriam captent ab hominib. Acetum autem hi bibunt, qui post vitae sanctitatem in vetustatem praeteritorum vitiorum labuntur, & corruptione veteris nequitiae delectãtor. Praecepit itaque Deus, ut eos qui sanctitatis indicent titulum, cunctis his careant vitijs, nullamque huiusmodi perturbationem appetant. In hoc autẽ quod addidit, Novacula nõ transibit super caput eius usque ad cõplendum diem quo Domino cõsecratur, ammonet ipsos continentes, ne dolum aut malitiam in mẽte teneant, ne forte polluatur caesaries capitis eorum, i. omnis cogitatus mentis eorum: sed usque ad finem scilicet praesentis vitę, innocentiam teneant: quia aliter Deo votum sanctitatis acceptabile non fecerint, nisi custodiam mentis diligenter habuerint & in hoc usque ad finem perseverare studuerint: H quia secundum veritatis sententiam. *Qui perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit. Omni tempore cõsecrationis suae super mortuum non ingredietur, nec super patris quidem, & matris & fratris sororisque funere contaminabitur: quia consecratio Dei sui super caput eius est. Omnib. diebus separationis suae sanctus erit domino.* Cur ergo Nazaraeum super mortuum ingredi prohibet, nisi quia illum non vult qui continentiam suam Deo vovit, mortuorum in peccatis exempla imitari, nec iniquitatis eorum viam ingredi, ne forte perdat laborem suum, & omnes actus illius reprobentur, in quibus se aliquid acceptabile Domino antea egisse Domino cõfidebat: quia nõ qui coepit b[illegible], [illegible] q[illegible] pe[illegible] erat in bono, coronabitur. Unde & [illegible] sive à matris seu fratris soro[illegible] funere te[illegible] omnis carnis affectus imputari debet, ubi De[illegible] placere conten[illegible]. Nec vi[illegible] affinitas proximorum q[illegible] d peccatum hostr[illegible] bit, nobiscum sociari permitt[illegible] sed iuxta illud e[illegible] g[illegible], *Si dextera,* in-

Matt. 24.

E Matt. 5. quia *manus tua vel pes scandalizat te, abscide eam & proiice abs te. Expedit tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.* Omnis persona, omnis dignitas, omnis consanguinitas, post Christi amorem ponenda est: nec aliquid debet fœderari, quo [illegible] n pactum cu Christo [illegible]. Quia consecratio, inquit, Dei [illegible] per caput eius est, id est, spiritus sancti gratia [illegible] ide [illegible] is d[illegible]

Ephes. 4. est. Inde & Paulus dicit: *Nolite contristare spiritum sanctum in quo signati estis in die redemptionis.* Omnis dies separationis suę sanctus erit Domino. Oportet ergo omnino vt hoc fiat eius voti, hoc studij, hoc laboris, vt omne tẽpus quo Domino consecrati per continentiam siue abstinentiam optat, sine contaminatione peccati atq; delicti, vsq; in finem perseuerare contendat. Sequitur. *Sin autẽ mortuus fuerit subito quispiam coram eo, polluetur caput consecrationis eius. Quod radet illico, & in eadem die purgationis suæ, & rursum septimo die iterum radet. In octauo autem die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ sacerdoti in introitu fœderis testimonij: facietq; sacerdos vnum pro peccato, & alterum in holocaustum: & deprecabitur pro eo, quia peccauit super mortuo, sanctificabitq; caput eius in die illo,*

B *& consecrabit Domino dies separationis illius, offerens agnum anniculum pro peccato: ita tamen vt dies priores irriti fiant, quoniam polluta est sanctificatio eius.* Quid enim subitanea morte cuiuspiam, quam coram Nazaręo legislator veretur accidere: & quã ostendit Nazaræi consecrationem contaminare, nisi peccati mortis commissionem significat. Ob eius intuitum, si se ipse continens ad peccati delectationem siue consensum cadere perspexerit, necesse est vt sciat conscientiam suam esse pollutam, & ob hoc caput illico radendum, hoc est mentem purgandam à prauis cogitationibus, & delectatione noxia intelligat in eadẽ scilicet die purgationis suę, & rursus septima [illegible] ipso vtiq; tempore compunctionis, quo [illegible] nouerit se deliquisse, à reatu festinet semetipsum mundare, & per omne tempus vitæ [illegible] ilem ruinam sibi euenire perti nescat. In octauo autẽ die offeret duos turtures vel duos pullos columbæ sacerdoti in introitu fœderis testimonij. Octauus dies resurrectionis tẽpus significat: duo turtures castitatem pulli colũbæ simplicitatẽ.

C [illegible] quis ergo optat se ad resurrectionem beatorũ pertinere, ad immortalitatem futuram sanctorum pertingere, offerat sacerdoti nostro qui semetipsum obtulit pro nobis, castitatem tam corporis quam etiam cordis: & simplicitatem animæ in fide catholica, per quẽ se in vnitate in ecclesiam meminit: vt per tanti pontificis opitulationem, à peccati contagione expietur. Facietq; sacerdos vnum pro peccato, & alterum in holocaustum, cum eũ faciet timore gehennæ pro peccatis suis gemere nec non & pro desiderio vitæ æternæ intentius suspirare. De peccatis enim sacerdos noster pro nobis dicitur, siue quia ipse aduocatus noster est apud patrem secundum humanitatem: siue quia per spiritum, sui gratiam facit nos pro nobismetipsis salubriter postulare. Vnde & Paulus dicit: *Ipse spiritus postulat*

Roman. 8 *pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Non quod spiritus ipse gemat qui natura impassibilis est: sed quod [illegible] per inspirationem suã gemere facit pro delictis nostris. Sanctificabitq; iste sacerdos caput Nazaræi in die illo, & consecrabit Domino dies separationis eius, cum mentem continentis e-

D rutam a carnali desiderio, continentiam spiritalem irreprehensibiliter exhibere donauerit, offerendo agnũ anniculum pro peccato hoc est innocentem vitam pro crimino sa. simplicitatem Christianam pro versutia diabolica [illegible] tamen vt nihil sibi præsumat de pristina conuersatione siue de actib iustis præteritis [illegible] de [illegible] sed magis [illegible] sola gratia cælestis autoris inuitatur, cuius dono per [illegible] debet veniam peccatorum suorum, & assequi gratiam [illegible] sempiternam. Vnde hic scriptum est: dies priores irriti fiant, quoniam polluta [illegible]. Quia sicut per Prophetam dicitur, *Iniquus [illegible] si [illegible] auersus fuerit iustus a iustitia sua & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius tradentur obliuioni. Ista est lex consecrationis: Cum dies quos ex voto decre-*

Ezech. 3. *uerat complebuntur, adducet eum ad ostium tabernaculi fœderis: & offeret oblationem eius Domino.* Postquam autem legislator Nazaræum instruxit quomodo se mundare debeat si [illegible] iterum [illegible] sec [illegible] ti [illegible] pollutus fuisset, addidit [illegible] consummationem quomodo post completum [illegible] tum, se cum

oblatione gratias redditurus Domino, debeat præ[illegible] re. mystice innocens, continen[illegible] norum operum atq; mũditia [illegible] no esse pl[illegible] turam. Offeret, inq[illegible] maculatum in holocaustum, & oue[illegible] culatam pro peccato, & arietem imma[illegible] pacificam. Agnum anniculum immaculatum [illegible] in holocaustũ offert, qui totam spem suam in illius agni immaculatione ponit, quem Ioannes digito demonstrans,

Ioan. 1. dixit. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Ipsum ergo in holocaustum offert, cum pro eius amore carnis desideria mortificando, totam vitam spiritali ardore veræ charitatis concrematam, Domino consecrat. Ipsi ouem immaculatam pro peccato offert, cum eius mortem innocentẽ pro absolutione peccatorum, & redemptione humani generis confectam, fideliter credit. Ipse arietem immaculatum hostiam pacificam defert, cum ipsum esse confidit, qui per dispensationem incarnationis suæ pacificauit cælestia & terrestria euacuans omnem principatum & potestatem: *quem exaltauit Deus pater, & donauit illi nomen quod*

F Philip. 2. *est super omne nomen: vt in nomine Domini Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.*

Tropologice autem agnum offert immaculatum in holocaustum, qui simplicitatem cordis cum deuotione charitatis Deo exhibet. Ouem offert, qui innocentiam in opere ad exemplum alijs præbet. Arietem quoq; hostiam pacificam offert, cum semetipsum bene regere, & in [illegible] mandatorum Dei ducere contendit, carnemq; rebellem spiritus imperio subijcere, atq; coadunare decertat. De hinc subditur: *Canistrum quoq; panum azymorum qui [illegible] sparsi sunt oleo. & lagana absq; fermento vncta oleo, ac libamina singulorum quæ offeret sacerdos coram Domino, & faciet tam pro peccato, quam in holocaustum.* Canistrum vbi panes appositi offeruntur, significat scripturam sanctam vbi refectio est spiritalis alimoniæ, euangelica doctrina conspersa atq; copulata oleo lætitiæ, gratia videlicet spiritus sancti. Ibi & lagana vncta oleo, lex vetus eodem spiritu dicata, leuigata ac temperata in vtilitatem audientiũ. Hæc absq; fermento mali-

G tiæ videlicet & nequitię cum libaminibus singulorũ: quoniam gratia spiritalis, & in lege & in euangelio omnibus rite intelligentibus patet. Hęc ergo sacerdos offert coram Domino, quando meritum vniuscuiusq; & laborẽ quem in Dei seruitio habuit, meditationemq; & obseruationẽ diuinæ legis humani generis redemptor in conspectu diuinitatis remunerando repræsentat, cum eum per ingressum vitę, pacto boni operis certamine, donis spiritalibus ditatum, ad contemplationem Dei patris perducit. *Arietem vero immolabit hostiam pacificam Domino, offerens simul canistrum azymorum & libamenta quæ ex more debentur.* Quando n. dignũ remuneratione perpetuæ quietis ostendit, pro principatu & ducatu quo semetipsum bene regere, & in semita recta mandatorum Dei ducere consueuit. vitam suam coordinando secundũ scripturarum sacrarum doctrinam, & gratiam spiritualium charismatum, *Tũc radet Nazaræus ante ostiũ tabernaculi fœderis cæsariẽ consecrationis suæ: tolletq; capillos eius, & ponet super ignẽ, qui est suppositus sacrificio pacificorũ.* Quid enim per Nazaræi capillos nutrit, nisi quod per vi-

H tam magnæ continentiæ, præsumptionum cogitationes crescunt. Sed quid est quod deuotione completa caput Nazaręus radere, capillosq; in igne sacrificij ponere iubetur, nisi quod tunc ad perfectionis summã pertingimus, cum [illegible] xteriorem vitam vincimus, vt etiam cogitationes superfluas a mente resecemus: Quas nimirum sacrificij igne concremare, est flamma eas diuini amoris incendere, [illegible] totum cor in Dei amore ardeat, & cogitationes superfluas concremans, quasi Nazarei capillos, deuotionis [illegible] esse [illegible] consumat. *Et armũ coctum arietis, tortamq; absq; fermento vnã de canistro, & laganũ azymum vnũ: tradet in manibus Nazaræi postquam rasum fuerit caput eius. susceptaq; rursum ab eo, eleuabit in conspectu Domini: & sanctificata sacerdotis erũt, sicut pectusculum quod separari iussum est & femur: &c.* Armũ ergo coctum arietis tradet sacerdos in manu Nazaræi, cum fortitudinẽ boni operis igne tribulationis excoctum atq; probatum, mundi saluator [illegible] suum Deo placabiliter

offerre

A offerre tribuerit. Tradet & laganum azymum, cum legis scientiam per donum spiritus sancti opere consummare donauerit. Postquā, inquit, rasum fuerit caput eius, suscepta turtis ab eo eleuabit in conspectu Domini. Raso quidem capite Nazaræi suscipit oblationem, & eleuabit illam in conspectu Domini: quia cum eū spoliauerit carnis corruptione, & curarū secularium grauedine liberauerit, oblationes virtutum quas continens ipse operatus est, redemptor noster cōspectui diuinitatis præsentare dignabitur, suoq; dono faciet eū remunerari perpetua mercede in regno cælesti. Vnde & subditur: Et sanctificata sacerdotis erunt sicut pectusculū quod separari iussum est & fœmur: quia ad Christi gloriam pertinebit, quicquid confessus suis aut certe sapiebat, aut rite desiderabat, aut in bono opere consummauerat, Paulo attestante qui ait:
Philip. 2. *Deus enim qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate.* Vnde & Iacobus ait.
Iacob. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est descendens a patre luminum: apud quē non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Videamus ergo
B quid de Nazaræo post oblationem perfectam scriptura dicat. *Post hæc, inquit, potest bibere Nazaræus vinū.* Post hæc ergo, id est, post rectam intentionem, post rationabilem promissionem, post boni operis perfectionem, & post totius laboris finem, ac iustæ mercedis retributionem, potest bibere Nazaræus vinum, hoc est spiritale bauire plene donum. Quia quanto liberius, tanto felicius & quanto capacius, tanto vberius munus superne gratiæ percipit, secundum Apostolum dicentem.
1. Cor. 13. *Nunc videmus per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoscimus ex parte, tunc autem cognoscemus sicut & cognitus sum.*

Capvt XI.

Vbi Dominus iubet quomodo benedicantur filij Israel.

Num. 6. Locutusq; est Dominus ad Moysen dicens: *Loquere Aaron & filijs eius: Sic benedicetis filiis Israel & dicetis eis: Benedicat tibi Dominus & custodiat te. Ostendat Dominus faciem suā tibi & misereatur tui, conuertat Dominus vultum suum ad te & det tibi pacē.*
C Quid ergo in Moysē nisi lex, & quid in Aaron & filijs eius, nisi sacerdotium ecclesiasticum exprimitur? Instruit ergo Dominus per legem, & docet per ordinē magisterium sacerdotum, quorum officij est vt populum Dei, sermone prædicationis ædificent, atq; assiduitate orationis ac benedictionis confirment, qualiter ecclesiasticū conuentum benedicant, & orationis modum super eos firment: Sic benedicetis, inquit, filijs Israel, & dicetis eis: Benedicat te Dominus & custodiat te. In eo quod dicit, benedicat te Dominus, optat spiritualium charismatū dona cælitus super eos effundi. Et in eo quod subiungit, & custodiat te, omnino docet postulandum ab eo, quod vt benedictionibus eius percipimus, sua gratia in nobis cōseruetur: quia ipsa veritas ait:
Ioan. 15. *Sine me nihil potestis facere.* De quo & per Psalmistam ait.
Psal. 126. *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilant qui custodiunt eam.* Et item:
Psal. 144. *Custodit, inquit, Dominus omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdet.* Sequitur alius modus benedictionis ita. Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. In ostensione vultus Dei
D propiciatio eius, & salutis veræ collatio significatur. Vnde & Propheta Dominum placatum dicens:
Psal. 79. *Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus.* Et item:
Psal. 84. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.* Deinde tertium modum benedictionis taliter protulit dicens: *Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem.* In conuersione vultus Dei, misericordiæ eius prouentus, sicut in auersione vultus, indignatio eius exprimitur: Vnde & Propheta ad Dominum dicit:
Psal. 85. *Respice in me & miserere mei.* Et iterum:
Psal. 43. *Quare autem faciem tuam auertis, obliuisceris inopiam nostram & tribulationem nostram?* Conuertet Dominus faciem suam ex oratu, quia quem merito peccatorum nostrorum auxilium suum à nobis auertere coegimus, necesse est vt ab eius clementia iterum postulemus, quod per immensam pietatem suam ad nos vultum suum denuo conuertere dignetur, quatenus ab omnibus immunes reddens, tribuat nobis perpetuam pacem. Nota quod in hac benedictione tripliciter formata, nomen Domini tertio inditum sit: vt intelligas sanctam trinitatem esse æqualem per quem & in quo omnia bona sunt, bona & salubria ea petēda, impetranda & fruenda sint: quia ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia ipsi gloria in secula seculorū. Quod autem subditur, inuocabunt nomen meum super filios Israel: & ego benedicam eis, ad eundem pertinet sensum: quia sacerdotum est nomen Domini inuocare: Domini autem ipsum ad quod inuocatur, perficere. Et ideo non debet hoc sibi per fastum superbiæ humana præsumptio vsurpare, quod solius est sanctæ trinitatis cui vult per gratiam suam conferre.

Capvt XII.

De oblatione principum Israel hoc est sex plaustris tectis, cum duodecim bubus ad ministerium tabernaculi.

Num. 7. Factum est autem in die qua compleuit Moyses tabernaculum & erexit illud: sanctificauitq; & vnxit cum omnibus vasis suis, altare similiter & vasa eius.
F Moyses quidem in diuersis locis scripturæ sacræ variam & non eandem significationē habet: quia aliquando typum populi Iudaici tenet, vt est illud quod in Exodo iussus est caudam serpentis tenere: significat enim Iudæos iuxta finem mundi ad fidem Christi venturos. Aliquando Christi personam figuraliter exprimit: quale est illud, quod populum per mare rubrū de Aegypto eduxit designans Christum electos suos de spiritali Aegypto per aquam baptismatis educere, & de hostibus sæuissimis liberare: nec non & istud, quod hoc loco commemorat Moysen tabernaculum complesse, & erigere atq; vngere eum omnibus vasis suis: altare similiter & vasa eius. Tabernaculū ergo Domini est ecclesia præsens: quam Christus cōpleuit & erexit, cum eam sanguine suo redimens, perfectam sibi deuotione reddidit: & in fide ac spe ad futuram gloriam appetendam erexit. Hanc quoque vnxit oleo lætitiæ, & sanctificauit gratia spiritus sancti, cum omnib. vasis eius, electis videlicet: qui ad diuersa ministeria intra ecclesiā ordinati sunt. Altare similiter vel generaliter ecclesiā significat, vel perfectos quos-
G que: in quibus aromata virtutum atq; sanctarum orationum adorantur: vel quod præcipuum est, humanitatem Christi designat: in qua grata munera redemptionis nostræ Deo patri exhibuit: quia ipse sacerdos & hostiam: & hoc quod semetipsum pro nobis patri obtulit, ipse & altare: quia in sua potestate mortem tenens, propria voluntate illam suscipiendo, passionis sacramentum perfecit. Vnde & ipse dicit: Nemo tollit à me animam meam: sed ego pono eam, & iterum sumo eam. Et ad Pilatum:
Ioan. 19. *Non haberes in me, inquit, potestatem aduersum me vllam, nisi datū tibi fuisset desuper. Obtuleruntq; principes Israel & capita familiarū, qui erant per singulas tribus præfecti eorum, qui numerati fuerant, munera coram Domino.* Principes ergo Israel & capita familiarum sunt Patriarchæ, Prophetæ & Apostoli, qui partim doctrinis, partim exhortationibus, partim bonis exemplis atq; virtutum operibus Deo munera grata dederunt: &
H ad instructionem sanctæ ecclesię gratulanti animo, quicquid potuerunt contulerunt. Siue iuxta tropologiā principes dici possunt, qui apostolica doctrina instructi, tam sensibus corporis, quam etiam animæ affectib. rite principari atq; dominari sciunt. Quorum virtutes Deo gratissimæ esse creduntur: quia ex vnitatis & concordiæ radice prolata probantur: ipsa veritate attestante quæ ait:
Matt. 18. *Quia si consenserint duo ex vobis super terram, de omni re quamcunq; petierint, fiet illis a patre meo qui est in cælis. Sex plaustra tecta cum duodecim bubus. Vnum plaustrum obtulere duo duces, & vnum bouem singuli: obtuleruntq; in conspectu tabernaculi.* Sex, inquit, plaustra tecta cum duodecim bubus. Tecta plaustra autem historialiter dicit, vel cooperta tabulis, vt melius reciperēt onera vel etiam aliquibus pannis strata, vt dignius tabernaculi armamenta susciperent. Mystice autem plaustra quæ filij Israel Leuitis ad subuectionem tabernaculi obtulerunt, significant temporalis vitæ solatia, quæ deuoti discipuli veritatis, Leuitis, hoc est sanctis prædicatoribus

A gislatoris, quæ centum viginti annorum erat, fuisse describuntur. Phialæ quoq; septuaginta siclorum, vbi denarius numerus multiplicatus est septies, ostendens impletionem mandatorum, non nisi per gratiam spiritus sancti, qui in nouo testamento manifestius datus est, posse perficere. Apte hæc vasa plena simila conspersa oleo in sacrificium fieri iubentur: quia spiritalis scientia in lege & in Euangelio inesse omnibus recte credentibus & rite intelligentibus patet: quæ spiritus sancti gratia dispensante, ad hominum salutem conscripta atque prolata est. Vnde sacrificium rite fit: quia nihil tam acceptabile est Deo, quam meditatio diuinæ legis, cum executione bonorum operum. Mortariolum autem aureum, habens pondus decem siclos plenum incenso similiter offerri iubetur. Et quid in mortariolo aureo nisi cor electorum plenum diuina sapientia, & aromata in se continens virtutum significatur? Nec incongrue dici posse reor numero singulari cor electorum, cum in Actibus Apostolorum de vnitate sanctorum ita scriptum est: *Multitudinis autem*
Act. 4. *credentium, erat cor vnum & anima vna.* Quod bene decem
B siclorum pondere plenum incenso esse describitur, quia cum adimpletione decem mandatorum, bonum odorem suauitatis, doctrinæ atq; orationis sacræ proferre nouit, quatenus denarium æternæ beatitudinis in fine percipere mereamur. Post vasa vero hæc quæ superius memorauit, diuersa animalia offerre iubet, hoc est bouem de armento, & arietem & agnum anniculum in holocaustum, hircumq; pro peccato: quæ quidem diuersitas, personas præcedentium patrum, qui nobis ad exemplum dati sunt, insinuant: quia alii doctoris officio functi, alii in ducatu & regimen subditorum ordinati & rationabiliter prælati, alii simplicitate & mansuetudine modestæ conuersationis gratissimi, alii in pœnitentia quam pro peccatis fortiter & condigne egerunt, acceptissimi. Horum enim omnium ad instructionem nostram in scripturis sacris plura exempla, diuina prouidentia nobis posuit: quatenus eorum doctrinam in sententiis, atq; exempla in actibus quæ nobiliter inter suos conuersantes ad imitandum proferebant, consideraremus, nostramq; vitam semper in melio-
C ra reformare certaremus. Vnde secundum leges tropologiæ, offert quidem bouem, qui vtilitatem in ecclesia Dei erga salutem proximorum impendit. Offert arietem, qui non solum vitam suam regere rite, sed & alios in viam iustitiæ dirigere festinat. Offert & agnum anniculum, cum sanctam simplicitatem & veram innocentiam exhibet. Et hæc omnia in holocaustum: quia pro solius Dei amore, & æternæ vitæ desiderio cuncta facere satagit. Sed inter hæc hircum pro peccato offerre non obliuiscitur: quia de præteritis peccatis pœnitentiam agere, & pro excessibus humanæ vitæ orare non desinit. Offerre præterea sicut superius mandatum est in pacificorum sacrificium boues duos, ipse qui duo præcepta charitatis cum bonis operibus implet: Dei videlicet amorem ostendendo in custodia mandatorum illius: & proximi in consulendo necessitatibus illius: in quibus duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Offert arietes quinq;, hircos quinque, agnos anniculos quinq;, cum quinq; sensibus corporis in via veritatis fortiter ducit, a peccatis compescit, atq; bonæ simplicitatis indicia in eis ostendit. Hæc ergo
D munera omnis doctor catholicus, omnis magister ecclesiasticus, omnis homo Christianus, conditori suo sine dubio exhibere debet: quia nullus diuini muneris adeo expers est, quod diuinæ honorificentiæ nihil debeat: cuius munere hoc ipsum habet quod est: & quodcunq; bonũ in se est. Quia secundum Pauli sententiam, *in ipso viuimus*
Act. 17. *mouemur & sumus: quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia.* Nec vacat mysterio, quod post enumeratos duces cum oblationibus eorum, quas per singulos dies iuxta constitutum sibi ordinem Deo offerant, nouissime simul computat, quot vasa singularum specierum, & quanto pondere omnia simul fuerint, hoc est argentea seorsum: & quot animalia vniuscuiusque generis essent, quæ offerri præcepta sunt, tam in holocaustum, quam etiam in pacificorum hostias. Nam ita scriptum est: *Hæc in dedicatione altaris oblata sunt a principibus Israel in die, qua consecratum est. Acetabula argentea duodecim phialæ, argenteæ duodecim, mortariola aurea duodecim: ita vt centum & triginta argenteos siclos haberet vnum acetabulum: & septuaginta siclos vna phiala: id est, in commune vasorum omnium ex argento sicli duo millia quadringenti pondere sanctuarij. Mortariola aurea duodecim plena incenso, denos siclos appendentia pondere sanctuarij, id est, simul aurei sicli centum viginti. Boues de armento in holocaustum, duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim & libamenta eorum hirci duodecim pro peccato. In hostias pacificorum boues quatuor & viginti, arietes sexaginta, agni anniculi sexaginta.* Quid ergo in vasis argenteis quæ simul omnia duo milia & quadringentos siclos pondere sanctuarii habebant, nisi perfectam doctrinam eloquiorum Dei, quæ in duobus testamentis consistit, accipere debemus? Cui si rite obedierimus, iam quadriga virtutum, hoc est prudentia, iustitia, fortitudine ac temperantia, ad æternam beatitudinem nos perducit: quod numeri isti veraciter nobis innuunt. Nam millenarius numerus duplicatus, ostendit gemina testamenta ad æternam beatitudinem veniendi nobis viam demonstrare. Quadrin- E
gentenarius vero hoc insinuat, quod cum perfectione F
bonorum operum, in quadriga virtutum illuc peruenire debeamus: quia nisi bonis operibus curratur, minime peruenitur illuc. Mortariola quidem aurea duodecim, quorum singula denos siclos appendebant, & simul omnia auri centum viginti siclis descripta sunt, quid significant, nisi corda electorum, legis scientiam ita in omnibus obseruare, quomodo Apostolica doctrina eam seruandam docet? Duodecies enim deni, centum viginti faciunt. Quo numero & primitiua in Hierusalem ecclesia, spiritum paracletum in die Pentecostes accepit. Vnde bene subditur siclum pondere sanctuarii esse debere. Sanctuarium enim Domini, ecclesia est catholica: cuius regulam fidei & intellectus si secuti fuerimus, omnia quæ in lege & Prophetis scripta sunt, salubria nobis esse credenda sunt. Cæterum quicquid extra ecclesiæ vnitatem sentitur, intelligitur atq; seruatur, non salutem animæ sed damnationem pariet certissimam. Boues vero & arietes,
& agni anniculi oblati in holocaustum, quia duodenario G
numero comprehensi sunt, hoc illos credo significare, quod siue doctoris quis in ecclesia officium gerat, siue alicuius principatus honorem habeat, seu etiam simplicem vitam eligat, omnia secundum doctrinam Apostolicam atq; Propheticam agere debere. Similiter hirci duodecim pro peccato oblati, figuraliter instruunt pœnitentiam agentes, vt studeant eam secundum regulam fidei perficere. Nec non in pacificorum hostias oblati boues viginti quatuor, arietes sexaginta, hirci sexaginta, agni anniculi sexaginta, nihil aliud insinuare arbitror, nisi spiritalem scientiam in perfectione bonorum operum. Vicenarius enim & quaternarius numerus, quia tot horis diei cursus peragitur, significat lucem scientiæ & fidei rectæ, omni Christiano esse necessariam. Sexagenarius vero qui sexies in eo denarius constat multiplicatus, perfectionem mandatorum demonstrat. Et ideo necesse est, vt prælati simul & subditi, iusti atque pœnitentes, omnia secundum magisterium ecclesiasticum faciant: quatenus oblatio eorum in conspectu Domini, pacificorum ritum atque ordinem teneat: vt magis Dei gratiam, quam of-
fensam mereatur. *Cumque ingrederetur Moyses tabernacu-* H
lum fœderis vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testamenti, inter duos Cherubim, vnde & loquebatur ei: Ingressus Moyses in tabernaculum fœderis vt consuleret oraculum Domini, mystice prædicatores atque doctores populi Dei instruit, qualiter erga curam verbi spiritalis agant: scilicet vt intrent tabernaculum fœderis, hoc est scripturam sacram sedulo meditentur, indeque audiant quid loquatur eis Dominus Deus. De propiciatorio ergo siue vt in Exodo legitur, supra propiciatorium loquitur Dominus ad Moysen cuncta quæ per illum Dominus mandat filiis Israel: quia per gratiam propiciationis diuinæ factum est, quod hominibus post culpam præuaricationis apparere, & eis viam veritatis post errorem demonstrare dignatus est. De medio Cherubin loquitur, quia per An-

A ... scribe..., enim ... capi...libus crim... bus ... human... subiunxit dicens: *Et hæc ... abluti estis, ... sanctificati estis, in nomine domini ... Christi, ... spiritu Dei nostri.* P...unt quidem per ... oues, quu... vnu... pe... io offeren dus ... in h...locaust... tibus demon...tur, ... nun... pecces exp... . Qu...rum vnaquæ... le gest... pœnitentiæ lau...enim ablucre stu...mu..., alte... ...um operu... fructibus & virtutum studi... conditoris, & cælestis præmu beatitudinem pr...mer... tagimus. 1.Cor.1.

CAPVT XVI.

De Leuitis pro primogenitis filiorum Israel, in ministerij domini suscipiendis.

Num.8. ET *applicabit Leuitas coram tabernaculo fœderis, conuocata omni multitudine filiorum Israel.* Applicantur Leuitæ coram tabernaculo fœderis. cum mini...tri Do...ini electi

B ad officium altaris, ad Apostolicam doctrinam per quam in verum tabernaculum Domini intratur, perducuntur. Sic enim coram tabernaculo fœderis digne applicantur, si iuxta sermonem & exempla sanctorum patrum, conuersationis initium incipiunt: & in eo vsque ad finem perseuerare contendunt. Et hoc etiam sub testificatione mult...rum faciendum est. Ideo subiunxit: conuocata omni multitudine filiorum Israel: quia ...ultis debet innotescere electio ministrorum Dei, & examinatio & probatio digna in eis exerceatur: quatenus nemini sit, qui eorum vitam iuste reprehendere possit. Vnde & Paulus iubet eos testimonium habere bonum, ab his qui fo... sunt: vt non in opprobrium incidant & laqueum diab...li. *Cumque Leuitæ fuerint coram domino, ponent filij Israel manus suas super eos, & offeret Aaron munus in conspectu domini pro filijs Israel, vt seruiant in ministerio eius.* Ponere manus suas super Leuitas præcipiuntur filij Israel, & sic eos offerre Aaron munus in conspectu Domini, quia assensus bo-

C norum subiectorum, p... ...ectum veræ charitatis magi... nos eligunt, o... oportun... lat prosequi debet. ...onunt ergo ...us suas, cum assensum deuotionis ...m electionem eorum ...tribuunt. & ad ...perum eorum bonis operibus instare contendunt vt ministerium Domini per officiales oblatos, condigne implea... *Leuitæ quoque ponent manus suas super capita boum, e quibus vnum facies pro peccato, & alterum in holocaustum domini vt deprecetur pro eis.* Leuitæ ponent manus suas super capita ...um, cum ministri proprijs laboribus initia operum ...orum Domino conse...are festinant: vt siue pœnitentiæ pro excessibus h...m...næ vitæ agenda sit, siue virtutum studijs opera impen...da, non ...eruitte sed efficaci... illa perficere decertent. *Statues quoque Leuitas in conspectu Aaron & filiorum eius. & consecrabis oblatos domino: ac separabis de medio filiorum Israel, vt sint mei: & postea ingredientur tabernaculum fœderis, vt seruiant mihi.* ...ota quod Leuitæ separari iubentur de medio filiorum Israel vt sint Domini, & postea ingrediantur in ...bernacu... ...œderis ad seruiendum Deo. Non enim debet ...i...ister Domini con-

D tentus *populatis disciplinæ sed siue in moribus, siue in doctrina, separatum & spectabilem oportet eum fieri: sicque officio Domini mancipari. *Sicque purificabis & consecrabis eos in oblationem domini, quoniam dono donati sunt mihi a filijs Israel: pro primogenitis quæ aperiunt omnem vuluam in Israel, accepi eos. Mea sunt enim omnia primogenita filiorum Israel: tam ex hominibus, quam ex iumentis. Ex die quo percussi omne primogenitum in terra Aegypti, ...ctificaui ea mihi.* ...n est incognitum, quod primogenita Æ...ptiorum viti... ...rum sunt primordia, quibus humana vita corrumpitur. Omnis enim anima cum ...d supplementum ætatis ...u...nerit, & velut naturalis ...ea quædam lex ...r...t ...ta defendere, primus sine dubio ...otus secund...s ...d... denuni carnis prod... ...io ...ncup... ...tiæ v...l... fomite, vis incentiua commouerit Vnde qua... præcipuum, & quod noo ...si c...m nune ...exte... homi... bus, de solo Gentil... ...oh... Esa.7.

...

G ...

...tabit prius ... an ... ...t maligna, eliget bonum. ...uoni pri... ...epuer bonum aut malum, ...c... ... vt ... quod bonum est. Al...bi autem Propheta ... ...loquitur ...cens. *D...licta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.* Quia ergo primi ...n... motus, secun... ...nem ...ulati, in peccatum ruunt, ...mnio...tali... ...o . Egy... ...rum primitias ponimus. quæ catenus extinguuntur ...t reliquæ vitæ conuersio, ei ...endatiorem d...igat cursum. ... cunctis vero vitijs. quæ primogenita sunt diaboli, v...l operibus carnis nociuis, quibus contaminatur natura, boni mores sustinendi sunt: vt spiritali conuersatione, Dei cultor non dæmonum seruitor, veraciter appareat. Sed adhuc qui vult esse minister Domini, perfectioribus moribus debet indui, quam plebis multitudo possit habere: ideo pro primogenitis Aegyptioru... p...imogenita Israelitarum Domino offerri ...entur. Et item pro primogenitis filiorum Israel, Leuitæ in seruitium diuinum assu...i Psal.24.

F præcipiuntur: vt eorum ...atione ...ituali, pro peccatrice vita, iusta vita, & ...iusta sancta ac perfe...a exhibeatur: quatenus in san... ...i Domin... digne Christi altaribus, & mysterijs di...i...i, verus Leuita p...sentapiatu. *Et tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Israel, vt seruiant mihi pro filijs Israel in tabernaculo fœderis, & orent pro eis, ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad sanctuarium.* & cætera V...deant episcopi, sacerdotes, ministri Domini atque omnis clerus, quam necessarium sit illis, vt sua officia diligenter custodiant, ne terrenis ...cris ac ...ecul... volupta...bu... cum vulgo impen...rum se tradant: quia proprium illorum ordinis atq; ...ficij est vt deseruiant in tabernaculo fœderis Domini. & orent pro populis, ne sit plaga in eis dispe...rdens. Alioquin si ipsi neglig...nter vitam suam duxerint, ac pro Dei seruitio seculi lucris ac cupiditatibus deseruierint semetipsos in perditionem præcipitent, & populum non saluent, dicetur de eis illud Propheticum: *Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra.* Et alibi: *Cleri autem eorum non proderunt eis.* Malach.1.

G

CAPVT XVII.

De ordine Leuitarum quando ministri sint, & quando custodes vasorum fiant.

Num.8. LOcutus est dominus ad Moysen dicens: *Hæc est lex Leuitarum. A viginti quinque annis & supra ingredientur, vt ministrent in tabernaculo fœderis. Cumque quinquagesimum annum ætatis impleuerint, seruire cessabunt: eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis, vt custodiant quæ sibi fuerint commendata: opera autem ipsa non faciant.* Siue secundum Septuaginta, ...a q...into & vicesimo ...n... & supra, intr...bunt ministrare in ministerium, in operibus in tabernaculo testimonij & a quinqu...ge...simo recedant ab administratione, & non operabuntur vltra: & ministrabunt fratres eorum in tabernaculo testimonij custodire custodias: opera autem non operabuntur. Hunc sensum obscurum facit ... quod ita confus...m ...st, & tanquam de ipso fratre sit dict...m, custodire custodias: cum dictum sit de illo, qui recedit ab operibus, & remanebit in tabernaculo testimonij ...e custodias: opera autem non operabitur, ... operabitur

H frater eius, id est, qui nondum peruen...t ad æt...te... q...quagena...am, a v...ginti quinque annis incipiens operari. Ergo ita distinguendum est, vt a quinquagenario ...ce... ab ...ni...tratione, & non operabitur vltra: ... ...t fr...ter eius. Deinde redit ad illu... quinquag... de qu... loquebatur & de illo ...plic... ...d... ...s ...in taber...aculo testimonij custodire cu... ...s: oper... au... ... . Quod enim ait, ...od...e custod... ...n... etiam in Latinis ...b..., ... ve...bum p...ni pro infinito. M... ...aute... ...p... ...m quin... ...t vicesimum in qu... ...iu... ...obonus, nisi co...sta... numquod q...e ...in... ...m b... ...nantur Et quid per quinquagenariu..., in quo l... ...requies contin...etur, ni... ...uitern-

A quies, edomito bello mentis eximitur? Quid vero per vasa taberna[illegible] nisi [illegible] figurantur: Leuitæ ergo ab [illegible] quinquagesimo custo[illegible] tabernaculo seruiunt: & à quinquagesimo custo[illegible] orum fiunt: vt videlicet qui adhuc impugnantium [illegible]orum tantum tolerant, aliorum curam suscipere non præsumant. Electitium cum adhuc in tentatione sunt, subesse eos ac sesui[illegible] te necesse est, vt obsequiis, laboribusque [illegible] ntu [illegible] um vero tentationum bella [illegible] in de intim[illegible] tranquillitate [illegible] cu- stodiam [illegible] untur. Me[illegible] dum [illegible] recesserit te[illegible] [illegible]rum sunt, quia [illegible] manum sunt

FINIS LIBRI PRIMI.

HRABANI MAVRI, MOGVNTINENSIS ARCHIEPISCOPI, ENARRATIONVM IN NVMEROS,

LIBER SECVNDVS.

B

CAPVT I.

De tempore P[illegible]hæ.

Num. 9. LOCVTVS est dominus ad Moysen in deserto Sinai, in anno secundo postquam egressi sunt de terra Ægypti, mense primo dicens: Faciant filij Israel Phase in tempore suo, quartadecima die mensis huius ad vesperam: iuxta omnes ceremonias & iustificationes eius. Præcepitque Moyses filiis Israel, vt facerent phase. Qui fecerunt tempore suo quartadecima die mensis ad vesperam in monte Sinai. Iuxta omnia quæ mandauerat dominus Moysi, fecerunt filij Israel. Cum in veteri testamento t[illegible] bus argumentorum indiciis paschale tempus sit obs[illegible] praeceptum, videlicet, vt post æquinoctium, & mense primo aut tertia eius septimana, id est, à vespera quartæ decimæ lunæ, quod est initium quintæ decimæ vsque in vesperam, id est, terminum vicesimæ primæ celebratur quarta in eiusdem obseruatione, regula est nobis à tempore dominicæ resurrectionis [illegible] olica: vt cum æquinoctio transacto,

C lunam primi mensis quartam decimam vespere ortum [illegible] viderimus, non statim ad faciendum pascha pr[illegible]amus. sed dominicum diem quo ipse pascha, id e[illegible], [illegible]um de morte ad vitam, de corruptione ad incor[illegible]m, de pœna ad gloriam resurgendo facere di[illegible], facere expectantes, tu[illegible] io tandem congrua [illegible] nnia celebremus. Quod [illegible] quis obiecerit, non [illegible] memoriam, sed tan[illegible] p. in mensis & tertiæ [illegible] anæ posuit [illegible] sú, sciat quia & si æquinoctium n[illegible]natum non e[illegible], in hoc tamen ipso, quod à plenilunio primi mensis pascha faciendum præcepit, æ[illegible] q[illegible] ctu transcensum plenaria rat[illegible] deprompsit: quo[illegible] m absque vlla dubietate constat eam cum primo transi[illegible] æquinoctio plenum suum globum ostenderit, primi [illegible] existere lunam. Quoties ergo diem dominicum [illegible]ox ducentante luna quinta decima habemus, nil no-

D strum tempus paschale à legali dissonat, quamuis aliis sacramentorum generibus, eiusdem pas[illegible] lennia colimus. Quoties vero secundo vel tertio, vel quarto, vel quinto, vel sexto, vel septimo ab hinc die, idem dominicus occurrent, nec sic quidem legem aut Prophetas soluimus. Nam licet tota paschalis obseruantia ceremonia[illegible], ita eo tamen [illegible] pus quo ægyptiæ[illegible] ptum est [illegible] tum, m[illegible] stica redolet. In primis namque, æq[illegible] noc[illegible] um trans[illegible] [illegible] ipsæ paschæ celebr[illegible] le[illegible] decre[illegible] [illegible] id [illegible] icet [illegible] mitas [illegible] mediator Dei [illegible], de [illegible] tene[illegible] raru[illegible] undo lu[illegible] [illegible] it, et [illegible] impo[illegible] rdine [illegible] s quid inius [illegible]. [illegible] uæ n[illegible] is æte[illegible] beatitudini lu[illegible] men pro[illegible] tu[illegible] celebrat[illegible] lumen proficiet [illegible] nemo, prim[illegible] nocti[illegible] oniam. [illegible] da mente [illegible] [illegible] ocatæ [illegible] in quo pascha [illegible], [illegible] ndi

mus. Ips[illegible] en[illegible] st mensis, in quo mundus iste formatus, & ho[illegible] primus in paradi[illegible] sede locatus: quia per huius m[illegible] sterii solemnitatis, prim[illegible] m nobis stol[illegible] ceptu-ros, primum supe[illegible] tudini regnum, [illegible] quo in lon-ginquam regionem di[illegible] cessimus [illegible] os [illegible] pertin[illegible] esse speramos. De cu[illegible] glo[illegible] regni, be[illegible] tus Petrus Apostolus

1. Petr. *Cælos autem nouos*, inquit, *& terram nouam, & promissa ei sim expectamus in quibus iustitia habitat.* S[illegible] d & Ioannes in Apo-

Apoc. cal[illegible] psi sua. *Et dixit qui sedebat in throno: Ecce, noua facio omnia.* Deinde etiam tertiam mensis eiusdem septimanam in pascha obseruamus, quod resurrectionis dominicæ gau[illegible] is apertissime con[illegible] tuit. quia & ead[illegible] m fact[illegible] an[illegible] ta[illegible] ius resurre[illegible] [illegible] ad[illegible] facta est, & terti[illegible] mpore seculi id est, con[illegible] gratiæ cælestis aduentu, to[illegible] [illegible] pensatio, quæ per resurrectionem con[illegible] mata est glori[illegible] a, mûdo ap[illegible] aruit. Prima namque seculi tempora [illegible] per partes, media lege natur[illegible] [illegible] v[illegible] l Prophe[illegible] is, extrema christi mare spiritaliter per seipsum veniens illustrare digna-tus est. Se[illegible] & ipsa tunc lunæ conuersio, pulcherrimum nobis sacramenti cælestis spec[illegible] p[illegible] æbet. Namque luna quæ rotundi facta schema[illegible] [illegible] sole lumen [illegible] supra diximus accipit, ideoq; semper e[illegible] dimidio orbe quem ad solem habet lucida est, ex altero autem dimidi[illegible] semper obscura, à primo vsq; ad quintam decimam lucis incrementum ad terras, def[illegible] ctum vero habet ad cœlos, à quintodecimo aut vsq, ad nouissim[illegible] incrementum eiusdem suæ lucis à terrenis auersa, paulatim ad cælestia reuertitur. [illegible] uæ nimirum [illegible] us conuersio, recte paschalis gaudii [illegible] ste[illegible] signat: quibus omnem mentis nostræ gloriam, à [illegible] l[illegible] bus auertere deliciis, caducisq; [illegible] uoribus, atque [illegible] lum cælestis gratiæ lumen suspendere, docemur contemplando. Vel si vtramq; eius conuersionem in bonum delectat interp[illegible] tari, possumus intelli[illegible] ere, quod cresc[illegible] us ad oculos huma[illegible] o[illegible] lumen lunæ, [illegible] toui gratiam quibus apparens in carne Dominus mun[illegible] luxit, insinuet: de quibus dicitur: *Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia, apud*

Luc. 2. *Deum & homines.* Re[illegible] escens vero ad cælos, resurrectionis [illegible] scensionisque [illegible] ius gloriam designet: quæ in se quidem ipsa mox perfecta processit: sed in animo fidelium, quibusdam lucis suæ profectibus, vsq; ad finê seculi cres-

H cere non desinit. Resurgens enim Dominus a mortuis, primo singulis ac binis, ac deinde pluribus: modo [illegible] tem, modo vnde[illegible], modo duodecim, mod[illegible] plus quá [illegible] in-genti s fratribus simul, ad [illegible] inimum di[illegible] pulis omnibus

1. Cor. 15. apparuit: *quibus videntibus as[illegible] in cælum, præcepit eos sua d[illegible] ispensatione esse testes in Hieru[illegible] m, & in omni Iudæa & Samariæ, vsque ad vltimum terræ.* Et [illegible] cue luna cum nostros cres-cit ad oculos, paulatim à sole [illegible] ecedit: cum vero ad cœlos partibus [illegible] at [illegible] spatiis [illegible] dui[illegible] Hoc est enim quod

Ioh. 20. ipse dixit: *Exiui a patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem* & q[illegible] od de[illegible] o Psalmus: *A*

Psal. 18. *summo cælo egressio eius: & occursus [illegible] vsque ad [illegible] mum eius.* [illegible] ia ergo luna eo suæ lucis incremento, quod exiens a [illegible] e[illegible] ad nostros euoluit obtutus, Domini saluatoris in

carne

A carne vsq; ad tempora passionis doctrinam virtutesq; significat. Eo autem quod ad solem rediens, paulatim ad inuisibili... nobis cæli faciem recolligit ... resurrectionis illius, & posterioris gloriæ miracula demonstrat, merito à quin... ma paschalis ... gaudijs apta prædicatur. His quidem paschalis temporis à legis obseruatione sumptis indicijs, hæredes noui testamenti etiam diem dominicam, quam scriptura ... siue *primam sabbati* cognominat adnectimus nec immerito: quæ & conditione primitiuæ lucis excellens, & triumpho Dominicæ resurrectionis insignis, & nostra quoque nobis resurrectione manet semper exoptabilis. Septem quoq; dies lunæ, id est, à quarta decima vsq; ad vicesimam primam, per quos ea dominica naturali ordine discurrit, vniuersitatem ecclesiæ quæ per totum mundum paschalibus est redempta mysterijs, aperte denuntiat. Nam & septenario sæpe numero, vniuersitatem designare scriptura consueuit. Vnde & quod ait Propheta: *Septies in die laudem dixi tibi*, nil melius intelligitur quam quod alibi ait: *Semper laus eius in ore meo*. Et specialiter totam catholicam ecclesiæ profectionem, configurari Ioannes testatur: qui ad septem Asiæ scribens ecclesias, vniuersalis per orbem ecclesiæ mysteria patefecit. Vnde & per omnia quæ singulis septem scribit hortamenta, hunc versiculum intexere curauit: *Qui habet aures audiendi, audiat, quid spiritus dicat ecclesijs*. Quod vni cuilibet dixerat, hoc omnibus se dixisse probans ecclesijs. Nec minus etiam moralem nobis commendant paschalia tempora sensum. In nomine quidem est paschæ, vt de vitijs ad virtutes transitum cotidie faciamus spiritalem: in mense autem nouorum in quo adulti fructus, aduentu suo pronuntiant veterum cessationem: *vt exuentes veterem hominem cum actibus suis, renouemur spiritu mentis nostræ: & induamus nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis*: vt & vegetati diuersarum veritate virtutum earumq; folijs veluti amœnæ arbores adumbratione velati, tanquam lætæ atq; fructiferæ segetes pullulemus in plenilunio: vt perfectum splendorem fidei assensus gerentes, à peccati tenebris segregemur. In

C reuersa eadem luce lunari ad cælos, quod à quarta decima luna fieri incipit, vt quanto magni sumus humiliemur in omnibus dicentes cum Apostolo singuli: Gratia autem Dei sum id quod sum. Quæ profecto gratia muneris superni, quia tertio tempore seculi manifestius effusa est, pulcherrima figurarum consequentia, lunæ hebdomadæ lumen ipsius, quod eatenus ad terras creuerat, ad cælestia iam crescere inchoat. Pulchre hanc in pascha obseruare præcipimur, vt gratiæ quam accepimus nunquam obliti, per singulos gradus spiritalis transitus largitori illius obediendo, vicem perpendere meminerimus. Vel certe in crescente ad homines luna, vitæ nobis actiuæ: in reuersa vero ad cælos, speculatiuæ typus ostenditur. Vel in hac nubis conuersione, dilectio proximi: in illa, nostri signatur victoris. Adhuc conuersus lucis eius profectus, vt bona foras operemur ammonet: porro illuc, vt eadem bona opera solo supernæ mercedis intuitu geramus: huc, *vt luceat lux nostra coram hominibus, vt videant bona nostra opera*: illuc, *vt glorificent patrem nostrum qui in cælis est*. In vna sabbati quæ noui testamenti propria solemnitas est instituimur, vt

D spe futuræ nostræ in Christo resurrectionis, patienter in præsenti, omnia aduersa pro Christo, & ipsam mortis toleremus iniuriam, audientes ab Apostolo: *Quia si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis fuerit in nobis, viuificabit & mortalia corpora nostra, per inhabitantem spiritum eius in nobis*. Cuius spiritus qui est septiformis gratia, potest eodem septem dierum lunarium numero, qui præfata vna sabbati, id est die dominica circumseritur, intimata non inconuenienter intelligi. Verum de mysterio temporis paschæ, si quis plenius scire vult, legat beati Aurelij Augustini ad Ianuarium Epistolam de ratione paschali. *Ecce autem quidam immundi super anima hominis, qui non poterant facere phase, in die illo, accedentes ad Moysen & Aaron dixerunt ei: Immundi sumus super anima hominis. Quare fraudamur vt non valeamus offerre oblationem Domino in tempore suo, inter filios Israel? Quibus respondit Moyses: State vt consulam quid præcipiat dominus de vobis.*

Matt. 28.
Psal. 118.
Psal. 33.
B
Apoc. 1.
Apoc. 2.
Co Ref. 3.
Matt. 5.
Rom. 8.

Caput II.

De his qui non poterunt Pascha in tempore suo quo eis præceptum sit, celebrare.

E *Locutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere filijs Israel: Homo qui fuerit immundus super anima, siue in via procul in gente vestra, faciat phase domino mense secundo, quartadecima die mensis ad vesperum, cum azymis & lactucis agrestibus comedent illud. Non relinquent ex eo quippiam vsque mane, & os eius non confringent, omnem ritum phase obseruabunt*, & cætera. Cum phase tempore quidam qui immundi erant facti super anima hominis, id est, super mortuo, quærerent quomodo pascha facerent, quoniam oportebat eos ab immunditiis septem diebus purificari secundum legem, consuluit Dominum Moyses, & responsum accepit, cuicunq; tale aliquid accidisset, vel tam in longinquo itinere constitutus esset, vt non posset occurrere, alio mense eum facere debere pascha, propter diem mensis quartumdecimum, vbi lunæ numerus obseruabatur. Sed si quæratur, quid facerent si forte talis immunditia etiam ad secundū mensem occurreret. Arbitror id quod dictum est, de secundo mense, tanquam regulariter retinendum fuisse, vt tertio mense obseruarent, aut certe pascha non egisse tali necessitate, ad culpam non pertinere. Sed quid sibi velit secundum mysterium, quod hi qui longius habitant, vel immundi in anima fuerint, in secundo mense pascha iussi sunt facere? Quod nimirum in typum intelligitur populi gentium, qui cum omnibus dæmonibus fornicati, immundi videbantur in anima: salubri vero confessione mundati, ad secundam natiuitatē, quasi in secundo mense transire præcipiuntur. Duo siquidem interposita sunt, pro quibus pascha primum facere quilibet non poterat, hoc est si immundus super anima, siue in via procul fuerit. Immundus est in anima qui diabolica illusione, per idolorum culturam, & peccatorum enormitatem, polluitur. In via est procul, qui verbum salutis audiens, deserere idola, & Dei fidem percipere eligit: sed tamen nondum ad baptismi sacramentum, in qua intratur in ecclesiam, Ierusalem videlicet vrbem pacis, vbi templum Dei & sancta sanctorum sunt, peruenit. In domo enim vna comedi carnes agni iubentur, quia extra sanctam ecclesiam veri agni carnes, corpus videlicet dominicum edere non licet. Gentilis ergo populus, quia primum pascha secundum legem agere non potuit, in secundo mense, id est, tempore gratiæ, iam purgatus ab omni immunditia peccatorum, domiq; restitutus, vbi phase domino rite facere licet, iuxta vesperam mundi cum azymis & lactucis agrestibus agnum comedant. quibus præceptum est, vt non relinquant ex eo quippiam vsq; mane: & os eius non confringant, sed omnem ritum phase diligenter obseruent. Panes ergo sine fermento comedit, qui recta sine corruptione vanæ gloriæ exercet: qui mandata misericordiæ sine admixtione peccati exhibet, ne peruerse desipiat. Lactucæ vero agrestes valde amaræ sunt. Carnes vero agni cum lactucis agrestibus sunt edendæ: vt cum corpus redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris in fletibus affligamus: quatenus ipsa amaritudo pœnitentiæ, abstergat à mentis stomacho, peruersæ amorem vitæ. *Non remanebit ex eo quicquam vsque mane*, quia eius dicta magna sunt solicitudine discutienda: quatenus priusquam dies resurrectionis appareat, in hac præsentis vitæ vocatione, omnia mandata illius intelligendo & operando penetrentur. Sed quia valde difficile est, vt agni omne eloquium possit intelligi, vt omne eius mysterium penetrari, recte subiungitur: *Si quid autem remanserit, igne comburetis*. Quod ex agno remanet igni comburimus, quando hoc quod de mysterio incarnationis eius intelligere non possumus, potestati spiritus sancti humiliter reseruamus: vt non superbe quis audeat vel contemnere, vel denuntiare quod non intelligit: sed hoc igni tradat, cum spiritui sancto reseruat. Prohibentur qui pascha faciunt, ossa frangere. Non franguntur in cruce ossa Domini, attestante Euangelista qui ait: *Os non comminuetis ei*. Omnem

Num. 9.
F
G
H
Ioh. 19.

ritum

A mum [illegible] hæc obseruabunt Christiani: quia quicquid in lege [illegible] onaliter præceptum est fieri in celebratione [illegible] hæc totum in ecclesia Christi spiritaliter obseruatur. *Si quis autem & mundus est & in itinere non fuit, & tamen non fecit phase, exterminabitur anima illa de populo suo: quia sacrificium Domino non obtulit tempore suo, peccatum suum ipse portabit.* Hic eos q[illegible] sub lege ve[illegible] fuerant comminando instruxit, vt paschæ tempus l[illegible]gitimum seruare non negligerent quatenus inte[illegible]tum [illegible]tæ non incurrerent, si præceptū Domini obseruare non procurarent: imo & eos qui sub gratia Christi sunt p[illegible]iti admonet, quatenus phase spiritale tēporis sui agere non negligant. De quo videlicet tempore, Paulus Apostolus dicit: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* (2. Cor. 6.) Quia quisquis redemptionem humani generis, quæ in veri agni immolatione perpetrata est, fide digna celebrare non curat, suamque vitam in meliora non studuerit conuertere tempore mortalitatis istius, atque à vitijs ad virtutes transire non festinat, ad resurrectionis vtique gloriam, quę in fine veracibus CHRISTI cultoribus tribuetur, non pertinebit: sed a consortio omnium sanctorum suum exterminabitur: nec ei in cœtu lætissimo sanctorum vllam communionem habere licebit. B Quod autem sequitur *Peregrinus quoque & aduena si fuerit apud vos, phase faciat Domino iuxta ceremonias & iustificationes eius. Præceptum idem erit apud vos, tam aduenæ quam indigenæ.* C[illegible]am [illegible]t nullam distantiam esse personarum apud Dominum: sed quisquis siue Iudæus, siue gentilis, siue masculus siue fœmina, siue seruus, siue liber, ad fidem catholicam conuersus, & baptismate Christi ablutus ecclesiæ vnitatem perceperit, resurrectionis Christi mysterijs, rite illi communicare licebit.

CAPVT III.

Quomodo proficisci debeant filij Israel.

(Num. c. 9) IGitur die qua erectum est tabernaculū, operuit illud nubes. *A vespera autem super tentorium erat quasi species ignis vsque mane. Sic fiebat iugiter. Per diem operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis. Cumque ablata fuisset nubes quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filij Israel: & in loco vbi stetisset nubes, ibi castra metabantur.* C *Ad imperium Domini proficiscebantur: & ad imperium illius figebant tabernacula. Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco. Et si euenisset vt multo tempore maneret super illud, erant filij Israel in excubijs Domini, & non proficiscebantur, quotquot diebus fuisset nubes super tabernaculum. Ad imperium Domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant. Si fuisset nubes a vespere vsque mane, & statim diluculo reliquisset tabernaculum, proficiscebantur. Et si post diem & noctem recessisset, dissipabant tabernacula. Si vero duobus a[illegible] vno mense vel longiori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filij Israel in eodem loco, & non proficiscebantur. Statim [illegible] recessisset, mouebant castra. Per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur: eratque in excubijs Domini iuxta imperium eius per manum Moysi.* L[illegible] Septuaginta quo[illegible] t[illegible] rpretibus hoc capitulum ita continetur. Et die [illegible]stitutum est tabernaculum, texit nubes tabernaculum domum testimonij, & vespere erat super taberna[illegible]lum, velut species ignis nocte. Et [illegible]um ascend[illegible]et nubes a ta[illegible]naculo, & postea promouebant filij Israel. D In loc[illegible] v[illegible]nque steterat nubes, ibi cast[illegible] collocabant filij Is[illegible] præceptum Domini collocabant castra [illegible] lij I[illegible] p[illegible] præceptū Domini promouebant. Omnes die[illegible] quib[illegible] [illegible]ubrabat nubes super tabe[illegible]naculum, in ca[illegible]iserit [illegible] el: & quando prot[illegible] [illegible]be[illegible] pe[illegible] tnac[illegible]lum dies plures, & custodi[illegible] t [illegible] custo[illegible] Domini, & non promou[illegible]bunt. E[illegible] [illegible] x [illegible] num[illegible] [illegible]ernac[illegible] [illegible] D[illegible] ni[illegible] castris [illegible] per [illegible] D[illegible]n p[illegible]o moue[illegible]b[illegible]nt. E[illegible] rit [illegible] nub[illegible] [illegible] que ma[illegible] pe[illegible] deri n[illegible] an[illegible] & p[illegible]om[illegible]ebant di[illegible] noc[illegible]. Et [illegible] sc[illegible] nub[illegible] promo[illegible] t v[illegible] die [illegible]nie[illegible] die[illegible]bun[illegible] nube obumbran[illegible] p[illegible] ud in cast[illegible] [illegible]nt [illegible] I[illegible] c[illegible] & non promoue[illegible]e: quon[illegible]m [illegible] ptum Domini promouebunt. C[illegible] pdiam Do-

E mini c[illegible] odierunt per præceptum Domini in manu Moysi. Totus h[illegible] locus dili[illegible]enter [illegible], quoniam inusitatis [illegible] locution[illegible] est. Et die, inquit, qua [illegible] tum est tab[illegible] [illegible]ubes tabernaculum [illegible]omum testimonij. Idem [illegible]lum appellauit domum testimonij. Et ves[illegible] ta[illegible]b[illegible]naculum velut species ignis vsque m[illegible] [illegible]e[illegible]per. Deinde diligenter exprimit [illegible] bat semper. Nubes, inquit, tegebat illud [illegible]ie & [illegible] [illegible]cies [illegible] nocte. Et cum ascendisset nubes a tabernac[illegible], & po[illegible] promouebunt filij Israel. Illa sententi[illegible] [illegible] pter illam locutionem vbi additur &. Ordo enim [illegible] rum integer sequitur, en[illegible] m si desit ipsa coniun[illegible]o, & sic dicatur: Et cum ascendisset nubes [illegible] tabernaculo, p[illegible]tea promouebunt filij Israel. Q[illegible] muis & i[illegible]sum quod d[illegible] ū [illegible]st postea, si deesset, plena posset esse sententia. Deinde sequitur dicens: Et in loco vbi steterat nubes, ibi castra collocabant filij Israel. Hoc autem totum quod faciebāt F ad pręceptum Domini referens, ita cōplectitur. Per præceptum D[illegible], inquit, castra collocabunt filij Israel, & per pręceptum Domini promouebunt. Præceptum Domini appel[illegible] signum ipsum, q[illegible]d [illegible]ebat in nube, siue c[illegible] staret obumbr[illegible]ns tabernacu[illegible]um vt castra consisterent: siue cum ascend[illegible]set atque vltra mouet[illegible]ur, vt eam eleuatis castris sequerentur. Mutauit sane in hac sententia narrātis modum, & tanquam prædicens atque pręnuntians, verba futuri temporis hab[illegible]re cœpit. Neque enim ait, per p[illegible]æceptum Domini ca[illegible] collocabant filij Israel, sed [illegible]bunt. Ne[illegible] ait, per pręceptum [illegible] promouebant, sed promouebunt. Et hunc modum [illegible] in consequentib. seruat, qui modus in scripturis est inusitatissimus. Nam verbis præteriti temporis sæpe futura prædicta esse nouimus, sicut est: *Foderunt manus meas & pedes meos. Sicut ouis ad immolandum ductus est*, & innumerabilia talia. (Psal. 21. Esa. 53.) Vt autē narrator rerum gestarum verbis vtatur temporis futuri, sicut hoc loco, difficillime in scripturis [illegible] potest. Ergo posteaquam dixit de die & nocte, quo signo promoueret G populus vel maner[illegible]t, ne putarentur per noctem ambulare, & per diem solere considere, atque hoc diebus omnibus solere, secutus adiunxit atque ait. Omnes dies in quibus obumbrat super tabernaculum nubes, in castris erūt filij Israel. Et quando protraxerit nubes super tabernaculum dies plures. Deinde admonens, non hoc ex illorum necessitate fieri, sed ex Dei voluntate, & custodient, inquit, filij Israel custodiam quam præcepit Deus, & non promouebunt. Et tanquam diceretur, quandiu ergo promouebunt? & erit, inquit, cum texerit nubes dies numero super tabernaculū, id est, certo numero, qui numero vtique Deo placet, per vocem Domini in castris erunt, & per præceptum Domini promouebunt, hanc videtur dicere vocem Domini [illegible] signum quod dat de statione & motu nubis: quia & vox loquentis procul dubio signum est voluntatis. Quod ergo ait, & per præceptum Domini hoc idem signum puto intelligendum: quanquam posset vox, & præceptum Domini, illud etiam accipi, quod locutus est, vt solet ad Moysen, & præcepit hoc fieri. Ne- H que enim scirent illi promouendum esse nube promouente, & standum est nube stante, nisi eis hoc ante præcipeteru. In his autem quę dicta sunt nondum apparuit, vtrum per diem tantum ambularetur, an etiam per noctem, secundum signum quod nubes motu suo dabat. Fortassis enim quamuis plures dies in castris manerent nube non prom[illegible]ente, potuit tamen putari nubem non solere ascendere de ca[illegible], & signum itineris dare nisi per diem. Sequitur ergo & di[illegible]t: Et erit cum fuerit nubes à vespera vsque man[illegible], & ascendet nubes mane, & promouebunt die. Hi[illegible] [illegible] copulatiua coniunctio, more scripturæ posita est. Nam ea detracta, plenus est sensus hoc mod[illegible]. Et erit cum fuerit nubes a vespera vsque mane, & ascenderit nubes mane, promouebunt die. Deinde quia & nocte si nubes ascenderet promouebant, atque iter nocturnum si illud signum acciperent agebant, [illegible] iunxit & ait: vel nocte, & si ascenderit nubes, promouebunt. Sed locutio est inusitatior. Non enim tantum positum est ea [illegible] eo more positum est, quo non solet.

A Vnde mihi videtur præposteratus ordo verborum: sicut sæpe & in Latinis locutionibus fieri solet: quod genus antistrophe dicitur. Proinde, si ita dicatur, vel & nocte si ascenderit nubes promouebunt, aut certe ita, si & nocte ascenderit nubes promouebunt, planissimus sensus est. Adhuc autem occurrebat cogitanti, vt scire vellet, vtrum quomodo cognitum est solere illos ad nubis signū diebus & noctibus ambulare, vel diebus & noctibus in castris esse, ita etiam solerent per dies tantum manere, etiam quorum noctibus ambularent. Quod arbitror scripturam in consequentibus intimasse: enim dicit. Die vel mense diei ambulante, nube obumbrante super illud, in castris erunt filii Israel, & non promouebunt. Quia enim dixerat, vel nocte & si ascenderit nubes promouebunt, tanquam restabat vt diceret, die autem si nō ascenderit, non promouebunt: quando quasi promouere debere videbantur. Sed quia hoc etiam diebus plurimis fieri poterat, vt noctibus ambularent, promouente nube & ea manente diebus non ambularent: ideo posuit diei vel mense diei. Non dixit mense, ne ibi & noctes eiusdem mensis acciperentur: sed mense diei, id est,
B mense ex ea parte, qua dies illi fuit, non ex ea, qua nox. Die ergo vel mense diei, abundante, nube obumbrante, id est, abundante in obumbrando, vel abundantius obumbrante super illud. Illud scilicet tabernaculum, in castris erunt filii Israel, & non promouebunt. Postremo repetit diuina autoritate factum, cui resisti vtique non debeat, adiungens quoniam per præceptum Domini promouebunt. Custodiam Domini custodierunt, per præceptum Domini in manu Moysi: tedi tad verbum præteriti temporis, vt diceret, custodierunt. Quod vero in fine posuit, in manu Moysi, vsitatissima in scripturis locutio est. quia per Moysen hæc Deus præcipiebat. Secundum allegoriam vero nubes, quæ tabernaculum operuit, & populum per eremum duxit, sua positione indicium dans, quando essent filii Israel mansuri, & quando castra metandum, incarnationem Christi significat: cuius clementia tabernaculum Ecclesiæ protexit: cuius bonitas statum eius disponit: & cuius pru-
C dentia per via præsentis seculi, transitum ipsius direxit. Idem est & columna quia rectus est & firmus, & fulciens infirmitatem nostram, & per noctem lucens: per diem non lucens: *vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.* Ioan. 9.
Potest & sic non incongrue accipi, quod Christi sacramentum tanquam in die manifestatum est in carne vel ut in nube: in iudicio vero tanquam in errore nocturno: quia tunc erit magna tribulatio seculi tanquam ignis: & lucebit iustis, & ardebit iniustis. Iuxta tropologiam autem in igne terrores, in nube autem visionis lene blandimentum ostenditur. Dies vero iusti vita: & nox accipitur vita peccatoris. Vnde & conuersis peccatoribus Paulus dicit: *Fuistis aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino.* Ephes. 5.

In die ergo columna per nubem monstrata est, & in nocte per ignem. quia omnipotens Deus, & blandus
D iustis, & terribilis apparebit iniustis. Iustos in iudicio veniens per lenitatis mansuetudinem demulcet: illos vero per iustitiam districtionis terret. Rursum de hac columna ignis & nubis subtili inuestigatione discussum, intelligi & aliter potest. Quid est ergo, quod columna nubis, quæ in eremo populum præibat splendore ignis, non in die, sed in nocte radiabat, nisi quia redemptor noster suæ conuersationis exemplo, ducatum sequentibus se præstans, de iustitia sua confidentibus nulla luce claruit: peccatorum suorum tenebras agnoscentibus, igne sui amoris infulsit?

Capvt III.

De modo Tubarum.

E *Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem, quando mouenda sunt castra. Cumque increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis. Si semel clangueris, venient ad te omnes principes, & capita multitudinis Israel. Sin autem prolixior atque concisus clangor increpuerit, mouebunt castra primi, qui sunt ad orientalem plagam.* Num. c. 10. Per duas enim tubas exercitus ducitur: quia per duo Testamenta siue per duo præcepta charitatis, ad procinctum fidei populus euocatur. Quæ idcirco argenteæ fieri præcipiuntur, vt prædicatorum eloquia nitore refulgeant, & auditorum mentem nulla sui obscuritate confundant. Idcirco autem ductiles, quia necesse est, vt hi, qui venturam vitam prædicant, tribulationum præsentium tun-
F sionibus crescant. Quod autem dicitur, Si semel clangueris, veniant ad te principes & capita multitudinis Israel. Semel tubis clangere, est vnum verbi doctrinæ secundum vnitatem fidei & concordiam sensus catholici proferre. Ad quem sonitum principes & capita multitudinis conuenire debent. quia valde condecens est, vt illi, qui præsunt cæteris, vna fide, vnaque dilectione communientes, de salute sua ac sibi subditorum pacifice disputent: aliisque pacis & concordiæ bonum ad exemplum præbeant: ne forte si aliter cecinerint, merito eos reprehendat apostolica autoritas. quæ ad Corinth. scribens, ait: *Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* 1. Corint. 3. Et item: *Conuenientibus,* inquit, *vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo.* 1. Corint. 11. Sed magis illud sequantur, quod idem Apostolus eisdem Corinthiis ait: *Obsecro autem vos per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia.* 1. Corint. 1. Bene autem dicitur, Cum concisus clangor in-
G crepuerit, mouebuntur castra: quia nimirum cum subtilius ac minutius prædicationis sermo tractatur, auditorum mentes contra tentationum certamina ardentius excitantur. Mouebunt, inquit, castra primi, qui sunt ad orientalem plagam. Qui nam sunt illi, qui ad orientalem plagam castra mouent, nisi hi, quibus lux fidei primum fulsit? Ordinatis ergo Euangelii prædicatoribus, primum saluator præcepit: *In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues, quæ perierunt domus Israel:* Matt. 10. quibus & ipsa veritas præsentialiter inter eos conuersans, Euangelium prædicabat: sed passione redemptoris nostri ac resurrectione perpetrata, idem redemptor apparens discipulis ait: *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & Spiritus sancti.* Matth. 28. Tribus ergo Iuda cum cæteris, qui secum ad orientem habitabant,
H primum castra mouebat: deinde cæteræ tribus secundum ordinem suum: quia primum in Iudæa oportuit Ecclesiam primitiuam construi: deinde ex cunctis per orbem nationibus, gentes ad fidem conuocari. Quando autem congregandus est populus, simplici tubarum clangore & non concise vlulabunt. In conuocatione populi simplex tubarum clangor, & non concisus esse iubetur: quia, qui multitudini verbum fidei prædicat, simplici & aperta locutione debet vti: quatenus ea, quæ dicuntur multi intelligant: & multi inde ædificentur: ne forte si obscuræ locutioni doctor operam dederit, & ignota verba interposuerit, auditor sine fructu ædificationis, vacuus inde recedat. Hinc & doctor gentium quibusdam de linguarum diuersitate gloriantibus ait: *Fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar, aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen, quæ sine anima sunt vocem dantia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonitus dederint, quomodo scietur id, quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & vos per linguam, nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id, quod* 1. Corin. 14.

A *Sodem.* *dicitur?* Et item: *Quid ergo, inquit, est fratres? Cum conuenitis, vnusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant.*

Quamuis enim in bonis doctoribus tanta docendi cura sit vel esse debeat, vt verbum, quia nimis obscurum sit vel ambiguum, Latinum esse non possit, vulgi tamen sic more dicatur, vt ambiguitas obscuritasque vitetur: non sic dicatur, vt à doctis, sed potius, vt ab indoctis dici solet. Quid enim prodest locutionis integritas, quam non sequitur intellectus audientis, cum loquendi omnino nulla sit causa, si quod loquitur non intelligunt, propter quos vt intelligant, loquimur. Qui ergo docet, vitabit omnia verba, quæ non docent. Et si pro his aliqua, quæ intelliguntur integra potest dicere, id magis eliget. Si autem non potest, siue quia non sunt, siue in præsentia non occurrunt, vtetur etiam verbis minus integris, dum tamen res ipsa doceatur, atque discatur

B integre.

Et hoc quidem non solum in collocutionibus siue fiant cum aliquo vno, siue cum pluribus, verumetiam multo magis in populis, quando sermo promitur, vt intelligatur instandum est. Est autem optimus modus dicendi, quo fit, vt qui audit, verum audiat: & quod audit, intelligat: Bonorumque ingeniorum insignis est indoles, in verbis verum amare, non verba. Quid enim prodest clauis aurea, si aperire, quod volumus non potest? Aut quid obest lignea, si hoc potest, quando nihil quærimus, nisi vt pateat, quod clausum est. Sequitur: *Filij autem Aaron sacerdotes clangent tubis, eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris.* Filij quidem Aaron clangent tubis, cum doctores sancti prædicant verbum Dei, & viam iustitiæ auditoribus suis, vel studia demonstrant quatenus in semitis mandatorum Dei, gressibus bonorum operum ambulent: & iter impiorum deuitare studeant. Et nota, quod non alij quilibet, sed filij

C Aaron iubentur tubis clangere: quia propriè officium est sacerdotum, Euangelium Christi populis prædicare: quibus per Prophetam dicitur: *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.* Et item: *Exalta, inquit in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Sion: exalta, noli timere, &c.*

Isa. 58. *Isa. 40.* *Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes, qui dimicant aduersum vos clangetis vlulantibus tubis: & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro.* Vlulantibus tubis clangitur, quando coram populis ad pœnitentiam & compunctionem lachrymarum excitandam, sermo deflectitur: & corda auditorum ad Domini misericordiam implorandam prouocantur. *Vt eruamini, ait, de manibus inimicorum vestrorum.* Quia necesse est, vt ab omni potestate contra hostes, & contra nequitias spiritales auxilium petatur: quatenus sua gratia eos protegat, qui non habent, nisi de sua pietate fiduciam. *Si quando habebitis epulum & dies festos & calendas, canetis tubis super holocaustis & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem Dei vestri: ego Dominus Deus vester.* Considerandum nobis est, quod legislator in aduersis

D & in prosperis, tubis clangere mandat: quia pene nullum tempus est, quod non habile sit & oportunum, ad sermonem proferre diuinum. Modo enim lectionibus tempus est vti, modo cantui deseruire diuino, modo orandi, modo docendi, modo exhortandi, modo increpandi opportunitas se confert: quia secundum qualitatem auditorum, sermo semper conformari debet doctorum. Huic quoque per Psalmistam dicitur: *Bonum est confiteri Domino; & psallere nomini tuo altissime. Ad annuntiandum mane misericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem.*

Psalm. 32. Et item inquit: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Hinc & Paulus ad discipulum scribens,

2. Tim. 4. *1. Thess. 5.* ait: *Prædica verbum, insta opportune importune: argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina.* Et alibi: *Sine intermissione, ait, orate: in omnibus gratias agite. Hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Anno secundo, mense secundo, vigesima die mensis, eleuata est nubes de tabernaculo fœderis: profectique sunt filij Israel per turmas suas, de deserto Synai, & recubuit nubes in solitudine Pharan, &c.* Duodecima mansione venerunt filij Israel in desertum Sinai, quadragesimo septimo die, ex quo de Ægypto transierunt, probante scriptura Exodi ac dicente: *Mense tertio egressionis filiorum Israel de Aegypto, in die hac transierunt in solitudinem Sinai. Profectique simul de Raphidim, venerunt in desertum Sinai, & castra metati sunt in eremo: ibique Israel sibi e regione montis. & Moyses ascendit ad Dominum. Vocauitque eum Dominus de monte, dicens, & reliqua.* Et rursum, *Vade,* inquit Dominus, ad populum, *& sanctifica eos hodie & cras: & lauent vestimenta sua, sintque parati in diem tertium: quia tertio die descendet Dominus, videnti vniuerso populo super montem Sinai,* quod & factum est. Laueruntque vestimenta sua, & ab vxorum coitu separati sunt, die que tertio descendit DOMINVS in montem. Quo fumante, & fulgore, tonitruo, caligine, voce tubæ, mortalium corda terrentibus, Moyses loquebatur, & DOMINVS respondebat ei. Supputemus numerum, & inueniemus quinquagesimo die egressionis Israel de Aegypto, in vertice montis Sinai legem datam. Vnde & Pentecostes celebratur solennitas, & postea Euangelij sacramentum, sancti Spiritus descensione completur. Longum est, si replicare velim, quid in lege præceptum sit, quomodo fabricatum tabernaculum, quæ varietas hostiarum, quæ vasorum diuersitas, quæ indumenta Pontificis, quæ Sacerdotum ac Leuitarum ceremoniæ, quid egerint, quomodo populus numeratus sit, hoc tantum dicam, quod media pars Exodi, & totus Leuiticus liber, & Numerorum præcepta nonnulla, & per singulas tribus populi distributio, & oblatio principum, in hac mansione descriptæ sunt: multorumque voluminum disputatio huic loco sufficere vix possit.

B *Exod. 19.* *Eodem.* F

Interpretatur autem Sinai rubi, non vnus vt supra in solitudine Sin, sed plures: vt ibi principium sit, hic perfectio. Ibi solitarius numerus: hic, multiplex. Aliud est enim vnam, & aliud omnes gratias possidere. Itaque Israel post familiarem cum DEO sermonem, postquam iuxta montem Sinai commoratus est anno vno & diebus quatuor, mira dispositione castrorum

G egressus est in solitudine Pharan, quæ interpretatur onager aut feritas, ibique succumbit malæ bestiæ fastidiens cœlestem panem, & Aegyptiorum carnes desiderans: quando multos subitum vorabat incendium, & intercedente Moyse, vnum vorax flamma consumpsit: Tunc accipiunt coturnices, & vsque ad nauseam ac vomitum deuorant. Eliguntur Septuaginta presbyteri, vadunt ad ostium tabernaculi, duo remanent, Eldad & Medad: non imperij negligentes, sed humilitate submissi, dum se honore arbitrantur indignos. Vnde & absentes prophetant. *Saturatoque populo cum adhuc esca esset in ore ipsorum, ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum, & electos Israel præpediuit, ne ad malum velociter currerent.* Vnde & appellatus est locus, Sepulchra concupiscentiæ, siue vt in Septuaginta legimus, memoriæ desiderij. *Psalm. 77.*

H Ex quibus omnibus nos docemur, qui sapientiam dimisimus secularem, & Aegyptias ollas contempsimus, non debere murmurare contra cœlestem scripturarum panem, nec virulentias Aegyptiorum, qui sunt magnarum carnium, sed simplicem mannæ cibum quærere. Alioqui si eas rursus voluerimus appetere, vorabimus vsque ad nauseam, & statim DOMINI igne torquebimur: desideriumque nostrum vertetur in tumulos: vt simus *sepulchra dealbata, quæ foris parent hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum* & omni spurcitia. *Matth. 23.*

A

Capvt V.

De Obab filio Raguel Madianita cognato Moysi, & profectione filiorum Israel à monte Sinai.

Num. c.10. *ET dixit Moyses Obab filio Raguel Madianitæ cognato suo. Proficiscimur ad locum, quem Dominus daturus est nobis, veni nobiscum, vt benefaciamus tibi: quia Dominus bona promisit Israeli. Cui ille respondit: Non vadam tecum: sed reuertar in terram meam, in qua natus sum. Et ille: Noli inquit nos relinquere: tu enim nosti, in quibus locis per desertum castra ponere debeamus: & eris ductor noster. Cumque nobiscum veneris, quicquid optimum fuerit ex opibus, quas nobis traditurus est Dominus, dabimus tibi.*
Plerumque persuadere elatis vtilia melius possumus, si profectum eorum nobis potius, quam illis profuturum dicamus: si eorum meliorationem nobis magis, quam
B sibi impendi postulamus. Facile enim ad bonum elatio flectitur, si eius inflexio prodesse & aliis credatur. Vnde & Moyses, qui regente se Deo deserti duce aerea columna pergebat, cum Obab cognatum suum ex gentilitatis conuersatione vellet educere, & omnipotentis Dei dominio subiugare ait: Proficiscimur ad locum, quem Dominus daturus est nobis: veni nobiscum, vt benefaciamus tibi, quia Dominus bona promisit Israeli. Cui cum respondisset ille, non vadam tecum, sed reuertar in terram meam, in qua natus sum, illico adiunxit. Noli nos relinquere: tu enim nosti, in quibus locis per desertum castra ponere debeamus: & eris ductor noster. Neque enim Moysi mentem ignorantia itineris angustabat, quam & ad prophetiæ scientiam cognitio diuinitatis expanderat, quam columna exterius præibat, quam de cunctis interius per conuersationem Dei, sedula locutio familiaris instruebat. Sed videlicet vir prouidus elato auditori colloquens, solatium petiit ut daret, requirebat in via, vt dux ei fieri potuisset ad vitam. Egit itaque, vt
C superbus auditor voci ad meliora suadenti, eo magis fieret deuotus quo fateretur necessarius: & vnde se exhortatori eum suum præcedere crederet, inde se sub verbis exhortantis inclinaret. *Profecti sunt ergo de monte Domini, viam trium dierum: arcaque fœderis Domini præcedebat eos per dies tres prouidens castrorum locum. Nubes quoque Domini super eos erat per diem cum incederent.* Quod autem dicitur de arca fœderis Domini præcedere filios Israel per dies tres prouidens castrorum locum, quid significat, nisi incarnationem Domini, electis ab initio mundi iter præsentis vitæ dirigere, atque ducatum ad terram sanctam veraciter præbere? Quæ prius sub figura patres veteris testamenti ducebat, & nunc in veritate viam iustitiæ nobis demonstrat. Via ergo trium dierum sanctæ trinitatis est fides, tribus temporibus, hoc est, ante legem, in lege & sub gratia, eamdem veritatis atque iustitiæ executoribus suis fideliter demonstrans. Quod autem dicit nubem super eos esse per diem cum incederent, significat protectionem diuinam per Spiritus sancti gratiam ab initio electos defen-
D dere, atque ad futuram quietem seruare. *Cumque eleuaretur arca Dei, dicebat Moyses. Surge Domine, dissipentur inimici tui, & fugiant a facie tua, qui oderunt te. Cum autem deponeretur aiebat: Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel.* Instruit ergo legislator secundum tropologiam suo exemplo duces plebis Dei, atque rectores, vt non segnes neque negligentes in cura pastorali atque negotio sibi commisso fiant sed instar actionis suæ, gregem sibi commissum principi pastorum in initio cuiuslibet rei, simul & in consummatione fideliter commendent: quatenus sua opitulatione proprias oues protegens, fugiat inimicos, depellat hostes, atque inter suos habitans, populum suum in æternum conseruare dignetur.

E

Capvt VI.

Vbi murmurat populus, & igne percussus comburitur: & de esu carnis, vnde murmurauit promiscuum vulgus cum filiis Israel.

INterea ortum est murmur populi quasi dolentium pro labore contra Dominum. Quod cum audisset Dominus, iratus est. Et accensus in eos ignis Domini, deuorauit extremam partem castrorum. Cumque clamasset populus ad Moysen, orauit Moyses ad Dominum & absorptus est ignis. Vocauitque nomen loci illius, Incensio, eo, quod succensus fuisset, contra eos ignis Domini. Quid est, quod murmurantem populum ignis à Domino accensus deuorat, nisi quod ignis iustæ visionis in futuro excruciat illos, qui lingua inflammata à gehenna, ad murmurandum atque detrahendum faciles proruunt? Vnde per Sapientiam dicitur: *Susurro & bilinguis, maledictus est.* Eccles. 28. Et item: *Beatus, qui tectus est a lingua nequam. Mors illius mors nequam est: & vtilis potius infernus quam illa. Qui relinquunt Deum, incident in illam: & exardebit in illis & non extinguetur.* Bene autem subditur, quod ipse ignis deuoret extremam partem castrorum. Extrema pars castrorum, finis præsentium est actionum: vbi cuiuscunque qualis fuerit terminus, à Domino iudicatur. Vnde scriptum est: Dominus iudicabit extrema terræ. Qui autem vsque ad mortem incorrectus perseuerat in malitia concepta, tam in anima, quam etiam in corpore vrendus erit perpetua pœna: nec erit aliquid inexquisitum, quando totum quod cogitatum per opus vel etiam verbum iniquum gestit, inferni carcere punietur. Hinc est, quod in Euangelio, pertinaciter ipsa veritas dicit. *Esto consentiens aduersario tuo, ne forte aduersarius tradat te iudici: & iudex tradat te ministro: & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.* Matth. 5. *Vulgus quippe promiscuum, quod ascenderat cum eis flagrabat desiderio carnium sedens & flens, iunctis sibi pariter filiis Israel, & ait: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis. In mentem nobis veniunt cucumeres, pepones, porrique & cepe & allia. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi man, &c.* Ducæ enim naturam mentes per amorem sæculi, quasi quædam mollia ac delectabilia terræ paratæ sunt, dum in hac vita rerum culmina apprehendere conantur. Cessationem Dominus à mundi laboribus imperat, sanctæ quietis dulcedinem persuadet: & tamen vesana iniquorum mens, plus se assequi aspera carnaliter, quam tenere blanda spiritaliter gaudet. Plus acerbitate fatigationis, quam quietis dulcedine pascitur. Quod aperte in semetipso nobis Israeliticus populus ostendit qui dum refectionem mannæ desuper acceperit, ab Ægypto ollas carnium, pepones, porros, cæpasque concupiuit. Quid enim signatur in manna nisi esca gratiæ, suaue sapiens, ad refectionem interioris vitæ, bene vacantibus desuper data? Et quid per ollas carnium nisi carnalia opera, vix tribulationum laboribus, quasi ignibus excoquenda? Quid per pepones, nisi terrenæ dulcedines? Quid per porros ac cæpas exprimitur, quæ plerumque, qui comedunt, lachrymas emittunt, nisi difficultas præsentis vitæ, quæ à dilectoribus suis, & non sine luctu agitur: & tamen cum lachrymis amatur? Manna igitur deserentes cum peponibus ac carnibus, porros cæpasque quærentes: quia videlicet peruersæ mentes dulcia per gratiam quietis dona despiciunt: & pro carnis voluptatibus laboriosa huius vitæ itinera, etiam lachrymis plena concupiscunt. Contemnunt habere vbi spiritaliter gaudeant: & desiderantes appetunt, vbi carnaliter gemant. *Et dixit Dominus ad Moysen: Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quod senes ac magistri sint populi Israel, & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis: faciesque ibi stare tecum, & descendam & loquar tibi: & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, vt sustentent tecum onus populi: & non tu solus graueris, &c.* Sicut plerunque iuuenes dici solent, qui nulla consilii grauitate deprimuntur, ita senes non eos scriptura sacra vocare consueuit, qui sola quantitate temporum, sed morum

A grandæuitate maturi sunt. Vnde per quendam sapientem dicitur: *Senectus venerabilis non diuturna neque numero annorum computata. Cani sunt autem sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.* Hinc ergo est, quod ad Moysen dicit: Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sunt. In quib. quid aliud, quàm senectus cordis requiritur, cum tales iubentur eligi, qui senes sunt? Si enim senectus in eis corporis quæreretur, à tantis sciri poterant, à quantis videri. Dum vero dicitur, quos tu nosti, quod senes populi sint, profecto liquet, quia senectus mentis non corporis eligenda nuntiatur. Mysti ce autem descendente in nube carnis Christo, diffusa est per * orbem spiritus S. gratia super populos, & septuaginta gentium linguis electos: euenitque super omnes donum illud virtutis cœlestis, quod quondam fuit in Moyse atque Prophetis. *Et ait Moyses: Sexcenta millia peditum huius populi sunt, & tu dicis, dabo eis esum carnium mense integro. Nunquid ouium & boum multitudo cædetur, vt possit sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? Cui respondit: Nunquid manus Domini inualida est? Iam nunc videbis, vtrum meus sermo opere compleatur.* Septuaginta. Et dixit Moyses: Sexcenta millia peditum, in quib. sum in ipsis, & tu dixisti carnes dabo eis, & edent mense dierum. Nunquid oues & boues occidentur illis, & sufficiunt illis: Aut omnis piscis congregabuntur eis & sufficient eis? Quæri solet, vtrum hoc Moyses diffidendo dixisset, & nascetur quæstio, cur hoc ei non exprobrauerit dominus, sicut exprobrauit quod ad petram vnde aqua fluxit, videtur de potestate Domini dubitasse. Si autem diximus, hoc eum dixisse quærendo modum, quo fieret, ipsa Domini responsio, vbi ad eum dixit, Nunquid manus Domini non sufficiet? quasi redarguentis videtur quod ille ista non credidisset. Sed melius arbitror intelligi Dominum ita respondisse, tanquam modum futuri facti, quæ ille requirebat dicere noluerit: sed potius opere ipso suam potentiam demonstrare. Poterat enim & Mariæ dicenti: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco,* à calumniantib. ubique, quod minus crediderit, cum illa modum quæsiuerit, non de virtute Domini dubitauerit. Quod autem responsum est illi: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi,* poterat respondere & sic, quomodo hic. Nunquid spiritui sancto impossibile est, qui superueniet in te? Ac si idem sensus conseruaretur. Potro autem talia quædam dicens Zacharias, incredulitatis arguit, & vocis oppressæ pœna plectitur. Quare nisi, quia Dominus non de verbis, sed de cordibus iudicat? Alioqui & ad illam petram, vnde aqua profluxit, poterant excusari verba Moysi, nisi in eum clara esset diuina sententia, quod diffidendo talia dixerit. Nam ita se ea verba habent: *Audite me increduli: Nunquid enim de petra ista educimus vobis aquam?* Deinde sequitur: *Et eleuata Moyses manu sua, percussit petram bis, & exiit aqua multa: & bibit synagoga, & pecora eorum.* Vtique ad hoc congregauit populum, ad hoc illam virgam, in qua tanta miracula fecerat sumpsit eaque petram percussit, atque inde solitæ virtutis est consecutus effectus. Verba ergo illa, quibus ait: Nunquid ex hac petra educimus vobis aquam? possent sic accipi tanquam diceretur. Nempe ex hac petra secundum vestram incredulitatem aqua educi non potest vt denique percutiendo ostenderetur fieri diuinitus potuisse, quod illi infidelitate non crederent, maxime quia non dixerat: *Audite me increduli.* Ita quidem intelligi possent hæc verba, nisi Deus, qui cordis inspector est, quo animo dicta fuerint indicaret. Sequitur enim scriptura, & dicit: *Et dixit Dominus ad Moysen & Aaron: Quoniam non credidistis mihi sanctificare me in conspectu filiorum Israel, propter hoc non inducetis vos Synagogam hanc in terram, quam dedi eis.* Ac per hoc intelligitur illa verba ita dixisse Moysen, tanquam ad incertum percusserit, vt si non sequeretur effectus hoc prædixisse putaretur, cum ait: Nunquid ex hac petra educimus vobis aquam? Quod in animo eius lateret omnino nisi Dei sententia proderetur. Ac certatio: atque, illo loco debemus intelligere verba Moysi de prouissis carnibus, quærentis potius, quomodo fieret, quam diffidentis fuisse, quando sententia Domini non secuta est, quæ vindicaret, sed potius, quæ doceret.

Sapient. 4.

* vel fidem

B

Luc. 1.

C

Ibidem.

Exod. 17.

D

Capvt VII.

De Septuaginta Senioribus electis ad magisterium populi.

E *Venit ergo Moyses, & narrauit populo verba Domini, congregans septuaginta viros de senioribus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditque Dominus per nubem, & locutus est ad eum, auferens de spiritu, qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris. Cumque requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt: nec vltra cessauerunt.* Et exiit, inquit, Moyses ad populum, & locutus est verba Domini. Donec verba Dei audit Moyses, & ab ipso docetur, intus est: & in interioribus consistit, atque in secretis habetur. Vbi vero turbis loquitur & populo ministrat, ei, qui intus non potest stare, exire dicitur foras. Quid ergo formæ & talis continet sermo, nisi quod omnis doctor & magister Ecclesiæ, si de profundioribus mysteriis aliquid moueat, si arcanum quid secundum de Dei sapientia proferat inter perfectos, donec in profundis sensibus versatur, intus esse & in interioribus consistere dicendus est. Cum vero ergo loquitur ad turbas, & ea profert, quæ sufficiunt his, qui foris sunt, & quæ potest vulgus audire, foras dicitur: & loqui ad populum verba Domini. Hoc video & Paulum fecisse & intus quidem fuisse cum diceret: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos, Sapientiam autem non huius mundi, quæ destruitur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam: quam nemo principum huius mundi cognouit.* Vides quomodo intus est, & interna atque arcana diuinæ sapientiæ penetrat Paulus, cum hæc loquitur? Cum autem procedit ad populum, audi quid loquitur: *Omnis sermo malus non procedat de ore vestro. Qui furabatur, iam non furetur.* Et: *Vnusquisque vir vxorem habeat: & vnaquæque mulier virum suum habeat.* Hæc & si qua huiusmodi sunt, Paulus secundum Moysi formam foras exiens, ad populum loquitur. Sed videamus & aliud capitulum, in quo refertur, quod Septuaginta elegerit viros Moyses ex senioribus Israel, & habuerit eos ante tabernaculum testimonii: & de spiritu Moysi accipiens Deus, dederit septuaginta senioribus. Et dum requieuisset, inquit, super eos spiritus prophetauerunt omnes. Quod dixit, quia assumens de spiritu Moysi, dedit septuaginta senioribus, spiritum non ita intelligas, quasi materialem aliquam corpoream que substantiam auferens Deus à Moyse, in septuaginta secuerit portiones: & ita vnicuique seniorum exiguam particulam dederit. Impium est ita intelligere naturam Spiritus sancti. Sed hoc modo signatam mystici huius sermonis aduerte: quasi Moyses & spiritus, qui erat in Moyse, clarissimi cuiusdam luminis fuerit lucerna: ex qua septuaginta alias lucernas accenderit Deus. Ad quas ita principalis illius luminis splendor aduenerit, vt origo ipsius luminis nihil damni ex commercio deriuationis acceperit. Et hoc modo pie intelligitur quod scriptum est, quia abstulit Dominus de spiritu Moysi, & dedit septuaginta senioribus. Sed videamus quid est, quod in consequentibus. Et requieuit, inquit, super eos spiritus, & prophetauerunt omnes, requiescere spiritum non in quibuscunque hominibus legimus, sed in beatis & sanctis. Requiescit enim spiritus Dei in his, qui mundi sunt corde, & in his, qui mortificant animas suas à peccato. Sicut econtrario ille, qui habitat in corpore subdito peccatis, etiam si habitabit aliquando in eo: non enim potest spiritus sanctus consortium habere peccati, & societatem spiritus mali. Certum est enim peccati tempore adesse in corde vniuscuiusque spiritum malum, & agere partes suas. Cui vtique cum locus datur, & recipitur à nobis per cogitationes malas, & per concupiscentias pessimas contristatus, & vt ita dicam coangustatus, fugatur de nobis spiritus sanctus. Propter quod & Apostolus sciens hæc ita accidere, monebat dicens: *Nolite contristare Spiritum sanctum, in quo signati estis in die redemptionis.* Igitur peccantes contristamus Spiritum sanctum: iuste vero agentes & sancte, requiem ei paramus in nobis. Vnde & quod nunc ait de septuaginta presbyteris, quia requieuit in eis spiritus, laudem vitæ eorum & virtutes exposuit.

Num. 11.

F

1. Corint. 2.

Ephes. 4.

1. Corint. 7

G

H

Ephes. 4.

A Denique quia pro puritate cordis eorum & sinceritate mentis, atque intelligentiæ capacitate requieuit spiritus sanctus in uno & operatur in eis: nec otium patitur, vbi operandi materia digna suppeditat. Ait enim scriptura: & requieuit in eis spiritus & prophetauerunt. In omnibus ergo, qui prophetauerunt requieuit Spiritus sanctus: nec tamen in aliquo ipsorum sic requieuit, sicut in Saluatore. Propter quod & scriptum est de eo: *Exiet virga de radice Iesse: & flos de radice eius ascendet: & requiescet super eum spiritus Dei, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini.* (Esa. 11.) Sed fortasse aliquis dicit, Nihil amplius ostendisti de Christo scriptum, quam reliquis hominibus. Sicut enim de cæteris scriptum est, quia requieuit super eos spiritus, ita de Saluatore dictum est, requieuit super eum spiritus Domini. Sed vide quia supra nullum alium spiritus Dei requieuisse septemplici virtute describitur. Per quod sine dubio ipsa illa diuini spiritus

B substantia, quæ quia vno nomine non poterat dici, diuersis vocabulis explanatur, requiescere super virgam, quæ de stirpe Iesse procederet, prophetatur. Habeo & aliud testimonium, quo docere possim in Domino saluatore, in eo Spiritum sanctum eximio quodam genere, & longe aliter requieuisse, quam fertur in cæteris. Dicit Iohannes Baptista de eo: *Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris spiritum Dei descendentem & manentem in eo, ipse est.* (Iohan. 1.) Si dixisset spiritum descendentem, & non addidisset, & manentem in eo, nihil præcipuum a cæteris habere videretur. Nunc autem addidit & manentem in eo: vt esset hoc signum in Saluatore quod in nullo alio posset ostendi. Denuo enim scriptum est quia mansent in eo Spiritus sanctus. Et ne quis putet me in hoc derogare Prophetis, sciunt ipsi, quia non ipsis derogo, præferens eis Dominum meum Iesum Christum. Recoluot enim singuli dicta sua: & inueniunt, quod ille nullo alio dictum est, *quia peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius.* (Esa. 53.) Quia enim solus est, qui peccatum non fecit, ideirco in ipso solo mansit, & permansit Spiritus sanctus. Si enim ipse est,

C de quo singulare aliquid & eximium dicitur, hoc quod supradiximus, quia peccatum non fecit, constat reliquos omnes fuisse sub peccato. Si omnes, necessario & Prophetas. Et quomodo conuenit, vt tempore peccati mansisse in eis dicamus Spiritum sanctum? Aut si tibi incredibile videatur prophetas postquam acceperant Spiritum sanctum, potuisse peccare, adhuc ad ipsum Moysen quem habemus in manibus reuertamur: qui vtique maximus est, & eximius prophetarum. Ipse describit & testimonium dat de semetipso, quia peccauerit in eo, quod dixit: *Audite me incredulі: Nunquid de petra ista producimus vobis aquam?* (Exod. 17.) In his enim dictis non sanctificauit Dominum in aqua contradictionis, id est, non est confisus in virtute Dei, & dixit: quia potens est Deus de petra ista vel hac educere vobis aquam: sed quasi ex diffidentiæ cuiusdam fragilitate respondit dicens: Nunquid poterimus vobis de petra hac educere aquam? Quia ergo peccatum eius in his verbis reputatur à Domino, certum est, quod hæc

D cum loqueretur, non de Spiritu sancto loquutus sit, sed de spiritu peccati. Quod si scripturæ testimonio tantus Propheta Moyses, ostenditur aliquando habuisse spiritum Dei, aliquando vero non habuisse, peccati scilicet tempore, certum est quia & de reliquis Prophetis similis forma tenenda sit. Quid autem de Dauid dicam qui Spiritu sancto tanquam possit auferri, orat ne auferatur & dicit. *Ne proiicias me a facie tua: & spiritum tuum ne auferas à me.* (Psalm. 50.) In sequentibus vero tanquam pro culpa ablatum à se munus reposcit & dicit: *Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me.* (Eodem.) Quid vero etiam de Salomone commemorem, quem nemo vtique dicet, aut sine Spiritu sancto iudicasse iudicia, vel templum Domino construxisse: aut rursus in sancto spiritu dæmonibus templa fecisse, aut impiis mulieribus flexisse latera sua. Etiam ille Propheta, qui in tertio regnorum libro in Bethel mittebatur à Domino, in spiritu vtique Dei verba locutus est: non tamen in spiritu Dei præuaricatus esse præceptum Domini credendus est, quo iussus fuerat (3. Reg. 13.)

E non manducare panem in Bethel: propter quod & à leone perimitur. Sed longum est ire per singulos. Ego autem licet non vsquequaque pronuntiem puto tamen quod in nonnullis etiam communibus hominum gestis, quæ quamuis peccato non careant, non tamen digna videantur, quibus interesse Spiritum sanctum dixerimus: vt verbi gratia, connubia legitima carent quidem peccato: nec tamen tempore illo, quo coniugales actus geruntur, præsentia Spiritus sancti dabitur: etiam si propheta esse videatur, qui officio generationis obsequitur. Sed alia plura sunt, in quibus sola sibi sufficit natura humana: & neque res indiget, neque decet adesse præsentiam sancti Spiritus. Sed in hæc per excessum quendam incurrimus, dum ostendere volumus, super solum Dominum & Saluatorem meum Iesum, mansisse spiritum Dei: in cæteris autem omnibus sanctis sicut & in Septuaginta senioribus, à quibus verbi huius processit exordium, requieuisse spiritum Dei tantum, & operatum esse interpretantur ea, quæ expediebant his, per quos

F operabatur: & vt vtile erat his, quibus ministrabant. *Remanserant in castris autem duo viri, quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad super quos requieuit spiritus. Nam & ipsi descripti fuerant: & non exierant ad tabernaculum.* Non ob contemptum præcepti Domini, sed magis ob deuotionem humilitatis in castris hi duo viri remanserunt: quasi indignos semetipsos iudicantes, ad perceptionem tanti muneris. Et ideo inspector cordium, dignos eos iudicauit gratia spiritus sui: quorum tota intentio, humilitatis virtute adornata fuit. *Cumque prophetarent in castris, cucurrit puer & nuntiauit Moysi dicens: Eldad & Medad prophetant in castris. Statim Iosue filius Nun minister Moysi & electus de pluribus, ait: Domine mi Moyses prohibe eos. At ille, Quid inquit æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum?* Pia pastorum mens: quia non propriam gloriam, sed animas quærit: ab omnibus vult adiuuari, quod agit. Fidelis namque prædicator optat si fieri valeat, vt veritatem, quam solus loqui non sufficit, ora cunctorum sonent. Vnde cum Iosue

G duobus in castris remanentibus atque prophetantibus vellet obsistere, ei per Moysen dicitur: Quid æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum? Prophetare quippe omnes volunt, qui bonum, quod habuit alius non inuidit.

Capvt VIII.

De esu carnium coturnicum.

Reuersusque est Moyses & maiores natu Israel in castra. Ventus autem egrediens à Domino, arreptas trans mare coturnices detulit & demisit in castra, itinere quantum vno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum. Volabantque in aëra duobus cubitis altitudine super terram. Surgens ergo populus, tota die illa & nocte & die altero, coturnicum congregauit multitudinem. Qui parum, decem coros. Et siccauerunt eas per gyrum castrorum. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuscemodi cibus: (Num. 11.)

H *& ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis. Vocatusque est ille locus, Sepulchra concupiscentiæ. Ibi enim sepelierant populum, qui carnes desiderauerat.* Carnalis ergo populus Iudæorum cœlestem cibum spernens, voluptatem carnalium desiderabat: sed diuina prouidentia ita iudicium temperauit, vt puniret voluptuosorum concupiscentiam: nec tamen denegaret fragilibus competentem alimoniam. Quin in ipsa concessione aliquid spiritaliter eis innueret. Cum enim illi peterent carnes sibi impartiri, non ferarum, non quadrupedum nec terrestrium animalium eis esum tribuit, sed volucrum: quatenus ex ipsa perceptione alimenti, discerent superna magis desiderare quam terrena: spiritalia potius quam corporalia. Auium ergo natura ex aquis primum processit: sed in aëra habitationem sibi adquirit. Vnde & qui volucrum esum percipiunt, ab imis ad superna cor leuare admonentur: vt licet in terrenis corporibus degant, tamen animo semper ad cœlestia appetant: secundum illud Apostoli, quod dicit: *In carne autem ambulantes,* (2. Corin. 10.)

A *non secundum carnem militantes. Nostra autem conuersatio in cælis est. Egressi autem de sepulchris concupiscentiæ, venerunt in Aseroth, & manserunt ibi.* Quartadecima mansio in solitudine Pharan, quæ in atrium vertitur. In hac Aaron & Maria propter Æthiopissam, contra Moysen murmurant. Et hoc prudens lector attende, quod post consummatam in duodecimo numero virtutem, quia superbit Israel, & in sepulchris concupiscentiæ carnes Ægyptias desiderauit, rursum iacit aliud fundamentum & atria: id est, ad vestibula virtutis ingreditur, ostendens nobis & eos, qui stant posse cadere: & qui ceciderunt, posse resurgere.

Luc. 2. *Positus est enim Iesus in ruinam & resurrectionem multorum.* Et ipse loquitur per Prophetam: *Nunquid qui cadet non resurget?*

CAPVT IX.

De murmuratione Aaron & Mariæ contra Moysen propter Æthiopissam vxorem eius.

B

Num. c. 12. LOcutaque est *Maria & Aaron contra Moysen propter vxorem eius Aethiopissam, & dixerunt: Num per solum Moysen locutus est Dominus? Nonne & nobis similiter locutus est? Quod cum audisset Dominus, iratus est. Erat enim Moyses vir mitissimus, super omnes homines, qui morabantur in terra, &c.* Quæri solet,

Augustinus. *superduxerit vtrum ipsa sit filia Iethro, an alteram * duxerit? Sed ipsam fuisse, credibile est. De Madianitis quippe erat: qui reperiuntur in Paralipomenon Æthiopes dici, quando contra eos pugnauit Iosaphat. Nam in his locis dicitur eos persecutus populus Israel, vbi Madianitæ habitant: qui nunc Saraceni appellantur. Sed nunc eos Aethiopes nemo fere appellat, sicut solent locorum & gentium nomina plerunque vetustate mutari. Allegorice autem Mariam dicimus formam habuisse plebis prioris: Moysen, id est legem Domini transisse ad connubium Aethiopissæ huius: quæ ex gentibus congregata est. Hanc ergo

C Moyses, id est, lex spiritalis accepit vxorem & pro hoc facto Maria, quæ Synagoga est, indignatur & detrahit vna cum Aaron: cum sacerdotibus scilicet & Pharisæis. Derogat vsque in hodiernum diem Moysi nobiscum posito plebs illa: & turpis ei videtur, quia circumcisionem carnis non docet apud nos: nec obseruationem sabbati nec neomeniæ, nec sacrificia sanguinis, sed circumcisionem cordis & peccandi otium, diesque festos *in azymis sinceritatis & veritatis*, & sacrificia laudis: & non iam pecudum, sed vitiorum cædi victimas monet. Iudicat ergo de his Deus, & nuptias Æthiopissæ confirmat. Et Moysen quidem libenter cum ea habitare sinit & requiescere: Mariam vero eiicit extra castra, & porro facit a tabernaculo testimonii, cum non eiicitur etiam Aaron: insuper autem & lepra afficitur Maria. Aspice nunc ad illam plebem, & vide quanta in illa est lepra peccati, quanta intelligentiæ caligo, quanta obseruantiæ fœditas, quanta turpitudo conspectus. Veruntamen hæc lepra non perpetuo permanet, sed vbi septimana compleri cœperit mundi, reuocabitur ad castra. In fine enim mundi cum

D *plenitudo gentium introierit, tunc etiam omnis Israel saluabitur:*

Rom. 11. & tunc est cum cessabit lepra de facie Mariæ. Recipiet enim decus fidei, & splendorem Christi agnitionis accipiet, & restituetur vultus eius, cum fiet vterque vnus grex

Eodem. & vnus pastor, in quo vere dicendum est: *O altitudo diui-*

Galat. 3. *tiarum sapientiæ & scientiæ Dei*: quia ita conclusit omnes sub peccato, vt omnium misereatur, in Christo Iesu Domino nostro, sicut Apostolus dicit: *Hæc omnia in figura con-*

1. Corin. 10. *tingebant illis: scripta sunt autem propter commonitionem nostram.* Quæro quid commonitionis accipiamus ex eo, quod lectum est nobis, quia detraxerunt Aaron & Maria de Moyse, & propter hoc correpti sunt. Maria vero etiam leprosa efficitur. Tanta autem fuit cura correptionis huius, vt dum Maria septimanæ tempus expleret in lepra, populus Dei non ageret iter ad terram repromissionis, nec tabernaculum testimonii moueretur. Primo interim moneor, & vtiliter ac necessario moneor ex hoc facto, ne detraham fratri, ne male loquar de proximo meo, ne aperiam os meum ad derogandum non solum sanctis,

E sed quibuslibet proximis meis: videns quanta ex hac indignatio fuerit Dei, quanta vindicta processerit. Denique aduersum peccatum istud simili indignatione etiam

Psalm. 49. in psalmis Dominum commoueri videmus & dicere: *Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum.* Similiter autem & in alio psalmo ex persona iusti, sciens hoc Deo, quam maxime displicere,

Psalm. 100. quod dicitur: *Detrahentem occulte aduersus proximum suum persequebar.* Ex his igitur omnibus diuinæ scripturæ sermonibus velut gladiis quibusdam vtrinque acutis, obtrectandi fratribus, & derogandi sanctis vitium resecemus. Lepra enim consequitur derogantes & æcologos. Post hæc autem a moralibus ad intelligentiam mysticam transeamus. Quamuis & in superioribus pauca iam dicta sunt, tamen quæ defuisse videntur addemus. Videamus ergo, quis est, qui derogat Moysi, quis de eo male loquitur: non solus Iudæus, sed & hæretici, qui non recipiunt legem & Prophetas, ipsi detrahunt de Moyse.

F Deniq; solent ei etiam crimen impingere dicentes, quia homicida fuit Moyses. interfecit enim Ægyptium, & alia multa vel in ipsum, vel in prophetas blasphemo ore concinnant. Isti ergo qui detrahunt Moysi, habent lepram in anima sua, & sunt in homine interiore leprosi: & ideo habentur extra castra Ecclesiæ Dei. Siue ergo hæretici sunt, qui derogant Moysi, siue de Ecclesia sint, qui detrahunt fratribus, & male loquuntur de fratribus suis, omnibus qui hoc vitio agitantur, dubitandum non est quin leprosi sint in anima sua. Et Maria quidem, interueniente Aaron pontifice septima die curatur: nos vero si obtrectationis vitio inciderimus in animæ lepram vsque ad finem septimanæ mundi, id est, vsque ad resurrectionis tempus leprosi in anima permanebimus & immundi: nisi dum pœnitendi tempus est corrigamus, & conuersi ad Dominum Iesum ac supplicantes ei, per pœnitentiam purgemur ab immunditia lepræ nostræ. Ego autem puto, quod non solus ille populus prior, neque soli hæretici, de quibus supra memorauimus detrahant de Moyse,

G sed & omnis, qui scripta eius male intelligit, & qui spiritalem legem carnaliter suscipit, Moysi derogat: quia de verbis sanctis carnaliter homines docet. Audistis, quid sibi iudicii obtrectatores & maleloqui, & quid damnationis acquirant. Audite nunc, & quantum beneficii conferant his quibus obtrectant. Nunquam inuenies tantas laudes Deum dixisse de Moyse famulo suo, quantas nunc dici quidem videamus, quando ab hominibus ei derogatum est. Audi ergo in sequentibus quid dicat, & quibus Moysen laudibus efferat Spiritus sanctus. *Et descendit, inquit, Dominus in columna nubis, & stetit ad ostium tabernaculi testimonii. Et vocati sunt Aaron & Maria, & steterunt ambo, & dixit ad eos: Audite verba mea. Si fuerit quis vestrum Propheta Domini, in visionibus ei agnoscar, & in somnis loquar ei: non sicut famulo meo Moysi, qui in tota domo mea fidelis est. Ore ad os loquar ad eum, in specie & non in ænigmate & gloriam Domini videt. Et quare non timuistis detrahere famulo meo Moysi? Et ira*

H *furoris Domini facta est super illos & discesserunt: & nubes recessit a tabernaculo. Et ecce Maria facta est leprosa sicut nix.* Videris quid sibi pœnæ contulerint obtrectatores, quid vero illi, cui obtrectauerant quæsiuerint laudis? Sibi turpitudinem, illi splendorem. Sibi lepram, illi gloriam. Sibi opprobrium, illi magnificentiam quæsiuerunt. Veruntamen Moyses priusquam acceperat Æthiopissam, non est scriptum, quia in specie locutus est Deus ei, & non in ænigmate. Sed vbi accepit Aethiopissam, tunc dicit de eo DEVS, quia ore ad os loquar ad eum, in specie, & non in ænigmate.

Modo enim cum Moyses venit ad nos, & coniunctus est huic Aethiopissæ nostræ, lex Dei iam non in figuris & in imaginibus sicut prius, sed in ipsa specie veritatis agnoscitur. Et quæ prius in ænigmate designabantur, nunc in specie & veritate complentur. Et ideo ille, qui species figurarum & ænigmatum discernebat, dicit: *Sci-*

1. Corin. 10. *mus autem, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Moysi baptizati sunt, in nube & in mari: & omnes eandem escam & potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de spiritali sequente petra. Petra vero erat Christus.*

A Vides quomodo ænigmata legis Paulus [illegible] & species ænigmatum docet & dicit, quia petra in ænigmate erat apud Moysen, antequam iungeretur [illegible] Æthiopissæ: nunc in specie petra Christus est. Nunc n. os ad os loquitur per legem Deus antea in ænigmate fuit baptismum in nube & in mari: nunc autem in specie regeneratio est in aqua & spiritu sancto. Tunc erat in ænigmate manna cibus: nunc autem in specie caro verbi Dei verus est cibus sicut ipse dicit: *quia caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.* (Iohan. 6.) Sic ergo iam nunc Moyses apud nos positus, & huic Æthiopissæ coniunctus: vel ipse ad nos, vel ad ipsum Dominus non loquitur in ænigmate, sed in specie. Hic autem additur, & gloriam, inquit, Domini vidit. Quando vidit Moyses gloriam Domini. Ego tunc dico, quando transformatus est Dominus in monte, & aderat ibi Moyses cum Helia, & colloquebantur ei. Et ideo recte in consequentib. adiungit, & quare non timuistis detrahere famulo meo Moysi? Quod euidenter vtique ad eos dictum dirigitur, qui Euangelia quidem suscipere videntur, derogant autem Moysi. Et merito arguuntur, quia cum discant per Euangelium quod Moyses [illegible] cum Helia vidit gloriam Domini, legi & Prophetis ausi sunt derogare.

B Et ideo nos non detrahamus Moysi, nec derogemus legi, sed *simus non solum auditores legis, sed & factores*, vt cum ipso Moyse conglorificari mereamur. Ego autem puto, quod & illi materiam præstent ad derogandum Moysi, qui verbi causa cum legitur liber Leuitici, vel lectio Numerorum, non ostendunt quomodo hæc, quæ in ænigmate scripta sunt, intelligi per speciem debeant: i. qui non spiritaliter ea, quæ in lege leguntur exponunt. Necessario enim, qui audiunt ritum sacrificiorum, vel sabbatorum, vel similium in Ecclesia recitari, offendantur, & dicant: Quid hoc necesse est in Ecclesia legi? quid nobis prosunt præcepta Iudaica, & spreti populi obseruantiæ? hæc Iudæorum sunt, & Iudæi de his viderint. Ne ergo huiusmodi offendicula auditoribus accedant, danda opera est ad scientiam legis: & secundum hoc quod spiritalis est lex, intelligenda & explananda sunt, quæ leguntur: ne doctorum causa imo desidia & negligentia, ab imperitis & indoctis derogetur Moysi. Sed & conuertamur ad Dominum vt auferat à nobis velamen literæ, & non nobis deformis vultus Moysi, sed gloriosus & decorus appareat:

C ita vt non solum obtrectemus, sed pro magnitudine sensuum, laudem ei & gloriam conferamus. Et ira furoris Domini facta est super illos, & discesserunt: & nubes recessit à tabernaculo Et ecce Maria facta est leprosa sicut nix. Ira furoris Domini efficitur super eos, qui male loquuntur & detrahunt. Veruntamen quod dicit, nubes recessit à tabernaculo, & ecce Maria facta est leprosa sicut nix, considerandum diligentius est, quod prius recedit nubes, & ita lepra repletur: vt ostendatur, quia etiam si est in aliquo gratia Spiritus S. & obtrectat ac detrahit, recedit ab eo post obtrectationem: & sic lepra repletur anima eius. Nã & populus ille prior habuit in se gratiam Dei: sed postquã in verum Moysen Dominum nostrum Iesum Christum extenderunt linguas blasphemiæ suæ, discessit ab illis nubes, & transiuit ad nos in montem excelsum: cum Saluator noster transformatus est, & nubes refulgens obumbrauit discipulos eius: & venit vox de nube dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit.* (Matth. 17.) Post hoc ergo

D Maria facta est leprosa sicut nix. Donec aderat nubes, Maria non erat leprosa: sed cum discessit Donec n. visitatio Dei erat in populo illo, nõ erat leprosus. Vbi vero discessit, ignominia vultus sui contexit eum. Sed nos oremus ne forte effugemus à nobis hanc nubem male loquendo, male agendo, male cogitando, & tunc apparebit in nobis lepra peccati. *Et respexit Aaron ad Mariam, & ecce erat leprosa. Et dixit Aaron ad Moysen: Precor Domine, ne constituas in nos peccatum, quoniam ignorauimus quod peccauimus: ne fiat similis morti, & vt abortiuum eiectum de vulua matris. Et comedit dimidium carnis eius.* Vult in hoc ostendere, quia populus ille formatus in vulua quidem fuerit suæ matris synagogæ, non tamen peruenire potuerit ad effectum & integrum partum: sicut ab abortus imperfectus & incompositus est partus, ita & ille populus aliquanto quidem tempore in [illegible] vuluam matris, h. e. [illegible] synagogæ institutionem positus est. sed peccans intercedentib. formari ad integrum,

E [illegible] non potuit. Et ideo [illegible] sunt velut abortus [illegible] & [illegible] maturus, peccato sc. consumente dimidium vt ait carnis eius. Et tamen interdum & abortus bonus. Bonus autem abortus dicitur, cum alijs comparatur: sicut Ecclesiastes ait: *Et dixi: Bonus est abortiuus, magis quam ille. Quis ille? qui in vanitate*, inquit, *incedit, & in tenebris ambulat.* (Eccles. 6.) Non ergo absolute bonum dicit abortum, sed bonum magis quam vita, quæ in vanitatib. ducitur, & in tenebris ignorantiæ. *Et proclamauit Moyses ad Dominum dicens: Deus precor sana eam.* Et quem oportebat orare pro sanitate populi illius nisi Moysen? Orat Moyses pro illis: & forte hoc orat, quando cum Domino Iesu Christo colloquebatur, cum in monte transformatus est, pro eis ab eo vt cum *plenitudo gentium introisset, tunc omnis Israel saluus fieret.* (Roman. 11.) *Et dixit Dominus ad Moysen: Si pater eius spuisset in faciem eius, non erubesceret septem diebus? Separetur septem diebus extra castra: & post hoc introibit.* Quid est, si Pater eius spuisset in faciem eius, erubesceret septem diebus? Maria synagogæ loco posita est. Expuit Pater eius in faciem. Signum repudij est in

F faciem conspui. Deniq; in lege scriptum est, vbi iubetur, *vt relicta proximi, proximo nubat: Si noluerit proximus repudiatæ coniugium, vt decalciatus in faciem conspuatur:* & hoc datum est velut signum repudij. Hinc ergo Maria, id est populus ille cum repudiatur à Deo, conspui in faciem dicitur. (Deut. 25.) Habemus & in alio loco significantiam sputi, cũ dicit Isaias: *Omnes gentes sicut gutta situlæ, & sicut sputum reputatæ sunt.* (Esa. 40.) Ostenditur in hoc loco, quod etiam populus ille sicut gentes ceteræ quæ in sputum reputantur, abiectus est. Et reuera si consideres honorem illum priorem, cum pontificalis apud eos ordo florebat, cum insignia sacerdotum, cum Leuiticæ ministeria, cum maiestas templi, cum Propheticus splendor, & cum cælestib. super terram consortijs vtebantur, qui honor fuit ille, quæ gloria? Et rursum si nunc aspicias, quanto de decore horrescant, sine templo, sine altari, sine sacrificio, sine Prophetia, & sine sacerdotio, sine vlla cælesti visitatione dispersi per omnem terram, prolu[illegible]ge viuentes, quis non euidenter agnoscat, quomodo cõspuit Pater eius in faciem eius, & perfudit vultus eorum ignominia? Septem ergo dieb. separatur extra castra.

G Diximus iam in superiorib. quod VII. dies isti septimanam mundi huius designent. In septimana n. dierum, creaturæ totius visibilis productæ videntur esse substantiæ. Tunc n. quæ non erant, facta sunt. In septimana vero totius mundi, secreta quadam & Deo cognita dispensatione, quæ tunc producta sunt explicantur. Interim in hac septimana qua sequestrata est Maria, non mouentur castra filiorum Israel, sed stant vno in loco conclusi: & nullus est eis omnino profectus, donec mundetur Maria à lepra sua.

Capvt X.

De duodecim exploratoribus missis à Moyse in terram Chanaan: & de his, quæ inde gesta sunt.

Profectus est populus de Aseroth, fixis tentorijs in deserto Pharan. Ibi locutus est Dominus ad Moysen dicens: Mitte viros, qui considerent terram Chanaan, quam daturus sum filijs Israel, singulos de singulis tribubus ex principibus. (Num. c. 13.) H Aseroth interpretatur, domus perfecta. Proficiscitur igitur populus, posteaquam Maria purgata est, à domibus perfectus, & venit in Pharan, quod interpretatur os visibile. Potest intelligi, quod verbum caro factum est, & inuisibilis, visibilis effectus est: & hoc significari, posteaquam finis & perfectio omnium, quæ erga illum pupulum gerenda fuerunt, venit: & tunc transit & venit ad eum, quem verbum carnem factum, ante non credidit. Notandum autem, quod Pharan non speciale nomen est mansionis alicuius, sed solitudinis, quæ plures continebat in se mansiones, sicut in consequentibus istius libri, vbi catalogus mansionum integer est, demonstratur. Ibi enim narratur, quod profecti filij Israel de Aseroth, castra metati sunt in Rethma;

A deinde Remmom Phares: & deinde in Lebna: & sic omnes per ordinem vsque ad Asiongaber: id est, vsque ad tricesimam secundam mansionem, sub Pharan solitudinis nomine mansiones comprehensæ sunt. Ab hac itaq; mansione, hoc est, Rethma, quæ fuit in ordine quintadecima, vsque ad tricesimam secundam, istiusmodi continentur historiæ. Duodecim exploratores mittuntur ad terram sanctam, botrus refertur in ligno, & Christi breuiter passione demonstratur. Murmurat populus Iudæorum, gigantum impetum reformidans. Pugnat contra Amalech, & Chananæum nolente Deo, & vincitur. Intelligit, quæ debeat in terra sancta exercere sacrificia. Dathan & Abiron & filij Chore, consurgunt contra Moysen & Aaron, & terræ voragine glutiuntur. Inter mortuos & viuentes pontifex medius, thuribulo armatus ingreditur: & extensa ira Dei, sacerdotis voce prohibetur. Virga Aaron & florem profert & folia: & in æternam memoriam virens siccitas consecratur. Necdum templum etiam æditum, necdum sacerdotes & Leuitæ obtulerunt sacrificia, & partes eorum mysticus sermo describit. Vitula rufa in holocausta concrematur: & cinis eius piaculans aspersio est. Quorum omnium figuræ proprias flagitant solutiones: quæ in

B suis locis dicentur.

Misit ergo eos Moyses ad considerandam terram Chanaan, & dixit ad eos: Ascendite per meridianam plagam: cumque veneritis ad montes, considerate terram qualis sit, & populum, qui habitator est eius, virum fortis an infirmus, pauci numero an plures. Ipsa terra bona an mala: vrbes quales, muratæ an absque muris: humus pinguis an sterilis: nemorosa an absque arboribus. Confortamini & afferte

Augustinus *nobis de fructibus terræ.* Exposuisse intelligitur secundum quod dixerit, si potens aut infirmus, h. e. si pauci sunt aut multi. Nam quæritur quomodo possent de monte prospicientes, sentire humanarum virium fortitudinem. Potest & alius sensus esse multo congruentior veritati. Quod ait, ascendens in montem, in ipsam terram dixit quam explorare volebant. Non enim possent facile exploratores intelligi, vbi tanquam peregrinantes omnia perquirebant. Nam si de montis vertice eos putauerimus conspexisse terram & explorare, quomodo possent exquirere omnia, quæ Moyses acquirenda præcepit? quomodo intrare ciuitates, quas eos scriptura dixit intrasse? quomodo de alta

C valle botrum tollere, propter quem & loco nomen est inditum vt vallis botri diceretur? In ipso monte explorabatur terra, quia ipse erat terra, quæ exploraretur: & ibi erat quidem depressior locus, de qua valle botrus ablatus est. *Cumque ascendissent, explorauerunt terram à deserto Sin, vsq; Rohob intrantibus Emath. Ascenderuntque ad meridiem. & venerunt in Ebron, vbi erat Ahiman & Sisai & Tholmai, filij Enach. Nam Ebron VII. annis ante Thanim vrbem Aegypti condita est. Pergentes vsque ad torrentem botri, absciderunt palmitem cum vua sua, quem portauerunt in vecte duo viri. De malis quoq; granatis & de ficis loci illius tulerunt, qui appellatus est Nahal escol* נחל אשכול, *id est, torrens botri eo quod botrum inde portassent filij Israel.* Duodecim exploratores missi ad explorandam terram vberem, qui terruerunt populum ne crederent posse accipere à Domino terram repromissam, scribarum & Pharisæorum prætulerunt indicium. Sicut enim illi per Moysen missi sunt, vt soli fœcunditatem sollerti consideratione tractarent, ita & isti per legem & Prophetas iussi sunt, vt per ve-

D stigationem scripturarum, dominicum specularentur aduentum: in quo erat terra, id est, terra sancta: in qua regnum Dei & vbertatem fructuum spiritalium, & vitam æternam cōsequi possent. Sed sicut illi desperatione terruerunt populum ne de Dei promissione confideret, ita & isti scribæ & Pharisæi suaserunt populo Iudæorum, ne crederent Christum, ad Aegyptum sæculi huius redire cupientes, repudiantes manna fidei: quærentes ollas peccatorum nigras, & cepas blasphemiarum putridas: & pepones, vitiorum ac libidinum corruptione marcescēntes. Ille autem botrus vuæ quem in ligno de terra repromissionis duo aduexere vectores, botrus pendens in ligno, vtique Christus in ligno crucis promissus gentibus de terra genitricis Mariæ, secundum carnem terræ stirpis visceribus effusus. Duo bauli qui sub onere botri illius incedebant, populus vterq; est: Cuius prior Iudæus, cæcus & auersus, ignarus ponderis grauæ, & pressus onere suspensi cui

E subijcitur iudicantis. De quibus dicitur: *Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum illorum semper incurua.* Qui vero posterior veniebat, populi gentium gerebat figuram: qui credens & Christum ante oculos habens, semper eum portans videt, & quasi seruus dominum, & discipulus magistrum sequitur. sicut ipse Dominus in Euangelio ait: *Si quis vult post me venire, tollat crucem suam & sequatur me.* Hic autem est botrus quem malus granata sociata, innumeris granis secuta est, nostra scilicet Ecclesia mater, habens intra se per granorum numerum, multitudinem populorum: per ruborem sanguinis Christi signaculo coruscantem. Habentem etiam intus distincta grana, sicut Apostolus ait, *diuisa charismata & dona Spiritus, multiformis gratia distributa.* Quibus omnibus indignos se increduli iudicantes, terram carnis Christi fluentem lacte & melle accipere non meruerunt: quam per fidem serui eius, id est, Christiani populi consecuti sunt. De cuius doctrina cotidie dicit Ecclesia: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel & fauum ori meo.* Ficum autem quem cum botro de terra repromis-

F sionis attulerunt, imaginem legis attulisse Euangelicis edocemur exemplis: Sicut & botrum constat figuram saluatoris ostendere, quemadmodum in Canticis canticorum Ecclesia dicit de Christo: *Frater meus vt botrus cypri.* Quia nec Christus sine lege, nec lex sine Christo esse poterit. *Reuersiq; exploratores terræ, post quadraginta dies venerunt ad Moysen & Aaron, & ad omnem filiorum Israel exercitum in desertum Pharan quod est in Cades.* Solitudo Pharan decem & octo continet mansiones: in quarum vltima reuersi exploratores ad Moysen, renuntiauerunt, quæ in terra repromissionis conspexerant, reportantes inde botrum in vecte, simul cum malogranatis & ficis loci illius. Inde & in sequentibus scriptum est: Profecti de Asiongaber, castrametati sunt in deserto Sin, hoc est, Cades. Cades autem, non vt plerique æstimant sancta dicitur, sed mutata siue translata. In hac mansione moritur Maria & sepelitur: & propter aquas contradictionis, Moyses & Aaron offendunt Dominum, & prohibentur transire Iordanem.

Psalm. 68.

Matth. 16.

1. Corin. 12.

Psalm. 118.

Cantic. 1.

G

Caput XI.

De murmure populi & vindicta ob hoc in eos prolata.

Locutique eis & omni multitudini, ostenderunt fructus terræ, & narrauerunt dicentes: Venimus in terram ad quam misisti nos: quæ reuera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest. Sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes nimis atque muratas. Stirpem Enach vidimus ibi, & reliqua. De exploratoribus terræ narratur, qui missi renuntiarent, quod terra quidem sit bona & admirabilis, habuerit autem in ea filij gigantum: Iesvs tamen non desperat, sed confirmat populi fidem cum Caleph, qui est de tribu Iuda, & dicunt: *Si diligit nos Deus, introducet nos in terram hanc.* Num. c. 13.

Quæ ergo est terra ista secundum spiritalem intellectum, quæ terra quidem sancta est & terra bona, sed impius habitator? Qui sunt ergo isti hostes, qui habitant in

H terra sanctorum, & quomodo eijciendi sunt: vt illis eiectis, sancti succedant in locum eorum. Redeamus ad Euangelia, redeamus ad Apostolum. Euangelia sanctis promittunt regna cælorum. Apostolus dicit: *Nostra autem conuersatio in cælis est.* In cælis ergo locus hæreditatis, qui promittitur sanctis: & quid putamus, quod in his locis, quæ tibi promittuntur, nullus non habitator sit, quem tu debeas inde pugnando depellere? Et quomodo ergo dicit Dominus: *A diebus Ioannis Baptistæ regnum cælorum vim patitur, & vim facientes diripiunt illud.* Nisi enim esset quibus vis fieret, nisi essent, qui inde pelli & excludi deberent, nunquam diceretur per vim diripiendum esse regnum cælorum. Et nisi essent cum quibus nobis certamen esset & prælium, nunquam diceret Apostolus: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates, aduersus mundi huius rectores tenebrarum harum, aduersus spiritualia nequitiæ in cælestibus.* De quib. etiam illud Dei

Philip. 3.

Matth. 11.

Ephes. 6.

Isa. 34.

A dictum, per Prophetam intelligendum videtur, vbi ait: *Et*
Esa. 34. *inebriatus est gladius meus in cælo.* Necesse est enim spiritales nequitias, quæ in cælestibus esse dicuntur, qui sunt veri Chananæi, vinci à te, & expelli de cælestibus locis, vt tu pro illis habites ibi. Scio tamen gigantes eos esse. Gigas dicitur omnis, qui aduersum Deum resistit. Quicunque ergo aduersatur Deo & contrarius est veritati, quod illi principaliter faciunt, merito gigas appellatur. Tibi ergo præstatur, vt eijcias gigantes, & intres in regnum eorum. An non de quodam ex ipsis scriptum est: Quis accipiet à gigante spolia? De quo etiam dicit Dominus in Euange-
Marc. 3. lio: *Nemo potest introire in domum fortis, & diripere vasa eius, nisi prius alligauerit fortem.* Nunc ergo in quantum in comparationem humanæ & dæmoniacæ naturæ, nos locustæ sumus, & illi gigantes: & præcipuè si dubia sit fides nostra & si nos perterreat infidelitas, illi vere gigantes erunt, & nos locustæ sumus. Si vero sequamur IESVM, & credimus verbis eius ac fide eius repleamur, tam quam nihil erunt respectu nostri. Audi enim quomodo nos hortatur & dicit: *Si amat nos Dominus, introducet nos Dominus in terram hanc, quæ bona est: & fructus eius mirabilis.* Typus & figura quæ præ-
B cessit in patribus, completur in nobis. Eiecerunt illi gentes, & consecutæ sunt hæreditatem eorum ... quæ sunt omnem terram Iudææ & Ierusalem ... & montem Sion. Hæc in illis impleta sunt. Ad nos autem
Hebr. 12. quid dicitur: *Non enim*, inquit, *accessistis ad ... palpabilem, sed accessistis ... Accessistis enim*, inquit, *ad montem ... & ad ciuitatem Ierusalem, & ad multitudinem angelorum.* Sed &
Gal. 4. alibi idem Apostolus dicit: *Ierusalem autem, quæ sursum est libera est, quæ est mater omnium nostrorum*: Si quis verbis Apostoli dicentis Ierusalem esse cælestem, non accommodat fidem, potest & hæc verba nostra recusare. Si vero verbis Pauli fides adhibenda est, & Ierusalem cælestem esse credimus, ad typum terrenæ huius. Et quæ scripta videntur de hac terrena ad illam cælestem recursus spiritali intelligentia conferemus. Accessimus ergo sicut Paulus dicit ad cælestem Ierusalem: sine dubio ad cælestem Iudæam. Et sicut illi de terrestri Iudæa eiecerunt Chananæos & Eucos & reliquas gentes: ita & nos, qui accessimus ad montem Dei, & ad regna cælestia, necesse est vt expellamus de eis contrarias potestates: & spiritalia nequitiæ in cælestibus. Et sicut illi eiecerunt Iebusæum de Ierusalem, & quæ prius Iebus vocata fuerat, postmodum Ierusalem appellata est, ita & nos oportet expellere Iebusæ-
C um de Ierusalem, & sic hæreditatem eius consequi. Sed illi quidem faciebant hæc armis visibilibus nos autem inuisibilibus. illi vincebant corporalibus prælijs: nos autem spiritali certamine speramus. Quod si vis audire, Paulus, qui non solum magister gentium, sed & militiæ huius magister est, quomodo pugnauerit prior, audi quid ipse de-
Ephes. 6. scribat, sicut etiam supra memorauimus: *Non est*, inquit, *nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principatus & potestates, aduersus rectores mundi huius tenebrarum, aduersum spiritalia nequitiæ in cælestibus.* Propterea & hanc pugnam spiritalem atque inuisibilem pugnaturis, spiritalia arma & inuisibilia tela componit & dicit. *Induite vos lo-*
Eadem. *ricam charitatis & galeam salutis: assumite scutum fidei, in quo possitis omnia tela maligni ignita extinguere. Sed & gladium spiritus*, inquit, *assumite, quod est verbum Dei.* Cum ergo talibus te armaueris telis, sequens IESVM ducem, non vereatis gigantes illos. Videbis enim quomodo eos tibi subijciet IESVS. Et sicut Patres calcauerunt ceruices gentium, ita & tu calcabis super ceruices hominum. Ipse enim dicit
D his, qui eum fideliter sequuntur. *Ecce enim dedi vobis potesta-*
Luc. 10. *tem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.* Vult enim IESVS semper res mirabiles facere: vult de locustis gigantes vincere: & de his, qui in terris sunt, cælestes superare nequitias. Et fortasse hoc erat, quod dicebat in Euangelio: *Qui credit in me, non solum*
Ioan. 14. *sa ... maiora*, inquit, *horum facit.* Vere enim maius mihi videtur, si homo in carne positus, fragilis & caducus, fide tantum Christi & verbo eius armatus, super gigantes dæmonum ... quam ... qui vincit in nobis, plus ... quod per nos ... quam quod per se vincit. Tantum est vt nos armis illis semper simus armati. & conuersatio nostra semper in cælis sit: vel omnis motus noster, omnis actus, omnis cogitatio, omnis
E sermo cælestis sit. Quanto n. nos illuc ardentius ascendimus, tanto illi præcipites inde descendent. Et quanto nos augemur, tanto illi inferiores efficiunt. *Cumque clamaret omnis* Num. 14.
multitudo, & lapidibus eos opprimere vellet, apparuit gloria Domini super tectum ... in conspectu omnium filiorum Israel. Et dixit dominus ad Moysen: Vsque quo detrahet mihi populus iste? Quousque non credent mihi in omnibus signis quæ feci coram eis? Feriam igitur eos pestilentia atque consumam: te autem faciam principem super gentem magnam, & fortiorem quam hæc est, & reliq.
Duodecim isti sunt inspectatores ex filijs Israel, ad considerandam terram, quæ eis fuerat repromissa. Hi quoque; post XL. dies regressi, ... Nam ex his in desperationem ... populum: ita vt velint abiecto Moyse, eligere alium ducem & reuerti in Ægyptum: hi vero duo, bona nunciant. & ... populum ... in fide dicentes: Sed si diligit nos Deus ... ducet ... in terram hanc. Sed populus ... desperationem ... ad lapidandos eos, qui bona nunciauerant ... Maiestas Dñi vero ... in nubib. & dixit Dñs ad Moysen: Feriam
F eos morte & interimam eos & faciam te & domum Patris tui nationem magnam, & multo magis, quam hæc est. Fit ergo tanta hæc comminatio à domino, non vt passibilis & iracundiæ vitio subiacens ostendatur diuina natura ... sed vt per hæc & Moysi charitas quam erga populum habebat, & Dei bonitas, quæ supra omnem mentem est innotescerent. Scribitur enim irasci Deus & comminari interitum populo, quo doceatur homo tantum sibi esse apud Deum locum ... fiduciæ, vt etiam si sit aliqua in Deo indignatio, obsecrationibus mitigetur humanis, tantumque de eo impetrare posse hominem, vt & propria ... conuertat. Bonitas enim, quæ subsequitur iracundiam, & Moysi fiduciam ostendit apud Deum, & alienam ab iracundiæ vitio diuinam docet esse naturam: simul & mysterium in seculis futuris explendum continet sermo, per quem promittit Deus, quod alium in hoc abiecto reliquerit. Ait enim: Percutiam eos in morte & perdam eos: & faciam te & domum Patris tui in nationem magnam, multo magis quam hæc est. Comminatio n. hæc, non est iracundia, sed Prophetia. Assumenda nanque erat alia natio, id est, populus iste nationum: sed non per Moysen. Excusauit se nanque Moyses. Sciebat nanque quia gens
G illa magna, quæ repromittitur, non per Moysen vocanda erat, sed per Iesum Christum: & non Mosaicus, sed Christianus erat populus appellandus. Ideirco igitur pluribus exhortatur Moyses pro populo illo: Dominus vero correptionis modum librata moderatione, dispensat & dicit:

Quia viri quidem, qui exierunt de Aegypto, & tentauerunt me atque increduli permanserunt, cadent in deserto hoc: & non videbunt, inquit, *terram, quam iuraui patribus eorum: sed filij eorum, qui sunt mecum hic, quicunque ignorant bonum vel malum.* Sit fortassis aliquid etiam secreti mysterij in verbis Domini dicentis, Filij ipsorum, qui sunt mecum hic. Vbi mecum hic aut quomodo mecum? Qui habet aures audiat. Nos interim dicimus, quia Patres nostri fuerunt populus ille prior: nos autem filij ipsorum pro illis surreximus & erecti sumus: qui nesciebamus bonum vel malum. Ex gentibus enim sumus: quia neque bona, quæ ex Deo veniunt noueramus: neque mala, quæ ex peccato generantur. Si tamen succedentes in locum eorum, qui abiecti sunt, tanti lapsus timeamus exemplum, audientes commonitionem Pauli dicentis: *Vide autem seueritatem & bonitatem* Roman. 11.
H *Dei. In eos quidem, qui ceciderunt seueritatem, in te quidem bonitatem, si autem permanseris in bonitate. alioquin & tu excideris: & illi si non permanserint in incredulitate, inserentur.* Addidit autem post hæc Dominus & dicit: *Filij vestri erunt incolæ quadraginta annis in deserto.* Et quid haberet mysterij numerus iste, declarat dicens: *secundum*, inquit, *numerum dierum quibus considerastis terram Quadraginta diebus, pro die per annum recipietis peccata vestra Quadraginta annis.*

Timeo ergo mysterij huius secreta discutere. Video enim quod peccatorum in hoc ratio comprehenditur. & pœnarum. Si enim vnicuique peccatorum annus ascribitur ad pœnas pro vnius diei peccato, & secundum rationẽ dierum quibus peccatur, annorum totidem numerus in

sup-

A supplicijs consumendus est, vereor ne forte nobis qui cotidie peccamus, & nullum forte vitæ nostræ diem absque peccato transegimus, ne ipsa forte secula seculorum sufficere possint ad pœnas luendas. In eo enim quod populus ille quadraginta dierum delicto, quadraginta annis cruciatus in deserto, nec terram sanctam introire permittitur, similitudo quædam futuri iudicij videtur ostendi: vbi peccatorum ratio discutienda est, nisi erit aliqua fortasse etiam bonorum operum compensatio: vel etiam eorum, quæ in vita sua vnusquisque mala recipit vt Ab-
Luc. 16. raham de Lazaro docuit. Sed hæc nullus est nosse ad integrum: nisi illius cui omne iudicium tradit Pater. Quod dies peccati in annum pœna reputatur, non solum in hoc libro, in quo nihil omnino est, quod dubitari possit ostenditur: sed & in libello Pastoris, si cui tamen scriptura recipienda videtur, similia designantur. Sed fortasse aliquis neget bonitati Dei conuenire, vt pro vnius diei peccato, annum suppliciorum rependat. Sed fortasse aliquis diceret etiam: Si diem pro die reddat, quamuis iustum, non tamen clemens videtur aut benignum. Audi ergo adhæc,
B si forte possimus difficultatem rei exemplis lucidioribus explanare. Si vulnus corpori infligatur, aut neruorum iunctura resoluatur, sub vnius horæ spacio, huius mundi vulnera solent corporibus accidere: & postmodum cruciatibus ac doloribus exactis, multo vix tempore sanari. Quanti enim timores in loco, quanta tormenta generantur. Iam vero si accidat vt in eodem vulnere vel in eadem fractura, iterum & sæpius quis vulneretur, frequentiusq; frangatur, quantis hoc pœnis curari, quantis potest cruciatibus medicari: quanto autem tempore si tamen potuerit, ad sanitatem perducitur. Et vix aliquando ita curabitur, vt vel debilitatem corporis, vel fœditatem cicatricis effugiat. Transi nunc ab exemplo corporis ad animæ vulnera. Anima quoties peccat, toties vulneratur. Et ne dubites peccatis eam velut telis & gladijs vulnerari, audi
Ephes. 6. Apostolum monentem: *Assumite scutum fidei, in quo possitis omnia iacula maligni ignea extinguere.* Vides ergo peccata maligni, esse iacula, quæ in animam dirigvntur. Patitur autem anima non solum vulnera iaculorum, sed & fracturas pedum, cum laquei parantur pedibus eius, & supplantantur gressus eius. Hæc ergo & huiusmodi vulnera,
C quanto tempore putas posse curari? O si possimus per vnumquodque peccatum videre, quomodo homo noster interior vulneratur, quomodo sermo malus vulnus infligit. Non legistis dicunt, quia vulnerauerant gladij, sed non ita vt lingua? Vulneratur ergo & per linguam anima: vulneratur & per cogitationes & concupiscentias malas, frangitur autem & conteritur, per opera peccati. Quæ si omnia videre possimus, & vulneratæ animæ sentire cicatrices, certum est, quod vsque ad mortem resisteremus aduersum peccatum. Si nunc sicut hi, qui vel dæmone repleti, vel mente alienati sunt, non sentiunt si vulnerantur, quia naturalibus sensibus carent, ita & nos vel cupiditatibus seculi amentes effecti vel inebriati, sentire non possumus quanta vulnera, quantas contritiones animæ peccando conquirimus. Et ideo consequentissima ratio est, pœnæ, id est, curæ ac medicationis tempus extendi: & per vnum quodq; vulnus pro qualitate plagæ, medendi quoque spatia propagari. Sic ergo & Dei æquitas ac benigni-
D tas etiam in ipsis animæ supplicijs euidens fiat, vt hæc audiens, qui peccauit resipiscat, & vltra non peccet: Conuersio enim in præsenti vita & pœnitentia fructuosa gesta, celerem conferet huiusmodi vulneribus medicinam: quia pœnitentia non solum vulnus præteritum sanat, sed & vltra animam peccatu non sinit vulnerari. Imo & illud ad iram verbi causa: Si peccator sum, nunquid eadem erit mihi pœna, si semel peccaui, quæ & si secundo & tertio, & si frequentius peccem? Non ita erit sed pro modo & numero & mensura peccati, etiam pœnæ quantitas metienda est. Deus enim dabit nobis panem lachrymarum, & potabit nos in lachrymis, sed in mensura. Mensura autem hæc erit, quam sibi in hac vita vnusquisque vel maius, vel amplius peccando quæsierit. Sed & calix in manu domini, vini meri plenus mixto dicitur esse. Miscetur ergo sine dubio, vnicuique & fiet iudicium eius, non solum de malis, quæ gessit, sed etiam ex bonis: & tamen cum vtraque
E misceantur, fæx eius quam ego puto malorum partem dici, non ad integrum exinanietur: sed hæc vt diximus, in manu Dei sunt. Nostrum est autem ad emendationem citius festinare, ad pœnitentiam sine dissimulatione conuerti: lugere præterita: cauere futura: inuocare auxilium Dei. Statim enim vt conuersus ingemueris, saluus eris. Inuenies enim aduocatum, qui pro te interpellat Patrem, Dominum Iesum multo præstantiorem, quam fuit Moyses: qui tamen orauit pro illo populo & exauditus est. Et fortasse propterea Moyses scribitur interuenisse pro peccatis populi prioris & impetrasse veniam, vt multo magis nos confidamus, quod aduocatus noster Iesus, indubitatam nobis veniam præstabit à Patre. si tamen conuertamur ad eum, & non recedat retro cor nostrum, sicut Ioannes in epist. sua dicit: *Hæc autem dico filioli vt non peccetis.* 1. Ioan. 2.
Quod si peccauerit aliquis vestrum, habemus aduocatum apud Patrem iustum, qui interpellat pro peccatis nostris. *Locutusque est Moyses vniuersa verba hæc ad omnes filios Israel, & luxit populus nimis. Et ecce mane primo surgentes, ascenderunt verticem montis atque dixerunt. Parati sumus ascendere ad locum, de*
F *quo Dominus locutus est, quia peccauimus. Quibus Moyses: Cur,* inquit, *transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in prosperum? Nolite ascendere. Non enim Dominus est vobiscum, ne corruatis coram inimicis vestris. Amalechites & Chananæus ante vos sunt quorum gladio corruetis, eo quod nolueritis adquiescere Domino. At illi contenebrati ascenderunt verticem montis. Arca autem testamenti Domini & Moyses, non recesserant de castris. Descenditq; Amalechites & Chananæus, qui habitabant in monte: & percutiens eos atque concidens, persecutus est eos vsque ad Horma.* O mira proteruitas humanæ mentis, & horrenda stultitia per malitiam excæcati cordis. Mandat Deus promissionibus credere, & de sua patientia confidere: sicque terram possidendam intrare. Huic humana stultitia renuit credere: & iussis spernit obtemperare salubribus. E contrario denuntiat Deus eis propter peccata eorum & perfidiam, possessionem terræ sibi ante repromissæ, suumq; auxilium eis denegat conferre. At illi contenebrati, contra voluntatem Dei eam volunt inuadere. Quorum imitatores, vtinam nostris temporibus non haberemus. Sunt enim proh dolor non pauci moderno tempore, qui licet veteres de sua
G proteruia redarguant, & incredulitatem eorum reprehendant, nihilo minus ipsi in moribus ipsorum sequaces existant: qui nec bonis promissis per diuinam legem adipiscendis instant, nec prohibitis malis peccando se implicare non cessant. Sed sicut nec illis, ita nec istis [illegible] tinacia cedet in prosperum. Nam spirituales Amalechitæ & Chananæi, qui habitant in montibus superbiæ, percutient eos atque concident, persequentes vsque Horma. Amalechitæ enim populus lingens sanguinem, & Chananæi negotiantes siue motus. Horma anathema interpretatur. Cælestes ergo nequitiæ, quæ interitum nostrum desiderant, & terrenis cupiditatibus nos implicare volunt, si perseuerauerimus in peccatis, & in montibus superbiæ ascendere non destiterimus, concident nos igniitis iaculis, atque ad anathema perpetuum perducent. Vnde non secundum Pelagianitas, de nostra sine gratia Dei præsumere debemus potentia, sed humiliter infirmitatem nostram considerantes, id quod Domini ore decernitur,
H obediendum & sequendum per omnia nobis humiliter credamus. Sicque nobis hostes cuncti inferiores existunt: & ad cælestis Patriæ gaudia, quę nobis promissa sunt, peruenire per Domini misericordiam præualeamus.

Capvt XII.

De ritu sacrificiorum per singulas species.

L*Ocutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere ad filios Israel & dices ad eos: Cum ingressi fueritis terram habitationis vestra, quam ego dabo vobis, & feceritis oblationem Domino in holocaustum aut victimam pacificam, vota soluentes: el sponte offerentes munera, aut in solennitatibus vestris adolentes odorem suauitatis Domino, de bobus siue de ouibus, offeret quicunque immolauerit [illegible]* Num. 15.

ctimam,

A *tionam, sacrificium simile decimam partem Eph... s. sam oleo: quod mensuram habet quartam partem Hin: & vinum ... ad liba fundenda eiusdem mensura dabis in holocaustum siue in v... mam. Per agnos singulos & arietes erit sacrificium simile duarum decimarum, qua conspersa sit oleo tertia parte Hin & vinum ad libamentum tertia partis eiusdem mensura, offeret in odorem suauitatis domino. Quando vero de bubus feceris holocaustum aut hostiam vt impleas votum, vel pacificas victimas, dabis per singulos boues simila tres decimas conspersa oleo, quod habebit medium mensura Hin, ... ad liba fundenda vinum eiusdem mensura, in oblationem suauissimi odoris domino. Sic facietis per singulos boues & arietes, & agnos & hœdos, & rel.* Ios... phus in antiquitatum suarum tertio, huius loci meminit ... Lex autem præcepit, in priuatis publicisque sacrificiis ... am ... m mundissimam adici, in agno quidem assam vnam mensuram: in ariete vero duorum: in tauro trium. Et h... c ... ctificant super altare oleo mixtum. Nam & ... leum offertur ab immolantibus, in boue quidem Hin medietatem, in ariete autem huius mensuræ tertiam partem & quartam in agno. Hin autem mensura Hebræorum antiqua, choas A... cas duas capit: secundum quam mensuram ... leum off... bant. Est autem vt in libro Ruth legitur, Ephi mensura trium modiorum. Hin autem vt ill... o... unt, qui de ponderibus ac mensuris scripserunt, sextam mensuram tenet. Quitai deo nominatus est, eo quod sexta ... st congii. Quid ergo hoc vult, quod iubet ... s terram repromissionis, per singulas species an... m quæ offerri licebant, sacrificium adhiberi, nisi quod spiritaliter nos docet, qui in terram Ec... æ per Domini gratiam intrauimus, vt per singulas species bonorum operum, scientiam spiritalem in meditatione diuinæ legis adhibeamus. Mensura ergo Ephi, quæ tres habet alias mensuras, significat sanctæ Trinitatis fidem. Cuius decimam iubetur offerre, id est, credulitatem incarnationis Christi, quæ in lege nobis plenissime commendatur, siue obseruantiam ipsius decalogi. Iubemur simul offerre oleum, hoc est charitatem & misericordiam. Iubemur & vinum ad libamentum, id est, gratiam spiritalem, siue communicationem passionis Christi. Et hæc iuxta participationem mensuræ Hin, hoc est, secundum distributionem perfectæ deuotionis. Senarius autem, qui perfectus est numerus, perfectionem cuiusque rei significat. Quid est ergo aliud in agni oblatione decimam partem Ephi offerre, similæ conspersæ oleo iuxta quartam partem Hin, & vinum eiusdem mensuræ ad liba fundenda, nisi simplicitatem morum, simul cum scientia legis diuinæ & prudentia Euangelica exhibere? Quia non decet simplicitatem sine prudentia, nec prudentiam sine simplicitate quenquam habere, qui desiderat oblationem suam Deo acceptabilem facere. Vnde Saluator in Euangelio discipulis præcepit dicens: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Omnis enim stultitia sicut & versutia, Deo abominabilis est: & ideo omni modo ab anima pellenda est Catholica, in qua solummodo semper vigere debet simplicitas Christiana. Item in oblatione arietis duas decimas similæ iubet offerre, simul olei atque vini tertiam partem Hin. Et quia aries rectorum ordinem significat, apte cum duabus decimis aries offertur, cum quilibet homo decalogum legis intellectu & operatione tenens, officio rectoris delegatur. In qua oblatione oleum & vinum tertiæ partis Hin simul exhibetur, quando charitas, misericordia & gratia spiritalis doctrinæ, ab ea erga subditorum curam diligenter impenditur. Item in oblatione tres decimæ similæ offerri præcipiuntur, simul & medium mensuræ Hin in oleo siue vino. Et quid in bouis nomine nisi sanctorum prædicatorum ordo designatur, qui agrum dominicum colunt, & vomere Euangelico extirpantes spinas vitiorum, multiplicant segetem virtutum? Qui cum tribus decimis similæ offeruntur, quia decalogum legis, scientia, opere & doctrina tenentes, fidei sanctæ ... veri ... tores esse probantur. Hi ergo charitatem ... præcipuam debent habere, & in necessitatibus proximi per misericordiam consulendo, aliis bonum exemplum præbere. Nec non & ipsis studendum est, vt in gratia diuina quantum mortalibus possibile est proficiant, & ad vitæ perfectionem ac sanctitatem ... pertingant: iuxta illud dominicum præceptum: *S... i... estote, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester.* Illud tamen quod in hac v... sibi deest, in cælesti beatitudine per Domini gratiam in se perficiendum debent sperare.

Cap. 13.

Leuit. 19.

B

Caput XIII.

De primitiis Domino dandis.

Num. 15.

L*Ocutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel & dices ad eos. Cum veneritis in terram, quam dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias Domino de cibis vestris. Sicut de areis primitias separabitis, ita & de pulmentis dabitis primitias Domino.* Quid est quod primitias de cibis Israelitæ Domino iubentur offerre, hoc est, vt sicut de areis primitias separabunt, ita etiam de pulmentis primitias Domino tribuant? Terram igitur quam ingredientes, Domino oblationes suæ primitias debent offerre, præsentem Ecclesiam significare superius diximus. Ergo quisquis Ecclesiam per fidem & baptismum intrauerit, necesse est vt terram carnis suæ, hoc est, corporalem vitam, diligenter in Dei timore exerceat: quatenus frugem virtutum in ea exercere faciat, vnde sibi refectio æterna præparetur. Iubemur ergo non solum de areis, sed & de pulmentis primitias Domino consecrare. Quid est de area primitias separare, nisi de prædicationis officio, laboris primordia Domino consecrare? Et quid de pulmentis primitias est offerre, nisi de donis ... s... plicius quas in semetipso soletter quisque exercere debet ... inchoationem bonæ voluntatis Domino dedicare? Siue in semetipso aliquis virtutum studiis operam det, siue de aliorum salute docendo, exhortando, atque bonis exemplis prouocando pium laborem impendat, necesse est vt hoc non sibi aliquis, sed gratiæ deputet diuinæ: vtei confitetur omnis boni initium, a quo decet sperari totius perfectionis supplementum.

F

C

Caput XIV.

De peccatis ignorantiæ.

G

Num. 15.

Q*Vod si per ignorantiam præterieritis quicquam horum, quæ locutus est Dominus ad Moysen, & mandauit per eum ad vos, à die qua cœpit iubere & vltra, oblitaque fuerit multitudo facere, offeret vitulum de armento holocaustum in odorem suauissimum Domino ac liba eius, vt ceremonia postulant: hircumque pro peccato, & rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorum Israel, & dimittetur eis: quoniam non sponte peccauerunt, & rel.* Merito quæritur, quæ sint ipsa peccata nolentium, vtrum nescientibus committuntur, an etiam possit recte dici peccatum esse nolentis, quod facere compellitur. Nam & hoc contra voluntatem facere dici solet. Sed vtique vult propter quod facit, cum vult viuere, si quisquam nisi fecerit, mortem minetur. Vult ergo facere, quia vult viuere: & ideo non per seipsum appetendo vt falsum iuret, sed ... um iurando viuat. Quod si ita est, vtrum possint dici ista peccata nolentium, qualia hic dicuntur expianda. Nam si diligenter consideretur, forte ipsum peccare nemo velit: sed propter aliud fit, quod vult, qui peccat. Omnes quippe homines, qui scientes faciunt quod non licet, id vellent licere. Vsque adeo ipsum peccatum nemo appetit propter hoc ipsum: sed propter illud quod ex eo consequitur. Hæc si ita se habent, non sunt peccata nolentium nisi nescientium: quæ discernuntur à peccatis volentium.

August.

D

H

Mystice autem offerunt filij Israel vitulum de armento in holocaustum, cum fideles populi plena fide corpus dominicum pro salute generis humani in ara crucis immolatum, in odorem suauitatis domino credunt & confitentur. Offerunt sacrificium eius ac liba vt ceremoniæ postulant, cum in sacramento panem & vinum in commemorationem passionis eius super altare deferunt: ac de eo participantes, corpus & sanguinem eius veraciter se percepisse confidunt. Offerunt hircum pro peccato, cum ipsam humanitatem eius non peccatricem, sed in similitudine carnis pec-

Cal...

A cati hoc est, nostræ mortalitatis consortem eum susceptis, ac pro peccatis nostris dissoluendis obtulisse credimus. Rogat [illegible] ipse sacerdos, qui aduocatus noster est apud Patrem pro peccatis populi sui & dimittetur ei, quoniam Hebr. 5. secundum Pauli sententiam. *In diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum, qui posset illum à morte saluum facere, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.* Præterea & incensum iubentur offerre pro se & pro peccato atque errore suo. Incensum ergo offerunt pro peccatis suis, qui orationem cum ieiunijs & eleemosynis Deo offerunt: in quibus placatus veniam errores digne postulantibus tribuit. Sequitur:

Quod si anima nesciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato suo, & deprecabitur pro ea sacerdos, quod nesciens peccauerit coram Domino: impetrabitque ei veniam, & dimittetur illi, &c. Capram ergo anniculam offert, qui pœnitentiam pro peccato non tepide, sed feruide gerit, & perfecte à peccato eodem, atque studiosissimo recedit proposito, de cætero cauens, cotidieque commissorum veniam postulans, in- Psalm. 24. gemiscens dicit cum Propheta. *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris Domine: secundum magnam misericordiam tuam, memor esto mei Domine.* Adiuuabitque eum ad B impetrandam veniam intercessio pontificis summi, qui non per sanguinem hircorum & vitulorum, sed per sanguinem proprium introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta.

Capvt XV.

De peccatu per superbiam factis.

Num. c. 15. *Anima vero, quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis* Augustinus. *sit ille, siue peregrinus quoniam aduersus Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo, & reliqua.* Quæ sint peccata, quæ fiunt in manu superbiæ, id est, superbia committuntur, scriptura ipsa in consequentibus satis exposuit vbi ait: quoniam verbum contempsit. Aliud [illegible] ergo præcepta contemnere, aliud quidem magni pendere: sed aut ignarum [illegible] facere, aut [illegible]. Quæ duo fortasse pertineant ad illa peccata, quæ à nolentibus fiunt: de quibus superius [illegible] admodum Deo propitiato expiarentur admonuit, ac deinde subiecit peccata superbiæ: cum C quis [illegible] superbiet [illegible], id est, præceptum contemnendo [illegible] quod [illegible] peccati non dixit vllo genere [illegible] posse tanquam insanabile iudicans: [illegible] curatione, quæ per sacrificia gerebantur, [illegible] in hac scriptura præcipiuntur. Quæ si per [illegible] nulli peccato possunt mederi: Si autem [illegible] sacramenta sunt inquirantur, in eis inuenitur purgatio peccatorum. Quod ergo scriptum Prouerb. 18. [illegible] *peccator cum venerit in profundum malorum contemnit,* ille significatus est, quem scriptura hoc loco dicit in manu superbiæ delinquere. Hic igitur sine pœna eius, qui committit non potest aboleri, atque ideo non potest esse impunitum, & [illegible] pœnitendo sanatur: ipsa enim afflictio pœnitentis, pœna [illegible] est: quamuis medicinalis & salubris. Merito quippe magnum iudicatum peccatum cum superbia præceptum contemnit. Sed e contrario vt sanari possit, cor contritum & humiliatum Deus non spernit. [illegible] tamen, quia sine pœna non sit, ideo talia hinc dicta [illegible] Deum, inquit, hic exacerbat, quia Deus superbis re- D sistit. Et exterminabitur anima illa de populo suo: quoniam talis omnino [illegible] numero eorum, qui ad Deum pertinent, non est. Quoniam verbum Domini contempsit, & [illegible] eius dispersit, contritione conteretur anima illa. Quare autem contritione conteretur, consequenter adiungit dicens: Peccatum eius in illo, ac per hoc si tali peccato debitam contritionem ipse sibi adhibeat pœnitendo, cor contritum vt dictum est, Deus non spernit.

Capvt XVI.

De homine colligente ligna in die Sabbati. & de fimbrijs faciendis per angulos palliorum cum vittis hyacinthinis. E

Factum est autem cum essent filij Israel in solitudine, & inuenissent hominem colligentem ligna in die sabbati, obtulerunt eum Moysi & Aaron & vniuersæ multitudini. Qui recluserunt eum in carcerem, nescientes quid super eo facere deberent. Dixitque Dominus ad Moysen: Morte moriatur homo iste: obruat eum omnis turba lapidibus extra castra. Cumque eum eduxissent foras, obruerunt lapidibus & mortuus est, sicut præceperat Dominus. Num. c. 15. Quid autem insinuat, quod tam atrociter iussu Dei fuerit idem ab omni populo trucidatus, quod facile ab infidelibus promittitur? Intelligant ergo, quia hæc omnia in typo acciderunt illis: scripta sunt enim ad correptionem nostram. Ille enim pristinus carnalisque homo, qui diem sabbati violare ausus est dum ligna colligeret, propter quod est & punitus, formam significabat eius, qui hodie in Christo signatus, F inuenitur agere carnale opus, id est, contrahere ligna, fœnum, stipulam, ad escam ignis æterni conuenientem. Quæ dum colligit in suam perniciem, si fuerit deprehensus, pellitur ab omnibus & statim occiditur: dum iudicatur ab spiritalibus. Sic ergo omnibus quæcunque illis Iudæis per legem acciderunt, formaliter intelligenda sunt.

Dixit quoque Dominus ad Moysen: Loquere filijs Israel & dices ad eos, vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas. Quas cum viderint, recordabuntur omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas, & oculos suos per res varias fornicantes: sed magis præceptorum Domini memores, faciant ea: sintque sancti Domino Deo suo. Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti vt essem Deus vester. Secundum historiam ergo mandauit Dominus per Moysen filijs Israel, in quatuor angulis palliorum hyacinthinas fimbrias facere, ad Israeliticum populum dinoscendum: vt quomodo in corporib. circumcisio signum Iudaicæ gentis daret, ita & vestis haberet aliquam differentiam: & vt commonerentur, quia habitu à cæteris gentibus Dei præcepto differebant, distarent & religione: quatenus vnum G Deum colerent spretis cunctis idolis nationum: ciusque mandata studiosissime conseruare niterentur. Allegorice autem nos instruit, vt intelligamus, quia mandata, quæ videntur esse minima in habitu legis, si propter cœlestem vitam, quod vitta hyacinthina significat, colorem aeris exprimens, seruentur, multum proficiant. Qui enim spernit minima, paulatim defluit. Ideoque necesse est, vt secundum Apostoli documentum, siue manducemus, siue bibamus, siue aliud quid agamus, omnia in gloriam Dei faciamus.

Capvt XVII.

De seditione Chore, Dathan & Abyron contra Moysen, & pœna eorum.

Ecce autem Chore filius Isaar, filij Caath, filij Leui, & Dathan, Num. c. 16. *& Abiram, filij Eliab, Hon quoque filius Pheleth, de filijs Ruben, surrexerunt contra Moysen, alijque filiorum Israel ducenti quinquaginta viri, proceres synagogæ, & qui tempore concilij per nomina* H *vocabantur. Cumque stetissent aduersus Moysen & Aaron, dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus. Cur eleuamini super populum Domini? Quod cum audisset Moyses, procidit pronus in faciem. Locutusque est ad Chore, & ad omnem multitudinem. Mane, inquit, notum faciet Dominus, qui ad se pertineant, & sanctos applicabit sibi: & quos elegerit, appropinquabunt ei,* & reliq. Per excidium Chore, Dathan & Abiron, qui sibi contra Moysen & Aaron sacerdotem sacrificandi li- Isidorus. centiam vendicantes, pœnam [illegible] suis conatibus expenderunt, significantur hi, [illegible] hæreses & schismata facere nantur, & multos secum trahendo decipiunt: contemnentes sacerdotes Christi, & se à clero eius, plebisque societate segregantes, constituere audent Ecclesias & aliud altare præcemque aliam illicitis vocibus faciunt dominicæ

A hostiæ veritatem, per falsa sacrificia prophanantes. Hi qui contra ordinem Dei oriuntur, ob temeritatis audaciam terræ compagibus ruptis, profundi hiatu merguntur: nec tantum hi, qui duces eorum sunt, sed & illi, qui consentiendo participes eorundem effecti sunt, in ignem æternum iudicij præparata vltione peribunt.

Locutus est Dominus ad Moysen & Aaron dicens: Separamini de medio congregationis huius, vt eos repente disperdam, & cætera.

Augu. Notandum est tunc iubere Dominum fieri separationem corporalem, cum iam vindicta imminet malis. Sic Noë cum domo sua separatur à cæteris diluuio perituris. Sic Loth cum suis separatur à Sodomis igne cælitus consumendis: sic ipse populus ab Ægyptijs, marinis fluctibus obruendus. Sic isti nunc à Synagoga Chore, Abyron & Dathan, qui se primitijs per seditionem abrumpere voluerunt, cum quibus tamen socij antea viuentes conuersantesque, & cum cæteris quos reprobat Deus, secundum verba, quæ in eos increpans dicit, contaminati tamen ab eis minime potuerunt, nec separati se iusti sunt, quando vindictam Dominus siue differebat, siue talem

B adhibebat, qua innocentes periclitari vel lædi non possent: sicut serpentium morsibus, sicut strage mortium, qua Deus quem volebat sicut volebat, alio percutiebat intacto: non sicut aqua diluuij, aut ignea pluuia, aut aqua maris aut hiatu terræ, quæ permixtos pariter assumeret; non quia & ibi DEVS suos conseruare non posset. Sed quid opus erat tentatione miraculi, vbi separatio fieri poterat: vt vel aqua vel ignis, vel hiatus terræ quos inuenisset, auferretur? Sic & in fine à zizanijs separabuntur frumenta: & malos cremantibus flammis, iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum.

Cum sisset igitur ut cessauit loqui, disrupta est terra sub pedibus eorum: & aperiens os suum, deuorauit illos, cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia: descenderuntque viui in infernum operti humo: & perierunt de medio multitudinis.

Leuit. 19. Notandum secundum locum terrenum dictos esse inferos, hoc est, in inferioribus terræ partibus. Varie quippe in scripturis, & sub intellectu multiplici, sicut rerum de quibus agitur, sensus exiget, nomen ponitur inferorum, & maxime in mor-

C tuis hoc accipi solet. Sed quoniam ipsos viuentes dictum est ad inferos descendisse, & ipsa narratio nunc quid factum fuerit satis apparet, manifestum est vt dixi inferiores partes terræ inferorum vocabulo nuncupatas, in comparatione huius superioris terræ, in cuius facie viuitur, sicut in comparatione cæli superioris, vbi sanctorum demoratio est Angelorum, peccantes Angelos in huius aeris detrusos caligine, scriptura dicit, tanquam carceribus inferi puniendos reseruari. *Si enim Deus,* inquit, *Angelis peccantibus non*

2. Pet. 2. *pepercit, sed carceribus caliginis inferi retrudens, tradidit in iudicio puniendos reseruari.* cum Apostolus Paulus principem potestatis aeris, dicat diabolum, qui operatur in filijs diffidentiæ.

CAPVT XVIII.

De thuribulis seditiosorum ab incendio sublatis per Eleazar sacerdotem.

Num. 16. *LOcutusque est Dominus ad Moysen dicens: Præcipe Eleazaro filio Aaron sacerdoti, vt tollat thuribula, quæ iacent in incendio,*

D *& ignem huc illucque dispergat: quoniam sanctificata sunt in mortibus peccatorum. producatque ea in laminas & affigat altari, eo quod oblatum sit in eis incensum Domino: & sanctificata sunt, vt cernant ea pro signo & monumento filij Israel.*

Quæritur hoc loco, cur non ad Moysen & Aaron sicut in superioribus Dominus locutus sit, sed ad Moysen & Eleazarum filium Aaron. Hæc mihi causa interim occurrit, quoniam quæstio erat de progenie sacerdotum, id est, de quo genere esse deberent: vnde illi ex alio genere quia sibi vsurpare sacerdotium ausi sunt, tam horrendo & mirabili supplicio perierunt, non ad Aaron, qui iam summus sacerdos erat, sed ad Eleazar voluit loqui Deus, qui ei succedere debebat, & secundo iam sacerdotio fungebatur: vt eo modo seriem generis commendaret, quæ in successionibus sacerdotum esse deberet. Sed notandum, nouo modo dicta sanctificata pœna eorum, à quibus hoc peccatum fuerat perpetratum: quia per eos exemplum datum est cæteris quomodo timerent. Circumpositionem autem altaris cur ex eis fieri voluit, addidit dicens: quoniam oblata sunt ante Deum & sanctificata, facta sunt in signum filijs Israel. Non ergo in eis reprobari voluit, quod à talibus oblata sunt, sed hoc potius cogitari & attendi ante quem oblata sunt, id est, quia ante Dominum: vt plus in eis valeret nomen Domini, ante quem oblata sunt, quam pessimum meritum eorum à quib. oblata sunt. Hoc autem iam & in Exodo commemorauerat scriptura, quando altare fabricatum esse dicit. Vnde intelligitur genera rerum gestarum distributa esse per libros non temporum ordo contextus. Mystice autem Chore figuram tenet eorum, qui contra Ecclesiasticam fidem, & doctrinam veritatis insurgunt. Scriptum ergo de Chore & de cœtu eius, quod in batillis æreis incensum obtulerit ignis alieni. Iubetur à Deo ignis quidem alienus dispergi & effundi.

Batilla vero, inquit, *quia sanctificata sunt, faciet ea laminas ductiles, & circundabit ex eis altare: quia oblata sunt coram Domino, & sanctificata sunt.* Hoc ergo mihi per hanc figuram videtur ostendi, quod batilla ista, quæ scriptura nominat ærea, figuram teneant scripturæ diuinæ: cui scripturæ hæretici ignem alienum imponentes, hoc est, sensum & intelligentiam à Domino alienam & veritati contrariam introducentes, incensum Domino non suaue, sed execrabile offerunt. Et ideo forma Ecclesiarum sacerdotibus datur, vt si quando tale aliquid fuerit exortum, ea quidem, quæ à veritate aliena sunt, ab Ecclesia Dei penitus abstrudantur: si qua autem etiam in ipsis hæreticorum verbis ex scripturæ diuinæ sensibus inueniuntur in[...], ne pariter cum illis, quæ veritati & fidei sunt con[...], respuantur. Sanctificata sunt enim, quæ de [...] scriptura proferuntur & Domino oblata. Potest [...] alio modo ad hoc intelligi, quod de batillis [...] peccatorum, vt inungantur & socientur altari. [...] hoc ipsum, quod ærea dicuntur, non otiosum videbitur. Vbi enim vera fides est, & integra verbi prædicatio, aut argentea dicuntur, aut aurea. Vt fulgor auri declaret fidei puritatem: & argentum igni probatum, eloquia examinata significet. Ista vero, quæ ærea dicuntur, in sono tantum vocis consistunt, non in virtute spiritus: & sunt vt Apo-

1. Corin. 13. stolus ait, *æramentum sonans aut cymbalum tinniens.* Ista ergo batilla ærea, id est, hæreticorum voces, si adhibeamus ad altare Dei, vbi diuinus ignis est, vbi vera fidei prædicatio, melius ipsa veritas ex falsorum comparatione fulgebit. Si enim verbi gratia dicam pœtium dicta Martionis, aut Basilidis, aut alterius cuiuslibet hæretici, & hæc sermonibus veritatis ac scripturarum diuinarum testimonijs velut diuini altaris igne confutem, nonne euidentior eorum comparatione apparebit impietas? Nam si doctrina Ecclesiastica simplex esset, vt nullus extrinsecus hæreticorum dogmatum assertionibus cingeretur, non poterat tam clara & tam examinata videri fides nostra. Sed idcirco doctrinam Catholicam contradicentium obsidet impugnatio, vt fides nostra non otio torpescat, sed exercitijs elimetur. Propter hoc denique & Apostolus dicebat:

1. Cor. 11. *Oportet autem & hæreses esse, vt probati quique, manifesti fiant in*

H *vobis.* Hoc est dicere: oportet hæreticorum batillis altare circundari, vt certa & manifesta omnibus fiat fidelium atque infidelium differentia. Cum enim fides Ecclesiastica velut aurum cœperit fulgere, & prædicatio eius vt argentum igne probatum, intuentibus resplenduerit, tunc maiore cum turpitudine & decore, hæreticorum voces, obscuri æris vilitate sordebunt.

A

CAPVT XIX.

De murmure populi contra Moysen & Aaron: & incendio ob hoc in eos immisso.

LOquutus Dominus ad Moysen, *murmurauit omnis multitudo filiorum Israel, sequenti die contra Moysen & Aaron dicentes: Vos interfecistis populum Domini. Cumque oriretur seditio & tumultus increfceret, Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. Quod postquam ingressi sunt, operuit nubes tabernaculum, & apparuit gloria Domini, &c.* Non legimus antea, quia obtexerit nubes tabernaculum testimonij, & apparuerit maiestas Domini, & receperit intra nubem Moysen & Aaron nisi nunc cum insurrexerit in eos populus, & lapidare eos voluit. Dicamus ex hoc quanta sit vtilitas in persecutionib. Christianis, quantum gratiæ conferatur, quomodo propugnator eis fiat Deus, quomodo abundantius Spiritus S. effundatur. Tunc enim maxime gratia domini adest, cum hominum sæuitia concitatur. Et tunc pacem habemus apud Deum, cum ab hominibus propter iustitiam bella

B

perpetimur. Vbi enim abundauerit peccatum, superabundauit & gratia. *Adoperuit ergo nubes tabernaculum, & irruit synagoga super Moysen & Aaron, & apparuit gloria Domini.* Quamuis magni sint vitæ merito Moyses & Aaron, quantis animi virtutibus polleant, apparere tamen eis gloria Dei non potuisset nisi in persecutionibus, in tribulationibus, in periculis atque in ipsa morte iam positis. Et tu ergo non putes tibi dormienti & otioso, apparere posse gloriam Domini. An non Paulus Apostolus in his gratiam Domini consequi meruit? Nonne super omnes cæteros enu-

2. Cor. 11. merat se, *in tribulationibus, in necessitatibus, in carceribus suis, naufragia perpessus, pericula maris, pericula fluminum, pericula latronum, pericula a falsis fratribus?* Quæ quanto magis abundant, tanto amplius, qui patienter tulerunt, conferunt gloriam Dei. *Et locutus est Dominus ad Moysen & Aaron dicens: Discedite de medio synagogæ huius, & interimam illos de semel. & ceciderunt in faciem suam.* In Sodomis quidem quando minimum X. requirebantur, per quos vix si forte saluari possent hi,

C

qui habitabant Pentapolim Sodomorum, nunc autem duo, si tamen inueniantur tales qualis fuit Moyses & Aaron, sufficere ponit, vt gens Israelitarũ tota saluetur. Quid ergo dicemus amplius esse in his duob. Quæ tanta virtus, quod meritum, quo sexcenta milia & eo amplius liberentur ab interitu vastatoris? Ego arbitror quod in Moyse lex significetur, quæ docet homines scientiam & amorem Dei: in Aaron supplicandi Deo, & obsecrandi eum forma constat. Si ergo accidat aliquando indignari nobis, vel vniuerso populo Dñi, vt sententia vltionis procedat à Deo, redeat autem lex Dei in cor nostrum, commonens nos & docens conuerti ad pœnitentiam, satisfacere pro delictis, supplicare pro culpis cessabit continuo iracundia, indignatio conquiescet. Propitiabitur Dñs, quasi Moyse & Aaron intercedentib. pro nobis, & pro vniuerso populo supplicantib. Si vero aliquando oriatur indignatio Dei, & veniat pro peccatis sæua correptio, indurentur autem corda nostra, nec conuertamur ad Dñm, neq; humiliemur in conspectu eius, vt in confessione supplicantium, motus eius & i-

D

racundiam mitigemus, sed contradicamus, non est cura Deo de vita mortalium, nec pertinent hæc ad Deum: reliquit nos olim, nec ad notitiam eius ista perueniunt. Si talia cogitemus in cordibus nostris, & hæc de ore nostro procedant, certum est non esse in nobis Moysen & Aaron, legis scientiam, & fructus pœnitentiæ: per quos interitum imminentis exitij possimus euadere. Hoc puto accidisse etiam populo illi, qui fuit ante nos: quando oẽs declinauerunt, simul inutiles facti sunt, & non fuit, qui faceret bonitatem, non fuit vsq; ad vnum. Si n. fuisset, nunquam vtiq; dereliquisset eos Dñs. Sed & nos timeamus, ne forte simile aliquid inueniatur in nobis. Timeo n. illam sententiam, in qua Dñs & Saluator noster, qui cuncta prænoscit,

Luc. 18. quasi dubitans dicit: *Putas veniens filius hominis, inueniet fidem super terram? Cumq; iacerent in terra, dixit dominus ad Moysen & Aaron: Tolle thuribulũ, & hausto igne de altari, mitte incensum desup. pergens cito ad populũ vt roges pro eis. Iam n. egressa est ira à Domino, & plaga desæuit. Quod cum fecisset Aaron & cucurrisset ad populum, & ad mediam multitudinem, quam vastabat incendium, obtulit thymiama. Et stans inter mortuos & viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. Fuerunt autem, qui percussi sunt quatuordecim milia hominum & septingenti, absq; his, qui perierant in seditione Chore.* Iubentur ergo Moyses & Aaron exire de medio synagogæ, vt interimatur synagoga de semel. Sed videamus isti quid faciant. Sancti sunt, perfecti sunt, & plus magis Euangelij discipuli, quam legis: & ideo diligunt etiam inimicos suos, atq; orant pro persecutoribus suis. Illis venientibus vt interficerent eos, isti procidunt in faciem suam super terram. *Et ait Moyses ad Aaron. Assume batillum, & impone super illud ignem ab altari, & iniice illi incensum, & offer velociter in castra, & exora pro ipsis. Exijt n. ira in conspectu Domini, & iam cœpit vastare populum.* Verum quoniam in hos peruenimus locos, volo de bonitate Dei ammonere discipulos Christi, ne quis forte vestrum ab hæreticis conturbetur, si quando certamen inciderit illis dicentibus, quoniam Deus legis non est bonus sed iustus: & Moysi lex non bonitatem continet, sed iustitiam. Videant ergo, qui Deum pariter criminantur & legem, quomodo Moyses ipse &

E

Aaron priores fecerunt hoc, quod postmodum Euangelium docuit. Ecce diligit Moyses inimicos, & orat pro persecutoribus suis: quod vtique Christus in Euangelijs fieri docet. Audi enim quomodo cadentes in faciem super terram, orant pro illis, qui ad interficiendos eos insurrexerunt. Sic ergo & inuenitur Euangelij virtus in lege: & fundamento legis subnixa, intelliguntur Euangelia. Nec vetus testamentum nomino ego legem, si eam spiritaliter intelligam. Illis tantummodo lex vetus efficitur testamentum, qui eam carnaliter intelligere volunt. Et necessario illis vetus effecta est & senuit, quia vires suas non potest obtinere. Nobis autem, qui eam spiritaliter & Euangelico sensu intelligimus & exponimus, semper noua est, & vtrunq; nobis nouum testamentum est, non temporis ætate, sed intelligentiæ nouitate. An non & Apostolus Ioannes in Epistola sua, eadem sentit cum dicit: *Filioli mandatum nouum do vobis, vt inuicem diligatis?* Cum vtique sciret o- 1. Ioan. 2.
lim datum esse mandatum dilectionis in lege. Sed quoniam charitas nunquam cadit, nec mandatum charitatis

G

aliquãdo veterascit, hoc quod nunquam veterascit, semper nouum esse pronunciat. Semper enim obseruantes & custodientes se, charitatis mandatum nouos reddit in spiritu. Peccatori autem & charitatis fœdera non seruanti, etiam Euangelia veterascunt. Nec potest ei nouum esse testamentum, qui non deponit veterem hominem, & induit nouum ac secundum Deum creatum, vt offerat incensum in castris, & exoret pro populo. Iam enim, inquit, vastari cœpit populus. In spiritu videbat Moyses, quæ gerebantur. Vidit virtutem exisse ad castra, & vastare ac perimere peccatores: & propter hoc hortatur pontificem assumere batillum, ignem de altari imponere, atque incenso super iniectu, exire & stare inter medium mortuorum & viuorum, ne vltra procedat vastatio, vel certe vt verius habet se scripturæ sermo, confractio. Sed primo si videtur, historiæ ipsius imaginem describamus: vt cum rei gestæ species apparuerit, tunc demum etiam,

H

si quid est in loco mysticum requiramus. Intellige ergo populum Israel in castris per ordinem tribuum familiarumque dispositum: virtutem vero quandam à Deo missam non sparsim, sed ex prima aliqua parte cœpisse populum morte vastare, & procedentem per ordinem, mortis stragem considera. Post hæc pontificem indutum esse pontificali procedere, & portantem batillum atque ignem, cum incenso tendere ad eum locum quo per Angelum vastantem mors illata peruenerat, & stantem in eo loco in quo mors finem dederat primis, & erat vicina postremis. Intuere se tantum pontificem, & obiectione quadam sui, viuentes à mortuis dirimentem, virtutem propitiationis eius, & incensi mysterium erubuisse Angelum vastatorem: & in hoc mortem quidem finitam, vitam vero reparatam. Si intellexisti historiæ ordinem, & oculis vt ita dicam cernere potuisti stantem pontificem medium inter viuos & mortuos, ascende nunc ad verbi huius celsiora fastigia: & vide quomodo verus pontifex IESVS CHRISTVS, assumpto batillo

carnis

A carnis humanæ, & superposito igni altaris, anima sine dubio illa magnifica cum qua natus est in carne, & adiecto etiam incenso, qui est spiritus immaculatus, medius inter viuos stetit: & mortem non fecit grassari vltra: sed sicut Apostolus dicit: *destruxit eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolum: vt qui credit in eum iam non moriatur, sed viuat in æternum.* (Hebr. 2.) Hoc fuit ergo mysterium, quod postea futurum, iam tunc ille, qui populum vastabat expauit. Agnoscebat enim figuram batilli & ignis, & incensi: & qualis offerenda esset Deo hostia, ab eo, qui medius mortuorum viuorumq; constiterat, prauidebat. Et illos quidem tunc imago præfigurata saluauit: ad nos autem salutis veritas ipsa peruenit. Neque enim indumenta pontificis purpura ac lana byssoque contexta, erubuisset Angelus ille vastator: sed iste, quæ futura erant indumenta magni pontificis intellexit: & his cessit quibus vtique voluerit facturam inferior erat. Puto autem, quod non solum primo aduentu Domini & Saluatoris nostri forma ista completa sit, sed eadem fortassis seruabitur & in secundo. Veniet enim filius hominis: & cum venerit iterum, sine dubio

B inueniet quosdam quidem mortuos quosdam autem viuentes. Quod possumus quidem & sic intelligere: quia nonnulli adhuc in hoc vitæ statu quo nunc sumus inueniantur, cum multi iam præcesserint mortui. Potest autem & aliter accipi, vt mortuos corpora intelligamus: viuentes autem animas. Quidam autem ex his, qui hunc locum ante interpretati sunt, memini quod mortuos dixerint eos, qui in ætate scelerum in peccatis suis mortui intelliguntur: viuentes autem eos, qui in operibus vitæ permanserint. Veruntamen vtrolibet modo, stabit etiam in futuro magnus hic pontifex & Saluator noster medius viuorum. Sed & tunc forte medius viuorum & mortuorum stare dicendus est, cum statuet oues quidem à dextris suis, hœdos autem a sinistris, & dicet his, qui à dextris sunt: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum mundi, &c.* (Matt. 25.) His autem, qui à sinistris sunt, dicet illi, *Ite in ignem æternum operarij iniquitatis: quem præparauit Pater meus diabolo & angelis eius, quoniam non noui vos.* Et sunt vtiq; mortui qui in ignem mittuntur æternum: sunt autem viui illi, qui mittuntur ad regnum.

C A P V T XX.

C

De virgis duodecim tribuum iussu Domini ad tabernaculum illatis: inter quas sola Aaron virga fronduerat.

(Num. 17.) *LOcutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, à cunctis principibus tribuum virgas duodecim, & vniuscuiusque nomen superscribes virgæ suæ. Nomen autem Aaron erit in tribu Leui: & vna virga cunctas eorum familias continebit. Ponesque eas in tabernaculo fœderis coram testimonio, vbi loquar ad te. Quem ex his elegero, germinabit virga eius: & cohibebo à me querimonias filiorum Israel quibus contra vos murmurant, &c.* Duodecim virgæ iuxta 12. in tabernaculo poni præceptæ sunt, & ecce virga Leui germinauit: & quid [illegible], id est, numero Aaron, habuerit ostendit. Quo videlicet signo quid innuitur, nisi quod omnes, qui vsq; ad finem mundi iacemus in morte, quasi virgæ reliquæ in ariditate remanebimus? Sed cunctis virgis in ariditate remanentibus virga Leui ad florem rediit:

D quia corpus Domini veri, scil. sacerdotis nostri, in mortis ariditate positum, in florem resurrectionis erupit. Quo flore Aaron recte sacerdos esse cognoscitur: quia hac resurrectionis gloria, redemptor noster, qui de tribu Iuda [illegible] ortus est, intercessor pro nobis esse monstratur. Ecce ergo iam virga Aaron post ariditatem floret: sed virgæ duodecim tribuum in ariditate remanent: quia tam quidem corpus Domini post mortem viuit, sed nostra adhuc corpora vsque in finem mundi à resurrectionis gloria differuntur. Igitur sicut diximus virga Aaron, quæ post siccitatem floruit, caro innuitur Christi, quæ postquam de Iesse radice succisa est, viuacius mortificata reuiruit. Itaque virga post ariditatem virescens, Christus est post mortem resurgens. Ipsum enim virgam, ipsum florem intelligimus: vt in virga regnantis potentia, & in

flore pulchritudo eius monstretur. Vnde & in Canticis canticorum dicit idem: *Ego sum flos campi, & lilium conuallium.* (Cant. 2.) Alij virgam hanc, quæ sine humore florem [illegible] Mariam virginem putant, quæ sine coitu edidit Verbum Dei, de qua scriptum est: *Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet,* scil. Christus: qui futuræ typum passionis præferens, candido fidei lumine, & passionis sanguine purpurabatur flos virginum, corona Martyrum, gratia continentium. (Isa. 11.)

E Item tropologice, omnes quoq; principes tribus & populi habent virgam. Non enim potest quis regere populum nisi habeat virgam. Vnde & Paulus Apostolus, quia princeps erat populi ideirco dicebat: *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis?* (1. Corin. 4.) Omnes ergo principes tribuum, habeant necesse est virgas suas: sed vnus solus est sicut scriptura refert, pontifex Aaron: cuius virga germinauit. Verum quoniam vt sæpe vidimus, verus pontifex Christus est, ipse solus, cuius virga non solum germinauit, sed & floruit & omnis credulitatis hos credentium populorum attulit fructus. Quis autem est iste fructus quem attulit? Nucis, inquit. Qui fructus quidem primo indumento amarus est: sequenti munitur ac tegitur: tertio sumentem pascit ac nutrit. Talis

F ergo est in auditorio Christi, doctrina legis & Prophetarum. Primo literæ facies satis amara est, quæ circumcisionem carnis præcipit: quæ de sacrificijs mandat, & cætera quæ per occidentem literam designantur: hæc omnia tanquam amarum nucis corticem, proijce. Secundo in loco ad munimenta testæ peruenies: in quo vel moralis doctrina vel ratio continentiæ designatur: quæ necessaria sunt ad custodiam eorum, quæ seruantur intrinsecus: frangenda tamen quandoque, & sine dubio dissoluenda sunt. Verbi verbi causa dicamus, abstinentia ciborum, & castigatio corporis, donec sumus in corpore isto corruptibili & passibili, sine dubio necessaria est. Cum autem confractum fuerit ac resolutum, & resurrectionis tempore incorruptibile ex corruptibili redditum, atq; ex animali spiritale, non iam labore afflictionis, nec abstinentiæ castigatione, sed qualitate sui, nulla iam corpori corruptela dominabitur. Sic ergo & nunc necessaria abstinentiæ ratio videtur, & postmodum non quærenda. Tertio

G loco reconditum in his inuenies, & secretum mysteriorum sapientiæ & scientiæ Dei sensum, quo nutriantur & pascantur animæ sanctorum, non solum in præsenti vita, sed etiam in futura. Iste enim est pontificalis fructus, de quo promittitur his, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia saturabuntur. Hoc igitur modo, in omnibus scripturis, triplicis huius sacramenti ratio percurrit. Sic & sapientia monet, vt describamus ea nobis in corde tripliciter: ad respondendum, inquit, verbum veritatis his, qui proposuerint nobis. *Sic tres puteos fodit Isaac Patriarcha*: quorum ille solus tertius, ab eo latitudo vel amplitudo nominatur. (Gen. 26.) Qui autem sacramentum sacerdotale, & virga nucis, ideirco arbitror etiam Ieremiam, *qui erat vnus ex sacerdotibus Anathoth,* vidisse virgam nuceam, & prophetasse (Ierem. 1.) de ea illa, quæ scripta sunt: vel de virga nucea, vel de lebete sine olla succensa, quasi ostenderet per hæc in virga nucea vitam esse, & in lebete succenso esse mortem. Vita enim & mors ponitur ante faciem nostram. Et est vita quidem Christus in sacramento nucis: mors autem diabolus, in figura lebetis succensi. Si ergo peccaueris, portionem tuam pones cum lebete succenso. Si autem iuste

H egeris, efficitur portio tua in virga nucea cum magno pontifice. Sed in Canticis canticorum sponsa descendisse dicitur in ortum nucis, vbi etiam pariter cum nucibus sacerdotalium quodammodo pomorum, copiam perscribitur inuenisse. *Fuerunt que virgæ duodecim absque virga Aaron. Quas cum posuisset Moyses coram domino in tabernaculo testimonij, sequenti die regressus, inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui, & turgentibus gemmis erupisse flores: qui folijs dilatatis, in amygdalas deformati sunt.* Ecce germinauit virga Aaron in domo Leui. Est hoc vnum [illegible] sine dubio quod fuerat repromissum: sed adiuuotus alia & diuinitus: *& produxit frondes, & proruit flores, & peperit amygdalas.* Cum ergo de solo germine fuisset promissum, vide quanta largitur Deus, vt non solum germen produxerit, sed & frondes: &

A non solum frondes, sed & flores: & non solum flores, sed & fructus. Quid igitur est quod ex his colligere & contemplari debeamus? Primo omnium, resurrectionis ex mortuis sacramentum. Virga igitur arida germinat cum corpus extinctum, cœperit reuiuiscere. Quæ sunt autem quatuor ista, quæ surgenti corpori præstabuntur? Vt seminatum in corruptione, resurgat in incorruptione: & seminatum in infirmitate, resurgat in virtute: & seminatum in ignominia, resurgat in gloria: & seminatum corpus animale, surgat corpus spiritale. Ista sunt quatuor, quæ virga arida corporis nostri in resurrectione germinabit. Sed & illud secundo in loco dicimus, quia sicut in his promissionem suam Deus in quadruplum dedit, & multo plura & pretiosiora largitus est, quam promisit, multo magis in omnibus scripturæ locis, vbi aliqua Dei promissio continetur, si quis tamen ad eam peruenire mereatur, in futuro multipliciter præparabitur: & sic vere complebitur illud quod Apostolus dicit: Quia oculus non vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentib. se. Possumus adhuc etiam sic intelligere, eorum, quæ in virga germinauerant differentias. Omnis, qui in Christo credit, B primo moritur, & post hæc renascitur, & est etiam hæc figura, quod virga arida postmodum germinabit. Est ergo primum germen, prima hominis in Christo confessio. Secundo frondescit, veternatus, donum gratiæ Christi Dei sanctificatione suscipiat: vt inde afferat flores, vbi proficere cœperit, & bonorum suauitate decorari: ac flagrantiam misericordiæ & benignitatis effundere: ad vltimum quoque præbeat vitam. Cum o. ad perfectum venerit, & protulerit ex se verbum fidei, verbum scientiæ Dei, & alios lucrifecerit, h. e. attulisse fructus, quib. alij nutriantur. Sic ergo quique singuli credentium de virga Aaron, qui est Christus germinantur, quorum quatuor istæ differentiæ in alijs scripturæ locis, velut ætates quatuor designantur: quas Ioannes Apostol. in epist. sua distinctione mystica comprehendit. Ait enim: *Scripsi vobis pueri, & scripsi vobis adolescentes, & scripsi vobis iuuenes, & scripsi vobis patres.* In quibus 1. Ioan. 2.
vtiq; non corporalis ætatis, sed animæ profectuum differentias ponit: vt etiam in hoc sacerdotalis virgæ germina obseruemus designari. Habentur ergo hæc omnia nō tam C in virga Aaron, quam in ea virga, quæ exijt de radice Iesse: & flos de radice eius ascendit: super quem requiescit spiritus Domini. In quo nec hoc solum videtur otiosum, quod exire dicitur virga, & flos ascendere. Quāuis enim vnum sit Christus per substantiam, singulis tamen diuersus efficitur, prout intelligit is in quo operatur. Qui autem segnior est & negligentior pro disciplina, fit ei Christus virga: & in virga non ascendere, sed exire dicitur. Exeundum namq; est ei, qui iners & segnis est de eo statu in quo non recte consistit: & transeundum ad alium statum, tanquam virga compulso, id est, veritate doctrinæ rigidioris admonitu. Qui vero iustus est, quia iustus vt palma florebit, in hoc ascendere dicitur Christus. Sic ergo, qui verberibus indiget, exit ad eum virga: qui autem proficit ad iustitiam, ascendit ei in flore: ascendit vsquequo afferat fructus spiritus, qui sunt, charitas, gaudium, pax, sapientia, & reliquæ virtutes. Nam de virga Aaron quomodo D res gesta sit, vt & flores germinans electionem sacerdotij eius diuinitus indicaret, in hoc libro scriptura narrauit: & tamen de ipsa virga in Exodo dicitur, vt in sanctis sanctorum cum manna in arca poneretur, quando præcipitur de tabernaculo fabricando: vel vtiq; longe ante præceptum est, quam ipsum tabernaculum fabricatum perfectumq; consisteret. Stetit autem primo mense secundi anni, ex quo de Ægypto egressi sunt, & liber iste incipit secundo mense eiusdem anni secundi, primo die mensis. Vnde clarum est, ista per recapitulationem, si librorum ordinem consideremus, id est, præteritorum recordationem commemorari: quæ putant, qui minus diligenter intendant, eodem facta ordine, quo narrantur.

CAPVT XXI.

De sacerdotio Aaron atque ministerio Leuitarum.

E DIxitque Dominus ad Aaron: *Tu & filij tui & domus Patris tui tecum, portabunt iniquitatem sanctuarij, & tu & filij tui simul, sustinebitis peccata sacerdotij vestri, & rel.* Hæc sunt peccata, quæ appellantur sacrificia pro peccatis. Proinde peccata sanctorum dicta sunt, non quæ sancti committunt, sed ab eo, quod sunt sancta, dictum est sanctorum: quia in sanctis offeruntur & peccata dicuntur sacrificia pro peccatis: ideo appellata sunt peccata sanctorum, & peccata sacerdotij vestri, i. eadem ipsa, quæ offeruntur pro peccatis. Sicut enim in Leuitico declarat, & pertinere debere dicit ad sacerdotem. Aliter: Qui meliores sunt, inferiorum semper culpas & peccata suscipiunt. Sic n. & Apost. dicit: *Vos, qui fortiores estis, imbecillitates infirmorum sustinete.* Num. c. 18.
F Israelita si peccet, i. e. laicus, ipse suum non potest auferre peccatum, sed requirit Leuitam, indiget sacerdote: imo potius, & adhuc horum aliquid eminentius quærit, Pontifice opus est, vt peccatorum remissionem possit accipere. Sacerdos autem si delinquat aut pontifex, ipse suum potest purgare peccatum: si tamen non peccet in Deum. Requirendum est, quomodo & sancti dicantur aliqui, & de peccatis eorum scribatur. Non enim putant quidam, statim, vt qui sanctus esse cœperit, peccare iam nō potest, & continuo sine peccato putandus est. Si enim sancti non peccarent, non vtique scriptum esset, sumetis peccata sanctorum. Si sanctus sine peccato esset, non diceret Dominus per Ezechielem Prophetam ad Angelos quos mittebat peccatores punire, *Et a sanctis meis incipite.* Apostol. ad Corinthios scribens dicit: *Paulus vocatus Apostolus IESV Christi.* Et post pauca: *Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis.* Istos ergo quos sanctificatos & sanctos appellat, audi quanta in eis peccata reprehendat. Ait enim in sequentibus: *Cum enim sint inter vos æmulationes & contentiones, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Et iterum. *Tanquam autem non venturo me ad vos, inflati sunt quidam.* Et paulo post: *Omnino auditur in vobis fornicatio, & talis qualis nec inter gentes.* In consequentibus vero: *Et vos* inquit, *inflati estis, & nō potius luctum habuistis.* In quo vtiq; nullum reliquit G immunem, dum alij fornicationis, alij inflationis & superbiæ crimen adscribit. Longum porro est nec præsenti cōueniens tempori, vt plurima de his testimonia proferamus, quibus probetur, quod hi, qui sancti dicuntur, non continuo etiam sine peccato esse intelligant. Sed & nunc quantum locus inquirit dicimus. Sancti dicuntur ideinq; peccatores illi, qui deuouerunt se quidem Deo, & sequestrauerunt à vulgi conuersatione vitam suam, ad hoc vt Domino seruiant. Huiusmodi ergo secundum hoc quod se cæteris actib. circumcisis Domino mancipauit, sanctus dicitur. Potest autem fieri, vt & in hoc ipso quo Domino deseruit, non ita omnia gerat vt geri competit, sed delinquat in nonnullis & peccet. Sicut enim is qui sequestrat se, & segregat ab omnibus actibus, vt disciplinam verbi gratia medicinæ aut Philosophiæ consequatur, non vtique continuo vt se huiusmodi tradiderit disciplinis, ita perfectus erit, vt non inueniatur in aliquo peccare: imo H potius plurima delinquendo, vix ad perfectionem aliquando perueniet: & statim tamen vt se ad huiusmodi scholas tradidit, certum est cum vel inter medicos, vel inter Philosophos numerari: ita de sanctis accipiendum est, quod statim quidem vt mancipat se quis studijs sanctitatis, secundum hoc quod proposuit, sanctus appellatur: secundum hoc vero, quod necesse est eum in multis delinquere, donec vsu & disciplina ac diligentia abscindatur ab eo consuetudo peccandi, etiam peccator vt supra diximus appellabitur. Ego autem & amplius addo: quod nisi sanctum propositum aliquis habeat, & sanctitatis studium gerat, cum peccauerit, nescit peccati pœnitudinem gerere, nescit delicti remedium quærere. Qui non sunt sancti, in peccatis suis moriuntur. Qui sancti sunt, pro peccatis pœnitudinem gerunt, vulnera sua sentiunt, Roman. 15.

Ezech. 9.
1. Corin. 1.
1. Cor. 3.
1. Cor. 4.
1. Cor. 5.

intel-

A intelligunt lapsus, requirunt sacerdotem, sanitatem deposcunt, purificationem per pontificem quęrunt. Idcirco ergo caute & significantur sermo legis designat, quia pontifices & sacerdotes, non quorumcunque, sed sanctorum tantummodo sumant peccata. Sanctus n. est, qui peccatum suum per pontificem curat. Sed redeamus ad pontificem nostrum, pontificem magnum, qui penetrauit cælos Iesum Dominum nostrum: & videamus, quomodo ipse cum filijs suis, Apostolis, sc. & Martyribus, sumit peccata sanctorum. Et quidem quod Dominus noster Iesus Christus venit vt tolleret peccatum mundi, & morte sua peccata deleuerit, nullus, qui Christum credit ignorat. Quomodo a. & filij eius auferant peccata sanctorum, i. e. Apostoli & Martyres, si poterimus, ex diuinis scripturis probare tentabimus. Audi primo Paulum dicentem: *Libenter, inquit, expendā & expendar p animab. vestris.* Et in alio loco. *Ego n. iā immolor*, inquit, *& tēpus egreßionis siue resolutionis meæ instat.* Pro his ergo, quib. scribebat expēdisse se & immolari dicit Apost. Hostia a. immolatur, vt eorum, p quib. iugu-

B latur, peccata purgentur. De Martyribus a. scribit Iohan.

Apoc. 6. in Apoc. *q. animæ eorum, q. iugulati sunt propter nomen Domini Iesu aßistant altari.* Qui a. assistit altari, ostenditur fungi sacerdotis officio. Sacerdotis officium est, pro populi supplicare peccatis. Vnde ego vereor, ne forte ex quo Martyres non fiunt, & hostiæ sanctorum non offeruntur pro peccatis nostris, peccatorum nostrorum remissio nō fiat. Et inde vereor, ne permanentib. in nobis peccatis nostris, accidat nobis illud, quod de semetipsis dicūt Iudæi: quia non habentes altare, neq; templum, neq; sacerdotium, & ob hoc nec hostias offerentes, peccata inquiunt nostra manent in nobis: & ideo venia nulla subsequitur. Scit tamen Dñs, qui sunt eius, & in quib. non speratur, habet ille thesauros suos. Non n. sicut homo videt, ita & Deus. Ego non dubito & in hoc conuentu esse aliquos ipsi soli cognitos, qui iam apud eum Martyres sint, testimonio cōscientiæ parati, si quis exposcat, effundere sanguinem suum pro nomine Domini nostri Iesu Christi. Non dubito esse aliquos, qui tulerint crucem suam, & sequantur eum. Hęc licet per excessum quendam, necessario tamen videntur

C dicta: vt intelligeremus, quomodo per pontificem & filios pontificis fiat in sanctis remissio peccatorum. Sequitur loquens Dominus ad Aaron dicens: *Tu & filij tui mecum ministrabitis in tabernaculo testimonij, excubabuntq; Leuitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi: ita duntaxat, vt vasa sanctuarij non tangant, & ad altare non accedant: ne & illi moriantur, & vos pereatis simul. Sint a. tecum, & excubent in custodijs tabernaculi, & in omnibus ceremonijs eius, alienigena non misceatur vobis. Excubate in custodia sanctuarij, & in ministerio altaris, ne oriatur indignatio super filios Israel, &c.* Ecce mandat Dominus Aaron sacerdoti & filijs eius, vt ipsi ministrent in tabernaculo testimonij, & sacra vasa prouideant, & omnia, quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt. Cæteri autem Leuitæ ad præcepta Aaron & filiorum eius excubent in custodijs tabernaculi, & in omnibus ceremonijs eius veruntamen ad altare non accedant, & sacra vasa nō contingant. Quid in Aaron & filijs eius, nisi perfectiores quosque in Ecclesia, & sanctos doctores siue præsules Ecclesiarum

D Dei accipere debemus? Quorum officij est, vt sacramenta diuina manibus contrectent, & vasa sancta, hoc est, sanctæ scripturæ mystica verba inuestigando ventilent, atq; ad intellectum perducere festinent, eaq, quæ ardua sunt actu, ipsi opere complere decertent. Cætera autem turba fidelium, opus habet vt diligenter vigili animo ea meditetur, quæ faciliora sunt, & quæ intellectu ipsi capere possunt, illaq; custodiat diligenter, quæ á magistris sibi seruare iubentur: quia non eadem capacitas est sensus perfectorum iam in scientia, & rudium adhuc in fide: nec par est strenuitas ingeniosorum, & hebetum. Vnde & Paulus

1. Cor. 3. quibusdam minus capacibus suæ doctrinæ ait: *Lac dedi vobis potum non escam: nondum enim poteratis: sed nec adhuc quidem potestis.* Item alio in loco de perfectionbus quibusdam ait:

1. Cor. 2. *Loquimur sapientiam inter perfectos, quam nemo principum huius seculi cognouit.* Hoc est enim, quod in Euangelio fragmenta, quæ superauerunt turbæ à Domino pastæ, Apostoli collegerunt, & duodecim cophinos impleuerunt. Hinc

E & ipsa veritas de virtutibus eminentioribus disputans, ait: *Qui potest capere capiat.* Et ad legisperitum: *Si vis, inquit,* Matth. 19

Eodem. *perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. & habebis thesaurum in cælo: & veni sequere me.* Ideoq; obseruare diligentius, & intendere his, quæ scripta sunt, conuenit eos præcipue, qui in ordine sacerdotali gloriantur: vt sciant quidem quod eis lex diuina præcepit, obseruandissim. Tu, inquit, & filij tui mecum in conspectu tabernaculi testimonij obseruate custodias vestras, & altaris & tabernaculi. Mandata quippe certa sunt & euidentia, vt obseruare debeamus custodias tabernaculi & sacerdotij. Qui sane sit, qui obseruet & faciat ea, quæ sacerdotibus mandata sunt, & qui sit, qui vtatur, qui de ordine & honore sacerdotij, non obseruet autem mandata sacerdotibus decreta, ille solus nosse potest, qui scrutatur corda & renes. Mandantur autem obseruare non solum ea, quæ foris sunt, sed & ea, inquit, curent sacerdotes præcipue, quæ intra velamen sunt: velut si diceret. Cura sit sacerdotibus, euidentia ac manifesta mandata diuinæ legis implere, ac ministeria eius abscondita & velata, omni perspicacia intueri. Si vero ad hominem velis inferre tabernaculum F

testimonij, quoniam quidem corpus hominis tabernaculum Paulus appellat dicens: *Qui enim sumus in tabernaculo hoc, gemimus aggrauati, in quo nolumus expoliari, sed superuestiri.* 2. Cor. 5.

Si ergo ad hominem tabernaculum referamus, interiora velaminis, vbi inaccessibilia conteguntur, principale cordis dicimus, quod solum potest recipere mysteria veritatis, & capax esse arcanorum Dei. Altaria vero duo, id est, interius & exterius, quoniam altare orationis indicium est, illud puto significare, quod dicit Apostol. *Orabo* 1. Cor. 14.

spiritu, orabo & mente.

Cum enim in corde orauero, ad altare interius ingredior. Et hoc puto esse etiam, quod Dominus in Euangelijs dicit: *Tu autem cum oras, intra in cubiculum tuum, & claude* Matth. 6.

ostium tuum, & ora patrem tuum in abscondito. Qui ergo ita orat vt dixi, ingreditur ad altare incensi, quod est interius. Cum autem quis clara voce & verbis cum sono prolatis, quasi vt ædificet audientes, orationem fundit ad Deum, hic Spiritu Sancto orat, & offerre videtur hostiam in altari quod foris est ad holocaustomata populi cōstitutum. Oportet ergo sacerdotes ea curare præcipue & custodire, G

quæ intra velamen interius conteguntur, ne quid ibi pollutum, ne quid inueniatur immundum: hoc est, interiorem hominem & cordis secreta cutate, vt ibi immaculata permaneant Cherubin & Propitiatorium. Cherubin scientia intelligenda est veritatis. Interpretatio Cherubin, multitudinem, id est, perfectionem scientiæ indicat. Et, quæ est alia perfecta scientia, nisi agnouisse Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum? Hæc ergo curanda sunt à sacerdotibus, vt incontaminata & illæsa seruentur. Sed & vrna habens cælestem cibum mannæ, thesaurus vtique verbi diuini, & arca aurea in qua sunt tabulæ testamenti, opinor non aliud quam mens nostra, esse declaratur: in qua legem Dei debemus habere descriptam. Hæc autem mensa aurea debet esse, hoc est, pura & preciosa: in qua *legem DEI scriptam semper habeamus*, sicut Apostolus Paulus ait: *scriptam non atramento, sed spiritu DEI viui: non in tabulis la-* 2. Corint. 3.

pideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Hoc est enim, quod de H

quibusdam dicitur, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Quis autem scripsit in cordibus eorum, nisi Deus digito suo? Legem vtiq; naturalem quam Deus humano generi, & in cunctorum mentibus scripsit. *Si quis externus, inquit, accesserit, occidetur.* Secundum historiam, externos quidem, siue vt superius ait, alienigenas, eos appellat, qui non sunt de tribu Leui: & quibus non est commendatum seruitium Dei in tabernaculo agere. Non enim licebat quemlibet de alia tribu præsto esse altari, siue in ministerio operari. Vnde Ozias rex, qui erat de tribu Iuda sicut in libro Paralipomenon legitur, *cum tentaret su-* 2. Paral. 2

per altare thymiamatis adolere incensum more sacerdotum, filiorum videlicet Aaron, lepra à Domino in fronte percussus est, atq; per sacerdotes de templo turpiter expulsus, habitauit in domo separata, vsq; ad diem mortis suæ.

A

Caput XXII.

Ubi omnes oblationes filiorum Israel atque primitias, sacerdotibus atque Levitis concedit.

Num. 18. *Locutus est Dominus ad Aaron dicens: Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. Omnia, quae sanctificantur à filiis Israel, tibi tradidi & filiis tuis, pro officio sacerdotali, legitima sempiterna, &c.* Primitias omnium frugum, omniumque pecorum sacerdotibus lex mandat offerri: ita ut omnis, qui possidet agrum vel vineam, vel olivetum, vel hortum etiam, & si quid est, quod exercetur in terris. Sed & si quis pecuaria cuiuscunque nutriat, offerat ex his Deo omne quod primum est, id est, ad sacerdotes deferat. Deo enim offerri dicit, quod sacerdotib. datur. Et hoc est, quod docemur ea lege: quia nemo licite nec legitime utatur fructib. quos terra producit, nec animantibus, quae pecudum protulit partus, nisi ex singulis quibusque Deo primitiae, id est, sacerdotibus offerantur. Hanc ergo legem observari etiam

B secundum literam, sicut & alia nonnulla, necessaria puto. Sunt enim aliquanta legis mandata, quae etiam novi testamenti discipuli necessaria observatione custodiunt. Et ita videtur, prius de his ipsis, quae in lege quidem scripta, sed tanquam in Evangeliis observanda sint, sermo moveatur. Et cum haec patuerint, tunc tamen quid in his etiam spiritaliter sentiri debeat, requiremus. Sunt enim, qui ita dicant, quia si aliquid omnino observandum est secundum literam, sed spiritaliter debent universa discerni. Nos autem utriusque assertionis insolentiam temperantes, qualis regula in huiuscemodi legis sermonib. observanda sit, ex autoritate divinarum scripturarum proferre tentabimus. Scriptum est enim in octavo decimo psalmo.

Psalm. 118. *Lex domini irreprehensibilis, convertens animas: testimonium domini fidele, sapientiam praestans parvulis. Praeceptum domini lucidum illuminans oculos. Timor domini sanctus permanens in seculum seculi: iustitiae domini rectae, laetificantes corda, iudicia domini vera, iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum & dulciora super mel & favum.* Nisi ergo essent singula ista à semetipsis divisa, nunquam utique proprie unicuique scriptura divi-

C na differentias indidisset: ut aliud de lege Domini diceret, aliud de mandato, aliud de iustificationibus, aliud de iudiciis. Est ergo, ut ostendimus, aliud lex, aliud praeceptum, aliud testimonium, aliud iustificatio, aliud iudicium. Sed & in ipsa lege, evidentior harum differentia designatur ubi dicitur: *Haec est lex & mandata & iustificationes & praecepta, & testimonia, & iudicia quae praecepit dominus Moysi.* Cum ergo haec ita se habere, his à semetipsis differre distinctionib. legis ipsius testimoniis approbentur, diligentius debemus intendere his, quae recitantur e lege. Quia sicubi scribitur, verbi gratia hoc esse mandatum, non continuo mandatum, lex accipienda est. Vel sicubi scriptum est istae sunt iustificationes, vel lex aut mandata putandae sunt. Similiter & sicubi scriptum est, testimonia aut iudicia, non confusim unum ex caeteris, sed discretim ab aliis, unumquodq; sentiendum est. Si ergo scriptum esse legimus,

Hebr. 10. *quia lex umbram habet futurorum bonorum*, continuo etiam mandatum, vel iustitiae, vel divitiae, de quib. hoc nō est scriptum, umbrae esse credendae sunt futurorum bonorum. Deniq;

D ut exempli gratia unum ponamus ex multis, non est scri-

Exod. 12. ptum, Hoc est mandatum paschae, sed *haec est lex paschae*. Et quia lex umbra est futurorum bonorum, lex sine dubio paschae, umbra est futurorum bonorum. Cum ergo venio ad ... illum, qui scriptus est de pascha, in quo est illa caeremonialis, debeo intelligere umbram futuri boni: & hoc evidentius, quod pascha nostrum immolatus est Christus. Similiter modo invenies etiam de azymis, & de caeteris festorum dierum observantiis scriptum. Quia ergo haec omnia sub legis titulo scribuntur in lege necessario, quia lex per praesentem umbram futura bona designat, requirere debeo, quae sint azyma futurorum bonorum: & invenio mihi

1. Cor. 5. dicentem Apostolū, *ut diē festū agamus, non in fermento veteri neq; fermēto malitiae & nequitiae, sed in azymis sinceritatis & veritatis.* Sed &

Genes. 17. de circumcisione scriptum est, *Haec est lex circumcisionis*. Quia ergo circumcisio sub legis titulo censetur, lex autem umbra est, quaero quid circumcisionis umbra futurorum contineat bonorum, ne forte dicat mihi in umbra circumcisionis posito Paulus, *quia si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit: etenim non, qui in manifesto in carne est circumcisio,* Gal. 5.

illa circumcisio est: neque, qui in manifesto in carne Iudaeus est, sed qui in occulto Iudaeus est: & circumcisio cordis in spiritu non litera, cuius laus non ab hominibus, sed ex Deo est. Haec ergo singula quae nequaquam penitus secundum literam observanda dicit, invenies omnia lege apud Moysen sub legis titulo designari. Iam vero in eo ubi dicit, *non occides, non adulterium facies, non furtum facies, & rel.* huiusmodi non invenimus, Exod. 20.

quoniam legis in his titulum praemiserit, sed ... legis haec mandata videntur: & ideo non exinanitur apud discipulos in Evangelio scriptura ista, sed impletur: quia ut dixi, non mandatum, sed habere dicitur umbram futurorum bonorum. Et ideo haec nobis secundum literam custodienda sunt. Item alibi: *Iuste*, inquit, *sectare quod iustum est.* Deut. 16.

Quid opus est in his allegoriam quaerere, cum aedificet etiam litera? Ostendimus ergo esse quaedam, quae omnino

F non sunt servanda secundum literam legis, & etiam quaedam, quae per allegoriam penitus immutari non debent: sed omnimodo ita ut scripturae de his continent, observandae sunt. Nunc autem requiro, si sunt aliqua, quae & secundum literam quidem stare possint, necessario tamen in eis etiam allegoria requirenda sit. Et vide si possumus haec Apostolica & Evangelica autoritate munire. Scriptum est

Gen. 2. enim in lege: *Propter hoc relinquet homo patrē & matrem, & adhaerebit uxori suae. & erunt ambo in carne una.* Haec quod allegorica mysteria contineant, Paulus cum in epistola sua hoc ipsum posuisset exemplum, pronunciat dicens: *Mysterium* Ephes. 5.

hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Quod autem oporteat hoc etiam secundum literam custodiri ipse Do- Matth. 19.

minus & Salvator docet dicens: Scriptum est: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suae & erunt ambo in carne una. Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Et respondit utiq; observanda esse haec etiam secundum literā cum dicit. Quod Deus coniunxit, homo non separet. Sed in aliis epistolis ubi dicit, *quoniam Abraham duos filios habuit, unum* Galat. 4

de ancilla, & unū de libera. quis dubitat haec secundum lite-

G ram stare debere. Certum est enim, quia & Isaac de Sara, & Ismael de Agar, filii fuerunt Abrahae. Addit tamen his Apostolus & dicit: Haec sunt autem allegorica, quia ista duo testamenta convertit. Et Sarae quidem sobolem, tanquam in libertate gignentis, novi testamenti liberos dicit. Agar autem tanquam in servitute generantis, terrenae Ierusalem filios nominavit. Ostendimus ut opinor autoritate scripturae divinae, ea his, quae in lege scripta sunt, aliqua penitus refugienda esse & cavenda, ne secundum literam ab Evangelii discipulis observentur: quaedam vero omnimodis ut scripta sunt obtinenda. Alia autem habere quidem & veritatem secundum literam suam: recipere tamen utiliter ex necessario etiam allegoricum sensum. Erit ergo iam sapientis scribae & edocti de regno Dei, qui sciat de thesauris suis proferre nova & vetera, sciens quomodo in unoquoque loco scripturae, aut abiiciat penitus occidentem literam & spiritum vivificantem requirat, aut confirmet omnimodis, & utilem aut necessariam probet literae doctrinam, aut manente historia, oportune & decenter intro-

H ducat etiam mysticum sensum: sicut & in hoc sermone, quem habemus in manib. arbitror convenire. Decet o. & utile est, etiam sacerdotib. Evangelii offerri primitias. Ita enim & Dominus disposuit, ut qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivant. Et qui altari deserviunt, de altari participent. Et sicut hoc decens & dignum est, sic è contrario & indecens & indignum est, imo & impium, his, qui Deum colit & ingreditur Ecclesiam Dei, qui scit sacerdotes & magistros assistere altari Dei. & aut verbo Dei aut Ecclesiae deservire, de fructibus terrae quos dedit Deus, solem suum producendo, & pluvias suas ministrando, non offerat primitias sacerdotibus, non mihi videtur huiusmodi anima habere memoriam Dei, nec cogitare nec credere, quia Deus dederit fructus quos capit, quos ita recondit quasi alienos à Deo. Si enim à Deo sibi datos crederet, sciret utique numerando sacerdotes, ho-

A

honorare Deum de donis & muneribus suis. Et adhuc, vt amplius hæc obseruanda etiam secundum literam, ipsius Domini vocibus doceantur, addemus ad hæc. Dominus

Matth. 23.

dicit in Euangelijs: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis*, hoc est, *qui decimas datis mentæ, & aneti & cumini, & præteritis, quæ maiora sunt legis. Hypocritæ, hæc oportuit fieri, & illa non omitti.* Vide ergo diligentius, quomodo sermo Domini vult fieri quidem omnimodis, quæ maiora sunt legis, non tamen omitti & ea, quæ secundum literam designantur. *Primitias autem, quas vouerunt & obtulerunt filij Israel, tibi dedi & filijs ac filiabus tuis, iure perpetuo. Qui mundus est in domo tua, vescetur eis. Omnem medullam olei & vini ac frumenti, quicquid primitiarum offerunt Domino, tibi dedi. Vniuersas frugum primitias, quas gignit humus, & Domino deportantur, cedent in vsus tuos, & rel.* Illud sane necessario commonendum est, quod lex dupliciter dicitur. Nam generaliter omnia ista, hoc est, mandatum, iustificationes, præcepta, testimonia, iudicia, lex appellantur. Specialiter autem pars aliqua ex

B

his, quæ in lege sunt scripta lex dicitur: vt sunt ista, de quibus superius diximus. Generalis autem lex significatur verbi gratia, vt cum de saluatore dicitur, quia *non venit*

Matth. 5.

soluere legem, sed adimplere. Et item alibi: *Plenitudo legis est di-*

Rom. 13.

lectio, in quo vtiq; omnia simul, quæ scripta sunt in lege, legem nominauit. Hæc diximus asserentes mandatum de primitijs frugum vel pecorum, debere etiam secundum literam stare. Nunc autem videamus, quomodo & allegoricum, id est, spiritualem recipiat intellectum. Requiramus ergo, sicubi in scripturis prim..., de quibus supra dictum est, inueniamus primitias nominari. Nec enim dixit: Omnes primitiæ olei & vini & frumenti, horum omnium primitiæ, quæ oblatæ fuerint Deo, tibi dedica. Requiro ergo nunc præter hæc, vbi primitiæ nominentur. Si enim omnes primitiæ ad pontificem pertinent, necessarium nobis & pontifex requirendus est, ad quē pertinere debeant etiam illæ primitiæ, quas in alijs scripturæ locis inditas inuenimus. Et primo quidem omniū, de ipso Domino Christo legimus scriptum, *quia sit primitiæ dormientiū.*

1. Corin. 15.

C

Est ergo & ipse in aliqua parte primitiæ. Et iterum inue-

1. Corin. 16.

nimus, de quibusdam dici ab Apostolo, quia *sunt primitiæ Asiæ: & alij primitiæ Achaiæ.* Vnde consequens est, per singulas Ecclesias aliquos credentium, quos tamen Apostolicus spiritus probauerit, primitias nominari. Ex quib. esse

Actor. 10.

arbitror etiam Cornelium illum, qui Cæsariensis Ecclesiæ cum his, quibus cum Spiritum sanctum meruit accipere primitiæ merito dicetur. Et non solum huius Ecclesiæ, sed fortassis & omnium gentium primitiæ Cornelius appellandus est. Primus enim credidit ex gentibus. & primus Spiritu sancto repletus est: & ideo ... de primitiæ gentium appellabitur. Sed requiras fortasse, quis istas primitias offerat Deo, aut quis est pontifex, cuius hæc rationibus cedant. Ego arbitror, quod secundū Domini ver-

Matth. 13.

bum, ager dicatur, hic mundus. Agri autem terræ nō solum sed corda intelligantur humana: quem agrum angeli Dei susceperunt excolendum. Culturæ ergo suæ fructus ipsi quidem possident & habent, eos videlicet, qui sub procuratoribus agunt & actoribus, & nondum vsq; ad summam perfectionis venerunt. Si quorum vero cor-

D

da diligenter exculta, & ad perfectum perducta sunt, hos tanquam electos & præcipuos ex cæteris, primitias offerunt pontifici magno. Possumus ergo dicere, quia forte in futuro cum omnes fructus congregabuntur ad aream, erunt quidam portio pontificis Christi; erunt & alij portio Leuitarum, sicut iam supra diximus, vel angelis, vel cœlestibus virtutibus sequestrata. Puto autem, quod erunt quidam, portio hominum eorum duntaxat, qui in hac vita prudentes ac fideles dispensatores verbi Dei fue-

Luc. 19.

runt. Hoc enim arbitror in Euangelijs designari a Domino, vbi ait ad eum, qui crediderat quinq; mnas, & fecerat ex eis decem: *Esto potestatem habens super decem ciuitates.* Cui crediderat vnum & fecerat ex ea quinq;. *Esto potestatem habens supra quinq; ciuitates.* Quæ enim hic potestas ciuitatum intelligenda est, nisi gubernatio animarum? *Omnes primitias sanctuarij, quas offerunt filij Israel Domino, tibi dedi & filijs ac filiabus tuis iure perpetuo.* Ab omnibus ergo fructus sanctificatis, sanctæ sunt offerendæ primitiæ spiritali pō-

E

tifici. Ex quibus spiritales primitias referimus, audi quos fructus enumeret Apostolus: *Fructus, inquit, spiritus, cha-*

Galat. 5.

ritas, gaudium, pax, patientia, &c. Quas igitur primitias ex charitatis fructu, qui primus est fructus spiritus, offeram vero pontifici? Illas ergo puto esse primitias charitatis, vt diligam Dominum Deum meum ex toto corde meo, & ex tota anima mea & ex tota mente mea. Istæ sunt primitiæ. Quid autem est, quod ex isto charitatis fructu secundo loco habere debeamus? Vt diligam proximum meum sicut meipsum. Illæ ergo primitiæ charitatis Deo offeruntur per pontificem. Hæc vero, quæ secundo in loco sunt, meis vsibus relinquuntur. Puto ad huc esse aliquid ex hoc fructu quod tertio loco habendum sit, vt diligam etiam inimicos meos. Vnde etiam sic potest similiter de cæteris fructibus spiritus, similes inuenire primitias. Gaudium secundo loco, fructus spiritus describitur. Si ergo in Domino gaudeam, & spe gaudeam, & si gaudeam pro nomine Domini, passus iniuriam, in his omnibus aliisq; horum similibus, Deo primitias gaudij, & per pontificē

F

verum obtuli. Sed & si rapinam bonorum meorum cum gaudio sustineam, & si tribulationes, si paupertatem, si qualemcunq; contumeliam gaudens tolerem, est mihi & iste secundo in loco ex fructibus spiritus, fructus gaudij. Nam si gaudeam de rebus seculi, de honoribus, de diuitijs, falsa sunt ista gaudia ex vanitatibus vanitatum. Si vero in malis gaudeam, & exultem de alienis ruinis, ista iam non solum vana, sed diabolica gaudia, imo nec gaudia nominanda sunt. *Non est enim gaudere impijs dicit Do-*

Isa. 57.

minus. Sequitur: *Pactum salis est sempiternum coram Domino, tibi & filijs tuis.* Pactum salis nominat oblationū vniuersitatem, quæ ad ministerium vel ad ius pertinebat sacerdotum. Vnde est illud, quod in Leuitico scriptum est: *Quic-*

Leuit. 2.

quid obtuleris sacrificij, sale condies: nec auferas sal fœderis Dei tui, de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Figuraliter autem ostendit, sapientiam hic competere sacerdotibus ac prædicatoribus legis diuinæ. Non enim vult nos Deus nimis exterioris vti sapientia, sed apostolica, de qua Paulus dicit.

1. Cor. 2.

G

Sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam autem non mundi huius, neq; principum mundi huius, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam: quam prædestinauit Deus ante secula ad gloriam nostram. Et vnde certū est hoc, quod sal apostolica scientia posuerit. Plane hoc nobis Dominus ostendit dicens Apostolis: *Vos estis sal terræ. Si autem sal*

Matth. 5.

euanuerit, ad nihilum valebit vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Propterea autem sal apostolicam sapientiam appellauit, quia sicut omnis cibus ad nutriendum aptus, omnimodo sale conditur, ita & omnis sermo vtilis ad videndum, apostolicæ omnimodo necessarium habet sapientiæ condimentum. Ergo Aaron & filijs eius, pactum salis est sempiternum: quia non solum primo ecclesiæ gradui, quem tenēt Episcopi, necessaria est sapientia, sed etiam cæteris minoribus gradibus, presbyteris scilicet, Diaconibus, atq; omni ordini ecclesiastico. Et hoc coram Domino: quia puram & sine omni fuco versutiæ atq; malitiæ cœlestis, amanda & discenda atq; docenda est sapientia. Sapiētia enim huius seculi, inimica est Deo: quæ semper iactantiam & contentiones superfluas amat.

H

Vnde & Iacobus Apostolus in Epistola sua, quam ad dispersos scripsit, rixas & contentiones prohibens ait: *Quod*

Iacob. 3.

si zelum amarum habetis, & contentiones in cordibus vestris sunt, nolite gloriari, & mendaces esse aduersum veritatem. Non est ista sapientia desursum descendens a patre luminum, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Quæ autem de sursum est sapientia, primum quidem pudica est: deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens: plena misericordia & fructibus bonis iudicans sine simulatione. Fructus autem iustitiæ, in pace seminatur, facientibus pacem.

A

Caput XXIII.

De decimis dandis in vsum Leuitarum.

Num. 18. *Dixitque Dominus ad Aaron: In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos. Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Filiis autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem, pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis, vt non accedant vltra filii Israel ad tabernaculum, nec committant peccatum mortiferum, solis filiis Leui in tabernaculo seruientibus & portantibus peccata populi. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti: quas in vsus eorum & necessaria separaui.* Et in veteri & in nouo Testamento ministris altaris, & seruitoribus templi Domini, mandatum est de oblationum largitate, & decimarum dato nutrimentum habere: nec terrenis possessionibus concessum est eis adipiscendis vllo modo inhiare. Vnde Dominus in Euangelio Apostolis

B

Matth. 10. & prædicatoribus Euangelii præcepit, dicens: *Euntes autem prædicate, dicentes, quia appropinquabit regnum cælorum. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eiicite. Gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calciamenta, neque virgam. Dignus est enim operarius cibo suo.* Hinc & Paulus Corinthiis loquens: *Nescitis,*

1. Corint. 9. inquit, *quoniam, qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt? Qui altari deseruiunt, cum altario participant.* Ita & Dominus ordinauit his, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere. Hinc & ad Timotheum scribens,

2. Tim. 2. ait: *Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus: vt ei placeat, cui se probauit. Nam & qui certat in agone, non coronatur nisi legitime certauerit. Laborantem enim agricolam, oportet primum de fructibus terræ percipere.* Nec enim conueniens est, vt ille, quem oportet semper astare officio diuino, pro adquirendo occupetur terreno lucro. Si quis autem quæsierit, quid mystice decimæ significent, siue obseruantium legis in eis accipere posse, siue integritatem fidei catholicæ, seu perfectionem bonorum operum, quæ maxime his conuenit habere, qui speciale Deo seruitium secundum electionem, qua electi sunt ad ministerium diuinum, exhibere debent. In denario enim numero, creaturæ & creatoris cognitio comprehenditur: quia septenarius numerus, ad æternam respicit naturam, tribus videlicet vim animæ ostendentibus. Vnde & in Deute-

C

Deut. 6. ronomio scriptum est: *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex fortitudine tua.* Corpus autem ex quatuor notissimis constat elementis. Hinc enim septenarium, si ternario numero fidem & confessionem sanctæ Trinitatis exprimenti adiunxeris, denarium tute complebis. *Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Præcipe Leuitis atque denuntia: Cum acceperitis à filiis Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id est, decimam partem decimæ: vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum. Tam de areis, quam de torcularibus, & vniuersis, quorum accipitis primitias, offerte Domino: & date ea Aaron sacerdoti, & rel.* Hoc

D

in expositione allegorica ita arbitror posse constare, si quis vel egentibus distribuat, vel faciat aliquid boni operis, pro mandato munus obtulit Deo. Sed huius muneris offert primitias, si non solum cibos vel bigrana, vel pecuniam largiatur, sed & affectum miserendi habeat & compatiendi. Hoc enim est, quod requirit ab homine Deus, vt mens ipsa piis & misericordibus repleatur & formetur affectibus, & ab omnibus immolationibus co-

Psalm. 49. nium. Immolatio spiritalis, est illa, quam legimus: *Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.* Laudare enim Deum, & vota orationis offerre, immolare est Deo. Sed huiusmodi immolationis primitiæ, ita per pontificem offerentur, si non solum verbis & voce, sed

1. Corin. 14. & mente oremus & corde. Secundum quod & Paulus monet: *Orabo spiritu, orabo & mente.* Psalmum dicam spiritu, psalmum dicam & mente. Assistunt enim & nunc angeli Dei, cultores & agricolæ cordis nostri, & requirunt, si est in aliquo nostrum huiuscemodi mens tam sollicita, quæ verbum Dei tanquam semen diuinum tota

F

auiditate susceperit, si fructum itaum vt ad orationem surgemus, ostenderit, id est, si collectis & congregatis intra se sensibus, oret Deum: si non euagetur mente & cogitationibus euolet: ita vt corpore quidem in oratione cernatur, sensibus autem per diuersa discurrat. Si quis inquam, in tantam & directam obsecrationem suam, & ipsis conspectibus atque ineffabili illi lumini se intellexerit assistentem, ibique orationes & obsecrationes postulationesque & gratiarum actiones suas profuderit, nullus extrinsecus phantasiæ sollicitus imagine, hic se nouerit per angelum, qui assistit altari, obtulisse immolationis suæ primitias pontifici magno & vero, Christo Iesu Domino nostro.

Caput XXIV.

De vacca rufa & cerimoniis eius, atque munditiis ex cineribus eius factis.

Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: *Ista est religio victimæ, quam constituit Dominus. Præcipe filiis Israel, vt adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum: tradesque eam Eleazaro sacerdoti: qui eductam extra castra, immolabit in conspectu omnium: & tingens digitum in sanguine eius, asperget contra fores tabernaculi septem vicibus, combureturque eam cunctis videntibus. Tam carnibus & pelle eius, quam sanguine & fimo, flammæ traditis. Lignum quoque cedrinum & hyssopum coccumque bis tinctum, sacerdos mittet in flammam, quæ vaccam vorat, & tunc demum lotis vestibus & corpore suo, ingredietur castra: commaculatusque erit vsque ad vesperam. Sed & ille, qui combusserit eam, lauabit vestimenta sua & corpus, & immundus erit vsque ad vesperam. Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra castra, in loco purissimo, vt sint multitudini filiorum Israel in custodiam & in aquam aspersionis, quia pro peccato vacca combusta est.* Solet per masculinum sexum fortitudo, per fœmininum vero infirmitas designari. Quid ergo

Num. 19. — F

per vaccam, nisi assumpta ad sacrificium infirmitas incarnationis dominicæ figuratur? De quo scriptum est, *quia & si mortuus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei.* Bene autem vacca hæc etiam rufa dicitur, quia videlicet eius humanitas rubra per cruorem passionis, fuit. Vnde & in Canticis canticorum ab sponsa describitur dicente: *Dilectus meus candidus & rubicundus.* Candidus videlicet ex diuinitate, rubicundus ex sanguine. Candidus per iustitiam vitæ, rubicundus ex cruore passionis. Ætatis integræ, in qua nulla sit macula. Ætas humanitatis Dei integra est, omnis eius operatio perfecta. In qua videlicet humanitate macula non fuit, quia & veraciter de eo scriptum est: *Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.* Bene autem subditur, nec portauerit iugum. Scriptum quippe est: *Omnis qui peccat, seruus est peccati.* Quia ergo Dominus nulli peccato succubuit, iugum minime portauit. Sequitur: Tradesque eam Eleazaro sacerdoti: qui eductam extra castra, immolabit in conspectu Domini. Quid est, quod hæc vacca ad immolandum sacerdoti traditur, nisi quod incarnatus Dominus, qui pro redemptione nostra sacrificium semetipsum fecit, in iudicio populi manibus datur? Qui etiam extra castra in conspectu Domini immolatus est, quia videlicet extra portam passus est. Vnde & per Paulum Apostolum dicitur: *Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.* Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. Non enim hic habemus manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Ideirco enim extra portam passus est, vt à conuersatione nos vitæ præsentis, quasi à ciuitate foras educeret: & à terrena inhabitatione, corde nos excellere persuaderet. Bene autem dicitur, quia immolabit eam in conspectu Domini. Redemptor enim noster in conspectu hominum quasi extinctus est, sed in conspectu patris immolatur: quia quod ante oculos hominum pœna, hoc ante oculos patris sacrificium fuit. Et intinget digitum in sanguine. Quid per digitum nisi discretio nostræ operationis accipitur? In sanguine ergo vaccæ digitum intingere, est in passione incarnationis dominicæ nostra opera considerare, vt passionem eius quam cognoscimus imitemur, sicut scriptum est: *Christus pro nobis passus*

2. Corin. 13. — G

Cantic. 5.

Esa. 53.

Iohan. 8.

H

Hebr. 13.

1. Pet. 2.

A *est, relinquens vobis exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Eleazar itaque sacerdos, & immolat, & in sanguine eius digitum intingit: quia videlicet & plebs Iudæa ex reproborum parte humilitatem Domini vsque ad passionem persecuta est, ex electorum vero parte operationem humilitatis eius imitata. Et aspergit contra fores tabernaculi. Quid ergo hoc loco tabernaculum nisi tota simul synagoga accipitur? Qui ergo intinctit in sanguinem eius digitum, eundem sanguinem contra fores tabernaculi aspergat, id est, quisquis passionis eius vias imitatur, synagogæ non credenti & contradicenti, per exempla bona, per prædicationem rectam, signum bene viuendi præbeat. Contra fores enim tabernaculi, vaccæ sanguinem aspergere, est resistenti plebi Iudaicæ, per prædicationem rectam per sancta opera, passionis eius exempla monstrare. Bene autem dicitur, vt digitus in eius sanguine septem vicibus intingatur & aspergatur. In septenario enim numero, perfectio accipitur. Vnde & septem diebus vniuersum tempus impletur: & Spiritus sanctus septiformis vocatur. Septem ergo vicibus in sanguine eius

B digitum intingere, est perfecta operatione mysterium passionis eius imitari. Et septem vicibus contra synagogam aspergere, est perfecta prædicatione sacramenta incarnationis ac passionis eius, infidelibus denuntiare. Combuitque eam cunctis videntibus extra castra, tam pelle & carnibus eius, quam sanguine & fimo flammæ traditis. Quid per carnem & pellem, quid per sanguinem & fimum vaccæ nisi carnalia sacrificia in Testamento veteri habita, quæ infirmitatem denuntiabant Domini, designantur? Quæ omnia postmodum spiritaliter à patribus intellecta, iuxta exterius ministerium stercora sunt vocata. Vnde Paulus cum de sacrificiis carnalibus loqueretur, dicit: *Propter quæ omnia detrimentum feci, & arbitror, vt stercora.* Quæ flammæ traduntur, quia quamuis

Philip. 3. carnaliter primum sint exhibita, postmodum per Spiritum sanctum intelligentiæ igne consumpta sunt. Possumus tamen in eadem vacca, id est, in ipsa infirmitate in-

C carnationis dominicæ, carnem, pellem, sanguinem, fimum, singula quæque opera accipere. Quid enim per carnem & pellem, nisi exteriora eius opera designantur? Quid per sanguinem, nisi subtilitas internaque virtus, exteriora acta viuificans? Quid per fimum, nisi lassitudo, sitis, esuries timor mortis, & quæque ex humanitate suscepta pati voluit, designantur? Quod enim ex defectu nostræ mortalitatis habuit, quasi fimus in eo abiiciendum fuit. Quæ tamen omnia, quæ ex infirmitate suscepit, quia pro nostra redemptione exhibuit, igne concremanda sunt, id est, iuxta virtutem sancti spiritus intelligenda: vt quæque ab eo corporaliter gesta sunt: per incorporeum diuinitatis eius spiritum disposita sentiantur. Vnde & bene subiungitur: *Lignum quoque cedrinum & hysopum, coccumque bis tinctum sacerdos mittet in flammam, quæ vaccam vorat.* Cedrus quippe, & altum & imputribile lignum est. Hysopus vero, herba valde humilis est: quæ tamen inflationem amouet pulmonis. Quid enim per cedrum, nisi alta & perseuerans contemplatio? Quid

D in hysopo, nisi mansueti cordis humilitas designatur? Quia qui iam alta contemplatione se supra attollit, necesse est, vt per humilitatis compassionem inferioribus condescendat: & non se ex eo quod habet erigat, sed quicquid habet his etiam, qui illud non habent, prædicando libenter impendat. Quid vero in cocco bis tincto nisi charitatis virtus exprimitur? Quæ coccus bis tincta dicitur, quia charitas per flammam sancti amoris accensa, duobus exhibere præceptis iubetur, id est Dei, & dilectione proximi. Bis tinctus ergo coccus, est charitas duplici præcepto formata: vt sic diligatur Deus, ne deseratur proximus: sic diligatur proximus, ne contemnatur Deus. In hac ergo flamma, quæ vaccam vorat, cedrum, hysopum, bis tinctam coccum sacerdos mittit. Omnes enim, qui in Christo credimus sacerdotes su-

Pet. 2. mus. Vnde scriptum est: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium.* Sed quicquid per contemplationis alta sentimus, quicquid per mansuetudinem humilitatis quicquid per ignem charitatis exhibemus, in spiritu passionis domini-

E cæ tingere debemus vt hinc, quod in nobis est, illi imitetur à quo est. Nam si extra imitationem passionis eius aliquid agimus, non tam virtutis quam vitium agimus. Mittatur ergo in flammã, quæ vaccam vorat cedrus, i. perseuerantia atq; altitudo contemplationis nostræ, comburatur igne passionis dominicæ. Mittatur in flammam, q̃ vaccã vorat hysopus, i. humilitas cordis nostri veritate mansuetudinis & admixtione dominicæ passionis inflammetur. Mittatur in flammam, quæ vaccã vorat bis tincta coccus, i. charitas, quæ nos ad amandum Deum & proximum excitet, atque nos contemplari passionẽ dominicã compellat, vt in ipsa discat opera recta, quæ faciat. Potest tñ et aliter intelligi vt per cedrum significetur spes quæ alta appetit: per hysopum vero quæ et calore suo stomachi immunditiam purgat, significatur fides quæ in imis aduersa æquanimiter tulerat vt quæ ex anteactis peccatis contracta fuerat, mundet. Per coccum quoq; vt dictum est, exprimitur charitas. Vnusquisq; nostrum igitur in flamma q̃ vaccam vorat, cedrum, hysopum, coccum bis tinctum mittat: Id est, in sacrificium passionis dominicæ spem, fidem, charitatẽ

F exhibeat: ne passionem redemptoris sui sine causa audiat si non ad hæc ẽt opera necessario subiungat. De quib. tribus Paulus Apost. dicit. *Nunc aũt manet fides, spes, charitas, maior autem his est charitas.* Vñ & hic coccus extrema ponitur, 1. Corin. 13.
quia videl. fide, spe completa, cum ad æternam patriã venimus, sola in nobis charitas ad vltimũ multiplicabitur. Potest iste sacerdos velis, qui vaccæ carnes, pellẽ, sanguinem, fimum comburit, ordinem Iudaici sacerdotij cum supposita plebe in nece Domini cum sentientis signare. Vñ & adhuc apte subiungitur. Et tunc demum lotis vestib. & corpore suo, reuertetur in castra: contaminatusq; erit vsq. ad vesperã Quid n per vesperam, nisi finẽ mundi accipimus? Et sacerdos iste, vel qui vaccam igni tradit, i. Iudaicus popul⁹, immundus est vsq; ad vesperã: quia vsq; ad finem mundi infidelis remanet Sed lotis vestib. suis & corpore suo, ad vesperũ castra ingreditur quia sine mundi veniente, mundatis infidelitatis suę operib. et Iudaicus

G populus ad cognitionem conditoris sui reuertitur, sicut scriptum est: *Si fuerit numerus filiorum Israel tanq. ã arena maris, reliquiæ saluæ fiant.* Et sicut rursum scriptum est: *Donec plenitudo gentium intraret: & sic omnis Israel, saluus fiet.* Ad vesperam igitur lotis vestib. sacerdos intra castra redit, qui ante vesperam cõmaculatus est: quia infidelis populus Iudaicus, vsq; ad finem mundi, extra mandata vitæ, velut extra castra est positus prauis operib. cõmaculatus. Sed quod cum aqua baptismatis & pœnitentia lauatur, tunc ad cognitionem fidei ad vesperum, i. in fine mundi quasi in castra reuertitur, potest intelligi quia iste sacerdos in lotis sit vestibus, & vsq. ad vesperum immundus, quia idem Iudaicus populus ex eorum parte, qui crediderunt, iam vestes lauit: sed ex eorum parte, qui necdum crediderunt, adhuc immundus vsq; ad vesperũ permanet. Lauat ergo vestimenta & corpus qui credendo exteriora opera & interiora, mentẽ à prauis actionibus mundat. Et plene tunc ad castra reuertitur, cum ad fidem perfecte reuocatur. Sed quia Iudæa in infidelitate & reproborum parte per-

H durante, ad fidem gentilis ingreditur, & mysteria diuinæ incarnationis intelligit, recte illic subiungitur. *Colliget autem cineres vaccæ vir mundus*, id est, gentilis populus iam fide mundatus. Vnde & scriptum est: *Fide mundans corda eorum.* Vaccæ cineres colligit, qui subtilissima sacramenta diuinæ incarnationis agnoscit. Et vaccam, quã sacerdos combussit, eius cineres vir mundus colligit, quia infirmitatem Domini, quam Iudaicus populus in morte mactauit, eius subtilissima sacramenta diuinæ incarnationis agnoscit. Et vaccam quam sacerdos combussit, eius cineres vir mundus colligit, quia infirmitatem Domini, quam Iudaicus populus in morte mactauit, eius subtilissima mysteria populus gentilis intelligit. Act. 15.

Bene autem sequitur: *& effundet in loco purissimo extra castra*, quia idem gentilis populus, qui secreta ac mysteria diuinæ incarnationis agnoscit, bona quæ accepit prædicare non cessat: vt quod ipse didicerit, aliis etiam nescientib. innotescat. Sed quia secreta ac mysteria incarnationis

domi-

A dominicæ, quibus [illegible] pollutis manibus non sunt tradenda. Bene [illegible] deni in loco purissimo extra castra. Extra [illegible] que [illegible] facta est omnis gentilitas, quia extra legem [illegible], id est, extra synagogam. Sed tamen [illegible] cineres [illegible] fundauit, & in ea cineres vaccæ fundit, [illegible] mundo cordi gentilitatis, mysterium dominicæ incarnationis credidit. Multi itaque ex gentilitate [illegible] prædicatores sunt facti: & eidem gentilitati veniunt [illegible] redemptoris mysteria tradiderunt. Vir ergo mundus in loco purissimo vaccæ cineres fundit [illegible] doctor ex gentilitate assumptus, in unda [illegible] munditatem corda gentilium requirit, & mysteria redemptoris nostri tradere non desistit. Quod cum igitur fides gentilium multiplicatur: diuina virtus agnoscitur: disciplina præceptorum tenetur. Vnde & recte subiungitur. *Vt sint multitudini filiorum Israel in custodiam.* Israel namque interpretatur videns Deum. Et non immerito conuersa gentilitas Israel dicitur, quæ iam

B fide Deum contemplatur. Isti ergo cineres multitudini filiorum Israel in custodiam fiunt, quia sub tribus sacramenta mundis gentibus cordibus tradita, in mentis munitione vertuntur. Bene autem subditur, *& in aquam aspersionis.* Propter operationem namque in custodia nostra sunt cineres: propter baptismum vero in aqua aspersionis, cineribus eius vtimur. Vt dum considerans eius operibus nostra acta sub disciplina redigimus, vaccæ cineres in custodia nostra seruamus: qui dum secreta atque subtilia operationis illius per imitationem attendimus, per hæc nobis & munditiam & perseuerantiam prouidemus. Apte autem subiungitur, quia pro peccato combusta sit vacca. Tunc enim nostram custodiam prouide [illegible], cum redemptorem nostrum pro nostris iniquitatibus passum [illegible] conspicimus. Perpendimus namque quod [illegible] bonus, qui voluit mori pro malis. Perpendimus quod [illegible] iustitiam fidei adducti esse gratiæ debemus, qui & in iniquitatibus positi, intercessionem mortis eius accepimus. In custodia ergo cineres fiunt,

C quia pro peccato combusta est vacca, dum passionis eius mysteria tollere contemplantes, qua operari debeamus agnoscimus: qui redemptorem nostrum erat pro iniquis nobis mortuum non ignoramus. Item moraliter vaccam mactamus, cum carnem lasciuia voluptatis extinguimus. Quam enim lignis [illegible] cedimus ac coquere satagimus. quia [illegible] cessatione carnis, sacrificium fidei spei & charitatis adolemus. Quisquis ergo semetipsum Deo sacrificium obtulit si perfecta desiderat, curet necesse est, vt non solum ad operationis se latitudinem, verum etiam ad culmina contemplationis extendat. Sed [illegible] hæc magnopere sciendum est: quia valde diuersæ sunt conspersiones animarum. Nonnulli namque hominum ita sunt otiosæ mentis, vt si eos labor occupationis excipiat, in ipsa operis occupatione succumbant. Et nonnulli ita inquieti sunt, vt si vacationem laboris habuerint grauius laborent: quia tanto deteriores cordis tumultus [illegible] erant, quanto eis licentius a cogitatione vacant. Vnde necesse est, vt nec quieta

D mens ad exercitationem se immoderati operis dilatet, nec inquieta ad studium contemplationis angustet. Sæpe enim, qui contemplari Deum quieti poterant, occupationibus pressi ceciderunt: & sæpe, qui occupati bene humanis vsibus viuerent, gladio suæ quietis extincti sunt. Hinc namque est, quod nonnulli inquieti spiritus, dum plus exquirunt contemplando, quam capiunt vsque ad peruersa dogmata [illegible] Et dum veritatis discipuli esse humiliter negligunt, magistri errorum fiunt. *Habitabunt hoc filij Israel & aduenæ, qui habitant inter eos [illegible] perpetuo. Et erit, inquit, filiis Israel & proselytis, qui apponuntur, legitimum æternum.* Quid aliud ostendit, nisi baptismum Christi, quem significabat aqua aspersionis, & Iudæis & gentibus profuturum, id est, filiis Israel & proselytis, quasi quam naturalibus ramis: & insito pinguedini radicis oleastro. Quem autem non faciat intentum quod post ablutionem de singulis quibusque dicitur, *& immundus erit vsque ad vesperam.* Neque hic tantum, sed in omnibus talibus mundationibus hoc dicitur. Vbi nescio vtrum aliquid aliud possit

intelligi, nisi quod omnis homo post remissionem plenissimam peccatorum permanendo in hac vita contrahit aliquid vnde sit immundus, vsque ad [illegible] istius vitæ finem, vbi dies iste quodammodo clauditur, quod significat vesperam. Deinde incipit scriptura dicere & exequi, quemadmodum immundi facti homines, aqua illa aspersionis purificentur. *Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc septem diebus fuerit immundus, aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo: & sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit emundari. Omnis, qui tetigerit humanæ animæ morticinum, & aspersus hac commixtione non fuerit, polluet tabernaculum Domini, & peribit ex Israel, quia aqua expiationis non est aspersus. Immundus erit, & manebit spurcitia super eum &c.* Qui tetigerit [illegible] mortuum, omnis anima hominis immunda erit septem

E diebus. Hic purificabitur die tertio & die septimo, & immundus erit. Et hic nihil aliud intelligendum video, nisi contactum mortui, esse hominis iniquitatem. Septem vero dierum immunditiam propter animam & corpus dictum puto: animam in ternario, corpus in quaternario. Secundum hoc, dictum arbitror per prophetam: In tribus & quatuor non aduersabor. Adiungit autem & dicit: *Si autem non purificatus fuerit die tertio & die septimo, non erit mundus. Omnis, qui tetigerit ab omni anima hominis & mortuus fuerit, & non fuerit purificatus,* id est, ante mortuus fuerit tacto mortuo, quam fuerit purificatus, *tabernaculum Domini polluit: exterminabitur anima illa ex Israel.* Notandum est, quod difficillime reperitur in his libris aliquid euidentius de vita animæ post mortem fuisse conscriptum. *Die quarto & in die septimo: purificabitur die septimo, & lauabit vestimenta sua & lauabitur aqua, & immundus erit vsque ad vesperam.* Alia est aqua aspersionis, & alia vtique illa

F qua lauat vestimenta sua. Et lauabitur aqua: quam puto spiritualem intelligendam per significationem non per proprietatem. Nam sine dubio visibilis erat, sicut illæ omnes vmbræ futurorum. Proinde qui sacramento baptismi tecte abluitur, quod illa aspersionis aqua figurabat, mundabatur, & spiritaliter, & inuisibiliter in carne & in anima: vt sit mundus & corpore & spiritu. *Vas quod habuerit operculum vel ligaturam desuper, immundum erit.* Tegmen operculi vel ligatura est censura disciplinæ: quia quisquis non premitur, quasi vas immundum polluitur, reprobatur. Quasi

G enim vas sine operculo vel ligatura polluitur, qui per studia ostentationis patens, nullo velamine taciturnitatis operitur. *Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis aut per se mortui, siue os illius vel sepulchrum, immundus erit septem diebus.* Secundum aliam editionem ita legitur: Omnis qui tetigerit super faciem campi vulneratum aut mortuum, aut os hominis aut monumentum. Quæri potest quare dictum sit, vulneratum aut mortuum. Si enim aliud voluit intelligi vulneratum aut mortuum, cauendum est, ne putetur immundus esse etiam, qui tetigerit vulneratum viuum: quod vtique absurdum est. Sed quia possunt & mortui esse vulnerati, ipsos mortuos intelligi decreuisse vt vulneratum mortuum intelligamus, id est, vulnere peremptum, aut mortuum sine vulnere. *Tollent de cineribus combustionis atque peccati & mittent aquas viuas super eos in vas. In quibus cum homo*

H *mundus tinxerit hysopum, asperget eo omne tentorium, & cunctam supellectilem, & homines huiuscemodi contagione pollutos: atque hoc modo mundus lustrabit immundum tertio & septimo die: expiatusque die septimo, lauabit se & vestimenta sua [illegible] & immundus erit vsque ad vesperam, &c.* Quod vero hysopo dixit aquam aspersionis aspergi qua herba supra diximus fidem significari, quid aliud occurrit, nisi quod scriptum est, *fide mundans corda eorum: Non enim prodest baptismus præter fidem.* A viro autem mundo dixit hoc fieri, vbi significantur ministri portantes personam Domini sui, qui vere vir mundus est. Nam de his ministris in consequentibus dicit: & qui circumasperget aquam aspersionis, lauabit vestimenta sua, id est, obseruabit & corpus: & qui tetigerit aquam aspersionis, immundus erit vsque ad vesperam: & omne quodcunque tetigerit ille immundus, immundum erit: & anima, quæ tetigerit, immunda erit vsque ad vesperam.

A D

Caput XXV.

De seditione Israelitarum ad aquam contradictionis.

Num. 20. *Veneruntque filii Israel, & omnis multitudo in deserto Sin, mense primo: & mansit populus in Cades. Mortuaque est ibi Maria, & sepulta in eodem loco. Cumque indigeret aqua populus coierunt aduersum Moysen & Aaron, & versi in seditionem dixerunt: Vtinam perissemus inter fratres nostros coram Domino. Cur eduxisti Ecclesiam Domini in solitudinem, vt & nos & iumenta nostra moriantur? Quare fecistis nos ascendere de Aegypto, & adduxistis in locum istum pessimum, qui seri non potest: qui nec ficum gignit, nec vineas, nec mala granata? Insuper & aquam non habet ad bibendum. Ingressus Moyses & Aaron dimissa multitudine tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, & apparuit gloria Domini super eos, &c.*

B E

Tricesimatertia mansio est in deserto Sin: hæc est Cades. Sin autem interpretatur sancta: tropus per antiphrasim: sicut lucus, cum minime luceat: & bellum, quod tamen sit horridum. In hac mansione moritur Maria & sepelitur. Videtur in Maria prophetia mortua: in Moyse & Aaron, quod legi & sacerdotio Iudæorum finis impositus sit: quod nec ipsi ad terram repromissionis transcendere valeant, nec credentem populum de solitudine huius seculi educere, nisi solus Iesus, id est, Saluator, verus Dei filius. In hac etiam mansione propter aquas contradictionis Moyses offendit Dominum, & prohibetur transire Iordanem. Perturbatus enim murmure populi, dubitanter petram percussit virga, quasi illud non posset Deus facere, vt aqua de petra profflueret, quod ante iam fecerat. Quid ergo hic fides Moysi insinuat, quod aquam de petra eiiciendâ titubauerit? Hanc prophetiam fuisse de Christo recte intelligimus. Dum enim Moyses in scripturis sanctis aliam atque aliam pro re aliqua significanda personam gerat, nunc tamen populi Iudæorum sub lege positi personam gerebat: cumque interim prophetica pronunciatione figurabat: Nam sicut Moyses petram virga percutiens, de Dei virtute dubitauit, ita ille populus, qui sub lege per Moysen data tenebatur, Christum ligno crucis affigens, eum virtutem Dei esse non credidit. Sed sicut percussa petra manauit aquam sitientibus, sic plaga dominicæ passionis, effecta est vita credentibus. Habemus enim de hac re præclarissimam vocem apostolicam, cum inde loqueretur dicens: *Petra autem erat Christus.* Hanc ergo carnalem de Christi diuinitate desperationem, in ipsius Christi altitudine Deus mori iubet, cum mortem carnis Moysi in monte imperat fieri. Sicut enim petra Christus, ita & mons Christus. Petra humilis fortitudo, mons eminens magnitudo: quia sicut Apostolus ait, petra autem erat Christus, ita ipse Dominus: *Non potest ciuitas abscondi super montem constituta*, se scilicet montem: fideles autem suos in sui nominis gloria fundatos, asserens ciuitatem. Prudentia enim carnis viuit, cum tanquam petra percussa, Christi humilitas in cruce contemnitur. Christus crucifixus Iudæis scandalum est, gentibus autem stultitia, & prudentia carnis moritur, cum tanquam montis eminentia, Christus excelsus agnoscitur. Ipsis enim vocatis Iudæis & Græcis, Christus Dei virtus, & Dei sapientia est. *Cumque eleuasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet & iumenta.* Significata est ergo de Christo profluens gratia spiritalis, qua interior sitis irrigaretur. Sed quod virga petra percutitur, crux Christi figuratur. Ligno enim accedente ad petram, gratia manauit. Et quod hic percutitur, euidentius significat crucem. Duo quippe ligna sunt crux.

1. Corin. 10.

August.

C F

Dixit Dominus ad Moysen & Aaron: Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram, quam eis dedi. Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra Dominum: & sanctificatus est in eis. Quod de aqua illa, quæ de petra profluxit dictum est, hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra Dominum, siue iuxta id, quod in aliis exemplaribus habetur, maledixerunt filij Israel ante Dominum, & sanctificatus est in ipsis, prius maledixerunt, quomodo locuti sunt contra beneficium Domini, quo educti erant de Ægypto: & postea sanctificatus est in ipsis, cum illo miraculo aquæ profluentis, eius sanctitas declarata est, An forte duo genera hominum demonstrauit, & contradicentium gratiæ Dei, & percipientium gratiam Christi: vt illis sit aqua contradictionis: istis sanctificationis. Nam & de ipso Domino in Euangelio legitur, *& in signum cui contradicetur.*

Luc. 2.

FINIS LIBRI SECVNDI.

A E

HRABANI MAVRI, MOGVNTINENSIS ARCHIEPISCOPI, ENARRATIONVM IN NVMEROS,

LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

De transitu filiorum Israel à Cades in montem Hor, & pugna eorum atque victoria in Chananæos.

Num. c. 20. B

MIsit interea nuncios Moyses de Cades ad regem Edom, qui dicerent. Hæc mandat frater tuus Israel. Nosti omnem laborem, qui apprehendit nos, quomodo descenderunt patres nostri in Aegyptum, & habitauerimus ibi multo tempore, afflixerintque nos Aegyptii & patres nostros, & quomodo clamauerimus ad Dominum & exaudierit nos, miseritque angelum, qui eduxerit nos de Aegypto. Ecce in vrbe Cades, quæ est in extremis finibus tuis positi, obsecramus, vt nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros, nec per vineas. Non bibemus aquas de puteis tuis, gradiemur via publica, donec transeamus terminos tuos, & rel. Quod inter mandata Moyses ad regem Edom dicit inter cætera, neque bibemus aquam de lacu, intelligendum est gratis, id est, quia non gratis bibemus. Quod postea manifestat dicens: Si autem de aquis tuis biberimus ego & pecora mea, dabo pretium tibi. Non declinabimus in dexteram neque in sinistram. Pluraliter dictum est in ea, quæ dextera sunt, vel quæ sinistra sunt.

Cumque castra mouissent de Cades, venerunt in montem Hor, qui est in finibus terræ Edom. Vbi Dominus locutus est ad Moysen: Pergat, inquit, Aaron ad populum suum. Non enim intrabit terram, quam dedi filiis Israel, eo quod incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis, & cæt. Trigesima quarta mansio est in monte

C

Hor, in extremis finibus Edom in quo ascendit Aaron iuxta præceptum Domini, & mortuus est anno quadragesimo egressionis ex Aegypto. Eo scilicet anno, quo nouus populus repromissionis terram intraturus est. Et quanquam in monte sacerdotium Eleazaro filio dereliquerit, lexque eos, qui eam impleuerint perducat ad summum, tamen ipsa sublimitas non est trans fluenta Iordanis: sed in extremis terrenorum operum finibus. Et plangit eum populus triginta diebus. Aaron plangitur, Iesus non plangitur. In lege descensus ad inferos: in Euangelio ad paradisum transmigratio. Quod cum audisset Chananæus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, venisse scilicet Israel per exploratorum viam, pugnauit contra illum: & victor existens, duxit ex eo prædam. At Israel voto se Domino obligans, ait: Si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius. Exaudiuitque Dominus preces Israel, & tradidit Chananæum. Quem ille interfecit subuersis vrbibus eius: & vocauit nomen loci illius Horma, id est, anathema.

Num. c. 21.

D

August.

Siue vt in aliis exemplaribus legitur: Et vouit Israel votum Domino, & dixit: Si mihi tradideris populum istum subiectum, id est, si mihi eum tradendum subieceris, anathemabo illum & ciuitates eius. Hic videndum est, quomodo dicatur, anathemabo, quod vouetur, & tamen pro maledicto ponitur, sicut & de isto populo dicitur. Vnde illud est: Si quis vobis euangelizauerit præter quod accepistis, anathema sit. Hinc vulgo dictum est, vt deuotare dicatur. Nam deuotare quenquam nemo dicit fere, nisi maledicens. Et anathemauit eum & ciuitates eius, & vocatum est nomen loci illius anathema. Hinc duobus est anathema, vt detestabile aliquid & abominabile videatur. Vt enim nihil inde victor in vsus suos auferret, sed totum in pœnam luendam voueret, hoc erat anathemare, quod vulgo dicitur deuotare. Origo autem huius verbi est in Græca lingua ab his rebus, quæ votæ & persolutæ, hoc est, promissæ & redditæ, sursum ponebantur in templis ἀπὸ τοῦ ἀνατιθέναι, hoc est, sursum ponere, vel figendo vel suspendendo. Audiuit quoque Chananæus, quod venisset Israel in locum exploratorum. Vbi quondam offendisse populum nouerunt, ineunt prælium, & captiuum ducunt Israel. Rursumque in eodem loco pugnatur ex voto, victor vincitur: victi superant. Per quod intelligimus, vt cum nos Dei auxilio destitutos, hostes inuaserint, duxerintque captiuos, non desperemus salutem: sed iterum armemur ad prælium. Potest fieri, vt vincamus vbi victi sumus: & in eodem loco triumphemus, in quo fuimus captiui.

Galat. 3.

F

CAPVT II.

De profectione eorum à monte Hor & tadio itineris, populique murmure: quare igniti serpentibus punitur: signoque serpentis ænei erecto, sanatur.

PRofecti sunt autem filii Israel de monte Hor, per viam, quæ ducit ad mare rubrum, vt circumirent terram Edom. Et tædere cœpit populum itineris ac laboris. Locutusque contra Dominum, & Moysen ait: Cur eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ. Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. Quam ob rem misit Dominus in populum ignitos serpentes. Ad quorum plagas & mortes plurimorum, venerunt ad Moysen atque dixerunt: Peccauimus, quia locuti sumus contra Dominum & te. Ora, vt tollat à nobis serpentes. Orauit Moyses pro populo, & locutus est Dominus ad eum: Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo. Qui percussus aspexerit eum, viuet. Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo. Quem cum percussi aspicerent sanabantur. Trigesima quinta mansio est in Selmona. Trigesima sexta mansio, est in Phinon. Hæ duæ mansiones in ordine historiæ non inueniuntur. In his mortuo Aaron, murmurant Israelitici populi contra Dominum & Moysen, & manna fastidiunt, à serpentibus vulnerantur. Sed quid illud significat, quod morsus mortiferi serpentium, exaltato & respecto æreo serpente, sanabantur, nisi quod nunc in typo Saluatoris, qui ferum antiquumque serpentem in patibulo triumphauit, diaboli venena superantur: ita vt qui vere expresseque imaginem filii Dei passionemque eius conspexerit, conseruetur? Hoc enim significant & verba ipsius Domini dicentis: Sicut exaltauit Moyses in eremo serpentem, sic oportet exaltari filium hominis: vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Quid vero æneus serpens? ipse qui ligno suspensus est. Aes quippe, metallis cæteris esse durabilius solet. Et apte æneus serpens ligno suspensus est, vt Dominus in serpente mortuus, & in ære significaretur æternus: videlicet vt & indicaretur mortuus per humilitatem, & tamen esset quasi * æternus per diuinitatem. Pulchre autem prima mansio Selmona interpretatur imia vincula, quia nimirum ibi imago expressa est Saluatoris per serpentem æneum, qui ligno pependit. Pulchre etiam & secunda Phinon, interpretatur os: quia postea quam passionem filii Dei cognoscimus, quod credimus corde, ore pronuntiamus, legentes illud Apostoli Pauli: Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Profectique filii Israel, castrametati sunt in Oboth. Trigesima septima mansio est in Oboth: quæ vertitur in magos siue Pythones. Vnde demonstratur, quia post imaginem Dei, quæ in cordis canone monstratur, & confessionem fidei, quæ ore profertur, consurgunt serpentes, & artes maleficæ ad bella nos prouocant. Sed nos custodia circumdantes cor nostrum, obduramus aures nostras, ne audiamus voces incantantium, & Sirenarum

G

Iohan. 3.

H

* æneus

Roman. 10.

A carmina negligamus. *Vnde egressi fixere tentoria in Ieabarim, in solitudine, quæ respicit Moab, contra orientalem plagam.*

Trigesima octaua mansio, est in Ieabarim in finibus Moab, quæ significat aceruos lapidum transeuntium, id est, sanctos per istud seculum ad alias mansiones transire festinantes. Sunt sancti lapides, qui voluuntur super terram, leues, politi, & rotunditate sua rotarum curribus similes. Sunt & alii, quos propterea iubet tolli de via, ne ambulantium in eos offendant pedes. Qui sunt isti ambulantes? Vtique viatores & prætereuntes: qui per istud seculum ad alias mansiones transire festinant. Quod autem dicitur, in finibus Moab, & supradictum est, in solitudine, quæ respicit Moab contra solis ortum, ostendit iuxta literam, quod hucusque in finibus terræ Idumæorum fuerint, & nunc veniant ad terminos Moab, de alia prouincia ad aliam transeuntes. Non enim semper vni
Psalm. 83. virtuti danda est opera: sed sicut scriptum est, *Ibunt de virtute in virtutem*, de alia transeundum est ad aliam: quia hæ-
B rent sibi, & ita inter se nexæ sunt, vt qui vna caruerit, omnibus careat. Et tamen transire de alia ad aliam, eorum est proprie, qui solis iustitiæ ortum considerant. *Et inde mouentes castra, venerunt ad torrentem Zared, & rel.* Trigesima nona mansio in Dibongad fuit, sicut in sequentibus, vbi series mansionum descripta est, manifestabitur. Interpretatur enim Dibongad, fortiter intellecta tentatio. Sed pro hac hic in ordine historiæ, aliter scriptum reperitur. Postquam enim castra metati sunt in Ieabarim in finibus Moab contra ortum solis, legitur. *Inde profecti sunt, & venerunt ad torrentem Zared, & de hoc loco proficiscentes, castra metati sunt trans Arnon, quæ est in solitudine finium Amorræi: eo quod Arnon terminus sit Moabitarum & Amorræorum. Et post hæc venerunt ad puteum, vbi locutus est ad eos hoc: Ascende puteo, quem foderunt principes, & aperuerunt duces populorum in datore legum, & in baculo suo. Et de solitudine, in Mathana: & de Mathana ad torrentem Dei. Et de torrentibus ad excelsa, & de excelsis ad vallem, quæ est in regione Moab, in vertice Phasga, quæ*
C *prospicit contra desertum.* Hæc loca in finibus Amorræorum quidam interpretantes, putant non mansiones esse, sed transitus: nec præiudicare debere catalogo mansionum extra ordinariam expositionem. Alii autem spiritalibus spiritalia comparantes, nolunt regiones significari, sed per locorum nomina, virtutum profectus esse: quod post magos & congregationem lapidum, frequenter veniamus ad torrentem Zared, quod interpretatur, aliena descensio, & in descensione positi, transeamus ad Arnon, quod maledictionem sonat: quæ est posita in finibus Amorræorum: qui vel amari hostes sunt, vel multa loquuntur inflati. Sin autem transierimus terminos Moab, qui de incestu generatus est, & recessit à vero patre; statim occurrit nobis puteus, quem nemo de plebe fodit, nullus ignobilis, sed principes & duces, qui iura dant populis, & canentes carmen in aqua putei, & in Dei muneribus gratulantes, prophetant quo transituri sint, ad quæ loca peruenturi, quod scilicet de deserto veniant in Mathana, quod interpretatur donum: & de Mathana ad
D Nahaliel, quod dicitur torrentes Dei: & de Nahaliel, qui interpretatur excelsa siue adueniens mors, quando conformes efficimur mortis Christi. Et de Bamoth occurrit nobis vallis humiliata: quæ tamen in vertice posita est montis Phasga, qui interpretatur dolatus, quod nihil habeat informe & rude: sed artificis sit politus manu: qui mons respiciat solitudinem, quæ Hebraice dicitur Iesimon [illegible]. Quando enim fuerimus in virtutum culmine constituti, tunc totius mundi ruinas, & omnium peccatorum respicimus vastitatem. Pene obliti fuimus currente oratione dictare, quare Dibongad interpretatur, intellecta fortiter tentatio. Post Dibongad geritur bellum contra Seon regem Amorræorum, & Og regem Basan, & dicimus, quod cum venerimus ad summum, & de fonte principum regumque biberimus, ascendentes ad montem Phasga, non debeamus eleuari in superbiam: sed propositam nobis è contrario solicitudinem nouerimus. Ante contritionem enim eleuatur cor viri: & ante gloriam humiliatur. Quod autem interpositum in historia. *Vnde dicitur in libro bellorum Domini: Sicut*

E *fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. Scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarum.* In quo libro hoc scriptum sit non commemorauit, neque vllus est in his, quos diuinæ scripturæ canonicos appellamus, in quo hoc scriptum reperiatur. De talibus occasiones reperiunt, qui libros apocryphos incautorum auribus & curiosorum conantur inserere, ad persuadendas fabulosas impietates. Sed hic dictum est, scriptum in libro: non dictum est, in cuius Prophetæ vel Patriarchæ sancti libro. Neque negandum est fuisse iam libros, siue Chaldæorum, vnde egressus est Abraham, siue Ægyptiorum, vbi didicerat Moyses omnem illorum sapientiam: siue cuiusque gentis alterius, in quorum librorum aliquo potuit esse hoc scriptum. Qui tamen non ideo sit assumendus in eas scripturas, quibus diuina commendatur autoritas: sicut nec Propheta ille Cretensis, cuius mentionem facit Apostolus Paulus: *nec Græcorum scriptores, nec Philosophi: nec Poe-* Tit. 1.
tæ, quos idem ipse Apostolus, magnum sane aliquid & F veraciter promptum apud Athenienses loquens, dixisse confirmat.

In illo enim viuimus, mouemur & sumus. Licet enim diui- Actor. 17.
næ autoritati inde valuerit, quod verum inuenerit testimonium sumere, sed non ideo omnia, quæ ibi scripta sunt, accipienda confirmat. Cur autem hoc, isto commemoratum sit loco, non euidenter apparet, nisi forte, vt fines illic inter duas gentes constituerentur, bello actum est, quod bellum eiusdem loci homines, propter magnitudinem, bellum Domini esse dixerunt: vt scriberetur in aliquo eorum libro, bellum Domini.

CAPVT III.

Vbi Dominus aquam de puteo dedit filiis Israel: & cantico, quod est super eum dictum.

EX eo loco apparuit puteus, super quo locutus est Dominus ad Num. c. 21.
Moysen: Congrega populum, & dabo ei aquam. Hic est, in- G
quit, puteus, quem dixit Dominus ad Moysen: Congrega populum, & dabo eis aquam bibere. Ita hoc commemoratum est, quasi alicubi superius hoc ad Moysen dixisse Dominus legatur. Sed quia nusquam reperiatur, hic intelligendum est, & illic bibisse populum, qui de siccitate conquerebatur. Quid est enim, quod magnopere præcepit Deus Moysi populum congregare, vt det eis aquam bibere de puteo? Quasi vero non etiam sponte populus bibendi gratia conueniret ad puteum. Quid ergo tam ore Prophetæ præcipitur, vt proprio studio & labore congreget populum ad hauriendam putei aquam? Vnde vilitas literæ ad preciositatem nos spiritalis remittit intelligentiæ. Et ideo conueniens puto, etiam de aliis scripturæ locis puteorum congregare mysteria: vt ex comparatione plurimorum, si quid præsens sermo obscuritatis continet, eluceat. Ait ergo spiritus Dei per Salomonem in Prouerbiis: *Bibe aquam de tuis vasis, & de pu-* Prouerb. 5.
teorum tuorum fonte: & non superfundantur tibi aquæ extra tuum fontem, quamuis in aliis exemplarib. legerimus, & effun- H
dantur tibi aquæ extra tuum fontem. Aquæ tuæ sint tibi soli, & nemo alienus participet ex eis. Habet ergo, vt hic signatur, vnusquisque nostrum in semetipso puteum: imo & aliquid amplius dicimus. Vnusquisque nostrum in semetipso non puteum vnum, sed puteos multos, & non vnum vas, sed vasa multa. Non enim dixit, bibe aquas de tuo vase, sed de tuis vasis: & non dixit, de putei tui fonte, sed de puteorum tuorum fonte. Legimus habuisse & patriarchas puteos. Habuit Abraham, habuit Isaac puteos: habuit autem & Iacob. Et ab istis puteis sumpto initio, percurre omnem scripturam puteos requirens, & peruenis vsque ad Euangelium, & inuenies ibi puteum supra quem Saluator sedebat requiescens post itineris laborem: tunc cum veniente muliere Sama- Ioh. 4.
ritana, & volente haurire aquam de puteo, quæ esset in scripturis putei vel puteorum virtus exponitur, & comparatio fit aquarum: vbi & diuina mysterii panduntur arcana. Dicitur enim: *Si quis biberit ex hac aqua*, quas con-

A tinebat puteus ille terrenus. *sitiet rursum. Qui autem ex illa biberit*, quas dat Iesus, *fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Igitur secundum ea, quæ in Prouerbijs scripta proposuimus, vbi putei simul cum fonte nominantur, accipiendum est verbum Dei. Puteos quidem, si profundi aliquid mysterijs tegit: fons autem, si ad populos abundat & effluit. Sed non * otio requirendum, quomodo possumus pluralem numerum de puteis exponere, & singularem de fonte: quia in Prouerbijs dicit Sapientia:

* otiose

Prouerb. 5 *Bibe aquas de puteorum tuorum fonte.* Videamus ergo, quorum puteorum vnum dixerit fontem. Ego puto, quod scientia ingeniti patris, vnus possit intelligi puteus: sed & vnigeniti filij eius agnitio, alius puteus debeat intelligi. Alius enim à patre filius: & non idem filius, qui & pater, sicut & ipse in Euangelio dicit. Alius est qui dem & testimonium dicit pater. Et rursus, tertium puto videri posse puteum, cognitionem spiritus sancti. Alius est enim, & ipse à patre & filio, sicut de ipso nihilominus in

Iohan. 14. Euangelijs dicitur: *Mittet vobis pater alium paracletum spiritum veritatis.*

B Est ergo hæc trium distinctio personarum, in patre & filio, & Spiritu sancto: quæ ad pluralem puteorum numerum reuocatur. Sed horum puteorum vnus fons, vna substantia est, & natura trinitatis. Et hoc modo non otiosa inuenietur scripturæ sanctæ distinctio quæ dicit de puteorum fonte. Tunc cecinit Israel carmen istud. Ascendat puteus concinebant, puteus quem foderunt principes & parauerunt duces multitudinis, In datore legis & in baculis eius. Sunt ergo putei multi, quos diximus esse intra animam. Sunt & alij plurimi, qui in singulis quibusq; scripturarum sermonib. intelliguntur & sensibus. Est tamen eminentior cæteris iste puteus & eximius, de quo & in præsenti loco scriptura dicit, quia foderunt enim non quicunq, cõmunes homines, sed principes: & adhuc horũ sublimiores quos reges appellauit. Propter quod & canitur Deo apud hunc eundem puteum. Ad istum ergo puteũ vt Moyses, & lex nos congreget, non frustra videtur dictum. Potest n. fieri vt aliquis ad istum puteum venire videatur: Sed nisi per Moysen congrege-

C tur, nõ est acceptus Deo. Marcion venisse sibi videtur ad istum puteum & Basilides & Valentinus: sed quia non venerunt per Moysen, non receperunt legem & prophetas, non possunt laudare Dominum Deum de fontib. Israel. Non ergo veniunt, qui huiusmodi sunt, ad puteum, quẽ foderunt principes & exciderunt reges. Sed vultis ostẽdam vobis de scripturis, ad quos isti putei veniunt. Est ergo vallis quædam salsa, in qua valle sunt putei bituminis. Omnes ergo hæreses & omne peccatum in valle est, & in valle salsa Peccatum n. & iniquitas non ascendit sursum sed semper ad ima & inferna descendit. Est ergo in valle positus & salsus atq; amarus, omnis hæreticus sensus, & omnis actus peccati. Quid enim dulce, quid suaue potest habere peccatũ Sed amplius aliquid habet. Si enim veneris ad hæreticam sententiam, si veneris ad amaritudinem peccati, venisti ad puteos bituminis. Bitumẽ, esca & nutrimentum ignis. Si ergo & tu degustaueris aquam de istis puteis, si sumpseris hæreticũ sensum si pec-

D cati amaritudinem cœperis, fomenta in te ignis & gehennæ incendia præparabit. Et propterea ad eos, qui nolunt de illo puteo aquam bibere, quem principes fodiunt & reges sed ex istis, qui in valle peccati sunt, & ignis materias alunt, dicitur: *Incedite in lumine ignis vestri, & flamma quã*

Esa. 50 *vobis accendistis.* Quid ergo canitur apud hunc puteũ? Initiate ei, inquit puteum Foderunt illum principes, exciderunt eum reges Possunt quidem principes & reges idem videri. Si vero distingui necesse est, principes prophetas intelligamus, ipsi enim sensum & prophetiam de Christo defossam & demersam, in profundo literæ collocarunt. Istos ergo reges, qui tam profunda possunt, & tã abscondita putei perscrutari, merito Apostolos dixerimus, ex

1. Cor. 2. quib. aliquis dicebat: *Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum sanctum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam alta Dei.* Quia ergo per spiritũ possunt perscrutari etiam ipsi alta Dei, & altera æque profunda putei penetrare mysteria, idcirco reges esse dicuntur, qui puteum istum etiam in petra exciderunt, ardua & difficilia scientiæ secreta penetrauerunt. Quod

E autem reges dici possint etiam Apostoli, puto ex eo facile probari posse, quod de omnibus credentibus dicitur: *Vos*

1 Pet. 2 *autem genus regale, sacerdotium magnum, gens sancta.* Si ergo illos dicunt reges, qui per verbum ipsorum crediderunt, quantomagis ipsi reges habendi sunt, qui faciunt reges? Apostoli enim præcipue reges sunt gentium, qui gentes ad obedientiam fidei congregarunt, & Christi scientiam omnibus patefecerunt: in quo sunt thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Et omnis scriptura legis & prophetarum, euangelica quoq; atq; apostolica scripta simul omnia vnus est puteus: quem non possunt fodere neq; excidere, nisi inueniantur reges & principes. Vere enim reges & vere principes habendi sunt, qui possunt auferre terram de puteo huc: & amouere super faciem literæ, & de interiore petra vbi Christus est, spiritales sensus velut aquam viuam proferre. Hoc ergo decet eos solos facere, qui vel reges sunt vel principes. Reges & ex eo dicto, quod peccati regnum de corpore suo expulerint, & iustitiæ regnum parauerint in membris suis. *De solitudine, in Mathana de Mathana, Nahaliel. De Nahaliel in Gamoth: quæ vallis est*

F *in regione Moab in vertice Phasgha: quod respicit contra desertum.* Post hæc & à puteo inquit profecti sunt in Mathana. & Mathana in Nahaliel, & de Nahaliel in Bamoth. & à Bamoth, quæ est in campo Moab in nemus à vertice montis cæsi, qui respicit ad faciem deserti. Nomina hæc, quæ videntur locorum esse vocabula, & significantias suas in lingua propria designant, rerum magis mysticarum consequentiam, quã vocabulorum appellationem videntur ostendere. Profecti enim inquit a puteo, veniunt in Mathana. Interpretatur autem Mathana munera ipsorum. Vides ergo quia si quis de puteo hoc biberit quem foderunt reges & principes, statim proficit ad hoc, vt habeat munera quæ offerat Deo. Quid autem est, quod homo offerat Deo? Hoc ipsum quod in lege scriptum est: Munera mea data mea. Et his ergo quæ dedit Deus, offerunt nihilominus homines Deo. Quid dedit Deus homini? Agnitionem sui. Quid homo offert Deo? Fidem suam

G & affectum, hoc quod expetit ab homine Deus. A Mathana autem venimus in Nahaliel, quod interpretatur, ex Deo. Quid est ex Deo? Postea quam obtulerimus nos, quæ ex nobis sunt, venimus ad hoc, vt consequamur ea, quæ ex Deo sunt. Cum n. fidem nostram & affectum obtulerimus ei, tunc & ipse largitur nobis diuersa dona spi-

1. Corin. ritus S. de quibus dicit Apost. *Omnia autem ex Deo sunt.* Et à Nahaliel venimus in Bamoth, quod interpretatur aduentus mortis. Cuius mortis hic intelligimus aduentum, nisi illius, qui Christo commoritur, vt & conuiuamus ei: qua debemus mortificare membra nostra, quę sunt super ter-

Coloss. ram? Et iterum: *Consepulti sumus enim illi per baptismum in mortem.* Si quis ergo salutaris huius vitæ ordinem teneat, per hæc, quæ memorauimus, ita agere debet & venire post multa ad hunc locũ quem diximus significare mortis aduentum. Et ex Bamoth, inquit, in nemus, quod est in campo Moab, à vertice montis cæsi, qui respicit ad desertum Si hoc itinere incedamus, quo non tam locorum vocabulis, quam animæ profectibus constare ratio ex-

H planationis assemit, post omnia ista venimus ad nemus: siue vt in alijs exemplaribus habetur, in Ianam, quod interpretatur ascæosus, siue vertex montis. Per hæc ergo, vel ad illud famosissimũ diuini paradisi nemus, ad amœnas delitias habitationis antiquorum, vel certe ad verticem perfectionis & beatitudinis summitatem: ita vt possis etiam ipse dicere, quia resuscitauit nos cum ipso, & sedere fecit in cœlestibus in Christo. Vides quousque peruenitur à puteo. Vides quibus mansionibus, imo quibus profectibus iter animæ paratur ad cœlum. Quæ si diligenter inspicias, ipse apud temetipsum considrationes profectus tuos discutiens, quibus in locis & quam proximus a regno cœlorum habearis, aduertes: vt ille,

Matth. de quo dixit Dominus, *quia non longe es à regno Dei.*

* * *

A

C A P V T IV.

De eo, quod populus Israel contra regem Seon Amorrhæorum præliatus est, & victo eo possedit terram eius.

Num. 21. *MIsit autem Israel nuncios ad Seon regem Amorrhæorum dicens: Obsecro, vt mihi transire liceat per terram tuam. Non declinabimus in agros & vineas: non bibemus aquas de puteis tuis. Via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos. Qui concedere noluit, vt transiret Israel per fines suos: Quin potius exercitu congregato, egressus est obuiam in desertum, & venit in Iasa, pugnauitque contra eum: à quo percussus est in ore gladij.* Historia quidem manifesta est, sed deprecemur Dominum, vt aliquid dignum possimus in interioribus sensibus peruidere. *Seon* duplicem habet interpretationem, siue *arbor infructuosa*, siue *elatus*. Mittit igitur Israel legatos ad Seon mittit ad arborem infructuosam: mittit ad elatum & superbum.

B

Hic autem Seon rex est Amorrhæorum, qui & ipsi interpretantur in amaritudinem adducentes vel loquentes. Mittit ergo ad Seon regem Amorrhæorum Moyses verbis pacificis, dicens: Transibimus per terram tuam. Si secundum spiritalem intelligentiam diximus Seon regem, figuram tenere diaboli, quia ipse est elatus & infructuosus, puto quod non habeas mirari, quod eum diximus regem: cum audis ipsum etiam Dominum & Saluatorem nostrum, in Euangelio de eo dicentem: *Ecce* Iohan. 14. *nunc venit princeps huius mundi, & in me non inuenit quicquam.* Psalm 71. Et iterum: *Ecce nunc princeps huius mundi mittetur foras.* Si ergo totius mundi princeps esse in Euangelijs dicitur, non debet absurdum videri, si Seon regi Amorrhæorum, vel etiam alijs quibuslibet gentium regibus, comparatur. Princeps autem dicitur mundi, non quia creauerit mundum, sed quia multi sunt in hoc mundo peccatores. Peccati autem quia ipse princeps est, ideo etiam mundi princeps appellatus est. In his videlicet qui nondum relinquentes mundum, conuertuntur ad patrem. Secundum

C

hoc enim etiam illud dicitur: quia omnis homo in maligno positus est. Quid enim prodest nobis dicere, quia princeps noster Christus est, si rebus & operibus arguimur, quia diabolus principatum tenet in nobis: aut non palam est, sub quo principe agat impudicus, iniustus? nunquid non potest huiusmodi homo dicere, quia sub Christo positus hæc ago, etiam si sub Christi nomine censeri videatur? In quo Christus principatum gerit, nulla ibi immunditia, nulla iniquitas admittitur. Nec habere aliquem locum potest iniusta cupiditas. Secundum hunc itaque modum recte & Christus virtutum princeps, & diabolus malitiæ, & totius iniquitatis dicetur. Mittit itaque legatos Israel ad regem Amorrhæorum, regem in amaritudinem prouocante, regem infructuosum, regem superbum. Quomodo superbus, quomodo Isa. 10. elatus docebitur diabolus? Ipse est, qui dixit: *Virtute mea faciam, & sapientia intellectus mei auferam fines gentium, & fortitudinem eorum excutiam. Et commouebo ciuitates, quæ inhabitantur, & vniuersum orbem terræ capiam manu mea quasi nidum.* Et iterum dicit elatus hic & superbus. *Ascendam in*

D

Isa. 14. *cœlum, supra sidera cœli ponam thronum meum, sedebo in monte excelso, supra montes altos, qui sunt ad aquilonem: ascendam supra nubes: ero similis altissimo.* Adhuc requiris, si ipse sit elatus & superbus? Imo potius & ipse superbus & elatus: & 2. Thess. 2 ille quasi vnigenitus eius, de quo scriptum est: *quia extollentur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur.* ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Omnis ergo, qui elatus est & superbus, vel filius elati huius: vel discipulus & imitator. Et propterea dicit Apostolus Timot. 3. de quodam, *ne forte elatus incidat in iudicium diaboli.* Ostendens per hoc, quia omnis elatus similis, vt diabolus iudicio condemnabitur. Nos ergo sumus, qui transire volumus per hunc mundum, vt peruenire possimus ad terram sanctam, quæ repromissa est sanctis: & mittimus verbis pacificis ad Seon, promittentes non nos habitaturos in terra eius, nec moraturos cum eo: sed transituros tantummodo, & incessuros via regali: nec declinaturos vsquam: neque in agrum, neque in vineam: sed nec

E

de lacu bibituros aquas. Videamus ergo, quando vos ista promisimus, quando hæc verba diabolo denuntiauimus. Recordetur vnusquisque fidelium, quum primum venit ad aquas baptismi, quum signacula fidei prima suscepit, & ad fontem salutaris accessit, quibus ibi tunc vsus sit verbis: & quod renuntiauerit diabolo: non se vsurum pompis eius, neque operibus eius, neque vllis omnino seruitijs eius ac voluptatibus pariturum. Et hoc est, quod in his legis sermonibus adumbratur, quia non declinet Israel neque in agrum eius, neque in vineam eius: sed neque aquam de lacu eius pollicetur se esse potaturum. Non enim vlla disciplinæ diabolicæ, non astrologiæ, non magiæ, non vllius omnino doctrinæ, quæ contra Dei pietatem aliquid doceat, poculum sumet. Fidelis enim habet suos fontes: & bibit de fontibus salutaribus. Non bibet aquam de lacu Seon, nec relinquens fontem aquæ viuæ, congregat sibi lacus confractos: sed via regali incessurum se profitetur. Quæ est via regalis? F

Illa sine dubio, quæ dicit: *Ego sum via, veritas, & vita.* Et Iohan. 14. merito regalis. Ipse est enim, de quo Propheta ait: *Deus* Psalm. 71. *iudicium tuum regi da.* Via regali ergo incedendum est, nec declinandum vsquam, neque in agrum eius, neque in vineam eius, id est, neque ad opera, neque ad sensus diabolicos declinare vltra mens fidelium debet. Quomodo volumus ergo fines Amorrhæorum cum pace transire? Amorrhæi infidelium qui sunt in hoc mundo, pars accipi potest. Sed isti interpretantur, vt supra diximus loquentes, vel amaritudinem adducentes. Et quomodo quidem in amaritudinem adducant Deum infideles & increduli, expositione non indiget. Quod autem ait loquentes, ad illam partem trahi potest, quia infideles quippe & sub principe diabolo agentes, loqui norunt tantummodo, sed loquuntur inania. Verbi causa, vt Poetæ eorum, vt Astrologi, vt nonnulli etiam Philosophorum; qui inania loquuntur & vana. Fidelium autem regnum, quod à Deo est, non in sermone est, sed in virtute. Volumus ergo nos pacifice transire per mundum, G

sed hoc ipsum magis incitat principem mundi, quod dicimus nos nolle permanere cum ipso nec morari, nec aliquid eius velle contingere. Inde magis exacerbatur, inde extollitur & irascitur, & commouet nobis persecutiones, pericula suscitat, cruciatus intentat. Et ideo dicit: *Congregauit itaque Seon populum suum: & exiit confligere aduersum Israel.* Quis est omnis populus Seon, quem concitat contra Israel? Sed quid facit Israel? *Venit*, inquit, *in Iasa*, quod interpretatur *mandati adimpletio*. Si ergo veniamus & nos ad locum istum, id est, ad expletionem mandatorum, etiam si cum omni exercitu venerit aduersum nos Seon iste elatus, & superbus diabolus, & confligat aduersum nos, si omnes suos contra nos dæmones concitet, superamus eum, si Dei mandata complemus. Complere enim mandata, hoc est diabolum & omnem eius exercitum superare. Et tunc complebitur in nobis Apostoli oratio, qui ait: *Deus autem conteret Sathanan subter pedes vestros velociter.* Et illud quod Dominus ait: *Ecce do vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* Nihil enim nocere nobis poterunt ista omnia, si veniamus in Iasa: id est, si mandata & præcepta Domini nostri Iesu Christi seruemus. H Roman. 16. Luc. 10.

Et possessa est terra eius ab Arnon vsque Iaboc & filios Ammon, quia forti præsidio tenebantur termini Ammonitarum. Tulit ergo Israel omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amorrhæi, in Hesebon scilicet & viculis eius, & reliqua. Et percussit eum Israel nece gladij, & dominati sunt terræ eius ab Arnon vsque Iaboc, vsque ad filios Ammon: quoniam Iazer termini filiorum Ammon sunt. Et accepit omnis Israel ciuitates istas, & habitauit Israel in omnibus ciuitatibus Amorrhæorum in Hesebon. Hic certe Israel possedit ciuitates Amorrhæorum, quas bello superauit, quia non eas anathematizauit. Nam si anathematizasset, possidere illi non liceret, nec inde ad vsus suos aliquid prædæ vsurpare. Notandum est sane, quemadmodum iusta bella gerebantur: Innoxius enim transitus negabatur, qui iure humanæ so-

A cietatis æquissimo, patere debeat. Sed iam vt Deus sua promissa compleret, adiuuit Israelitas, quibus Amorræorum terra dari oportebat. Nam Edom cum similiter eis transitum denegaret, non pugnauerunt cum ipsa gente Israelitæ, id est, filii Iacob cum filiis Esau, duorum germanorum atque geminorum duorum, quia terram illam Israelitis non promiserat, sed declinauerunt ab eis. Et dominati sunt, inquit filii Israel in omni terra eius. Omnis quidem regio hæc terrena, terra est Seon: sed Christus in Ecclesia eius, dominatur in omni terra Seon. Et dominati sunt ab Arnon vsque Iaboc. Arnon & Iaboc ciuitates erant regionis Seon. Sed initium erat regni eius Arnon, & finis Iaboc. Et ideo dicitur, quia dominati sunt ab Arnon vsque Iaboc. Interpretatur autem maledictiones eorum. Initium ergo regni Seon, huius elati & infructuosi maledictiones sunt: fines vero est Iaboc, quod interpretatur luctamen. Necesse est enim, vt omnis qui vult exire de regno diaboli & finis eius euadere, luctamen inueniat, & certamina ei à ministris eius & satellitibus

B

Genes. 32. suscitentur. *Sed si luctatus fuerit & vicerit, iam non erit Iacob ciuitas Seon, sed erit ciuitas Israel.* Hoc est nimirum, quod legimus & de patriarcha Iacob qui quum venisset ad locum quendam, luctamen ei præparatum est, & ibi tota nocte luctatus, quum obtinuisset & inualuisset ad Deum, vocitatum est nomen eius Israel. *Et accepit*, inquit, *Israel omnes ciuitates istas. & habitauit Israel in omnibus ciuitatibus Amorræorum.* Hic Israel, qui in Christo Israel est: qui non in carne Israel nec in manifesto Iudæus est, ipse habitat in omnibus ciuitatibus Amorræorum, quum in toto orbe terrarum Christi Ecclesiæ propagantur. Sed & vnusquisque nostrum prius ciuitas fuit regionis Seon, regis elati. Regnabat enim in nobis stultitia, superbia, impietas: & omnia, quæ sunt ex parte diaboli. Sed vbi expugnatur & deuictus est fortis, & vasa eius direpta sunt, effecti sumus ciuitates Israel, & hæreditas sanctorum. Si tamen penitus excisa est in nobis potestas illa, quæ prius

C dominabatur in nobis, & excisa est arbor infructuosa, & deiectus est rex elatus, & sumus sub eo rege, qui dicit:

Matth. 11. *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Et post hæc sigillatim iam ciuitates superbi & infructuosi regis enumerat, & dicit, in Hesebon & in omnibus finitimis eius. Quid est hoc quod præcipuam vrbem de regno Seon nominauit Hesebon? Hesebon interpretatur cogitationes. Merito ergo pars maxima regni diabolici, & potestas eius plurima, in cogitationibus regnat. Sic enim dixit & Do-

Matth. 5. minus: *quia de eo de procedunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia, blasphemia: & ista sunt, quæ coinquinant hominem.* Et ideo necessario incenditur ista ciuitas & igni exuritur. Quo igni? Illo profecto, quo dicit

Luc. 12. Saluator: *Ignem veni mittere in terram, & quam volo, vt accendatur.* Post pauca autem refertur de ciuitate. *Idcirco dicitur in Prouerbio. Venite in Hesebon, vt ædificetur & construatur ciuitas Seon. Ignis egressus est de Hesebon, flamma de oppido Seon, & deuorauit Ar Moabitarum, & habitatores excelsorum Arnon.* Propter hoc, inquit, dicent ænigmatistæ Venite in He-

D sebon, vt ædificetur & construatur ciuitas Seon. Quoniam ignis processit de Hesebon, & flamma de ciuitate Seon, & deuorauit Ar Moabitarum. Seon, vt diximus erat rex, cuius erat ciuitas Hesebon. Sic ergo intelligendus est ordo verborum, quia dicent isti ænigmatistæ: Venite, vt ædificetur & construatur Hesebon, quæ fuit ciuitas Seon. Sed requiramus nunc, qui sunt isti ænigmatistæ. Ænigma dicitur sermo figuratus. Ænigmatistæ ergo dicuntur, qui figuraliter loquuntur. Et quis est alius, qui in figuris loquutus sit, nisi lex & Prophetæ? Audi e-

Psalm. 48. nim, quomodo Dauid dicit: *Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.* Sed & Esaias, quia ænigmata

Esa. 29. sint, quæ scripsit, hoc modo declarat. *Erunt, inquit, verba libri sicut verba libri signati: quem si dederint in manum hominis nescientis literas & dixerint ei, lege, dicit, non noui literas. Si autem dederint scienti literas, dicit, non possum legere: signatus est enim.* Signatus autem dicitur liber, eo quod figuris perplexus est, & ænigmatibus inuolutus. Dicunt ergo isti ænigmatistæ: *Venite in Hesebon, vt ædificetur.* Cecidit prima illa Hesebon: imo subuersa est & incensa, reædificanda est alia. Sed quomodo hoc fiat, assumpto ostendamus

E exemplo. Sed videamus gentilem in dedecore vitæ positum, ac religionis errore, non dubites de eo dicere, quod sit hæc Hesebon ciuitas in regno regis Seon. Regnat enim in cogitationibus eius, rex infructuosus & elatus. Ad hunc, si accedat Israel, hoc est, ecclesiæ filius, & adhibeat iacula verbi Dei, & distringat contra eum gladium spiritus, & destruat in eo omnes munitiones gentilium dogmatum, & elationes argumentorum eius, igne veritatis exurat, dicito de hoc, quia subuersa est Hesebon ciuitas Seon. Sed non continuo desertus & destitutus relinquitur iste, in quo subuersa sunt gentilium dogmata. Non enim disciplina est filiis Israel, destructas relinquere, quas destruxerunt ciuitates, sed cum subruerint & euerterint in homine malas cogitationes & impios sensus, reædificant rursus in corde eius quam destruxerant bonas cogitationes, pios sensus, doctrinam veritatis inserent, religionis ritum tradent, ordinem viuendi docebunt, honestatem morum, obseruantiam statim monstrabunt: & tunc vere dicent isti ænigmati-

F stæ ad semetipsos inuicem: Venite & ædificemus Hesebon, quæ fuit ciuitas Seon. Et ipsi enim hoc est ecclesiæ filii, quia figuras legis & ænigmata spiritaliter intelligunt, ænigmatistæ appellantur. Hoc est, quod & Ieremias figurato nihilominus sermone designat, vbi ad eum dicitur a Domino: *Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te hodie super gentes & regna, vt eradicare & subuertere, & reædificare & replantare.* Ierem. 1.

Quid eradicat & quid subuertit Ciuitatem Hesebon, quæ erat regis Seon. Quid eradicat in ea? Cogitationes impias & impuras. Quid reædificat in ea, & quid replantat? Cogitationes pias & castas. Vt efficiatur Hesebon ciuitas Seon, non Amorræorum, sed filiorum Israel. Moab, qui interpretatur de patre siue aqua paterna, de incestu & ebrietate conceptus, & quodammodo absente, imo nesciente patre videtur esse generatus, secularem sapientiam significat, quæ autorem sui sensum habet. Et quia ex Dei conditione ge-

G neratur, videtur quidem de patre nasci, quod interpretatur Moab. Sed quia adulter est, & aduersarius populi Dei de incesto ac spelunca ac nocte generatur. Vnde secundum Esaiæ prophetiam, in nocte perit, in errore, scilicet sempiterno. Ar quoque vrbs Moabitarum quæ interpretatur anndicus, id est, aduersarius, hoc ostendit, quod hæc sapientia, quæ aduersaria Dei est, ecclesiastico sermone contra se pugnante, veritatis igne consumitur: à quo & habitatores excelsiorum Arnon deuorantur. Arnon enim, vt supradictum est, maledictio siue illuminatio eorum interpretatur. quia omnes, qui confidunt in fastu eloquentiæ & sapientiæ humanæ, quæ filiis tenebrarum lucida esse videtur, corruunt, præcipitantur & consumuntur.

Væ tibi Moab, peristi popule Chamos. Dedit filios eius in fugam, & filias in captiuitatem regi Amorræorum Seon. Iugum ipsorum disperiit ab Hesebon vsque Dibon. Lassi peruenerunt in Nose vsque Medaba. Chamos interpretatur congregans, vel

H quasi attrectatio. Dibon abundanter intelligens tentationem siue fluxus eorum. Nose sufflans vel spirans. Et Medaba, de saltu. Væ quidem illis est, qui in spiritali Moab confidentes, congregant sibi thesauros sapientiæ, quæ inimica est Deo, & se erigunt per superbiam contra potentiam Dei. Quorum tamen non præualebit audacia, sed in fugam vertetur, & trahetur in captiuitatem regi spiritalium Amorræorum. Iugum ipsorum enim disperiet ab Hesebon vsque Dibon: id est, a radice cogitationis vsque ad profunditatem intellectus defluet scientia illorum. Lassique sufflantes vanitatem verborum, ac spirantes fœtidum odorem sensus putridi, in saltum infernale peruenient: vbi non sunt arbores fructuosæ, sed in quo habitent bestiæ: contra quas Propheta Dominum deprecatur dicens: *Ne tradas domine bestiis animas confitentium tibi. Habitauit autem Israel in terra Amorræi misitque Moyses, qui explorarent Iazer. Cuius ceperunt viculos, & possederunt habitatores.* Misit, inquit, Moyses nuncios, qui explorarent Iazer: cuius ceperunt viculos & possederunt habitatores. Qui sunt illi nuntii, quos Moyses, i. lex misit, nisi prædicatores sancti? Psalm. 73.

A vt videlicet explorarent Iazer, quæ interpretatur fortitudo eorum: hoc est ad fortissima quæque dogmata hæreticorum, & dialectica arte constructa: in quibus robur sui mundus videtur habere erroris. Hæc enim quum prædicatores sancti inuestigantes, vana ac fragilia esse conspexerunt, cœperunt viculos, hoc est conuentus populorum: & possederunt habitatores eorum, quum eos, quos ab errore liberauerant, ad catholicam fidem conuertebant: & sermone recto ac bonis exemplis, in viam veritatis ad implendum præcepta Domini dirigebant: quatenus de eorum correctione ac profectu, mansionem cœlestis patriæ adquirerent.

Capvt V.

De pugna Israelitarum contra Og regem Basan.

Num. c. 21. B *Verteruntque se & ascenderunt per viam Basan: & occurrit eis Og rex Basan, cum omni populo suo pugnaturus in Edrai. Dixitque Dominus ad Moysen: Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi eum, & omnem populum ac terram eius. Faciesque illi sicut fecisti Seon regi Amorræorum, habitatori Hesebon. Percusserunt igitur & hunc cum filiis suis: vniuersumque populum eius, vsque ad internecionem, & possederunt terram eius.* Postea enim, quam obtinuerunt filij Israel ciuitates Amorræorum, ascenderunt etiam viam, quæ ducit in Basan, vbi erat Og rex Basan. Sed ad hunc neque legatos mittere dignantur, neq; petere ab eo, vt per terram eius transeant: sed continuo confligunt cum eo & superant, tam ipsum, quam populum eius. Videamus ergo, quæ est Basan. Basan interpretatur turpitudo. Merito ergo nec legati mittuntur ad illam gentem, nec transitus per terram eius poscitur. Nullus enim nobis transitus debet esse, nullus accessus ad turpitudinem, sed ab initio statim expugnanda, & omnimodis cauenda est. Og autem, qui rex esse dicitur Basan interclusio interpretatur. Potest hic figuram habere omnium carnalium & materialium rerum, quarum amore & desiderio detenta anima excluditur, & separatur à Deo. C Aduersus hos ergo ita præcipitur bellum gerendum, vt non relinquatur ex eo viuens. Nullum enim à filiis Israel oportet relinqui in regno turpitudinis & dedecoris viuentem: sed decet Israeliticam virtutem, excidere, & resecare turpia: & pia quæq; in animo reædificare, atq; honesta ac religiosa plantare. De regno Seon non est scriptum. Et nullus viuus relinquatur, nec de regno Moab. Forte enim ex illis opus habebat aliquod, & nonnullis eorum pro vitæ huius agonibus & exercitiis indigemus. Alioquin debuissemus ex hoc mundo exisse. De Basan tamen, hoc est de turpitudine, nullo penitus indigemus, nihil ex eo relinquamus. Excidenda omnia, omnia subuertenda sunt opera turpitudinis. In nullo enim potest honestum esse, quod turpe est.

Capvt VI.

D *De Balac rege Moabitarum, & Balaam hariolo, & asina eius.*

Cap. 22. *Profectique castra metati sunt in campestribus Moab, vbi trans Iordanem Iericho sita est. Videns autem Balac filius Sephor, omnia quæ fecerat Israel Amorræo, & quod pertimuissent eum Moabitæ & impetum eius ferre non possent, dixit ad maiores natu Moab. Ita delebit hic populus omnes, qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere. Ipse enim erat eo tempore rex in Moab. Misit ergo nuntios ad Balaam filium Beor hariolum, qui habitabat super flumen terræ filiorum Ammon, vt vocarent eum & dicerent: Ecce egressus est populus de Ægypto, qui operuit superficiem terræ, sedens contra me. Veni igitur & maledic populo huic, quia fortior me est, si quomodo possim percutere eum, & eiicere de terra mea, &c.* Primo ergo omnium fatendum est, in quibusdam locis plus posse valere verba, quam corpora: quia quod exercitus multarum gentium nequit efficere, nec scuto & armis potest obtineri, hoc verbis efficitur. Et non dico sanctis verbis vel Dei verbis: sed verbis quibusdam, quæ inter homines habentur. Verbi

E gratia, erant in Ægypto incantatores & magi. Quis potest hominum fortitudine corporis virgam mutare in serpentem, quod ab illis factum refertur? Aut quis potest viribus corporis aquam in sanguinem vertere? Fecerunt tamen hoc Ægyptiorum incantatores & magi. Fecerat enim hæc prius Moyses. Sed quia sciebat rex Ægypti, quod possent hæc arte quadam fieri verborum, quæ habentur inter homines, putauit & Moysen non hæc Dei virtute, sed magica arte fecisse: & quod humana arte fecerit, id Dei factum virtute simulare. Conuocat continuo Ægyptiorum incantatores & magos, inter eum, qui virtute Dei, operabatur. & eos, qui dæmones inuocabant, facit esse certamen. Deus autem noster dulce facit, & iterum restituit: contraria autem virtus male quidem facere aliquid potest, sed restituere in integrum non potest. Hæc autem omnia præmisimus, vt opera Balaam vel verba eius, possimus aduertere. Sunt & magorum nonnullæ differentiæ. Alii enim plus, alii minus valent. Hic F enim Balaam famosissimus erat in arte magica, & in carminibus noxiis præpotens. Non enim habebat ad maledicendum. Dæmones enim ad maledicendum inuitantur, non ad benedicendum. Scriptum est ergo: *Et dixit Moab ad seniores Madian. Nunc delebit synagoga hæc omnes, qui in circuitu nostro sunt, sicut abligurit vitulus herbam campi.* Ob hoc sine dubio, quia vitulus ore abrumpit herbam de campo, lingua tanquam falce, quæcunque inuenerit secat. Ita & populus hic quasi vitulus, ore & labiis pugnat: & arma habet in verbis ac precibus. Hæc igitur sciens mittit ad Balaam, vt & ipse deferat verba contraria, & precibus preces. Nec mireris, si est in magica arte tale aliquid. Esse enim hanc artem designat etiam scriptura, sed vti ea prohibet. Nam & dæmones scriptura designat: sed coli eos & exhortari vetat. Recte ergo magica arte vti prohibet, qui magorum ministri sunt angeli refugi & spiritus maligni, & dæmonia immunda. Nullus enim sanctorum spirituum obtemperat mago. Non poterat inuocare magus Michaelem, non poterat inuocare Raphael neque Gabriel. Multo magis magus non potest G inuocare omnipotentem Deum, nec filium eius Iesum Christum Dominum nostrum, nec Spiritum sanctum eius. Nos soli accipimus potestatem inuocandi Deum patrem: Nos soli habemus potestatem inuocandi vnigenitum eius Iesum Christum. Ergo dæmones arte quadam & compositione verborum, in amicitias, vt ita dicam cesserant Balaam: quorum amicitiis fretus, magnus apud homines videbatur. Ob hoc ergo mittit ad eum rex & ait: *Veni nunc & maledic mihi populum hunc, quia fortior hic est, quam nos: si forte possimus percutere aliquos ex eis, & eiicere eos à terra.* Videtur mihi rex hic, non ex integro confidere in Balaam diuino ingenio, credo de virtutibus, quæ in populo Dei factæ sunt, auditione perterritus, & ideo dicit, si forte vel eousq; præualeant maledictiones Balaam, vt aliquos ex ipsis possit percutere: cæteros vero fugare perterritos, & propria terra depellere. Addidit præterea, *Quia scio inquit, quos dixeris maledictos, maledicti erunt: & quos benedixeris, benedicti erunt.* Ego non credo, quia sciret rex, quod H quibuscunq; benedixisset Balaam, benedicti essent. Sed videtur mihi adulandi gratia hæc dicere, vt attentius efficiens & extollens, promptiorem sibi eum reddat ad facinus. Ars enim magica nescit benedicere. quia nec dæmones sciunt benefacere. Nosciit benedicere Isaac & Iacob, & omnes sancti: impiorum nullus scit benedicere. Sed tandem veniunt legati ad Balaam. *Venerunt enim, inquit, seniores Moab & seniores Madian, habentes diuinationis pretium in manibus*, siue secundum aliam editionem, *diuinacula in manibus eorum.* In illis diuinationis artibus, quas curiositas humana composuit, sunt quædam, quæ scriptura quidem diuinacula nominauit. Gentilis autem consuetudo, vel tripodas vel cortinas, vel aliis huiusmodi vocabulis appellat. Quæ quasi ad hoc ipsum consecrata, moueri ab eis & contrectari solent. Scriptura diuina sane Ephot quoddam vernaculo sermone nominat in Prophetis, quod indumentum tradunt esse prophetantium. Igitur Balaam diuinaculis acceptis, quum solerent dæmones ad se venire, fugatos quidem dæmones videt, sed adesse

A Deum: & ideo dicit interrogare se Deum, quia consuetos sibi parêre nusquam dæmones videt. Venit ergo ipse ad Balaam, non quod dignus esset, ad quem veniret Deus, sed vt fugarentur illi, qui ei ad maledicendum & male faciendum adesse consueuerant. Iam hoc enim prouidebat Deus populo suo. Adest ergo, & dicit Deus ad eum: *Quid homines isti venerunt ad te? Et dixit Balaam ad Deum: Balac filius Sephor rex Moab, misit eos ad me, dicens: Ecce populus exiuit de Aegypto & cooperuit faciem terræ, & hic sedet iuxta me. Veni ergo nunc & maledic eum, si forte poterimus percutere eum & eiicere. Et dixit Dominus ad Balaam. Non eas cum eis, neque maledicas populum. Est enim benedictus.* Aliquot hic exoritur quæstio: & nescio vtrum conueniat rem tam profundi mysterii denudare, & proferre ad turbas: & eas turbas, quæ ad auditorium verbi Dei, non nisi paucis diebus adueniunt, continuo discedunt. Nec in meditatione verbi diutius immorantur. Tamen pro his, qui studiosi sunt & sitiunt audire, possuntque capere spiritalem sensum, pauca aliqua dicimus ex multis. Potest ergo obiici B tale aliquid ac dici. Inuocet dæmones Balaam, maledicat populo: inuocati dæmones faciant, quod possunt. Nunquid non potest Deus defendere à dæmonibus populum, vimque eorum in malefaciendo destruere? Quid ergo opus erat, vt ipse veniret ad Balaam, & consuetos dæmones prohiberet accedere, ne vel tentarent aut conarentur lædere velle populum Dei? Ad hæc ergo, licet non omnia, quæ possunt occurrere proferenda sunt, tamen dicimus ex parte, quia non vult Deus dæmonum genus ante tempus damnare. Sciunt enim & ipsi dæmones, quia tempus eorum, præsens hoc seculum continet. Propterea denique & Dominum rogabant, vt non torqueret eos ante tempus, neque in abyssum mitteret. Et ob hoc neque diabolum remouit à principatu seculi huius: quia adhuc opus est opera eius ad exercitia certaminum & victoriam beatorum. Si enim dæmonibus auferatur libertas arbitrii, nullus vltra impugnabit athletas C Christi. Nullo autem oppugnante, nec certamê aliquod erit, & sublato certamine, nullum erit præmium, nulla victoria. Ideo cogitur tali via vertere Deus, vt & populus adhuc rudis, & qui nuper abstrahi cœperat à cultu dæmonum, dæmonibus non tradatur: & inuocanti mago responsa deferantur, & genus dæmonum non nudetur arbitrii potestate. Et ideo præuenit Deus adire Balaam, atque inuocare dæmones ad maledicendum prohibet, si tamen à cupiditate cessasset. Sed quia persistit in desiderio pecuniæ indulgens, Deus arbitrij libertate rursus ire permittit: verbum tamen suum mittit in os eius, prohibens maledictionem fieri per dæmones, vt benedictionibus locum daret: & pro maledictis proferre faciat Balaam benedictiones ac prophetias, quæ possint ædificare non solum Israel, sed & reliquas gentes. Si enim prophetiæ eius, à Moyse sacris inserta sunt voluminibus, quanto magis descriptæ sunt ab his, qui habitabant tunc Mesopotamiam: apud quos magnificus habebatur Balaam: quosque artis eius constat fuisse discipulos? Ex D illa denique fertur magorum genus & institutio in partibus Orientis vigere: qui descripta habentes apud se omnia, quæ prophetauerat Balaam, etiam habuerunt hoc scriptum, quod *orietur stella ex Iacob, & exurget homo de Israel.* Hæc scripta habebant magi apud semetipsos. & ideo quando natus est Iesus, agnouerunt stellam, & intellexerunt adimpleri prophetiam magis ipsi, quam populus Israel: qui sanctorum prophetarum audire verba contempsit. *Reuersi sunt principes dixerunt ad Balac. Noluit Balaam venire nobiscum. Rursum ille multo plures & nobiliores, quam ante miserat, misit. Qui quum venissent ad Balaam dixerunt: Sic dicit Balac filius Sephor. Ne cuncteris venire ad me: paratus sum honorare te: & quicquid volueris dare. Veni & maledic populo isti. Respondit Balaam: Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, vt vel plus vel minus loquar, &c.* Balaam hic vt superius diximus, diuinus erat, dæmonum, scilicet ministerio & arte magica, non nunquam futura prænoscens. Rogatur à Balac rege ad maledicendum populum Israel. Legati veniunt, stant attonitæ gentes, & omnes expectantes, quid

Num. 24.

E respondeat Balaam, de quo persuasum habebant, quod dignus diuinis eloquiis haberetur. Vide, quomodo nunc sapientia Dei vas istud ad contumeliam præparatum, proficere facit ad vtilitatem non solum gentis vnius, sed pene totius mundi. Et huic cui solebant videri dæmones, videtur Deus prohibens mali operis iter. Obstupescit Balaam, & miratur prohibentis autoritatem. Non enim solebat dæmonibus displicere: sed interim remittit legatos, dicens non se posse tacere, nisi verbum, quod Deus dederit in ore eius. Redeunt rursus legati, iterum requirit, iterum molestus est, iterum cupit audire. Non enim facile cupidus, facile mercedibus caret. Quid ergo audit secundo à Deo? *Si vocare te venerunt homines isti, surge & vade cum eis.* In quo voluntati quidem cupiditatis eius cedit Deus, vt compleatur illud, quod scriptum est: *Dimisi eos secundum desideria cordis eorum; ibunt in voluptatibus suis.* Sed tamen consilium diuinæ dispensationis expletur. Dicitur enim ad eum: *Verbum quod dedero in ore* F *tuo, hoc loqueris.* Si dignus fuisset Balaam, verbum suum Deus, non in ore eius, sed in corde posuisset. Hunc autem quoniam in corde eius desiderium mercedis erat, & cupiditas pecuniæ, verbum Dei non in corde, sed in ore eius ponitur. Agebatur enim mira & magna dispensatio, vt quoniam prophetarum verbum, quod intra aulam continebantur Israeliticam, ad gentes peruenire non poterant, per Balaam, cuius fides ab vniuersis gentibus habebatur, innotescerent etiam nationibus secreta de Christo mysteria: & thesaurum magnum proferret ad gentes, non iam corde & sensu, quam ore & sermone portatum. Sed ne per singula immoremur (non enim tempus est cuncta disserere) *ascensa asina sua, Balaam abiit per viam. Occurrit ei angelus.* Ille sine dubio, qui aderat filiis Israel, aperit os asinæ, vt arguatur per eam Balaam & muti pecudis vocibus confutetur is, qui diuinus videbatur & sapiens. Verum post hæc conuenientia iam videtur, aliqua etiam de allegoria contingere. Balaam hic, qui interpretatur G populus vanus, videtur mihi habere personam Scribarum & Pharisæorum Iudaici populi. Balac vero, qui exclusio vel deuoratio interpretatur, & ipse personam habere intelligendus est vnius alicuius spiritalium mundi huius contrariæ potestatis: quæ excludere & deuorare cupiat Israel: non eum, qui secundum carnem est, sed eum, qui secundum spiritum. Volens ergo potestas illa contraria delere, & penitus extinguere spiritalem Israel nullis vtitur ministris, nisi Pontificibus & Scribis ac Pharisæis. Ipsos inuitat, ipsis mercedes promittit & præmia. Illi vero sicut ille Balaam facit, simulant se cuncta ad Deum referre, & zelo Dei agere. *Dicunt enim, scrutare scripturas, & vide quia Propheta de Galilæa non surgit.* Et iterum dicunt: *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.* Per quæ singula videntur quidem Scribæ & Pharisæi zelum Dei habere sed simulatum. Asina vero, cui sedebat Balaam, quomodo scriptura dicit: *Homines & iumenta saluos facies Domine,* & pars credentium potest intelligi: quæ siue pro stultitia, siue pro innocentia, animalibus comparatur. Sic enim & Apostolus dicit: *Videte autem vocationem vestram fratres: quia non multi inter vos* H *sapientes; non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes.* Isti ergo tales, sicut euangelica, quæ in parabolis agebant, gesta designant, ab istis pessimis Domini Scribis ac Pharisæis subiecti quodammodo tenebantur & vincti: sed à Domino soluuntur, non quidem per ipsum Dominum, sed per discipulos. Dicit enim ipse ad discipulos. *Ite in vicum, qui est contra vos, & inuenietis asinam alligatam, & pullum eius. Soluite & adducite.* Sicut ergo in Euangelio non ipse Dominus, sed discipuli soluunt asinam, ita & hic, non a Deo ipso sed ab angelo ipso aperitur os asinæ. Et sicut in Euangelio, qui non vident arguunt videntes, ita & hic, qui muti erant, arguunt loquentes. Et hoc est, quod dicebat Dominus: *Pater gratias ago tibi, quoniam abscondisti hæc a sapientibus, & reuelasti ea paruulis.* Scribæ igitur & Pharisæi erant, qui sedebant super asinam hanc, & tenebant eam vinctam. Ipsis ergo irascitur & angelus. & nisi quodam futurorum prospectu, illos quidem peremisset, asinam autem

Psalm. 80.

Iohan. 7.

Iohan. 19.

Psalm. 35.

1. Corint. 1.

Matth. 21.

Matth. 11.

A seruasset, quæ vidit & reuerita est eum, qui venit ad vineam, & stat inter vineas: compressit tamen pedes sedentis super se in maceriam: & ideo non potest ambulare ille eius sessor antiquus, ne eo veniat ad eum, qui dicit Matth. 11. cap. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, &c.* Asina tamen venit adducta à discipulis: & cui tunc sedebat Balaam mercedis cupidus, nunc ei sedet Deus. Nec mireris, si eum quem diximus scribarum & doctorum populi formam tenere, videas prophetantem de Christo. Hoc enim fecisse legimus & Caipham, qui dixit: *Expedit vobis vt*
Ioan. 11. *vnus homo pereat pro omni populo.* Sed hoc, inquit, *quia erat pontifex anni illius, prophetauit dicens:* Prophetauit ergo & Balaam de Christo: & ideo nemo extollatur etiam si prophetet, etiam si præscientiam mereatur: sed redeat ad Apo-
1. Cor. 13. stoli dictum, quo ad ista respiciens ait: *Siue prophetiæ abolebuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Et quid est*
Eodem. *ergo quod manet? Fides,* inquit, *& spes, & charitas. Maior autem*
Eodem. *horum est charitas. Et sola,* inquit, *charitas est quæ nunquam cadit;*
ideo super Prophetiam super scientiam, super fidem, super ipsum etiam
B *martyrium,* vt Paulus docet, *charitas habenda est,* & charitas excolenda est. *Et quia Deus charitas est* & Christus filius charitatis est, qui nobis perfectionem charitatis donare dignetur. Nec illud silendum arbitror, quod asina hæc hariolí Balaam, typum gentilitatis tenet, quam quondam ipse Balaam, id est, seductor idololatriæ, quasi brutum animal & nulla ratione retinens, quo voluit errore, substrauit. Sed ista Angelum Dei quem homo non potuit, & vidit & detulit & locuta est, vt agnosceremus posterioribus sub aduentu magni Angeli Dei, gentilem illam plebem mutati duritie stoliditatis, quem natura solutis Deo linguis loquuturam: ita vt quæ erat subiecta perfidiæ, in vocem fidei & confessionis erumperet. Licet & caro nostra animal sit: plerumque enim caro per molestiam tacta, flagello suo menti Deum indicat: quem mens ipsa caro prę̄sidens non videbat: ita vt anxietate spiritus proficere in hoc mundo cupientis, velut iter tendentis impediat: donec ei inuisibilem, qui sibi obuiat innotescat. Vnde & be-
2. Pet. 1.
C ne per Petrum dicitur: *Correptionem habuit suæ vesaniæ, subiugale, mutum quod in hominis voce loquens, prohibuit Prophetæ insipientiam.* Insanus quippe homo à subiugali mutto corripitur, quando elata mens, humilitatis bonum quod tenere debeat, ab afflicta carne memoratur. Sed huius correptionis donum idcirco Balaam non obtinuit, quia ad maledicendum pergens, vocem non mentem mutauit.

Capvt VII.

De aduentu Balaam ad Balac & prophetia eius.

Num. c. 23. *Dixit itaque Balaam ad Balac: Sta iuxta holocaustum tuum: donec vadam si forte occurrat mihi Dominus: & quodcunque imperauerit, loquar tibi. Cumque abiisset velociter, occurrit illi Deus loquutusque ad eum Balaam: Septem, inquit, aras erexi, & imposui vitulum & arietem desuper. Dominus autem posuit verbum in ore eius & ait: Reuertere ad Balac & hæc loqueris. Reuersus inuenit stantem*
D *Balac iuxta holocaustum suum, & omnes principes Moabitarum. Assumptaque parabola sua dixit: De Aran adduxit me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientis.*

De Atan siue vt alia editio habet, ex Mesopotamia, inquit, vocauit me Balac rex Moab, & ex montib. Orientis. Mesopotamiam dicit terram, quæ inter flumina Babylo-
Psalm. 136. niæ iacet, de quib. scribitur. *Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus, cum recordaremur tui Sion.* Si quis ergo inter ista flumina fuerit Babylonis, si quis rheumatibus libidinis mundatur, & luxuriæ æstibus circumuoluitur, iste non dicitur stare, sed sedere. Et ideo, qui ibi comprehensi sunt, dicebant: *Super flumina Babylonis, ibi sedimus cum recordaremur tui Sion.* Sed nec flere quidem ante possunt, nisi recordari fuerint Sion. Bonorum namque recordatio, malorum caussas lamentabiles facit. Nisi enim quis recordetur Sion, nisi legem Dei & scripturarum montes aspiciat, mala sua flere non incipit. Ex istis igitur fluminib. vocatur Balaam, & ab istis Orientis montibus inuitatur. Montes isti, sancti non sunt montes: & non sunt illi de quibus scriptum est:

Fundamenta eius in montibus sanctis. Et iterum: *Ierusalem, quæ ædi-* E
ficatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. *Montes in* Psalm. 86.
circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui. Non sunt ergo Psalm. 121.
tales Mesopotamię montes: sed illi de quib. dicitur: Montes tenebrosi. Et iterum de quibus dicitur: Ecce ego ad te mons corrupte. isti sunt montes, in quibus est omnis altitudo extollens se aduersus scientiam Dei. Ab istis ergo montibus accersitur & Balaam hic. Quales autem sunt isti montes, talem habent & Orientem. Habet enim & ortum luminis sui ille, qui conuertit se sicut Angelum lucis. Habet illam lucem de qua scriptum est. *lux impiorum extinguetur,* & sicut ista lux impiorum, & illa, quæ conuertit se sicut in angelum lucis, contraria est illi luci, quæ dicebat
Ioan. 8. *Ego sum lux mundi,* ita & iste Oriens, contrarius est illi Orienti, de quo scriptum est in Ieremia: *Ecce vir, Oriens nomen eius.* Ex illius ergo non istius Orientis finibus, veniebat Balaam: illuminatus sine dubio ab illo lucifero de quo dicitur: *Quomodo cecidit de cælo lucifer, qui mane oriebatur.* Sed vi- Esa. 14.
deamus quid dicit ille Balac rex Moab, qui accersiuit eum è medio fluminum de montibus Orientis.

F *Veni, inquit, & maledic Iacob, propera & detestare Israel. Quomodo maledicam cui non maledixit Deus? Quomodo detestabor, quem dominus non detestatur? De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum. Populus habitabit solus, & inter gentes non reputabitur. Quis dinumerare potest semen Iacob, & nosse numerum stirpis Israel?*

Ampliore vi & maiore intentione maledictionem in Israel, quam in Iacob Balaam videtur exponere. Donec enim, quis tantum Iacob est, hoc est, in actionibus solum, & operibus positus inferioribus, maledictionibus impugnatur. Vbi tamen profecerit, & interiorem hominem ad videndum Deum, reuelato mentis oculo exacuere & prouocare iam cœperit, tunc non solum maledictis ab inimico, sed detestationibus super maledictis, hoc est, vehementioribus maledictorum iaculis impugnabi-
Psalm. 9. tur. Sed tunc quidem os Balaam *maledictione & amaritudine plenum erat, & sub lingua eius labor & dolor, sed & in insidijs*
G *cum diuitibus.* Expectabat enim mercedes à diuite rege, *& in occultis interficere innocentes.* Sed Deus, qui facit semper mirabilia solus, ex inimicis operatur salutem. Iniecit verbum in os eius, quamuis nondum cor eius capere posset verbum Dei. Adhuc enim erat in corde eius merces cupiditatis, propter quod etiam post verbum Domini, quod habuit in ore eius, dicebat ad Balac: Veni & do tibi consilium. Et docebat eum quomodo mitteret scandalum in conspectu filiorum Israel, vt manducarent idolis immolata: & vt fornicarentur. Propter quod & cecidit populus, & plaga magna facta est in eo: donec Phinees perempto Israelita, qui fornicabatur cum Madianitide, sedauit furorem Domini. *Et post hæc,* inquit, *produxit Phinees exercitum contra Madian: & interfecerunt XII. milia virorum: & Balaam filium Beor in gladio.* Sed hæc ante tempus per excessum quendam introduximus, vt ostenderemus, quia Balaam non in corde, sed in ore tantummodo habuit ver- H
bum Dei. Interim, quæ profert, quæ loquitur, ex verbo Dei loquitur, & ideo, quæ dicit, verbum Dei est. Ait ergo: Quid maledicam, quem non maledixit Dominus. Et cætera. Quid ergo dicimus? Iacob quidem non maledicit Deus nec Israel, sed sicut putas alij maledicit. Legimus scriptum, quia dicit Dñs ad serpentem: *Maledictus tu ex omnibus* Gen. 3.
bestijs terræ. & iterum ad Adam: *Maledicta terra in operibus tuis.* Eodem.
Sed & ad Cain: *Et nunc maledictus tu à terra, quæ aperuit os suum, vt reciperet sanguinem fratris tui de manib. tuis.* Et, *Maledictus* Gen. 4.
omnis, qui facit sculptile aut conflatile. Verum ne putes hæc in ve- Deuter. 27.
teribus tantummodo literis contineri, etiam in Euangelijs similia inuenies scripta. Scriptum est enim, quia dicturus sit Dominus his, qui à sinistris erunt: *Discedite à me ma-* Matth. 25.
ledicti in ignem æternum. Sed & cum dicit: *Væ vobis scribæ &* Matth. 23.
Pharisæi hypocritæ. Et, *Væ vobis diuitibus,* & singula huiusmo- Luc. 6.
di. Quid aliud, nisi maledictis eos videtur vrgere? Sed quid diximus, quod mandatum per Apostolum datur vbi dicit: *Benedicite & nolite maledicere?* Quod ergo ab homini- Rom. 12.
bus vult fieri, hoc ipse facit, qui exemplum vitæ omnibus ponit? Non ita est. Deus enim quibus maledicit, meritum designat eius cui maledicitur, & sententiam promit:

A vtpote quem non fallat nec peccati qualitas, neque peccantis effectus. Homo autem, quia hæc non potest ferre vel facere, (neque enim propositum mentemque alterius videre alius aut ignoscere potest) idcirco etiam si iudicantis vel sententiam promentis intuitu proferat maledictum, non potest esse iusta maledicendi causa, vbi ignoratur peccantis effectus: maxime quum humanum vitium tunc sciat maledicta proferre, quum forte conuitijs aut iniurijs prouocatur. Quod vitium resecare Apostolus volens, ne maledictis maledicta, & conuitijs conuitia prouocemus, mandatum necessarium ponit, *vt benedicamus & non maledicamus*: quo conuitiandi vitium resecetur: nõ quo iudicandi veritas, quæ hominibus latet, & pronunciandi autoritas perimatur. Et tamen quid causæ sit, quod non maledicat Dominus Iacob neque Israel, ab ipso nihilominus Balaam, imo à verbo quod posuit Deus in ore eius, diligentius audiamus. *De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum.* Siue iuxta aliam editionem, *quoniam de verticibus*, inquit, *montium intuebor eum, & à collibus intelligam eum.* Quia, inquit, in excelsis montibus & altis collibus positus est Israel, h. e. in edita vita & ardua: ad quam

Rom. 12.

B contuendam & intelligendam, non facile quis idoneus fiat, nisi ascendat ad eminentem & excelsam scientiam, idcirco, inquit, non ei maledicit Deus. Est enim vita eius alta & præcelsa, non humilis & deiecta. Quod tamen mihi non videtur, quia de illo Israel, qui secundum carnem Israel est, dixerit: sed de illo cuius super terram ambulantis, conuersatio in cælis est. Aut si etiam ad illum populum dicta hæc referenda sunt, cum distinctione dicit, vt intuear & intelligam, vt futurum tempus significet illud sine dubio, quando omnis Israel ad fidem Christi veniens saluabitur, ab his sine dubio, qui excelsam & cælestem vitam consurgentes cum Christo, exercuerunt super terras. Sed & quod dicit, *De Iacob quidem videbo: de Israel autem intelligam*, etiam hic aptissima distinctione suscipiendum est: vt aliud ad actus visibiles, aliud ad inuisibilem fidem atque intelligibilem scientiam conferatur. Aut si ad futurum seculum conuertimus, id est, ad resurrectionis tempus, *Iacob videbo*, potest de corporibus dictum intelligi, *Israel autem intelligam*, spiritus & animas significare resurgentium. Ecce, inquit, *populus solus habitabit, & in nationibus non reputabitur.* Potest quippe & secundum literam stare. Solus

C enim populus Iacob non est permixtus cæteris hominibus, nec inter cæteras gentes reputatus est. Habuit enim certa quæque priuilegia in obseruationibus suis & in legitimis, ex quibus sequestratus à cæteris gentibus haberetur. Sicut etiam tribus Leui non est permixta inter cæteras tribus, nec annumeratur inter eas. Hæc quidem in illo populo fuerunt secundum formam futurorum bonorũ. Verus autem Iacob & spiritalis Israel, vere solus habitauit in gentibus. Si enim accessimus ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestem, & venimus ad spiritalem Iudæam, quæ est portio Dei, & in terris positi ibi habemus conuersationem, vere non reputamur inter cæteras gentes, nec reliquarum nationum fines cum nostris finibus admiscentur, etiamsi restituatur Sodoma in antiquum, & Ægyptus in statum suum redeat: & si quid tale in Prophetis scriptum, veruntamen illi Iacob & spiritali Israel, quum ad Ecclesiam primitiuorum ascenderit, nullus exæquabitur, nullus admiscebitur, etiam si istæ gentes secundum dicta Prophetica fuerint restitutæ.

D Nisi enim insertus fuerit ramus oleastri, & socius fuerit factus radicis pinguedinis oliuæ, quomodo potest sociari & coniungi ad Iacob vel Israel, quum sine ista radice nec Iacob quisquam possit appellari, nec Israel. Neque ergo ex Iacob vel Israel si quis peccat, Iacob dici vel Israel potest: neque ex gentibus, si quis ingressus fuerit Ecclesiam Domini, inter gentes vltra reputabitur. *Quis inuestigabit semen Iacob & quis dinumerabit plebes Israel?* Simile est illi hoc, quod scriptum est, quia eduxit Deus Abraham foras & ait illi. *Respice ad cælum, & dinumera stellas si potes dinumerare. Et ait: Ita erit semen tuum. Et credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.* Sed Abraham quidem & alij quilibet hominum, aut etiam Angelorum, fortassis autem & superiorum virtutum, non poterat numerare stellas, nec semen

Gen. 15.

Abraham, de quo scriptum est: *Sic erit semen tuum.* DEVS autem de quo scriptum est. *Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.* Et qui dixit *Ego stellis omnibus mandaui*, potest inuestigare semen Iacob, & dinumerare plebes Israel. Ipse enim solus scit, quis vere Iacob, & quis vere sit Israel. Non enim ad eum, qui in manifesto Iudæus est, respicit: neque ad eam, quæ in manifesto in carne est circumcisio: sed videt illum, qui in occulto Iudæus est: & qui circumcisus est corde non & carne. E Psalm. 146.

Ipse ergo solus est, qui dinumerare potest & inuestigare: & ipse secundum ineffabilem & incomprehensibilem sapientiam suam, ad illam cælestem formam, quam ipse solus scire potest, posuit etiam istos Numeros quos habemus in manibus. In quibus præcepit, vt secundum cognationes suas, secundum domos familiarum suarum, ex nomine omnis masculus per capita sua numeretur, à viginti annis & supra, omnis, qui egreditur in virtute Israel. Et colligitur eorum quidam sacratus numerus, de quo iam superius prout donauit Dominus, diximus. Sed iste numerus tunc demum sacratus est & placidus Deo, cum ipso præcipiente numeratur. Si autem contra præceptum Domini voluit aliquis numerare: licet ille de Deo sit, licet magnus Propheta, contra legem agit, & arguitur per Prophetam: & patitur illa, quæ in 2. libro Reg. legimus scripta. *Solus ergo ipse, qui numerat multitudinem stellarum, & qui in mensura omnia, & numero & pondere produxit*, inuestigat semen Iacob, & dinumerat plebes Israel. Posthæc quasi de semetipso quædam prophetare videtur cum dicit: *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia.* Sed hoc quantum ad personam spectat. Balaam, illius & illius Israel, nec factum est, nec fieri potuit. Non enim inter ipsos, sed ab ipsis mortuus est. Magis ergo vt diximus, ipsorum personæ conuenit. qui licet in præsenti luce vel seculo vanus populus habebatur, qui sine gratia Spiritus S. in fine tamen seculi *quum plenitudo gentium introierit*. & omnis illa Prophetia, quæ de Israel dicitur, in spiritali Israel fuerit completa, tunc anima eius moriatur cũ animab. iustorum. Suscipiet enim in se fidem Christi, ita vt ipsi dicant: *Quicunque in Christo baptizati sumus, consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem.* Et iterum: *Si commorimur, & conregnabimus.* Et sic complebitur intelligibili Balaam, vt moriatur anima eius inter animas iustorum. Quod autem dicit: Et fiant nouissima mea horum similia, siue vt alia editio habet, vt fiat semen meum sicut semen iustorum, possit quidem & de illo Balaam intelligi, sed hoc quod magis illi, qui de Oriente venientes, primi adorauerunt Iesum, de semine eius esse videantur, siue per successionem generis, siue per disciplinæ traditionem. Euidenter enim constat illos agnouisse stellam, quam prædixerat Balaam orituram in Israel: & sic venisse & adorasse regem, qui natus est in Israel. Conueniet tamen & populi personæ, secundum ea, quæ prædiximus: vt non tam ipsi quam semen eorum efficiatur sicut semen iustorum, eorum scil. qui credentes ex gentibus in Christo, iustificati sunt. Vnde manifestum est, quia sicut Apostolus dicit: *Neque circumcisio est aliquid, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur.* Et ideo nemo aut circumcisionis antiquitate se iactet, aut in præputij nouitate glorietur: sed vt Apostolus dicit: *probet vnusquisque opus suum, & sic in semetipso tantum gloriam habebit.* Sic denique & Propheta dicit: *Ecce homo & opus eius.* Et merces in conspectu Domini esse dicitur, vt reddat vnicuique secundum opera sua. Sed & secundum legem tropologiæ, hæc sententia vtiliter intelligi valet. Sunt namque nonnulli intra sanctam Ecclesiam, qui prolixas ad dñm preces habent, sed vitã deprecantiũ non habent. Nã promissa cælestia petitionib. sequunt, operib. fugiunt. Hi nonnunq̃ lachrymas in oratione percipiunt: sed quum post orationis tempora eorum mentem superbia pulsauerit, illico in fastu elationis intumescunt. Quum instigat auaritia, mox per incendia auidæ cogitationis exæstuant. Cum luxuria tentauerit, in illicitis protinus desiderijs anhelant. Cum ira suaserit, mox mansuetudinem mentis flamma insaniæ cremat. Vt ergo diximus, & fletus in prece percipiunt, & tamen expletis precibus cum vitiorum suggestione pulsantur, nequaquam pro æterni regni desiderio se fleuisse

F Sap. 11.

Roman. 6. 2. Tim. 2.

G

Gal. 6.

Ibidem.

H

memi-

A meminerunt. Quod aperte Balaam de se innotuit: qui iustorum tabernacula conspiciens, ait: Moriatur anima mea morte iustorum: & fiant nouissima mea horum similia. Sed quum compunctionis tempus abscessit, contra eorum vitam quib. se similem fieri etiam moriendo poposcerat, consilium præbuit. Et quum occasionem de auaritia reperit, illico oblitus quid sibi de innocentia optauit. Vnde solicite considerandum est, quia sicut plerunque mali inutiliter compunguntur ad iustitiam: sicut plerunq; boni innoxie tentantur ad culpam. Fit quippe mira, exigentibus meritis, dispositionis internæ mensura: vt & illi dum bonum aliquid agunt, quod tamen non perficiunt, superbe inter ipsa, quæ etiam plenissime perpetrant mala confidant: & isti dum de malo tentantur, cui nequaquam consentiunt, quod per infirmitatem titubabant, eo gressus cordis ad iustitiam per humilitatem verius figunt. Balaam quippe iustorum tabernacula respiciens, ait: Moriatur anima mea morte iustorum. Paulus vero ait: *Video aliam in membris meis, repugnantem legi mentis meæ: & captiuum*

Rom. 7 B *me ducentem in legem peccati, quæ est in membris meis.* Qui profecto idcirco tentatur, vt in bono robustius, ex ipsa infirmitatis suæ cogitatione solidetur. Quid ergo est quod ille compungitur, & tamen iustitiæ non appropinquat, iste tentatur, & tamen eum culpa non inquinat, nisi hoc quod aperte ostenditur, quia nec malos bona imperfecta adiuuant, nec bonos mala inconsummata condemnant? Virtutis nanque pondus oratio non habet, quam nequaquam perseuerantia continui amoris tenet. Quo contra bene de Anna flente perhibetur: *Vultusq; eius non*

1. Reg. 1. *sunt amplius in diuersa mutati.* Quia videlicet mens eius nequaquam post præceps inepta lætitia lasciuiendo perdidit, quod orationis suæ tempore per gemitum rigore exquisiuit.

Dixitq; Balac ad Balaam: Quid est hoc quod agis? Vt malediceres inimicis meis vocaui te: & tu e contrario benedicis eis? Cui ille respondit: Num aliud possum loqui nisi quod iusserit Dominus? Dixitq;

C *Balac: Veni mecum in alterum locum, vnde partem Israelis videas, & totum videre non possis: inde maledicito ei. Quumq; duxisset eum in locum sublimem super verticem montis Phasga, ædificauit Balaam septem aras: & imposito supra VII. vitulis atq; arietibus, dixit ad Balac: Sta hic iuxta holocaustum tuum, &c.*

Igitur Balac rex veluti attonitus & percussus ex his, quę contra spem dici videbat a Balaam, (benedictiones enim pro maledictionibus audiebat) vltra non ferens interrupit verba eius & ait: *Quid facis mihi? Ad maledicendum inimicos meos vocaui te, & ecce benedixisti benedictionem.* Non tulit rex amarus benedictionem dulcedinis, sed maledicta quærit, maledicta deposcit. Et enim ex cogitatione illius

Gen. 3. ad quem dixit Dominus. *Maledictus tu ab omnibus bestijs terræ.* Sed ad hæc respondit ei ille, cui verbum Deus in ore posuerat. *Nonne quæcunque, inquit, miserit Deus in os meum, hæc obseruabo loqui?* Adhuc Balac putans, quia præteritus esset populi Israelitici Balaam multitudine: & ideirco non fuisset ausus proferre maledicta, immutationem sibi loci reddidit profuturam, & ait ad eum: *Veni adhuc mecum in lo-*

D *cum alium, de quo non videas eum totum: sed partem aliquam eius videas, omnes autem non videas: & maledic mihi eum inde.*

Mat. 5. Demens, qui Israeliticam gratiam loci obiectione crederet posse celari: & qui nesciret, quia *non potest abscondi ciuitas super montem posita.*

Et assumpsit eum, inquit, in speculam agri, in vertice montis casi & construxit ibi septem aras, & imposuit vitulum & arietem super aram. Et dixit Balaam ad Balac: Sta ad sacrificium: ego vero pergam percunctari Deum. Et occurrit Deus ipsi Balaam, & misit in os eius verbum & dixit, sine dubio Deus. *Conuertere ad Balac & hæc loqueris. At ille, hoc est, Balac, stabat iuxta holocaustomata sua: & omnes principes Moab cum ipso: Et dixit ei Balac: Quid loquutus est Dominus.*

Res quidem prophani sacrificij gerebantur, & diuinatio arte magica quærebatur. Volens tamen Deus ibi abundare gratiam: vbi superabundauit peccatum, adesse dignatur: nec refugit ab his, quæ non secundum gentilium gerebantur errorem. Adest autem non sacrificijs, sed in occursum venienti: & ibi dat verbum suum, atq; ibi mysteria futura prænunciauit, vbi maxime fides & admiratio gentilium pendet: vt qui nostris nolunt credere Prophetis, credant diuinis & vatibus suis.

At ille assumpta parabola sua ait. Sta Balac & ausculta audi fili Sephor. Non est Deus quasi homo vt mentiatur: nec vt filius hominis vt mutetur. Dixit ergo & non faciet, loquutus est & non implebit? Ad benedictionem adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. Non est idolum in Iacob: nec videtur simulachrum in Israel. Dominus Deus est cum eo: & clangor victoriæ regis in illo. Deus eduxit eum de Aegypto: cuius fortitudo similis est rhinocerotis. Non est augurium in Iacob: nec diuinatio in Israel. Temporibus suis dicetur Iacob & Israel, quid operatus sit Deus. Ecce populus vt leæna consurget, & quasi leo erigetur. Non accubabit donec deuoret prædam: & occisorum sanguinem bibat.

E Alia editio sic habet. Et assumens, inquit, parabolam suam dixit. Per parabolam ergo dicit Balaam. Surge Balac & audi: auribus percipe fili testis Sephor. Non sicut homo Deus frustratur: neque sicut filius hominis terretur. Ipse quum dixerit nonne faciet? Loquetur & non

F permanebit? Ecce ad benedicendum assumptus sum: benedicam & non auertam eum. Non erit labor in Iacob: nec videtur dolor in Israel. Dominus Deus suus cum ipso: præclara principum cum ipso sunt. Deus, qui eduxit eum de Aegypto, sicut gloria vnicornis ei. Non enim erit auguratio in Iacob: neq; diuinatio in Israel. In tempore dicetur Iacob & Israel, quid perficiet Deus. Ecce populus sicut catulus leonis exurget: & quasi leo exultabit. Non dormiet donec comedat prædam: & sanguinem vulneratorum bibet. Hæc est continentia secundæ Prophetiæ in verbis Balaam. Videamus ergo primo hoc ipsum quod ait Exurge Balac & audi. Si enim in superioribus non dixisset, quia staret iuxta holocaustum suum, non videretur magnopere requirendum, cur dixerit, exurge Balac. Nunc autem quum hortetur exurgere eum quem nuper dixerat stare, non est otiose prætereundus sermo propheticus. Quod ergo in superioribus, quia staret ad holocaustum suum, designat eum non recte stare. Stabat enim in idololatria positus: & stabat quasi inimicus Dei: quod magis est

G non stare sed cadere. Quasi ergo, qui de illo tunc cadere docuerat, imo & qui ceciderit: ita nunc intellectu Prophetico exurgere iubet eum: quippe, qui per eum quod stare in idolatria visus fuerit, cecidisset. Exurgat, qui talis est: exurgat animo: exurgat fide, & efficiatur testis fidei. Si vero permanet infidelis, vt sit testis condemnationis suæ. Sed quid est, quod ei annunciat audiamus. Non sicut homo, inquit, Deus frustratur: neq; sicut filius hominis terretur ipse. Non habeas, inquit, hanc opinionem de Deo, vt putes eum esse sicut hominem: qui in his, quæ loquitur frustrari possit. Homines n. multis occasionibus & vitijs impediuntur ne verum sit, quod loquuntur. Aut enim iritati loquuntur, & ira cessante frustra loquuti sunt: aut metu aut cupiditatis aut iactantiæ gratia, alijsq; horum simil. Et vtique frustra erit & vanum omne, quicquid vitio dominante loquuti sunt. Deus autem in quo nulla est passio nulla fragilitas, omne quod dixerit, pro causarum meritis dicit: & ideo nunquam frustrari potest: quia quicquid

H ratione profertur, carere non potest ratione. Non est ergo Deus sicut homo, qui frustra loquatur: neque sicut filius hominis terretur: vel vt in alijs exemplarib. adhuc legim⁹, neq; sicut filius hominis terret. In hominib. interdum sententiam mutat & terret. Deus autem, qui supra omnia est, à quo terreri potest, vt sententiam mutet? Si vero secundum hoc accipiamus, quod in alijs exemplarib. diximus lectum, h. e. neq; filius hominis terret, illud videbitur dici, quod homines quidem pro iactantia interdum terrores faciunt & minas etiam his, quib. nonnunquam nocere non possint. Deus autem non ita terret homines, quasi qui punire non possit: sed & si terret, ratione terret. Terret enim vt corripiat hominem in auditionis tribulatione, & verbo comminationis deterritus, emendet se, qui male agit ne perueniat ad eum ipsa vindicta male gestorum suorum. Non ergo ita Deus terret vt homo: homo enim vt diximus pro iactantia, Deus vero pro emendatione conterret. Post hæc ait Ipse quum dixerit non faciet, loquetur & non permanebit? Sic legendus est locus, quasi interrogantis affectu dicat. Ipse, hoc est, DEVS.

Quod

A Quod dicit nonne & faciet? Et quæ loquutus fuerit non permanebit ex eis? Quum vtique homines non faciant, quæ dicunt vitio humanæ fragilitatis: & his non permaneant, quæ loquuntur. Mutabilis enim est homo, immutabilis vero Deus. Sed potest aliquis occurrere & dicere. Quomodo ergo non permansit Deus in his, quæ (Ionæ 3.) loquutus est de Niniue, *vt post triduum subuerteretur*: neque in his, quæ locutus est de Daniel: vbi tribus diebus promissa fuerat mors, vt vastaret populum: & intra vnam diem vsque ad horam prandij cessauit? Et videbitur fortassis, quia hæc, quæ per interrogationem dicuntur, non penitus pro definito accipienda sunt: sed talis quædam figura verbi sit, quæ medium aliquid videatur ostendere: non tam definitæ & irreuocabilis sententiæ declaret effectum: quo temperantius aliquid dictum videatur in eo, quod scriptum est: Ipse quum dixerit non ne faciet? quasi scriptum esset: Ipse quum dixerit, omnimodis faciet. Sed in ipsis verbis propheticis, non tam sermones Dei, quam ipsorum Prophetarum accipienda sunt: quæ iuxta merita B singulorum protulerunt: sed Dei miseratione, ne super eos venirent suspensæ sunt. Item per Ieremiam Dominus (Ierem. 18) dicit: *In finem loquar*, hoc est, ex definito loquar, *super gentem & super regnum: auferam eos & disperdam. Et si conuersa fuerit gens illa a malis suis, pœnitudo de omnibus malis, quæ cogitaui facere eis. Et in finem loquar super gentem & regnum, vt readificem eos & replantem: & si fecerit mala in conspectu meo, vt non audiant vocem meam, pœnitebit me de omnibus bonis, quæ loquutus fueram vt facerem eis.* Quomodo ergo possumus his, quæ absolute per Ieremiam dicta sunt præferre illa quæ suspensiue per Balaam dicuntur, nisi quia negligentib. & contemptorib. illa confirmanda: hæc vero perfectiorib. secretius aduertenda sunt. Sed post hæc Balaam. Ecce, inquit, ad benedicendum assumptus sum: benedicam & non auertam eum. Ad benedicendum Balaam assumptus est à Balac, sed à Deo, qui misit verbum in os eius quo populum benediceret. * Et hanc benedictionem non auertit: nec enim poterat etiam si vellet, verbum Dei humana lingua conuertere. Post hæc ait. Non est idolum in Iacob: nec videtur simulacrum in Israel. Hæc ergo secundum historiam quomodo stare poterunt, quum ipsi carnales Israelitæ, & filij Iacob Patriarchæ, sæpius arguantur per Prophetas pro idololatria C quam gesserant? Sed melius de futuro populo, hoc est, veris & spiritalibus Israelitis intelligendum est, quod ibi non sit cultura idolorum: sed verus Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti seruitus, religio & cultus perpetuus. Quod autem alia editio habet: Non erit, inquit, labor in Iacob: neque videbit dolor in Israel: aperte in istis sermonibus, futuræ vitæ denuntiat statum. Quis enim est qui hanc vitam sine labore & dolore transcurrat? Nec si Petrus sit aliquis, aut si Paulus sit, quomodo non (2. Cor. 12.) in labore & dolore est, *ter virgis cæditur, semel lapidatur, ter naufragium fecit, in profundo maris die ac nocte*, aliaque innumera perpetitur, quæ de laboribus ac doloribus suis scribit: sed ibi istud complebitur, vbi dictum est, aufugiet dolor & tristitia & gemitus. Quod tamen non ad omnes, sed (Luc. 16.) ad eos tantum, qui meritis Iacob & Israel fuerint refertur: vt fuit & ille Lazarus: qui præsentem quidem vitam in labore & dolore transegit. Ibi autem dicitur ad diuitem: *Memento fili, quia tu recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic requiescit: tu vero cruciaris.* Ille ergo est D Israel & Iacob in quem non venit labor & dolor. Diues enim ille erat quidem. & ipse secundum carnem Israel. (Ibidem) Denique enim ei, *quia fratres tui habent legem & prophetas audiant illos*. Sed quia non erat secundum spiritum Israel, ideo venit super illum labor & dolor. Sequitur: Dñs Deus eius cum eo est: & clangor victoriæ regis in illo. Hoc de prædicatione Euangelij in populo Christiano dicit: vbi aperta voce annunciatur, quomodo rex Christus per crucis trophæum de diabolo triumphauit, ac regnum sibi ad(Mat. vlt.)quisiuit, (Philip. 2) perpetuum. Vnde ipse postquam resurrexit à mortuis, discipulis suis apparuit & ait: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra* &c. Hinc & Paulus: *Christus*, inquit, *factus est obediens pro nobis patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod Deus illum exaltauit: & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus, in gloria est Dei Patris.* Quod autem iuxta E aliam editionem legitur, Dominus Deus cum ipso, præclara principum cum ipso sunt, nunquam enim Israel suum deserit Deus. Quorum autem principum præclara cum ipso Israel sint, videamus. Præclara principum, potestas est principatus & regnum. Verum quoniam sunt & aliqui principes, qui de principatu suo vel pellendi, vel iam forte depulsi sunt, & in locum ac principatum eorum introducendi hi, qui vere Israelitæ sunt, præclara illa omnia, quæ habuerunt in cælis, illi principes, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt æterna domicilia, Israel iste & Iacob, qui colluctatus est & vicit, accipiet: & sic cum ipso erunt præclara principum. Deus eduxit eum de Ægypto: cuius fortitudo est similis rhinocerontis. Vel iuxta aliam editionem, sicut gloria vnicornis eius. Eductus est ille quidem Israel de Ægypto ista terrena: hic autem spiritalis Israel de Ægypto seculi, & de potestate tenebrarum: & est fortitudo vel gloria eius tanquam vnicornis. Vnicornis quidem fertur esse animal eo F habitu formatum, quo nominis ipsius designatur indicium: quod animal frequenter in scripturis diuinis positum legimus: sed præcipue apud Iob Dei vocibus potentia eius & virtus exponitur: in quib. vt in quamplurimis Christus intelligitur designari. Et in diuinis scripturis cornu pro regno positum sæpe reperimus: sicut & Propheta dicit: *Quatuor autem cornua, quatuor regna sunt.* (Daniel. 8.) Sub nomine vtique vnicornis, in Christo hoc videtur ostendi, quia omne quod est vnum, eius cornu est: hoc est, vnum regnum eius. Omnia enim Pater subiecit pedibus eius: vsquequo & nouissimus inimicus destruatur mors: & tanquam vnicornis, vnum omnium regnum teneat Christus. Quia sicut scriptum est, *regni eius non erit finis*. (Isa. 9.) Erit ergo ei, inquit, hoc est, Israeli illi spiritali gloria, sicut est gloria vnicornis. Sic enim & ipse in Euangelio Dominus dicit: *Pater da eis, vt sicut & ego & tu vnum sumus, ita & ipsi in nobis vnum sint.* (Ioan. 17.) Et ideo similis gloria dabitur Israeli, sicut est gloria vnicornis. Maxime quum transformabit corpus humilitatis nostræ, conforme corpori gloriæ suæ, non erit auguratio in Iacob, G neque diuinatio in Israel. In tempore dicetur ad Iacob & Israel, quid perficiat Deus. Igitur quoniam visum est etiam diligentius de singulis quibusque discutere, non absurdum, si etiam quid sit auguratio vel diuinatio, quam quidem placuit scripturæ commemorare, de his ne quis forte ignoranter in hæc incidat, requiramus. Videtur ergo mihi futurorum præscientia quantum ad ipsam rem spectat, medium quiddam esse: id est, neque proprie bonum, neque proprie malum: quandoquidem potest interdum etiam à parte diaboli ad hominum notitiam, futurorum venire præscientia. Sine dubio autem quum tempus & opportunitas poscit & voluntas Dei fuerit, datur etiam à Deo & Prophetia, hominibus præscientia. Et ideo diximus, quia neque proprie bonum dici potest, quod aliquando à malo venit: neque proprie malum, quod aliquando à Deo descendit. Nam & in libro Regum sacerdotes & diuini allophylorum, de remittenda arca Dei, ob plagam, quæ eis propterea euenerat, diuinando consilium dederunt: vt adhibitis vaccis plaustro nouo, in terram H Iuda dirigerentur. Est ergo tali quædam in ministerio præscientia operatio dæmonum, quæ artibus quibusdam ab his, qui se dæmonibus mancipauerunt colligitur: nunc per eas quas sortes nominant: nunc per ea, quæ auguria appellant: nunc etiam ex contemplatione fibrarum, quæ extispicium vocant: alijsque horum similibus præstigijs comprehendi, videtur intelligi. Quæ artes in tantum ad decipiendum genus humanum profecerunt, vt etiam iustissime Ezechiæ filius Manasses hoc errore deceptus, ædificauerit vt scriptura dicit: *altare omnis exercitus cæli, in vtraque domo domini.* (4. Reg. 21. Ephes. 6.) Hunc autem arbitror exercitum cæli, quem Paulus, *spiritales nequitias in cælestibus positas*, scribit. Nisi si ergo multum in his artibus deceptionis esset & erroris, non puto tanti viri filium, in lege Domini educatum, in illas impietates potuisse corruere, quæ in quarto regnorum libro de eo scriptæ referantur. (4. Reg. 20. & 21. Leuit. 19.) Hæc enim omnia, religio nostra diuina & cælestis, abiurat. In Leuitico quidem aperta

A lege designat dicens: *Non diuinabitis neq; augurabimini.* Et post pauca: *Non sequamini, inquit, ventriloquos nec adiungamini ad incantatores, vt contaminemini ab eis. Ego Dominus Deus vester.* Non vult Deus auditores nos fieri & discipulos dæmonium. Neque vult vt si quid volumus discere, discamus a dæmonibus. Melius est enim ignorare quam à dæmonibus discere. Decentius est à Prophetis discere, quam à diuinis inquirere. Diuinatio enim vt quidam putant, diuinitus datur: sed magis vt mihi videtur per anuphtasiam id est [illegible] ratio nomen accepit: quasi quæ per homines dæmone repletos, fiat. Sed gentilium ritus diuinum credit omne, quod qualicunq; spiritu profertur. Nos tamen nihil ab his discere Deus iubet: ne efficiamur consortes impiorum: & incurramus in ea, quæ Esaias dicit. *Et humiliabuntur in terram verba tua: & sermones tui sub terram demergentur: & erit vox tua sicut loquentis de terra, & ad solum vox tua infirmabitur.* Propter hoc & Deus noster Iesus, non dignatur à dæmonibus accipere testimonium, sed ait: *Obmutesce & exi ab eo.* Quem Apostolus suus Paulus imitatur. Dolens, inquit, conuertit se, & ait spiritui pythonis. *Præcipio tibi in nomine IESV Christi, discede ab ea.* Propter hoc ergo non erit, inquit, auguratio in Iacob, neque diuinatio in Israel. Sed quid his additur? In tempore, inquit, dicetur Iacob & Israeli, quid perficiet Deus. Quid est in tempore dicetur? Quum oportet & quum expedit, hoc est, in tempore. Si ergo expedit præscire nos futura, dicetur à Deo per Prophetas Dei per Spiritum sanctum. Si vero non dicuntur, neq; denuntiantur, scito quoniam non nobis expedit ventura præscire. Quod si idcirco non dicuntur nobis, quia scire nobis ea non expedit, qui diuersis artibus & dæmonum inuocantibus gestiunt futura præscire, nihil aliud faciunt, nisi ea cupiunt discere, quæ sibi scire nō expedit. Iacob autem in his dici intelligendus est omnis, cui luctamen est aduersus principatus & potestates: & aduersum mundi huius rectores: & Israelem intelligi omnem, qui per fidei puritatem & mundiciam mentis, videt Deum. Sed potest aliquis dicere: Si à solo Deo debemus discere de futuris, & neque diuinum, neque augurem, neque aliud quodcunque horum accipere, nec iste ipse quidem Balaam recipiendus à nobis est. Vnus est enim ex his quos recipi prohibet diuina sententia. Sed aduerte diligentius & memento, quod in superioribus legimus, vbi dictum de eo, quia inicit Dominus verbum suum in os eius. Non ergo hæc nunc ad Balaam, sed à verbo Dei, quod in ore eius positum est, discamus. Nisi enim verba Domini essent, non ea vtiq; reuelasset famulo suo Moysi: qui procul positus, quum ab eo regi Balac dicerentur, certum est, quod nisi à Deo sibi reuelata, Moyses scire non potuit. Post hæc, Ecce, inquit, populus sicut leæna vel catulus leonis exurget: & sicut leo exultabit. In his mihi videtur confidentiam populi describere credentis in Christo, & libertatem magnam habet in fide: & exultationem quam gerit in spe. Comparatur catulo leonis dum tendit ad perfectionem lætus & velox. Leoni vero confertur, quum iam obtinet, quæ perfecta sunt. Sicut enim

D leo & leæna vel catulus leonis nullum animal, nullam bestiam timent, sed sunt eis cuncta subiecta, ita & perfecto Christiano, qui tollit crucem suam & sequitur Christum: qui potest dicere: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo,* cuncta subiecta sunt, cuncta calcantur. Despicit enim & contemnit omnia, quæ in hoc mundo sunt: & imitatur eum, qui leo de tribu Iuda, & catulus leonis dicitur. Quia sicut ipse lux est mundi, & discipulis suis dedit, vt & ipsi essent lux mundi, ita & quum ipse sit leo & catulus leonis, etiam credentibus in se, nomen leonis & catuli leonis attribuit. Vide autem, quia euidenter non de illo, qui tunc præerat populo, sed de hoc qui futurus erat ista dicuntur. Ait enim: Ecce populus sicut catulus leonis exurget & sicut leo exultabit. Exurrecturum dicit populum, vt eum qui futurus erat. Nam si de eo diceret quem videbat dixisset [illegible]: Ecce populus sicut catulus leonis exurrexit. Sed dictum est, quia de illo populo dicebat de quo & in alijs scriptum est: *Annunciabunt cœli iustitiam eius populo, qui nascetur, quem fecit Dominus.* Est ergo populus hic catulus leonis, quum [illegible] rationabile & sine dolo lac concupiscunt. Leo autem exultans, quum fuit effectus, quæ paruuli erant deposuit. Non dormiet donec comedat prædam, & sanguinem vulneratorum bibat. In his verbis, quis ita erit historicæ narrationis contentiosus assertor, imo quis ita brutus inuenietur, qui non horrescens sonum literæ, ad allegoriæ dulcedinem ipsa necessitate confugiat? Quomodo enim iste populus tam laudabilis, tam magnificus, de quo tanta præconia sermo dinumerat, in hoc veniet, vt sanguinem vulneratorum bibat, cum tam validis præceptis, cibus sanguinis interdicatur: adeo vt etiam nos, qui ex gentib. vocati sumus, necessario videamur abstinere, sicut ab his, quæ idolis immolantur, ita & à sanguine? Discant ergo à nobis, quis est iste populus, qui in vsu habent sanguinem bibere. Hæc eadem, quæ in Euangelio audientes hi, qui ex Iudæis Dominum sequebantur, scandalizati sunt & dixerunt: *Quis potest manducare carnes, & sanguinem bibere?* Sed populus Christianus, populus fidelis audit hæc, & amplectitur & sequitur eum, qui dicit: *Nisi manducaueritis carnē meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitā in vobismetipsis. Quia caro mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus.* Et vtiq;, qui hęc dicebat, vulneratus est pro hominib. *Ipse n. vulneratus est pro peccatis nostris,* sicut Esaias dicit. Bibere autem dicimur sanguinem Christi, non solum sacramentorum ritu, sed cum sermones eius recipimus, in quibus vita consistit, sicut & ipse dicit: *Verba, quæ ego loquutus sum, spiritus & vita sunt.* Est ergo ipse vulneratus, cuius nos sanguinem bibimus, i. doctrinæ eius verba suscipimus. Sed & illi nihilominus vulnerati sunt, qui nobis verbum eius prædicarunt. Et ipsorū enim, i. Apostolorum eius verba quum legimus, & vitam ex eis consequimur, vulneratorum sanguinem bibimus. Non ergo, inquit, dormiet, donec comedat prædam. Iste enim populus, qui catulo leonis vel leoni comparatur, non quiescet nec dormiet, donec rapiat prædam, i. donec diripiat regnum cælorum: *quia a diebus Iohannis regnum cælorum vim patitur, & vim facientes diripiunt illud.* Vt autem euidentius cognoscas, hæc de nostro populo, qui in sacramentis Christi confœderatus est scribi, audi quomodo & in alijs Moyses similia pronunciat dicens: *Butyrum boum & lac ouium, cum adipe agnorum & arietum, filiorum taurorum & hircorum, cum adipe renum frumenti, & sanguinem vuæ biberunt vinum.* Et hic ergo sanguis, qui nominatur vuæ illius, vua est, quę nascitur ex illa vite de qua Saluator dicit: *Ego sum vitis vera, discipuli vero palmites. Pater autem agricola est:* qui purgat eos, vt fructum plurimum afferant. Tu ergo es verus populus Israel, qui scis sanguinem bibere, & nosti carnem verbi Dei comedere, & sanguinem verbi bibere: & vuæ sanguinem illius, quæ est ex vera vite, & ex illis palmitibus, quos Pater purgat, haurire. Quorum palmitum fructus, vulneratorum sanguis merito dicetur: quem ex verbis eorum & doctrina bibimus, si tamen simus vt catuli exurgentes. *Dixit itaq; Balac ad Balaam: Nec maledicas. Et ille: Nonne ais dixi tibi, quod quicquid mihi Deus imperaret, hoc facerē? Et ait Balac ad eum: Veni & ducam te ad alium locum, si forte placeat Deo, vt inde maledicas eis. Quumq; duxisset eum super verticem montis Phogor, qui respicit solitudinem, dixit ei Balaam: Aedifica mihi septem aras, & para totidem vitulos, eiusdemq; numeri arietes. Fecit Balac vt Balaam dixerat, imposuitq; vitulos & arietes per singulas aras.*

H Infelix iste Balac, putans, quod Balaam diuino, ad maledicendum loci opportunitas magis defuerit quam voluntas, vtilius esse ratus si mutaret locum. Veni, inquit, & educam te in alium locum, si placet Deo, & maledices eum inde. Et assumpsit Balaam in verticem montis Phogor, qui tendit in desertum. Eos quidem quos Deus vocat, imponit eos in verticem montis Sina. Hic autem Balac, qui Deo contrarius est, imponit Balaam in verticem montis Phogor. Phogor autem interpretatur delectatio. In verticem autem delectationis & libidinis imponit homines, iste Balac. Amator ergo est voluptatis magis quam Dei. Et idcirco imponit eos in summitatem & verticem voluptatis, vt excludat eos Deus. Excludens enim & deuoratio interpretatur Balac. Ideo denique ad eremum tendit Phogor, id est, ad ea, quæ eremа sunt, & deserta Deo negotia.

Margin: Leuit. 19. — Esa. 29. — Luc. 4. — B — Act. 16. — C — Gal. 6. — Psalm. 21 — E — Ioan. 6. — Ibidem. — F — Esa. 53. — Ioan. 6. — Matth. 11. — G — Deuter. 32. — Ioan. 15.

A conſcripta eſſe præconia Nec Moyſes enim, nec alius quis Prophetarum ſa[illegible] de inuenietur tantis laudib. ef[illegible]us. Vnde magis mihi videretur hæc illi populo conuenire eo tempore, quo tam c[illegible]nuerſus ad Dominum depoſuit velamen quod erat [illegible] cur ſuum. Dominus autem ſpiritus eſt. [illegible] [illegible]c t, reuelau oculi eius: quaſi, qui nunc clau[illegible] nunc per ſpiritum Dei, qui ſuper eum factus [illegible] vt lamihe reuelentur. Nunc ergo eſt quan o[illegible] idet & vere audit verba fortis: & viſum Dei videt [illegible] nis, eſt, ea, quæ i ſomnis Danieli Prophetæ te[illegible] ora deſignata ſunt, videbit impleta & viſiones illas, quæ in ſomnis ad illum delatæ ſunt, videt, hoc eſt, intelliget, agnoſcet: & oculis reuelatis efficitur ſimilis, qui

2. Cor. 3. dicebant: *Nos autem omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, eadem imaginem transformamur, a gloria in gloriam tanquam Domini ſpiritu.* Verum ſi quis hęc etiam ſecundum hiſtoriam velit dicta ſuſcipere, quia in eo quo vidit Balaam, quia bonum eſt in conſpectu Domini benedicere Iſrael,

B oſtenduntur reuelati oculi eius, & factus eſt homo vere videns. Quæ vera enim vidit hoc eſt, quæ futura erant de Iſrael v[illegible] Iacob. Audiſſe quoq; eum verba fortis dicet in eo, quum venit ad eum Deus, & dixit ei in ſomnis. Verbum quod de m[illegible] ore too, hęc obſerua vt loquaris: & hoc erit viſum Dei quod vidit in ſomnis. Ex per hæc tr[illegible] relatos eſſe [illegible] ctus eſſeit quia potuit videre, quæ vidit. Hæc quidem de his, quæ in præfatione ſua Balaam in ſemetipſum viſus eſt prophetare. Iam nunc videamus, quæ ſunt, quæ in conſ[illegible]quentibus dicit.

Q[illegible] m pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſrael. Vt valles nemoroſæ: vt hort[illegible] iuxta fl[illegible] nos irrigui: & ta[illegible] nacula, quæ fixit Dominus, quaſi cedri, propter aquas.

Nun puto quod domicilia eorum terrena cõlaudet. Neque n[illegible] cæ[illegible] qua[illegible] tuiſſe apud [illegible] os propter cæteras gentes memoratur. Sed videamus, [illegible] quantam populus per tribus [illegible] diuiſus, & vnaquæq; tribus per plebes, & iterum p[illegible] per cognationes p[illegible] chantur, & cognationes per domos familiarum, per [illegible] num nominatim, &

C per capita n[illegible] ancur, hoc eſt, omnis, qui etatis à viginti annis & [illegible] maſculus, qui procedere poterat ad bellum, hæc t[illegible] berna[illegible] ula B[illegible] laam in ſpiritu [illegible] ontuens magnificet & ext[illegible] llat. Sed non in his [illegible]ius litteræ conuenda ſententia [illegible]: quoniam quidem, quæ loquitur Balaam, aſſumpta parabol[illegible] al[illegible] quitur: In parabolis er[illegible] o & nos, quo[illegible] dicitis [illegible] mus. Si n[illegible] conſideres tribus illas, & ordines populo[illegible] qui intelli[illegible] vne [illegible] bebuntur tn[illegible] [illegible] quando vnuſquiſq; ter[illegible] in ſuo o[illegible] dine, ſi[illegible] intuere tribus illas & plebes & cognationes, in q[illegible] citos & arguinis eſt c[illegible]ognatio, quam in ei[illegible] & an[illegible] tunc in[illegible] pul hr[illegible] ſunt tabernacula Iacob & tentoria Iſrael. Quod ſi ſ[illegible] ndum [illegible] ionem legere volueris ita. Quam bonæ ſunt domus tuæ Iacob, tab[illegible] [illegible] & Iacob atq; Iſrael diuerſitatem [illegible]: quæ [illegible] m habenda diſtinctio

D [illegible]. Domus tes[illegible] [illegible] ta aliquid ſtabilis, & certis terminis ſe pta. Tabernacula vero [illegible] habitaci[illegible] quædam eorum, qui ſemper in vi[illegible] ſunt, & ſemper [illegible] lant: nec terminis ſui terminum reperiunt. Igitur Iacob habendus eſt in eorum perſona, qu[illegible] in actibus & opere perfecti ſunt: Iſrael vero in intelligen[illegible] ſunt, qui ſtudia eiga ſapientiam gerunt. Qui ergo operum geſtorum, quæ exercitu, certo fine clauduntur (neque [illegible] ſine fine eſt operum perfectio) vbi adimpleuerit quis omnia, quæ facere debuit, & ad perfectionis finem operum venerit, perfectio ipſa o[illegible] rum, bona domus eius eſſe dicitur. Eorum vero, qui [illegible] entiæ & [illegible] ntiæ operam amant, quoni in fi[illegible] [illegible] Quis [illegible] n terminus ſapientiæ Dei est? vbi quanto amplius q[illegible] , tanto profun[illegible] inuenit; & quanto quis ſerut[illegible] fuerit, tanto a[illegible] ſtibilia & incomprehenſibilia de[illegible] ndit. Incomprehenſibilis enim & inæſtimabilis eſt Dei ſapientia. Circo eorum, qui ter ſapientiæ incedunt, non domos laudant (non enim perueneſ[illegible] ad finem, ſed tabernacula mirantur, in quibus ſemper ambulant, & ſemper proficiunt: & quanto m[illegible] [illegible] phciunt,

E tanto eis proficiendi via augetur, & in immenſum porrigitur. E[illegible] ideo iſtos profectuæ eorum per ſpiritum contuens, tabernacula eas nominat Iſrael. Et [illegible] ete ſi quis ſcientiæ aſſ[illegible] quos profectus, & experimenti aliquid in talibus ſumpſit, ſcit profecto quod vbi ad aliquam ventum fuerit theoriam, & agnitionem myſteriorum ſpiritalium ibi anima quaſi in quodam tabernaculo demoratur. Quum vero ex his, quæ reperit, alia ruſus rimatur, & ad alios proficit intellectus, inde quaſi eleuato tabernaculo tendit ad ſuperiora: & ibi collocat, & in mentis ſedem, ſenſuum ſtabilitate fixam: & inde iterum ex ipſis alios inuenit ſpiritales ſenſus: quos priorum ſine dubio ſenſuum conſequentia pate fecerit. Et ita ſemper ad priora extendens, tabernaculis quibuſdam videtur incedere. Nunquam enim eſt quando anima ſcientiæ igniculo ſuccenſa, otiari poſſit & quieſcere: ſed ſemper à bonis ad meliora: & iterum ad ſuperiora à melioribus prouocatur. Hoc ergo ſapientiæ Dei iter

F grate ſatis, & cum multo decore præſcripſit dicens.

Vt nemora vmbrantia: & vt ga ad ſ[illegible] per flumina & ſicut tabernacula, quæ fixit Dominus: ſicut cedri iuxta aquas. Qui enim incedunt hanc viam, per nemora vmbrantia incedunt: Nemora enim ſunt eis vmbrantia: & vt paradiſi omnis ſanctorum cœtus: & ſanctorum Prophetarumq; chorus. Sub vmbra enim ſenſuum quos apud illos ſcriptos inuenerunt, refrigerantur animæ ipſorum: & in doctrinis eorum, quaſi incedentes per opaca nemorum, delectantur: & ſicut paradiſi ſuper flumina, ſimiles & cognatos illi paradiſo, in qua lignum vitæ eſt. Flumina vero poſſim⁹ vel ſcripturas Euangelicas atq; Apoſtolicas accipere, vel etiam Angelorum & cæleſtium virtutum erga huiuſmodi animas, adiutoria. Rigantur enim ab illis & mundantur, atque ad omnem ſcientiam & agnitionem rerum cæleſtium inſtruuntur. Quamuis & Saluator noſter fluuius ſit, qui lætificat ciuitatem Dei: & Spiritus Sanctus, non ſolum ipſe fluuius ſit, ſed & hi quibus datur fuerit flumina de ventre eorum procedant: & Deus Pater dicat: *Me dereli quer[illegible] fon[illegible] a[illegible] quæ vi[illegible]*, ex quo ſcilicet fonte, flumina iſta procedunt His

Ierem. 2. G ergo mundata fluminibus tabernacula Iſrael, ſunt ſicut illa, quæ fixit Dominus. Sed intentum fortaſſis mouere poteſt auditorem, quod duas quaſdam ſpecies tabernaculorum pręſens ſermo commemorat. Ait enim: Quam bonæ domus tuæ Iacob: tabernacula tua Iſrael vt nemora vmbrantia: & vt paradiſi ſuper flumina: Et ruſum tabernacula tabernaculis comparat & dicit: & ſicut tabernacula, quæ fixit Dominus. Poteſt ergo & alia poſt alias quas ſupra protulimus recipi expoſitio: vt dicamus, domus Iacob eſſe legem: & tabernacula Iſrael, Prophetas. Non enim ipſum Iacob ſed domos eius laudat: nec ipſum Iſrael, ſed tabernacula eius: & tunc ea laudat, quum teue lati ſunt oculi eius Quam diu enim velamen poſitum eſt ſuper lectionem legis & Prophetarum, non videtur bona tabernacula nec laudabilis domus. Vbi autem ablatum fuerit velamen, & intelligi cœperit lex quia ſpiritalis

H eſt & Prophetæ, tunc bonæ & mirabiles domus Iacob: & tunc admiranda erunt tabernacula Iacob, cum amota littera, quæ occidit, viuificatorem ex eis percipere ſpiritum cœperis. Poteſt adhuc & alio modo intelligi, vt & populi credentis & profectu huius, qui à Chriſto ex gentibus congregatus eſt, corpora ſimul laudari videantur & animæ. Et Iacob quidem domus de corporibus dicatur: ſicut & in libello quodam legitur, quia Iacob, domus in Iſrael: hoc eſt, corpus eius, Iacob dicatur: & anima Iſrael. Similiter ergo & perfectorum quorum que corpora, laudabiles dicantur eſſe domus Iacob. Eſt enim corpus laudabile cum continentia & caſtitate: non quam autem cum martyrio decoratur. Tabernacula vero ad animas perfectas referri poſſunt: quibus & nomen videndi Deum conuenit Iſraelis. Iſta enim tabernacula ſunt, inquit, ſicut nemora vmbrantia: & ſicut paradiſi ſuper flumina, & ſicut tabernacula, quæ fixit Dominus. Alia ergo tabernacula oſtendit eſſe, quæ fixit Dominus: quibus [illegible] ſunt ſimilia tabernacula Iſrael. Extra hunc modum me pr[illegible] gredi conuenit, vt videam, quæ ſint tabernacula, quæ fixit Dominus. Illa nimirum ſunt, quæ oſtendit Moyſi quum tabernaculum conſtitueret in deſerto, di-

A do culpabitur, in scripturis habeatur, indicio erit illud, quod scriptum est: *Incrassatum est cor populi eius.* (Esa. 6.) Et alibi: *Saturatum est & incrassatum est, & recalcitrauit dilectus.* (Deuter. 32.) Edet ergo gentes, & cibum habet eos qui credunt in eum: sicut & ipse dicit in Euangelio: *Meus est cibus vt faciam voluntatem Patris mei, qui misit me.* (Ioan. 4.) Cuius vtique voluntas hæc erat, vt gentes conuerterentur ad fidem. Quod si vt superius docuimos, crassitudo culpabilis habetur, è contrario subtilitas laudabilis est habenda: quia & spiritus sapientiæ, qui intelligibilis & sanctus & vnigenitus & multiplex dicitur, similiter & subtilis esse perhibetur. *Et iaculis suis sagittabit inimicum.* Iacula eius, verba eius sunt vt superius diximus: quibus vel diabolum vicit, vel omnes inimicos eius: & contradicentes sibi etiam nunc superat & configit. Omnis enim, qui peccat, inimicus eius est dum peccat. Si autem audiat verba Dei, & agnoscens peccata sua, configatur ex eis & compungatur, atque ad pœnitentiam conuertatur, veritatis sermone terebratus, etiam ipse dicetur iaculis eius esse confixus.

B *Accubans dormiuit vt leo, & quasi leæna, quam suscitare nullus audebit.* Vel vt alia editio habet: Recombens requieuit vt leo: & vt catulus leonis, quis excitauit eum? Requieuit vt leo, quum in cruce positos, principatus & potestates exuit: & triumphauit eas in ligno crucis. Vt catulus autem leonis, quum resurgeret à somno mortis. Quod autem leoni simulque leænæ siue catulo leonis comparatur, potest adhuc intelligi, vt in leone illi, qui perfecti sunt, in leæna quoque, hoc est, in inferiore sexu, hi, qui infirmiores sunt intellectu, atque illi, qui insipientes sunt & rudes, in catulo leonis exprimantur. Quod vero ait, quam suscitare nullus audebit, significat nullum, neque Angelum, neque hominem, carnem Christi à mortuis resuscitare præualere, quam sola maiestas diuina à mortuis reuocauit. Vnde in Euangelio Dominus ait: *Nemo tollit a me animam meam: sed ego pono eam, & iterum sumo eam.* (Ioan. 10.) Sin autem secundum aliam editionem legerimus, quis suscitauit eum? Idcirco quia nunc à Patre dicitur suscitatus, & etiam ipse templum corporis sui post triduum suscitare se dicit, merito

C in hoc quasi percunctantis designatur affectus:

Qui benedixerit tibi erit ipse benedictus. & qui maledixerit, in maledictione reputabitur. Certum est, quod benedicentes Christo, benedicti sunt: & in communionem paternæ benedictionis assumpti. Qui autem maledicunt, maledicti sunt. Si enim ad populum istum respicias, qui maledicit Christo, etiam lachrymabiliter inuenitur esse maledictus. Quid enim euenire possit aliud his, qui maledicunt sapientiæ, qui maledicunt veritati, qui maledicunt vitæ, nisi vt ab his omnibus bonis extorres & exules iaceant? Hæc enim omnia Christus est. Et qui maledicit Christo, tanquam his omnibus maledicens, perpetua damnatione vel maledictione damnatus est. Ego tamen puto, quod non solum ille maledicat Christo, qui sermonem aduersum eum maledictum profert, sed & ille, qui sub nomine Christiano male agit & turpiter conuersatur, vel inhonestis, vel verbis vel actionibus suis, facit nomen eius blasphemari inter gentes. Sicè contrario, non ille, qui sermo-

D nibus suis Dominum benedicit, ipse benedicere putandus est, sed qui actibus & vita & moribus suis facit ab omnibus nomen Domini benedici. Et in istis complebitur quod tertia Prophetia Balaam designat, quia benedicentes Christo benedicentur: & maledicentes ei, maledicti erunt. Propter quod omnimodis caueamus, ne per opera & actus nostros Christi nomen blasphemetur: sed magis id agamus, vt benedictionibus eius participes esse mereamur.

Iratusque Balaam contra Balac, complosis manibus ait: Ad maledicendum inimicos meos vocaui te: quibus è contrario, tertio benedixisti: Reuertere ad locum tuum. Decreueram quidem magnifice honorare te sed Dominus priuauit te honore disposito. Ostenditur in his, quia & Balac intellexit, non tam dæmonum ministerio decipi Balaam, sed Dei virtute ad meliora transferri: & ideo dicit, dominus priuauit te honore. Sed hæc, quæ plana sunt transcurrentes, ad sequentia veniamus. Respondit Balaam ad Balac.

Nuncijs tuis quos misisti ad me dixi: si dederit mihi Balac ple-

E *nam domum suam argenti & auri, non potero præterire sermonem Domini, vt vel boni quid vel mali proferam ex corde meo sed quicquid Dominus dixerit, hoc loquar.* Sciens Balaam, quod non sibi per ministros solitos responsa deferrentur, sed ab eo qui haberet omnium potestatem, recte videtur professus, non posse verbum Domini transgredi, & facere illud pusillum & magnum apud semetipsum. Non enim ille loquebatur ei, qui posset sacrificijs & muneribus permutari: sed ille erat, apud quem non est commutatio: nec commutationis vmbra. Et inde non potest sacerdos mutari mercede, vbi Deus muneribus non mouetur. Discessurus tamen Balaam, incipit iterum prophetare & dicit. *Veruntamen pergens ad populum meum dabo consilium, quid populus tuus faciat huic populo extremo tempore.* Quod iuxta aliam æditionem ita legitur: Veni consilium do tibi, quid faciat populus hic populo tuo, in nouissimis dieb. Sum-

F pta igitur parabola, rursum ait. Sed priusquam ad explanationem eorum, quæ Prophetæ sunt veniamus, velim requirere, quis iste sensus est, vel quis ordo verborum, quod ait, Veni & consilium do tibi. Et consilij quidem nihil dare videtur, sed ait: Quod facturus sit populus hic populo tuo in nouissimis diebus: & esset vtique consequentia, vt videretur Balaam prophetare de his, quæ populus Israel facturus esset populo Balac, vel cæteris gentibus: & quod in virtute faciet, ita vt non derelinquat ex vrbibus Moab vllum, qui saluus fiat. Sed & Prophetia nihilominus quam de Christo coniungit, in consequentibus & dicit: *Orietur stella ex Iacob, & exurget homo de Israel, & vastabit omnes principes Moab*, conuenienter posita videtur, si scriptum esset: Veni & propheto tibi. Nunc autem quid dicemus ad hoc quod scriptum est, Veni, consilium do tibi: quid faciet populus hic populo tuo? Requiramus ergo, quomodo intelligi debeat, quod scriptum est, consilium tibi do. De quo sæpe apud meipsum requirens, nullum puto exitum inuenire sententiæ. Sed hoc quod ait, consilium tibi do, communi & vsitato more dictum putemus. Sed illud magis vidi esse conueniens, quod ait, consilium

G tibi do: vt ita dixisse intelligatur cōsilium diuinum, quod in nouissimis diebus implendum est, nunc mihi reuelatum, aperio tibi & manifesto: vt scias quid populus hic faciet populo tuo. Et hoc modo stare mihi visum est posse quod ait, Cōsilium tibi do, quid facturus est populus hic populo tuo: hoc est, consilium Dei enuntio tibi & manifesto. Requirenti sane mihi, sicubi forte in scripturis diuinis sub hoc sermone simile aliquid dictum possit occurrere, visum est etiam illud similiter aduertendum, quod Apostolus ait: *Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* (Rom. 11.) Hic enim quis, non pro nullo, sed pro raro vel eximio habetur. Quomodo enim cognouit sensum Domini vnigenitus suus, qui dicit. *Nemo nouit Patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare?* (Luc. 10.) Quid est ergo aliud scire Patrem, nisi scire consilium eius & sensum? Sed & Spiritus Sanctus, qui scrutatur etiam alta Dei, quid nisi sensum eius agnoscat? Agnoscit ergo & Filius, & Spiritus sanctus sensum Domini, & hi quibus voluerit filius reuelare. Quod si agnoscit filius sensum Dei, est ergo & consi-

H liarius eius, non ita accipiendum est, quasi ignoranti ei quid agat, consilium det Filius, & Spiritus sanctus. Simili ergo modo & Balaam, quia consilij, quod ei reuelauerat Deus, participem faciebat & gnarum Balac, ait: Veni consilium tibi do.

Dixit Balaam filius Beor: dixit homo cuius obturatus est oculus: dixit auditor sermonum Dei. Qui nouit doctrinam altissimi. & visionem omnipotentis videt. Qui cadens apertos habet oculos. Videbo eum, sed non modo: intuebor illum, sed non prope. Quomodo dignū erit tantum istud intelligi de Balaā vt sciat scientiam excelsi, qui etiam Balac regem docuerit, quomodo scandalum mitteret coram filijs Israel, vt manducarent immolata & fornicarentur. Vix enim de sanctis Prophetis aut Apostolis inueniet aliquis dictum, quia scientiam sciant excelsi: quamuis Paulus dixerit, *audiuisse se verba inenarrabilia, quæ non licet homini loqui*: (2. Cor. 12.) tamen non est professus habere scientiam excelsi. Propter quod diligentius intendamus, si forte dignum aliquid Deus nobis super hoc sermone reuelare dignetur. In libro, qui apud nos quidem

A inter Salomonis volumina haberi solet, & Ecclesiasticus dici, apud Græcos vero Sapientia IESV filij Sirach appellatur, scriptum est: *Omnis sapientia a DEO est.* Quod fortasse possumus ita intelligere, quasi à DEO sit & illa sapientia mundi huius, quæ destruenda dicitur, & principum mundi huius: & si qua alia est, per quam falsa scientia commendatur: nisi in ipso libello in consequentibus diceretur: non est enim sapientia malitiæ disciplina. Per quod utique docet, quia omnis disciplina, quæ falsi aliquid asserit, etiam si vehemens videatur, & veri similis, & quæ subuerti difficile possit, tamen nequaquam huiusmodi scientia ad sapientiæ titulum debeat applicari. Quid ergo est, quod ait, *Omnis sapientia a DEO est?* Illud mihi sensisse videtur, quia omnis peritia, quæ vel erga artem aliquam usui humano necessaria habetur, vel cuiuslibet rei scientia, sapientia dicatur à Domino data. Denique apud Iob scriptum est: *Quis dedit mulieribus texendi scientiam, & varietatis disciplinarum?* Sed & in Exodo: *Locutus est,* inquit, *Dominus ad Moysen dicens: Ecce vocaui nomine suum Beseleel filium Vri filij Or ex tribu Iuda: & repleui eum spiritu diuino, sapientia & intellectu & disciplina, ut in omni opere intelligat & sit architectus, ad operandum argentum & aurum & æs, & lapides repletionis: & omnia opera fabrilia: & in ligno: vt operetur secundum omnium opera. ad quæ ego dedi eum. Sed & Eliab filium Achisamach ex tribu Dan. Et dedi in cor omnis prudentis intellectum: ut faciant omnia, quæ constitui tibi.* Relegamus ea, quæ in Daniele scripta sunt, de ipso Daniele & tribus amicis eius: quos Nabuchodonosor rex, tribus annis erudiendos tradidit: volens eos in sua, id est, patria Babyloniorum sapientia scientissimos fieri. Ibi ergo scriptum est: *Dedit,* inquit, *Deus eis intellectum & prudentiam in omni arte grammatica: & Daniel intellexit in omni visione & somnio.* Et post pauca: *Et steterunt in conspectu regis, & in omni verbo sapientiæ & scientiæ, in quo quæsiuit ab eis rex, inuenit eos decuplo super omnes incantatores & magos qui erant in omni regione.* Ex his ergo omnib. potest intelligi, quomodo & Balaam dixerit de semetipso. Qui scit scientiam excelsi, sc. vt intelligatur, quod origo totius scientiæ, ab ipso acceperit exordium: vitio autem humanæ malitiæ aspirantib. & subrepentibus etiam dæmonibus, in perniciem versa sunt, quæ pro vtilitate concessa sunt. Hæc de eo, quod dixit Sciens scientiam excelsi, à nobis pro viribus discussa sunt. Videamus ergo quid est, quod in consequentib. dicit. *Videbo illum, sed non modo: beatificabo illum, sed non prope.* Hoc ad Saluatoris, domini videlicet Christi pertinere aduentum prædiximus: de quo & in consequentibus dicit: Orietur stella ex Iacob, & consurget homo de Israel. Videndum eum dicit esse sed non modo: hoc est, non eo tempore, quo ista loquebatur. In nouissimis enim diebus vbi venit plenitudo temporum, misit Deus filium suum. Sed si secundum alia exemplaria legere voluerimus ita. Ostendam ei & non modo: beatifico & non appropinquat: non ad hunc Balaam, per quem hæc dicuntur, sed ad illos quorum personam habet in hoc diximus, referetur. Illi enim doctores legis & scribæ, ostendunt CHRISTVM in lege & Prophetis prophetatum, sed non modo: hoc est, non eo tempore quo venit. sed quum plenitudo gentium introierit, & omnis Israel saluari incipiet, tunc eum ostendent, & tunc beatificabunt, quem modo blasphemant. Sed hoc tempus in quo hæc futura sunt, non appropinquat: longe enim est, & in ipso seculi fine sperandum. Et ideo ait: Ostendam illi, sed non modo. Illi, hoc est, populo, qui tunc saluabitur. Post hæc: *Orietur,* inquit, *stella ex Iacob: & consurget virga de Israel. & percutiet duces Moab: & vastabit quoque omnes filios Seth. & erit Idumæa possessio eius. Hereditas Seir cedet inimicis suis.* De his in superiorib. diximus, quia euidenter de stella, quæ magis in Oriente apparuit profitetur: qua duce venerunt ad Iudæam, requirentes eum, qui natus est regem Israel: & repertum, oblatis muneribus adorauerunt. Sed mouet me, quod ipsa stella posteaquam dictum est in Euangelio, quia *præibat magos vsque ad Bethleem. & veniens stetit supra vbi erat puer,* vltra non sit dictum, quia vel discesserit inde vel euanuerit, aut assumta sit, aut aliquid omnino de hoc narratio Euangelica designauerit: sed hoc tantum dixerit, quia venit & stetit supra vbi erat puer. Ne forte ergo si ut tempore baptismi, quum baptizatus IESVS ascendit de Iordane, aperti sunt ei cæli, & vidit Iohannes spiritum DEI descendentem, quasi columbam, & manentem super eum: & audiuit vocem de cœlo dicentem: *Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui:* ita & stella hæc, quæ venit supra vbi erat puer & stetit, in CHRISTO similiter remansit: sicut & Spiritus sanctus in specie columbæ venisse dicitur & mansisse in eo: & sicut venisse spiritum Dei & mansisse in eo ita accipimus, quod nunquam ab eo recesserit spiritus Dei: ita & stellam, quæ venit & stetit super eum, accipiendum puto, quod sic steterit super eum, vt nunquam inde mota sit: & ideo deitatis eius indicium illam stellam fuisse opinor. Vnde & ordo Prophetiæ hæc eadem consequenter ostendit, quum de deitate quidem eius dicit, Orietur stella ex Iacob, de humana vero natura, & exurget homo de Israel: vt in vtroque, & secundum deitatem, & secundum humanitatem, CHRISTVS prophetatus euidenter appareat. Et vastabit principes Moab. Moab quidem gens est, cuius principes non alios esse, quam spiritales nequitias, & principatus illos, aduersum quos nobis luctamen est, intelligimus. Hos ergo iste homo ex Israel vastabit, quum exuet principatus & potestates: & affiget illos cruci suæ. Neq; enim poterat saluare Moabitas, & ad Dei agnitionem perducere, nisi principes illos, qui in eis dominationem impietatis tenuerant, deuastasset. Et prædabitur omnes filios Seth. Seth filius est Adam, de quo Eua dixit quum natus esset: *Suscitauit enim mihi Deus semen aliud, pro Abel quem occidit Cain.* Iste est ergo Seth, ex quo omne humanum in hoc mundo ducitur genus. Nam de Cain, qui nati fuerant, diluuio perierunt. Filij ergo sunt Seth, omnes homines, qui in hoc mundo sunt. Et quum dicitur, deprædabit omnes filios Seth, prædam sic accipe, sicut in superioribus interpretati, suscipit omnes filios Seth, victis aduersarijs dæmonibus, eos, qui sub ipsorum dominatione tenebantur, CHRISTVS quasi prædam victoriæ suæ ducit: & spolia salutis reportat: sicut & in alijs de eo scriptum est, *qui ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem.* Captiuitatem scilicet illam humani generis, quam diabolus ad perditionem ceperat, iste rursus captiuam duxit: & à morte reuocauit ad vitam. Vtinam ergo & me captiuum habeat semper IESVS: & me ducat in prædam suam: & ego teneat eius vinculis alligatus: vt & ego dici merear *vinctus Christi IESV,* sicut Paulus de semetipso gloriatur: *Et erit Edom hereditas: & erit hereditas Esau inimicus eius.* Edom idem est, qui & Esau. Hic secundum historiam quidem inimicus est Israel: sed in aduentu, inquit, Christi, etiam ipse hæreditas eius erit: hoc est, recipietur ad fidem nec excludetur ab hæreditate Christi. Si vero spiritaliter aduertamus, Edom caro intelligitur, quæ aduersatur spiritui, & est eius inimica. In aduentu ergo Christi, quum subiecta fuerit caro spiritui per resurrectionis spem, etiam ipsa ad hæreditatem veniet. Non enim sola anima, sed & caro, quæ aliquando fuerat inimica, per obedientiam spiritus, consors futuræ hæreditatis existet. Israel vero fortiter aget, hoc est, quod dicit: quia tunc Edom vel Esau, hoc est, carnis natura, in hæreditatis societatem vocabitur, quum Israel anima videlicet facta fuerit in virtute, & decenter fuerit repleta virtutibus. Si enim anima non veniat ad virtutes, sed in ignauia perseueret, nec caro ad hæreditatem veniet, sed ad iudicium illius, *qui potest animam & corpus perdere in gehennam.*

De Iacob erit, qui dominetur, & perdet reliquias ciuitatis. Dominus videlicet Christus, qui de semine Iacob secundum carnem natus, in mundum venit: cui secundum S. Euangelij attestationem, *data est omnis potestas in cælo & in terra: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium atque infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus, in gloria est Dei patris:* ipse associata sibi ciuitate Dei hoc est, Ecclesia Catholica, perdet reliquas ciuitates, conuenticula sine dubio hæreticorum, ac munimenta philosophicorum dogmatum, qui contrarie sentiunt, atq; agunt fidei Catholicæ. Sed neq; silendum arbitror, quod in quibusdam exemplarib. hic locus ita legitur. Exurget, inquit, Iacob, & perdet liberatum de ciuitate. Nec in hoc solum, sed in

Marginalia: Eccles. 1. — Eccles. 1. — Exod. 31. — Daniel 1. — Mat. 2. — Mat. 3. — Genes. 4. — Psalm. 67. — Ephes. 3. — Matth. 5. — Matth. vlt. Philip. 2.

A omni pene Prophetico stilo, quæ dicuntur, inuoluto satis & obscuro sermone dicuntur. Non enim sanctos spiritus, qui de his scribi voluit, vt palam hæc & pedibus, vt ita dicam imperitorum conculcanda ponerentur: sed ita prouidit, vt quum publice habere videantur, sermonum tamen obscuritate condita in arcanis, & in secretis obtecta seruentur. Et nunc ergo quod ait, perdet liberatum de ciuitate, nisi ad consuetudinem propheticam respicias de qua dicitur: *Omnis prophetia non potest propria absolutione constare*, valde difficilis videbitur intellectus. Videamus tamen, si forte hoc modo poterit explanari. Ciuitate hunc mundum intelligamus: sicut & in Euangelijs dicitur, de luxurioso filio, *qui dilapidauit substantiam Patris, quia accessit*, inquit, *ad quendam primati ciuis ... in regione illa, à quo acceptus in agrum mittitur porcos pascere.* Et hæc ergo ciuitas cuius ille primarius erat, mundus hic intelligitur. Igitur de hac ciuitate liberatum, hoc est, quem liberat Christus, de hoc mundo perdet eum. Dicit enim ei: *Quia, qui perdit animam suam propter me, saluam faciet eam.* Salutari ergo perditione perdet IESVS, quum quem de huius mundi ciuitate liberauit.

2. Pet. 1. / Luc. 15. / Matth. 16.

B Et nos itaq; , qui ad salutem venire volumus, & de hoc mundo liberati, debemus animas nostras perditione vtili & necessaria perdere. Perdit enim animam secundum Christum, qui desideria eius refrenat: qui cupiditates eius resecat: qui luxuriam eius resolutionemq; castigat: & in nullo prorsus facit voluntatem suam, sed voluntatem Dei: & per hæc perire dicitur anima. Perit namq; vita eius prior, & incipit nouam vitam, quæ in Christo est, ducere. Simile autem huic dicto etiam illud est: *Si commorimur, & conuiuemus.* Et illud: *Si autem mortui estis ab elementis mundi, quomodo velut viuentes in hoc mundo decernitis?* Necessaria ergo in his declarantur, quia perdit animam suam in hoc mundo, qui cum Christo moritur: & qui sic eam perdiderit, inueniet eam, ibi sine dubio vbi dicit Apost. *quia vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.*

2. Timot. 2. / Col. 2. / Col. 3.

Quumq; vidisset Amalech, assumens parabolam ait. Principium gentium Amalech, cuius extrema perdentur. Primitiua necessarium mihi videtur requirere in scripturis diuinis, quibus in locis vel quo in tempore, nomen Amalech scriptum sit: quo vel ex genere gens ista descendat. Facilius enim quod

C quæritur agnoscitur, si ex plurib. locis, quæ de eadem scripta sunt, proferantur. Igitur in Genesis lectione, vbi quinque reges conuenerunt, vt expugnarent quatuor reges, qui regnabant in Sodomis, post aliquanta, ita refertur: *Et venerunt ad fontem Masphat, ipsa est Cades: & percusserunt omnem regionem Amalechitarum & Amorrhæum, qui habitabat in Asasonthamar.* In his primo locis Amalech memini nominatum. Sed requiratur fortassis, vtrum duæ gentes eiusdem nominis habeantur: quoniam quidem & in catalogo filiorum Esau, & ducum, qui ex eius genere descenderant, refertur Amalech. Ita enim scriptum est: *Hæ sunt autem generationes Esau Patris Edom, in monte Seir: & hæc nomina filiorum eius Eliphaz filius Ada vxoris Esau. Raguel quoq; filius Basemath vxoris eius. Fueruntq; filij Eliphaz, Theman, Omar, Zepho & Gatham, & Cenez. Erat autem Thamna concubina Eliphaz filij Esau, quæ peperit ei Amalech.* Et post pauca: *Hi duces filiorum Esau, filij Eliphaz, primogeniti Esau, Dux Theman, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez, dux Chore, dux Gatham, dux Amalech. Hi ergo Amalech, filius fuit Eliphaz primogeniti filij Esau, natus ex concubina nomine Thamna.*

Gen. 14. / Gen. 36. / Eodem.

D Sed redeamus ad primam de Amalech commemorationem, vbi, qui reuersi sunt & venerunt ad fontem iudicij, qui vocatur Cades, interficiunt omnes principes Amalech. Cades interpretatur ablingens populum. Igitur hi, qui reuertuntur ad sanctum, & conuertunt se ad sanctificationem, interficiunt & perimunt Amalech: illum scilic. qui ablingit populum, vel declinat populum. Quis autem alius est, qui declinat populum à Deo, nisi virtus contraria & spiritales nequitiæ? Horum ergo principes, qui sunt? Illi sine dubio principatus, aduersus quos sanctis est colluctatio. Aduersum principatus enim & potestates, & mundi huius rectores, sunt eis agones: quos tamen superare non poterunt, nisi conuertantur ad sanctimoniam. Ipsa sanctimonia tamen, quæ est Cades, fons est iudicij. Omnis enim, qui se ad sanctimoniam conuerterit, habet semper ante oculos suos fontem iudicij. Prospicit enim iudicij diem: & purificato corde tam maiorum pœnas, quam piorum beatitudines contuetur. Et hæc faciens, omnes Amalechitarum principes prosternit & deijcit. Si qui autem non se conuerterint ad Cades, id est, ad sanctimoniam fontemq; iudicij, neq; futurum iudicij cogitant diem, isti subiecti sunt principibus Amalech.

E Nunc autem videamus & istum Amalech, filium Eliphaz primogeniti Esau, quem peperit ei Thamna concubina sua: cuius Pater est Eliphaz, qui interpretatur Deus me dispersit. Mater autem Thamnas: quæ & ipsa primo quidem est deneger: deinde interpretatur defectio commota. Et necessario vtique, qui ab his talibus gignitur, hostis est Israel, vel declinans populum. Primus enim ipse Hebræos egressos ex Ægypto, bello aggressus est in Raphidim, tunc quum Moyses ait ad IESVM.

Elige tibi viros & exi & confligere cum Amalech crastino. & ecce ego stabo in vertice collis & virga Dei in manu mea erit. Et fecit Iosue sicut dixit ei Moyses. & conflixit cum Amalech. Moyses autem & Aaron & Hur, ascenderunt in verticem collis. Et factum est vt quum leuaret manum Moyses, inualesceret Israel. Quum autem deponeret manum suas, inualescebat Amalech. Et post pauca iterum scriptum est, *quia fugauit Iosue Amalech & populum eius in gladio ore*

F *acerui, tunc quum Dominus dixerit ad Moysen. Conscribe hoc ad memoriam in libro: & da in auribus Iosue: quia delens delebo memoriam Amalech de sub cælo. Et ædificauit Moyses altare: & nominauit nomen eius, Dominus refugium meum*, & ait: *quia in manu occulta*, hoc est, *inuisibili, Dominus expugnabat Amalech, à generatione in generationem.* Sed in Deuteronomio ita scriptum est: *Memento quanta fecerit tibi Amalech in via: & excidit caudam tuam: omnes, qui laborant post te. Tu autem esuriebas & laborabas. & non timuit Deum.* Obserua ergo & hic, quomodo Amalech obstitit Israeli in via: sed tamen non potuit caput eius abscindere, nisi caudam tantum, id est, in eos potuit obtinere, qui retro positi erant: qui vltimi sequebantur: nec ea, quæ retro erant obliuiscuntur, extendebant se ad ea, quæ in ante sunt. Et ideo puto, quia Dñs præcipiebat in Euangelijs dicens: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & retro respiciens, aptus est regno Dei.* Et merito. Si enim retro quis intuens fuerit, in cauda abscindet eum Amalech.

Exod. 17. / Ibidem. / Deut. 25. / Luc. 9.

G Quod autem initium gentium Amalech, certum est, quum nullo pacto ad illum, qui tunc erat in carne Amalech, referri possit. Neq; n. primus erat antiquitatis origine: sed ad inuisibilé Amalech melius referetur: qui declinando populos à Deo, & faciendo gentiles, ex Dei cultorib. Amalech nominatur. Et inde recte initium gentium dicitur, q. talis quædam virtus contraria, q̃ prima initium dederit, vt homines gentiles fierent, mutando gloriã incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrũ & quadrupedum, & serpentium: seruiendo creaturæ potius q̃ creatori. Sicut n. in populo Dei scriptum est, initiũ Christus, sic è contrario in populo, qui declinat à Deo & gentilis efficitur, initium est Amalech. Cuius extrema perdentur: h. e. finis eius erit mors: non ista quidem corporea, sed illa spiritalis, q̃ perpetua est. Siue vt alia editio habet, semen eorum peribit. Semen eorum est persuasio & doctrina, qua docuerunt homines declinare à Deo. Istud ergo semen malum, & doctrina pessima, non ipsi in quib. seminatum est, peribunt. Ipsi n. quum conuersi ingemuerint, salui erunt.

H Et vide, si non talis expositio, etiam illis cõuenienter obsistat, qui Deum legis velut duritiæ & crudelitatis accusant: qui nõ solum gentem Amalech, sed & semen eius pronunciet periturum: cum gentis quidem ad spiritales nequitias referatur: semen vero eius, doctrina superstitionum gentilium, & cultus idolorum: atq; omnis secta, quæ à Deo populum declinare suadeat, exponetur. Commemorat a. Prophetia post Amalech, Cinæum dicens: *Vidit quoq; Cinæum, & assumpta parabola ait: Robustũ quidem est habitaculum tuum, sed si in petra posueris nidum tuũ. & fueris electus de stirpe Cin, quam diu poteris permanere?* Cinæus possessor interpretatur. Et, qui sunt, qui præsentia possident nisi hi, qui ingenio sapientiæ secularis callent? Qui in hoc veraciter robustum sibi habitaculum construunt, si per humilitatem paruuli apud semetipsos facti sunt, in Christi sublimitate nutriantur: si semetipsos infirmos sentiant, & excelsa humilitate cogniti, redemptoris fouendã, men

A *spectu filiorum Israel, vt manducarent idolis immolata, & fornicarentur.* Ex hoc ergo apparet, quod nequitia vsus sit Balaam, & consilium dederit regi talia quædam dicens ad eum: Populus hic non proprijs viribus, sed Deum colendo vincit, & pudicitiam conseruando. Si vis eum vincere, primo eorum pudicitiam deijce, & sponte vinceturnr. Sed aduersum hæc non virtute militum, sed mulierum decore pugnandum est. Nec armorum rigore, sed mollitie fœminarum. Procul ergo hinc, procul amoue armatorum manum: & electam congrega speciem puellarum. Ludentes pedibus erant, manibusque plaudentes. Forma vincit armatos: ferrum pulchritudo captiuat. Vincentur à specie, qui non vincuntur ad prælium. Verum vbi senserint eus mulieres Moabitæ vel Madianitæ, manus dedisse libidini, & peccato inclinasse ceruices, non prius semetipsas cupientibus præbeant, quam de sacrificijs idolorum adquieuerint degustare: vt cogente libidine, consilijs obtemperent fœminarum, & consecrentur

B prius Beelphegor: quod est idolum turpitudinis. Hæc fuerunt consilia Balaam. Quibus acceptis, Balac rex parat continuo exercitum, non armis, non viribus: sed fœmineo nitore compositum. Non furore bellico, sed libidinis flamma succensum. Hæc ergo sunt, quæ nos historiæ textus edocuit. Verum quoniam Iohannes in Reuelatione sua, ea quæ in lege secundum historiam scripta sunt, adducit ad mysteria diuina, & sacramenta quædam in his edocet contineri. Necessarium etiam videtur secundum quod ille sensit, nos quoque ab illo datam expositionis regulam sequi: & primo memorare ea, quæ ad gloriam Ecclesiæ cuiusdam scribens dicit: *Habes ibi quosdam, qui tenent doctrinam Balaam: qui docuit Balac mittere scandalum in conspectu filiorum Israel, vt manducarent idolis immolata, & fornicarentur.* Ergo temporibus Iohannis Apostoli,

Apoc. 2.

erant quidam in Ecclesia illa ad quam scribebat, docentes doctrinam Balaam. Putas ne ita accipiendum est, quod fuerint in illis diebus, qui dicerent se docere ea, quæ Balaam docuit, & qui profiterentur se dogmatum & traditionum illius esse doctores? An illud po-

C tius debemus aduertere, quod si qui faciat opus quod fecit Balaam, is doctrinam Balaam docere videatur? Sicut & doctrina Iezabel in eadem Reuelatione memoratur: non quo aliquis ex disciplinis Iezabel doceat, quæ illa tradiderit, sed quod si quis verbi causa aut Prophetas Dei persequatur vt illa facit, aut idolis aliquos decipiat, vel falsis circumscriptionibus perimat innocentes, iste dicitur Iezabel tenere doctrinam. Sic ergo & si quis malis consilijs scandala generet populo Dei, & offensionem diuinam atque iracundiam cælestem prouocet plebi idolorum sacrificijs communicando, vel stupris ac libidini seruiendo, hic doctrinam Balaam tenere dicendus est. Est ergo execrabilis etiam corporis fornicatio. Quid enim ita execrabile, quam templum Dei violare, ac tollere membra Christi, & facere membra meretricis? Multo tamen magis execrabilis est generalis illa fornicatio, in qua omne genus peccati pariter continetur. Generalis autem fornicatio dicitur, quum anima,

D quæ in consortium verbi Dei adscita est, & matrimonio eius quodam modo sociata, ab vllo alio alieno, scilicet, & aduersario illius viri, qui eam sibi despondit, in fide corrumpitur & violatur. Est ergo sponsus & vir animæ mundæ & pudicæ, verbum Dei, qui est Christus Dominus. Sicut & Apostolus dicit vel scribit. *Volo autem vos omnes vni viro virginem castam exhibere Christo. Timeo autem, ne forte sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri a simplicitate, quæ est in Christo IESV.* Donec i-

2. Cor. 11.

gitur anima adhæret sponso suo, & audit verbum eius, & ipsum complectitur, sine dubio ab ipso suscipit semen verbum Dei. Et sicut ille dixit. De timore tuo Domine in ventre concepimus & parturiuimus, & per spiritum salutis tuæ fecimus super terras. Si ergo sic de Christo concepit anima, facit filios pro quibus dicatur de ea, quia salua erit per filiorum generationem, si permanserit in fide & charitate cum sobrietate. Inde nascetur generosa progenies, inde pudicitia oritur, inde iustitia, inde mansuetudo & charitas, atq; omnium virtutum proles veneranda succedet. Quod si infelix anima diuini verbi dereliquerit sancta connubia, & in adulterinos se complexus diaboli, aliorumq; dæmonum illecebris decepta tradiderit, generabit sine dubio etiam inde filios: sed illos de quibus scriptum est. *Filij autem adulterorum, imperfecti erunt, & iniquo coniugio semen exterminabitur.* Omnia ergo peccata, filij sunt adulterij, & filij fornicationis. Vnde

Sap. 3.

ostenditur, quod per singula quæq;, quæ gerimus, parit anima nostra & generat filios: sensus sc. & opera, quæ gerit. Et siquidem secundum legem est quod gens, & secundum verbum Dei spiritum parit salutis: & propterea saluabitur per filiorum generationem. Veruntamen applicuit Israel in Sethim, sicut scriptura narrat.

CAPVT VIII.

De eo quod fornicatus est populus cum filiabus Moabitarum.

MOrabatur autem, inquit, eo tempore Israel in Sethim: & fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt & adorauerunt deos earum. Initiatusq; est Israel Beelphegor. In interpretatione Hebraicorum

F Num. 25.

nominum, Sethim inuenimus in lingua nostra responsionem vel refutationem dici. Applicuit ergo Israel ad responsionem vel refutationem. Non bene applicuit. Vide denique quid incurrerit. In hac mansione positus, fornicatus est cum mulieribus Madianitarum, & refutatus est à Deo quia non solum fornicatus, sed & idolis gentium consecratus est: & comedit ea his, quæ fuerant idolis immolata: quæ vtiq; execrabilia sunt apud Deũ. Quis n. consensus templo Dei cum idolis? Verum ergo etiam de his, quæ Apostol Paulus ad Corinth. scribit dicens. *Si quis enim viderit scientiam habentem in idolio recumbentem, nonne conscientia eius quum sit infirma, ædificatur ad manducandum immolata?* valde miratus sum. Videtur n. non tam rem ipsam

1. Cor. 8.

grauem pronuntiare, quam illius offensam, qui hæc videns simili prouocatur exemplo: quum non simili scientia muniatur, ita vt ostendat eum, qui habet scientiam, & recumbit in idolio, non tam sui quam alienus damni ef-

G ficit reum. Sed vide ne forte non hoc solũ fiebat apud Corinthios, vt in idolio recumberent, & immolata idolis manducarent, sed forte quoniam studiosi & Græcarum literarum homines erant, & amatores philosophiæ, desiderio adhuc studiosi veterum tenebantur, & philosophorum dogmata q. idolis immolata edebant. Quæ tamen delere fortasse non poterant eos, qui plenam scientiam veritatis acceperant. Hi n. qui in Christo minus eruditionis habebant, si immutarentur eos legentes talia, & illis adhuc studijs operam dantes, vulnerari poterant: & diuersorum dogmatum varijs errorib. implicari. Si sic ergo fiebat, vt læderetur alius, vnde & is, qui habebat plenam scientiam veritatis, lædi non poterat? Sed quoniam charitas non quærit quod sibi vtile est, sed quod multis, obseruari oportet, talem verbi capere cibum, qui non solum nos ædificet & delectet, sed & qui videntes non offendat. Est ergo non solum in cibis idolis immolatum, sed & in

H verbis. Et ego puto, quia sicut omnis sermo, qui pietatem & iustitiam & veritatem docet, Deo consecratus est, & Deo immolatus est, ita & omnis sermo, qui ad impudicitiam vel iniustitiam vel impietatem respicit, idolis immolatus est: & qui eum respicit, q. idolis immolata manducet. Manducauit ergo populus de sacrificijs eorum, & adorauerunt idola eorum. Non solum manducauerunt sed adorauerunt. Vide ordinem mali. Seruos dominu prima concupiscentia decipit: inde ventris ingluuies: postremo eos captiuauit impietas. Impietatis autem merces exoluitur fornicatio. Sed isti adorauerunt idola, & consecrati sunt Beelphegor. Beelphegor idoli nomen est, quod apud Madianitas præcipue à mulieribus colebatur. In huius ergo idoli mysterijs consecratus est Israel. Interpretationem nominis ipsius quum requireremus attentius, inter Hebræa nomina hoc tantum inuenimus scriptum, quia Beelphegor species sit turpitudinis: noluit tamen declarare, quæ vel qualis species, vel cuius esset turpitudinis: honestati credo consulens, qui interpretatus est: vt ne auditum pollueret audientium.

A Igitur cum multæ sint turpitudinum species, vna earum ex pluribus turpitudinis species, Beelphegor appellatur. Vnde sciendum est, quod omnis, qui aliquid turpe committit, & in aliquam speciem turpitudinis declinat, Beelphegor Madianitarum dæmonio consecratur. Sed & per singula peccata, quæ committimus, maxime si iam non subreptione aliqua, sed & studio affectuque peccamus, illi sine dubio Domino, cui peccatum illud, quod admisimus in operari curæ est, consecramus. *Et iratus Dominus Israel, ait ad Moysen: Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel.* Iratus Dominus de fornicationibus Israel & carnalibus & spiritalibus, (nam & filiabus Moab se impudice miscuerant, & idolis fuerant consecrati) hoc ad Moysen dixit, vt ostentaret Domino duces populi contra solem. In quo verbo intelligitur eos iussus esse crucifigi: vt hoc sit, Ostenta eos Domino contra solem, id est, palam in conspicuo lucis huius. Nam Græcus ait, παραδειγμάτισον. quod dici possit exempla, quia paradigma exemplum dicitur.

B Nam præter LXX. interpretes, Aquila perhibetur dixisse confige. vel potius sursum confige, quod est ἀνάπηξον. Symmachus autem verbo euidentiore, suspende. *Dixitque Moyses ad iudices Israel. Occidat vnusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor.* Mirum est sane, quod scriptura narrare destiterit, vtrum hoc fuerit ex præcepto Domini impletum, quod contemni potuisse non video: aut si contemptum est impune contemni. Si autem est & tacitum, cur ex eo, quod Phinees filius Eleazar transfixit adulteros, placatum fuisse Dominum scriptura testatur, plagamq; cessasse, quasi crucifixis ducibus, sicut præceperat Dominus, adhuc indignatio perseuerans, alio modo placanda videretur: quum procul dubio falsum esse non posset, quod pronuntiauerat, & promiserat Dominus dicens, Accipe duces populi, & ostenta eos Domino contra solem, & auertetur ira animationis Domini ab Israel? Si ergo factum erat, quis dubitet iram Domini auersam fuisse ab Israel? Quid itaq; opus erat, vt adhuc Phinees

C ad placandum Deum sic in adulteros vindicaret eiq; testimonium scriptura perhiberet, quod eo modo placauerit Dominum, nisi forte intelligamus, quum illud de ducibus populi Moyses quod præceperat implere disponeret, eum voluisse etiam secundum legem talia punire flagitia & sacrilegam audaciam, vt iuberet quemq; interficere proximum suum diis alienis [illegible] consecratum: atq; interea etiam illud Phinees fecerit, ac sic ira Domini iam placata, non opus fuisse duces populi crucifigi. Hæc sane seueritas illi tempori congrua, quantum malum [illegible] fornicationis & idololatriæ, prudentium fidei satis euidenter ostendit. Vides, quæ sit conditio principum populi. Non solum pro suis propriis arguuntur delictis, sed populi peccatis coguntur reddere rationem, ne ipsorum sit culpa, quod populus deliquit: ne forte non docuerint, neque solliciti fuerint arguere eos, qui initium culpæ dederunt: vt ne contagio dispergeretur in plures. Hæc enim omnia facere, principibus imminet & doctoribus. Si enim illis hæc non agentibus, nec sollicitudinem gerentibus circa plebem, peccauerit popu-

D lus, ipsi ostentantur, & ipsi ad iudicium producuntur. Arguit enim eos Moyses, id est, lex Dei, velut negligentes & desides, & in ipso conuertetur iracundia Dei, & cessabit à populo. Hæc si cogitarent homines, nunquam cuperent neque ambirent ad populi principatum. Sufficit enim mihi, si pro meis propriis arguar delictis. Sufficit enim mihi, pro memetipso peccatis meis reddere rationem. Quid mihi necesse est, etiam pro populi peccatis ostentari ante solem, ante quem nihil potest abscondi, nihil obscurari?

Capvt IX.

De vindicta, quam fecit Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis in scortatore Israelita, & muliere Madianitide.

E *Ecce vnus de filiis Israel, intrauit coram fratribus suis, ad scortum Madianitam, vidente Moyse, & omni turba filiorum Israel: qui flebant ante fores tabernaculi. Quod quum vidisset Phinees filius Eleazari, filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione, egressus est post virum Israelitem in lupanar, & perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierem in locis genitalibus. Cessauitque plaga à filiis Israel.* Num. c. 25.

Hæc ædificauerunt priorem populum. Tibi autem, qui à Christo redemptus es, & cui de manibus gladius corporalis ablatus est, & datus est gladius spiritus, arripe hunc gladium. Et si videris Israelitum sensum cum Madianitis scortantem meretricibus, id est, cum diabolicis se cogitationibus volutantem, nolo parcas, nolo dissimules: sed statim percute,

F statim perime: ipsam quoque vuluam, id est, secreta naturæ discutiens & penetrans: illum ipsum peccandi fomitem deseca, ne vltra concipiat, ne vltra generet, & maledicta peccatorum soboles, Israelitica castra contaminet. Hoc enim, si facias, continuo sedabis iracundiam Domini. Præuenis enim diem iudicii, qui dies prædicatur esse furoris: & exterminato fomite peccati à te, qui nunc vulua Madianitidis mulieris appellatur, securus venies ad iudicii diem. Sequitur: *Et occisi sunt XXIV. millia hominum.* Merito sub numero vicenario & quaternario milia hominum occisorum adnumerantur: quia qui lumen veritatis & iustitiæ derelinquentes, in cæcitatem idololatriæ ac fornicationis se immergunt solis æterni lumine priuati, perpetuæ mortis tenebras sentiunt. Horis ergo 24. sol mundanus totum orbem vndique illustrat, ac noctis tenebras suo ambitu fugat. Qui enim lu-

G mine fidei, quod per Apostolos atque Prophetas prædicatum est, mentis suæ oculos illuminat, peccatorum tenebras deuitare certat. E contrario vero, qui lumen rectæ fidei habere non curat, ac per callem iustitiæ ambulare detrectatur, quando iusti æterna luce fruuntur, iste cum peccatoribus atque diabolo inferni cruciatibus punietur. *Dixitque Dominus ad Moysen: Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meam à filiis Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo. Idcirco loquere ad eum: Ecce do ei pactum fœderis mei, & erit tam ipsi, quam semini illius pactum sacerdotij sempiternum: quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel.* Bene quoque Phinees filio Eleazari sacerdotis, propter zelum, quem exercuit in fornicationibus, pactum sempiterni sacerdotii repromittitur: quia quisquis zelo Dei compunctus, carnis suæ stimulos comprimere satagit, vel eos, qui sibi subiecti sunt, ne per lasciuiam & libidinem à veritatis tramite deuient, digne corripit atque coercet, sempiterni sacerdotii dignitatem in Ecclesia Dei habe-

H bit. Ad illum sacerdotem rite pertinens, de quo scriptum est: *Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.* Psalm. 109

cum ipso regnum sempiternum in luce superna perpetualiter possidebit. Interpretatur autem Phinees ore parcens, vel ore requiescit, vel oris augurium. Et Eleazar Dei meus adiutor, siue Dei adiutorium. Aaron mons fortitudinis. siue mons fortis. Quæ nomina non incongrue eundem sensum, quem proposuimus, exprimunt. Nam qui ore praua loqui parcit, & mysteria cœlestia verbo rite auditoribus suis exponit, per Dei adiutorium piumque laborem expleos ad montem fortitudinis, de quo per Prophetam scriptum est: *Erit mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super omnes colles,* bonis actibus ascendens, feliciter perueniet. Esa. 2.

Erat autem nomen viri Israelitæ, qui occisus est cum Madianitide Zambri, filius Salu, dux de cognatione & tribu Simeonis. Porro mulier Madianitis, quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi, filia Sur principis nobilissimi Madianitarum. Iste scortator Israelita, qui fornicatus est cum muliere Madianitide, typum tenet eorum, qui Ecclesiæ societate, siue per errorem, siue per praua opera

A se sequestrantes, blasphemiam inter infideles per suam nequitiam magis excitant, quam per bona opera ad glorificandum Deum eos prouocent. Quibus dixit Apostolus: *Per vos nomen Dei blasphematur inter gentes.* Quod & nomi-
Rom. 2. na eorum sufficienter ostendunt. Nam Zambri interpretatur psalmus vel canticum Saul tentationem respicientis. Symeon, audiuit tristitiam, vel nomen habitaculi. Cozbi quoq; calix immentus, siue immola mihi. Sur, munia vel angustia: & Madian, contradictio vel responsio. Quem ergo iste Zambri melius exprimit, quam libidinosum & fornicatorem corporalem, siue etiam spiritalem: qui non canticum laudis, sed psalmum improperij siue irrisionis, inter inimicos Christi exercitat: De quibus Propheta dixit:
Threno. 1. *Tota die sum psalmus eorum.* Et alibi: *in me psallebant, qui bi-*
Psalm. 68. *bant vinum.* Hic ergo ad tentationem respiciens, i.e. tentationi coosentiens, sub nomine habitaculi, id est, sub nomine Ecclesiastici, ingerit tristitiam ex casu suo simul cohabitantibus secum quibusq; fidelibus quia calicis im-
B meosi amore repletus h e. gulæ illecebris deseruiens, lemetipsum immolauit diabolo, cum membra sua tradidit libidini. Hic contradictionis responsum ab aduersarijs Dei suo prauo opere efficiens, muris æterni carceris, atq; angustiæ perpetua damnatione semetipsum immerget, vbi cruciabitur die ac nocte: *non inde exiens donec soluat nouissi-*
Mat. 5. *mum quadrantem.*

Capvt X.

De secunda dinumeratione Israelitarum, quæ facta est per Moysen & Eleazarum filium Aaron sacerdotem.

Num. c. 26. POstquam *noxiorum sanguis effusus est, dixit Dominus ad Moysen, & Eleazarum filium Aaron sacerdotem: Numerate omnem summam filiorum Israel, a XX annis & supra, & per domos & cognationes suas, cunctos, qui possunt ad bella procedere.* Igitur per
C præceptum Dñi primo numeratus est populus. Sed quoniam illi, qui primo fuerant adsciti, ceciderunt ꝓpter perseuerantiam delictorum, secundus nunc populus, qui in lapsorum locum re[illegible] generatione successit, vocatur ad numerum: & quod de illis prioribus dictum non fuerat, de his dicitur. Post autem quam per trib. & plebes domosq, ac familias collectus est numerus, dicit dominus ad Moysen: *His distribuetur terra in sorte. Pluribus magis, exiguam dabis paucioribus.* Si de prioribus dictum fuisset. Et quia his distribuetur terra in sorte falsum vtiq; fuisset, quia ceciderunt illi in deserto propter delicta sua. Quod ergo primus non est dictum, postremis dicitur quibus & cuncta, quæ promittuntur impleta sunt Hæc autem nolo, putes solius historiæ textu concludi: mysteria sunt quæ per legis imaginem conscribuntur. Reprobatur enim prior populus, qui est in circumcisione: & introducitur secundus, qui congregatur ex gentibus: & ipse est, qui hæreditatem consequitur paternam & a quo consequitur Non a Moyse, sed ab Iesu. Nam Moyses etiamsi dat aliquibus hære-
D ditatem, non dat intra Iordanem sed extra Iordanem. Dat terram non fluentem lac & mel, sed pecoribus aptam. Et muta animalia atq, irrationabiles pecudes melius quam rationabiles homines nutrientur Iesus vero meus, secundo populo terram quam dat, terra est lacte & melle fluens: fauus imo mellis, sed præ omni terra. Et Moyses quidem hæreditatem non dat in cleru, nec sorte distribuit, nec potest per plebes & domos ac familias & nomina, merita singulorum diuina sorte pensare. Hoc solus facit Iesus, cui omne iudicium pater tradidit. Ipse scit quomodo populum suum non solum per tribus ac familias & domos, verum & per nomina, vnumquemq, digna & competenti mansione dispenset. Sunt tamen aliqui in illis, qui conditionem sortis super eminent, & omnino nec adducuntur ad sorté. Oẽs Leuitæ, i qui intente & indeficienter permanẽt in mysterio Dei, & peru giles in seruitio eius, excubias gerunt, sortem inter cæteros nõ accipiunt. Sed nec omnino in terra est sors eorum: sed ipse Dñs sors eis & hereditas esse memoratur. Per hos illi mihi videtur indicari, qui nullis corporeæ naturæ obstaculis liberati, sed

E omnium visibilium gloriã supergressi, in sola sibi sapiẽtia Dei & verbo eius, viuendi vsum exercitiumq; posuerunt: qui corporeum nihil requirunt: nihil rationis alienum. Concupiscunt enim sapientiam, concupiscunt secretorum Dei agnitionem: *& ibi est cor eorum, vbi est & thesaurus* Mat. 6.
eorum. Isti ergo hæreditatem non habent in terris sed supergrediuntur cæli summa fastigia: & ibi semper in domino, semper in verbo eius, semper in sapientia & in voluntate scientiæ eius delectantur: hic eis cibus hoc erit poculum Istæ diuitiæ, hoc erit lignum. Tales ergo erunt: & in his erunt illi, quib. hæreditas ipse dominus erit. Qui autẽ inferiores sunt nec ad istum protectuum verticem peruenerunt hæreditatem terræ accipient licet sublimiores alicuius & potiores: terra enim viuentium repromittitur quæ vtiq; idcirco terra viuentium dicitur quod nesciat mortem. Et isti quidem magni & illi beati: sed beatiores illi, qui iam non per speculum & in ænigmate, neq; in substantijs corporalib. sed facie ad faciem Deum videbunt, sapientiæ illuminatione radiati & totæ diuinitatis
F capaces per puritatem cordis effecti, portionemq; suam non in creatura, sed in creatore habentes. qui est super omnia Deus benedictus in secula. *Loquutus est dominus ad Moysen dicens: Istis diuidetur terra, ex numeratione [illegible] p[illegible] possessiones suas. Pluribus maiorem partem dabis: & paucioribus minorem. Singulis sicut nunc recensiti sunt, tradetur possessio: ita duntaxat, vt sors terram diuidat & familias. Quicquid sorte contigerit, hoc vel plures accipient vel pauciores.* Hoc est quod docet, vt si qua trib. numerosior habe ur in populis, maiora terræ spatia sortiatur. Si qua autem minor hominum numero censetur, breuiore possessione contenta sit Sed quoniam terræ huius diuisionem hæreditatemq; terrenam speciem dicimus tenere & imaginem futurorum bonorum ac formam cælestis illius, quæ a fidelib. & sanctis operitur, ostendere requiro in illa hæreditate, quæ spetanda est, qui sunt plures, & qui sunt pauci: & inuenio ibi beatos pauciores haberi, quam plures. Nam, qui per viam latam & spatiosam, quæ ducit ad perditionem incesserint, multi dicuntur: qui vero per arctam & angustam viam petrexerint, quæ
G ducit ad vitam pauci appellantur. Et iterum in alijs dicitur: *Quam pauci sunt, qui saluantur.* Et item in alijs: *Vbi mul-* Mat. 19.
ti [illegible] Mat. 14.
Sed in arca, quæ a Noe constructa est, vbi mensuræ cælitus dantur, in inferioribus trecentorum cubitorum ponitur longitudo, & Quinquaginta latitudo. Vbi vero textus eius ad altiora consurgit, in angustum cogitur, & paucorum cubitorum conclusione colligitur: ita vt summitas eius in vnius cubiti spatium contineretur. Propterea quod in inferioribus quidem vbi lata & spatiosa habebantur loca, vel bestiæ vel pecudes erant locatæ: in superioribus vero aues: in summis autem, quæ angustiora & arctiora erant, ibi homo rationabilis collocatur. Ipse vero vertex in vnum colligitur cubitum. Omnia enim ad monadem rediguntur. Quæ tamen trinitatis sacramentum in numeru trecentorum cubitorum designat. Et huic sacramento proximus ponitur
H homo: vtpote rationabilis & Dei capax Sed & inde, quæ sit differentia inter paucos & multos, colligimus indicia. Pone omnem humani generis numerum & ex vniuersis gentibus elige fideles. Sine dubio pauciores sunt, quam sunt vniuersi. Tum deinde ex fidelium numero elige meliores. Certum est, quod multo inferior numerus remanebit. Et item ex ipsis quos elegeris, elige rursum perfectiores. Profecto reperies, quanto amplius eligendo processeris, tanto exiguos & paucissimos inuenies: vsquequo vltimo venias ad vnum aliquem, qui confidenter dicat: *quia amplius, quam omnes illi laboraui.* Hi 1. Cor. 15.
ergo, qui in hoc mundo plures sunt, plus terræ & plus corporeæ hæreditatis accipient. Pauci autem exiguum aliquid de terra consequentur quia plus in Domino habent. Alij autem nihil omnino terræ accipient si qui digni fuerint sacerdotes esse & ministerio Dei. Horum omnino ex integro ipse dominus hæreditas erit Et quis ita beatus est, vt inter paucos exiguum terræ accipiat, vel inter electos sacerdotes & ministros solum Deum capere hæreditatis sorte mereatur? Licet enim ipsi propter merita

A sua accipiunt aliquid terræ: sed illius terræ, quæ vrbibus contigua est, & adhæret ciuitatibus. Potest tamen adhuc & alio modo intelligi sermo iste, qui dicit, vt pluribus multiplicetur hæreditas. Vnus enim iustus, secundum hoc quod acceptus est à Deo, pro pluribus habetur. Denique & scriptum est: Per vnum sapientem habitabitur ciuitas: tribus autem iniquorum desolabuntur. Et vnus iustus pro toto mundo reputatur. iniquitatem etiam, si multi sunt, exigui & pro nihilo ducuntur apud Dominum. Est ergo & multitudo laudabilis: sicut vidimus etiam ad Abraham dictum, quum eduxisset eum Dominus foras, & dixit ad eum: Respice ad cœlum, si potes dinumerare stellas, ita erit semen tuum. In quo & hoc intuere, quomodo iustus intus est, & in interioribus semper consistit, quia intus in abscondito orat patrem: & omnis gloria filiæ regis, id est, animæ regalis intrinsecus est. Sed tamen Deus educit eum foras, quum res postulat, & rursum visibilium ratio deposcit. Potest ergo,
B & hoc modo multis istis, qui sunt sicut stellæ cœli, multitudine multiplicari hæreditas: & exiguis illis, videlicet, qui etiam si numero multi sunt, vitæ tamen suæ indignitate & vilitate exigui habentur, exigua hæreditas poni. *Per sortem*, inquit, *erit hæreditatis distributio*. Hoc quidem præcipitur. Sed quum venio ad scripturas, video ipsum Moysen, cui mandatur sorte non vti in diuisione hæreditatis Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manasse. Sed & Iesus Naue extra sortem dat hæreditatem tribui Iudæ: & Caleb extra sortem dat in tribu Ephraim, & dimidiæ tribui Manasse. In cæteris sors mittitur. Et prima sors Beniamin procedit: & inde iam tribuum reliquarum. Vnde puto, quod & illa regni cœlorum beata hæreditate erunt aliqui, qui non venient ad sortem, neque cum cæteris quamuis sint sancti numerantur: sed erit egregia quædam & eximia eorum hæreditas, sicut fuit Caleb & tribus Iuda, & Iesu ipsius filii Naue. Sicut fit enim verbi causa, quum post prælium victoribus prouinciæ partiuntur & spolia, & egregii quique & eximii bellatores, non
C cum cæteris militibus in diuisione spoliorum ducuntur ad sortem, sed optima quæque & præcipue eis virtutum merito decernuntur. cæteri vero viuuntur sorte solo iure victoriæ. ita mihi videtur Dominus meus Iesus Christus facturus. Quosdam enim, quos scit abundantius, quam cæteros laborasse, & quorum gesta magnifica, sublimesque virtutes ipse cognoscit illis præcipuos quosque eximios atque vt ita audeam dicere, similes sibi honores decernit & glorias. An non tibi videtur simile aliquid suæ beatitudinis, charissimis suis conferre discipulis, quum
Ioan. 17. dicit: *Pater volo, vt vbi sum ego, & isti sint mecum*, & quum
Matt. 19. eis iam dicit, *Qui secuti estis me vos, super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel*. Et iterum: *Sicut tu in me pater,*
Luc. 22. *& ego in te: vt & isti in nobis vnum sint*. Hæc omnia non sorte decernuntur, sed electionis prærogatiua donantur ab eo, qui corda & mentes hominum videt solus. Qui nos quoque, etiam si non inter eximios & electos, atque illos, qui supra sortem sunt, in sortem sanctorum tamen
Cap. 27. dignetur adducere: *Accesserunt autem filiæ Salphaad filii Hepher, filii Galaad, filii Machir, filii Manasse, qui fuit filius Ioseph,*
D *quarum sunt nomina: Maala & Nea, & Egla, & Melcha, &*
Num. 27. *Thersa. Steteruntque coram Moyse & Eleazaro sacerdote, & cunctis principibus populi, ad ostium tabernaculi atque dixerunt: Pater noster mortuus est in deserto, nec fuit in seditione, quæ concitata est contra Dominum sub Chore, sed in peccato suo mortuus est. Hic non habuit mares filios. Cur tollitur nomen eius de familia sua, quia non habuit filium? Date nobis possessionem inter cognatos patris nostri. Retulitque Moyses causam earum ad iudicium Domini. Qui dixit ad eum: Iustam rem postulant filiæ Salphaad. Da eis possessionem inter cognatos patris sui: & ei in hæreditate succedant.* Hæc secundum historiam, quid vigoris habeant, omnibus palam est, qui sciunt leges istas non solum apud filios Israel custodiri, sed omnes homines, qui tamen legibus viuunt. Vnde apparet, quod libertas filiarum Salphaad, non solum ipsis hæreditatem contulit, sed & perpetua viuendi iura secundo dedit. Vides quanta sit etiam historiæ ipsius vtilitas in lege Dei. Quis potest leges istas aliquando dissoluere, quibus vniuersus vtitur mundus? sed tamen quæramus nos, quomodo etiam spiritaliter ædificemur. Potest enim fieri, vt neque filiæ mihi sint secundum carnem, neque aliquid ruris, cuius capi possit hæreditas, quid ergo? Nihil apud eum, qui huiusmodi est, lex ista operabitur, & erit alicui otiosum, quod diuina voce sanctum est? Requiramus ergo etiam apud spiritalem legem, quæ sint istæ filiæ quinque, quarum etiam, si pater mortuus fuerit pro aliquo peccato, ipsæ hæreditatem ex verbo Dei capiant. In superioribus quum de spiritalibus filiis tractaremus, virtutes animi & sensus mentis, filios docuimus. Consequens sine dubio & conueniens videtur, etiam filias opera, quæ corporis ministerio explentur, accipere. Ideo denique & quinque eis numerus adscribitur: Quinque enim corporei sensus sunt, quibus omne opus expletur in corpore. Istæ ergo quinque filiæ, id est, operum perfectio, etiam si patre orbentur & remaneant orphanæ, non tamen abiiciuntur ab hæreditate: neque excluduntur à regno: sed in medio plebis Dei, portionem hæreditatis accipiunt. At enim
F videamus, quis est pater earum, qui mortuus esse dicitur. Salphaad inquit. Salphaad autem interpretatur, vmbra in ore eius. Pater operum intellectus est. Sæpe ergo accidit, quod non pauci inter fratres nostros sunt, in quibus intellectus altior & profundior nullus est: sed est in eis sensus mortuus. Tamen si genuerit filias, id est, opera ministerii, opera obsequiorum, opera mandatorum Dei, hæreditatem terræ cum plebe Dei consequitur. Non poterit quidem inter eos numerari, quorum portio Dominus non est, quorum hæreditas Deus est. Non potest in ministrorum & sacerdotum numero suscipi: in plebeio tamen ordine hæreditatem terræ repromissionis accipiet. *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* Ostendatur Matth. 20.
tamen & causa ex ipsius nominis interpretatione, quia iste Salphaad non potuerit filios generare, sed filias. Interpretatur enim, vt diximus, vmbra in ore eius. Vides quoniam, si quis vmbram legis habet in ore, & non ipsam imaginem rerum, hic quia nihil spiritale, nihil profundum intellectu sentire potest, sed sola vmbra legis in ore eius est, sensus viros & spiritales non potest regenerare; regenerare tamen potest opera & actus, quæ sunt
G simplicioris vitæ ministeria. Et ideo ostendit in his clementia Dei, quia innocentiores quique, etiam si sensus deficiant, habent tamen opera bona, non excluduntur ab hæreditate sanctorum. *Homo quum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas. Si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos. Quod si & fratres non habuerit, dabis hæreditatem fratribus patris eius. Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his, qui ei proximi sunt. Eritque hoc filiis Israel sanctum lege perpetua, sicut præcepit Dominus Moysi.* Ponitur lex de successione: vt primo filius, deinde filia secundo in loco succedat: tertio frater: quarto patris frater. Quintus vero gradus certum aliquem non designat: sed quisquis illi propinquior fuerit ex omni familia, vt ipse succedat. In his iam integer & perfectus est historiæ sensus, vt nihil requirere videatur extrinsecus. Tamen si
H qui bene in spiritalibus legibus eruditus est, & pleniore scientiæ lumine radiatus, ille potest intelligere diuersos istos successionum gradus. Et quomodo primus sit consequentiæ cœlestis hæreditatis, gradus doctrinæ & scientiæ merito, qui est masculus filius: operum prærogatiua, quæ est filia: tertius compassionis alicuius & humanitatis: propter quod & frater nominatur. Sunt enim nonnulli, qui sponte quidem sua & proprio intellectu nihil agunt: positi tamen inter fratres, æmulatione cæterorum ea videntur agere, quæ & illi agunt, qui intellectu proprio mouentur. Datur ergo etiam istis hæreditas, sub titulo fraterni nominis. Gradus vero quartus, quem fratrem patris nominat, potest fortassis intelligi ille ordo hominum, qui audita à patribus & veterum narratione suscepta, conantur implere: & non tam propriis sensibus moti, nec ex præsentis doctrinæ commonitionibus excitati, quam veteri vel traditione, vel consuetudine sola instituti, boni tamen aliquid gerunt. Vltimus vero gradus scribitur ille, qui quolibet pacto his proximus fuerit, qui diceret: siue occasione, siue veritate doctrinæ, si qui aliquid

boni

A boni fecerint, non pro his boni operis mei [illegible] sed largiente Domino, locum hæreditatis accipiet. Hæc quidem nobis audientibus forsitan prolixius ... prolata videantur: nos tamen exhibuimus [illegible] spiritalia præponentes, [illegible] ctiones eos inter ligeones æmulatores cupidiorque reddamus.

CAPVT XII.

Vbi Moyses in montem ascendere iubetur, & prædicitur ei, quod in terram repromissionis non ingredietur: Iesusque pro eo dux populi constituitur.

Num. c. 27. Dixit quoque Dominus ad Moysen: *Ascende in montem istum Abarim, & contempla e inde terram, quam daturus sum filiis Israel. Quumque videris eam, ibis & tu ad populum tuum, sicut ivit frater tuus Aaron: quia offendistis me in deserto Sin, in contradictione multitudinis: nec sanctificare me voluistis coram eis super aquas. Hæ sunt aquæ contradictionis, in Cades deserti Sin.* Vide
B ergo primo omnium, quomodo perfectus, qui & beatus est, non in valle neque in aliqua terræ planitie, aut in colle aliquo, sed in monte, id est, in alto & arduo defungitur loco. Vitæ namque eius consummatio & perfectio, habetur in excelso. Sed in oculis suis conspicere iubetur omnem terram repromissionis, & diligenter ex eminenti ratione cuncta perspicere. Oportebat enim summam perfectionis consequuturo, nihil incognitum remanere: sed cunctorum, quæ videntur & audiuntur, habere notitiam. Ob hoc credo, vt omnium, qui in carne positus, corporali cœpit aspectu in spiritu effectus, & nulla mente ad auditoria & discipulatum sapientiæ properans, velociter eorum rationes assequatur & causas. Nam quid videbitur vtilitatis, vt discessuro de seculo, & finem vitæ huius proximus accepturo, ostendantur terræ loca, quorum nec laborem perpessurus esset, nec gratiam suscepturus? Pertenet [illegible] terrio, qui sequitur, & addi-
C cendum timidum reddit ac trepidum, quod de magno illo Moyse famulo [illegible] Dei, cui facie ad faciem loquutus est Deus, per quem signa & virtutes mirificæ perpetratæ sunt [illegible] tam periculosa referuntur. Quid enim dicit ei Deus? Et apponeris inquit ad populum tuum & tu, sicut & positus est Aaron frater tuus in monte Hor. Et quasi causam mortis exponens dicit: Propter quod transgressi estis verbum meum in deserto Sin, quum restitit synagoga ne me sanctificaret. Non me sanctificastis in aqua coram eis. Ergo & in culpa est etiam Moyses, etiam ipse transgressionis crimen incurrit, etiam ipse factus est sub peccato. Idcirco credo, cum fiducia dicebat Apostolus. *Quia regnauit mors ab Adam vsque*
Roman. 5. *ad Moysen. Accepit enim vsque ad Moysen, & necipsi pepercit.* Et
Ibidem 7. ideo opinor dicebat, *quia per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum:*
Rom. 11. *& per peccatum mors, in quo omnes peccauerunt.* Et iterum: *Conclusit Deus omnes sub peccato, vt omnibus misereatur. Sed gratias Deo, qui est Iesus Christus, qui nos liberat de corpore mortis huius, vt vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia.* Nam Moy-
D ses quomodo aliquem liberare potuisset à peccatis, cui etiam ipsi dicatur. Qui transgressi estis verbum meum in deserto Sin, & non me sanctificastis in aqua coram filiis Israel? vt manifestum sit omnibus, quod ille debeat solus regnare, qui solus peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Tamen illud oportet considerare mysterium, quia nec sacerdotium, quod institutum est, cuius personam gerebat Aaron, nec ipsa lex, cuius personam gerebat Moyses, introducunt populum Dei in terram hæreditatis æternæ: sed Iesus, in quo typus erat Domini Iesu Christi, id est, gratia per fidem. Et Aaron quidem ante defunctus est, quam Israel in aliquam partem terræ repromissionis intraret. Moyse adhuc viuente, capta est terra Amorrhæorum atque possessa: sed Iordanem transire non est ... permissus. Ex aliqua enim parte, lex obseruatur in fide Christiana. Ibi enim sunt etiam præcepta, quæ hodieque obseruare Christiani iubemur. Sacerdotium vero illud & sacrificia, nullam partem tenent hodie fidei Christianæ: nisi quod in vmbris futuro-

rum acta atque transacta sunt. Cum vero ambobus fratribus, id est, Aaron & Moysi dicitur, vt apponantur ad populum suum, manifestum est, non esse in illos iram Dei, quæ separat à pace sanctæ societatis æternæ. Vnde manifestatur non solum officia, sed etiam mortes eorum signa fuisse futurorum, non supplicia indignationis Dei. Sed iam etiam videamus Moysi magnificentiam. Recessurus de seculo orat Deum, vt prouideat iudicem populo dicens: *Prouideat Deus spirituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc. & post exire & intrare per eos & educere eos vel introducere, vt sit post hoc Domini sicut oues absque pastore.* Quid agis ô Moyses? Nunquid filii tibi non sunt, Gerson & Eleazar? Aut si aliquid de ipsis dubitas, non sunt filii fratris magni & egregii viri? Quomodo non oras Deum pro ipsis: vt eos constituat populo duces. Sed discant ecclesiarum principes, successores sibi non eos, qui consanguinitate generis iuncti sunt, nec qui carnis propinquitate sociantur testamento signare, neque hæreditarium tradere principatum, sed referre ad iudicium
Dei & non eligere illum, quem humanus commendat affectus, sed Dei iudicio totum de successoris electione permittere. Nunquid non poterat Moyses eligere principem populo, & vero iudicio eligere, & recta iustaque sententia, ad quem dixerat Deus: *Elige presbyteros populo,* Num. 11.
quos tu ipse scis presbyteros esse? & elegit tales, in quibus continuo dicitur, spiritus requiescere & prophetare omnes. Quis ergo ita probatur eligere principem populi, vt Moyses poterat? Sed hoc non facit. Non eligit. Non audet. Cui non audet? Ne posteris præsumptionis relinquat exemplum. Sed ausculta quod dicit: Prouideat, inquit, Dominus Deus hominem super synagogam hanc, qui egrediatur ante faciem eorum, & qui ingrediatur & qui producat eos, & qui reducat. Si ergo tantus ille ac talis Moyses non permittit iudicio suo de eligendo principe populi, de constituendo successore quis erit qui audeat vel ex plebe, quæ sæpe clamoribus ad gratiam, aut ad præmium forsitan excitata moueri solet, vel ex ipsis etiam
G sacerdotibus quis erit, qui se ad hoc idoneum iudicet, nisi si cui oranti & petenti, à Domino reueletur? Sicut & Dominus dicit ad Moysen: *Tolle Iesum filium Naue, virum, in quo est spiritus Dei: & pone manum tuam super eum. Qui stabit coram Eleazaro sacerdote & omni multitudine: & dabis ei præcepta cunctis videntibus: & partem gloriæ tuæ, vt audiat eum omnis synagoga filiorum Israel. Pro hoc, si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum. Ad verbum eius egredietur ipse, & omnes filii Israel cum eo, & cætera multitudo.* Audis euidenter ordinationem principis populi tam manifeste descriptam, vt pene expositione non egeat. Nulla hic populi acclamatio, nulla consanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio est. Propinquis agrorum & prædiorum relinquatur hæreditas. Gubernatio populi illi tradatur quem Deus elegit: homini scilicet tali, qui habet, sicut scriptum audistis, in semetipso spiritum Dei, & præcepta Dei in conspectu eius sunt: & qui Moysi valde notus & familiaris sit, id est, in quo sit claritas Dei & scien-
H tia: vt possint eum audire filii Israel. Quod autem dicit: Dabis ei partem gloriæ tuæ, non sic accipiendum est, ac si diceret, facies eum socium gloriæ tuæ. Non autem res huiusmodi, quasi partiliter diuisæ minuuntur: sed totæ sunt omnibus: totæ singulis, qui earum habent societatem. Pro hoc, inquit, si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum. Ad verbum eius egredietur & ingredietur, &c. Hæc sententia moraliter nos instruit, vt quisquis accipiat potestatem in populo Dei, secundum magisterium diuinæ legis, quæ in sacerdotis officio maxime nobis commendatur, cuncta agat & cuncta disponat, ac totam vitam suam sibique commissorum, secundum eius doctrinam ordinet atque regat. Vnde quoque per Malachiam Prophetam dici- Malach. 2.
tur. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam: & legem exquirunt de ore eius, quia angelus Domini exercituum est.* Verum quoniam mysteriis cuncta referta sunt, non possumus, quæ pretiosiora sunt omittere: etiam si hæc, quæ secundum literam mandantur, necessaria videantur & vtilia. Consideremus ergo, quæ sit Moysi mors.

A Finis sine dubio legis. Sed legis illius, quæ secundum litteram dicitur. Quis autem hic finis eius? Est sacrificiorum scilicet interruptio, cæterorumque, quæ simili obseruantia mandantur in lege. Hæc ergo, vbi finem accipiunt, Iesus suscipit principatum. Finis enim legis, ad iustitiam omni credenti. Et sicut de prioribus dictum est, *quia omnes in Moyse baptizati sunt, in nube & in mari*, ita & de Iesu dicatur, quia omnes in Iesu baptizati sunt, in Spiritu sancto & aqua. Iesus namq; est, qui transit aquas Iordanis: & in ipsis quodammodo iam tunc populum baptizat. Et ipse est, qui terram hæreditatis, terram sanctam, partitur vniuersis: non priori populo, sed secundo. Prior enim populus propter præuaricationem suam cecidit in deserto. De temporibus Iesu dicitur, quia terra quieuit à bellis: quod de Moysi tempore dici non potuit: sed de Iesu [illegible] dicitur meo Domino, non [illegible] Naue. Atque vtinam etiam mea terra cesset à bellis, & cessare possit. Sic [illegible] Iesu principi meo fideliter militarem, si etiam [illegible] in Domino meo Iesu, nunquam caro [illegible] insurget aduersum spiritum meum: nec impugnabitur terra mea ab aduersarijs gentibus diuersis scilicet concupiscentijs stimulata. Oremus omnes, vt Iesus regnet super nos: & cesset terra nostra à bellis: cesset ab impugnationibus carnalium desideriorum. Et quum ista cessauerint tunc vnusquisq; requiescet sub vite sua, & sub ficu sua: & sub oliua sua. Sub velamento enim patris & filii & Spiritus sancti, requiescet anima, quæ pacem in se recuperauerit carnis & spiritus,

Amen.

1. Cor. 10

FINIS LIBRI TERTII.

B F

HRABANI MAVRI, MOGVNTINENSIS ARCHIEPISCOPI, ENARRATIONVM IN NVMEROS,

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

De singulis speciebus sacrificiorum, quæ offerebantur Domino in varijs festiuitatibus, hoc est, sabbato Kalendarum, mensis primi, & mensis primitiuorum, & mensis septimi.

C Num. c. 28 G

Dixit quoque Dominus ad Moysen: Præcipe filiis Israel, & dices ad eos: Oblationem meam, & panes & incensum odoris suauissimi, [illegible] temporibus suis. Hæc sunt sacrificia, quæ offerre debetis. Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum [illegible] alterum ad vesperam. Decimam partem Ephi similæ, quæ conspersa sit oleo purissimo, & habeat quartam partem Hin. Holocaustum iuge est, quod obtulistis in monte Sinai, in odorem suauissimum incensi Domino: [illegible] agnos in sanctuario Domino: alterumque agnum similiter offeretis ad vesperam, iuxta omnem ritum sacrificij matutini & libamentorum eius, oblationem suauissimi odoris Domino. Quia ergo festorum leges habemus in manibus, & inde nunc sermo est, requiramus diligentius qui sit ordo festiuitatum: vt ex ipsis ordinibus & sacrificiorum ritu colligere possimus, qualiter vnusquisque ex suis actibus & conuersationibus sanctis, Deo festiuitatem possit parare. Prima

D ergo est festiuitas Dei, quæ appellatur indesinens. De his enim mandatur, quæ indesinenter & sine vlla prorsus interruptione matutinis & vespertinis sacrificiis offeruntur. Mandans igitur festiuitatem, non primo statim venit ad festiuitatem paschæ, neque ad azymorum neq; ad scenopegiæ, aliasque, de quibus præcipitur: sed hanc primam posuit, in qua sacrificium indesinens iubetur offerri: quo scilicet agnoscat quisquis vult esse perfectus & sanctus, quod non aliquando quidem agenda est Deo, aliquando non agenda festiuitas: sed semper & indesinenter iustus agere debet diem festum. Sacrificium namque quod indesinenter & in matutinis & in vespertinis mandatur offerri, hoc indicat, vt in lege ac prophetis, qui matutinum tempus ostendunt, & in euangelica doctrina quæ vespertinum, id est, in vespera mundi saluatoris ostendit aduentum, indesinenti intentione persisteret. Has ergo tales festiuitates Dominus dicit: Et obseruabitis dies festos meos. Dies ergo festus Domini est, si ei sacrificium indesinenter offeramus: si sine intermissione oremus: ita vt ascendat oratio nostra sicut in conspectu eius mane, & eleuatio manuum nostrarum fiat ei sacrificium vespertinum. Est igitur prima solennitas iugis sacrificii indesinentis: quæ à cultoribus Euangelii eo modo, quo supra exposuimus, debet expleri. Sed quoniam sicut propheticus sermo perdocuit, dies festi peccatorum conuertuntur in luctum, & cantica eorum in planctum, certum est, quia qui peccat & agit dies peccati, agere non potest diem festum: Et ideo illis diebus, quibus peccat, offerre non potest sacrificium Deo indesinens: sed ille offerre potest, qui indesinenter custodit iustitiam, & conseruat semetipsum à peccato. Qua die autem interrumpit & peccauerit, certum est, quod in illa die non offert sacrificium indesinens Deo. Quod autem duos agnos immaculatos iubet quotidie offerri in holocaustū, vnum mane & alterum vespere, significat, quod innocentiam operis non solum sed et cordis tam in initio conuersationis nostræ quam etiam in fine Deo per ignem charitatis atque feruorem spiritus sancti exhibere debemus: *qui [illegible] perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* Simulque decima pars Ephi similæ conspersa oleo purissimo cum agni oblatione offerri præcipitur, & in libamine vini quarta pars mensuræ Hin: quia ipsa innocentia tunc grata & acceptabilis erit Deo, si secundum scientiam diuinæ legis atque euangelicæ doctrinæ gratia temperata, honeste adhibetur, monstrante hoc scriptura & dicente: *Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam: nec iurauit in dolo proximo suo.* Quæ autem sit mensura Ephi siue Hin, in superioribus iam dictum est. *Die autem sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio: & liba, quæ rite funduntur per singula sabbata in holocaustum sempiternum.* Quæ est autem festiuitas sabbati, nisi illa, de qua Apostolus dicit: *Relinquitur ergo sabbatismus*, hoc est, sabbati obseruatio populo Dei? Relinquentes ergo Iudaicas sabbati obseruationes, qualis esse debeat Christiano sabbati obseruatio, videamus. Die sabbati nihil ex mundi actibus oportet operari. Si ergo declinas ab omnibus secularibus operibus & nihil mundanum geras, sed spiritalibus operibus vaces, ad ecclesiam venias, lectionibus diuinis & tractatibus aurem præbeas: de cœlestibus cogites: de futura spe solicitudinem geras: venturum iudicium præ oculis habeas: non respicias ad præsentia & visibilia, sed ad inuisibilia & futura: hæc est obseruatio sabbati Christiano. Sed hæc Iudæi obseruare debuerant. Denique etiam apud ipsos, si faber, si structor, & siqui huiusmodi

Matt. 24. Psal. 23. H Hebr. 4.

iusmo-

A [illegible] sabbati: lector autem [illegible] legis & doctor [illegible] per illud: & tamen sabbatum non contaminat. Sic enim dicit ad eos: Matth. 12. *aut non legistis, quia sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt?* Qui ergo cessat ab operibus seculi, & spiritualibus actibus vacat, iste [illegible] qui facit [illegible] & diem festum agit sabbatorum: neque onera portat in via. Onus enim est, omne peccatum. Quemadmodum & Propheta Psalm. 31. [illegible] *sicut onus grave gravata sunt super me.* Neque enim ignem accendit. Illum scilicet ignem de quo dicitur: Ite in lumine ignis vestri, & in flamma quam accendistis. In sabbato vnusquisque sedeat in loco suo, & non exeat inde. Quis ergo est locus eius animæ spiritualis? Iustitia locus eius, veritas: sapientia, sanctificatio & omnia quæ Christus est, locus animæ est. Ex quo loco eam non oportet exire, vt vera sabbata custodiat, & diem festum in sacrificijs exigat sabbatorum. Sic & Dominus dicebat: Ioh. 6. *Qui manet in me, & ego in eo.* Quod autem diximus vera sabbata si altius requiramus, quæ sint vera sabbata, vltra hunc mundum est vera sabbati obseruatio. Quod enim scriptum est in Genesi, Gen. 2. *quia requieuit Deus die sabbati ab operibus suis,* nō B videmus vel tunc factum esse in die septima, vel etiā nunc fieri. Semper enim Deum videmus operari: & nec sabbatum est, in quo non Deus operetur: in quo non producat solem suum super bonos & malos: & pluat super iustos & iniustos. Non quo non producat in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum: in quo non percutiat & sanet: deducat ad infernum, & reducat: in quo non occidat & viuere faciat. Vnde & Dominus in euangelijs, quum Iudæi præscriberent sibi de operatione & curatione sabbati, respondit eis: Ioan. 5 *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor.* Ostendens per hæc, in nullo huius seculi sabbato requiescere Deum a dispensationibus mundi, & à prouisionibus generis humani. Nam creaturas quidem fecit ex initio & substantias protulit quantas sibi sciebat, vt potè rerum conditor, ad perfectionem mundi posse sufficere. Sed vsque ad consummationem seculi, ab earum prouisione & dispensatione non cessat. Et erit ergo verum sabbatum in quo requiescet Deus ab omnibus operibus suis, [illegible] seculum venturum, tunc quum aufugerit dolor & tristitia & gemitus. Et erit omnia & in omnibus Deus. C In quo sabbato concedat etiam nobis Deus diem festum agere secum, cum angelis sanctis festa celebrare offerentes sacrificium laudis, & reddentes altissimo vota nostra. Tunc fortassis & sacrificium nostrum indesinens, de quo supra exposuimus, [illegible] offeretur. Tūc [illegible] nobis indesinenter assistere poterit Deus, & sacrificium laudis per pontificem magnum, Psal. 109. *qui est sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Sabbati ergo oblatiō, duo sunt agni anniculi immaculati, & duæ decimæ similæ oleo conspersæ in sacrificio, & liba quæ rite funduntur per singula sabbata. Quæ nobis nihil aliud innuunt, quàm Tit. 2. *vt sobriè & iustè, & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri* IESV CHRISTI. Ac quicquid diuina gratia possumus, pateriæ quietis adeptione instanter laboremus. Duos agnos anniculos Domino offert, qui simplicitatem mentis atque innocentiam operis, in conspectu diuinitatis exhibet. Duas decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio D simul cum libaminibus donat, qui spirituali gratia repletus: scientiam duorum testamentorum spiritu sancto [illegible] cente: simul verbis, exemplis, auditoribus suis commendat. Et hæc omnia vt diximus, non pro temporalis lucri quæstu, sed pro æternæ vitæ adeptione expendere satagunt. Tertia festiuitas ponitur neomeniæ dies, in qua offertur, & hostia sicut scriptum est:

In kalendis autem, dest, in mensium exordijs, offeretis holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos septem immaculatos, & tres decimas similæ conspersæ oleo per singulos vitulos, & duas decimas similæ [illegible] per singulos arietes [illegible] decimam decimæ similæ ex oleo [illegible] per agnos singulos, holocaustum [illegible] suauissimi odoris [illegible] Domino, & [illegible] autem [illegible] nouæ lunæ. Est ergo & ista festiuitas [illegible] Non tamen [illegible] cum [illegible] & valde [illegible] imo superfluum lex diuina mandare. Quid enim religionis conducit lunæ nouæ [illegible] est, quum [illegible] iungitur soli & adhæret ei obseruare [illegible]? Hæc si secundum literam consideremus non tam religiosa quam superstitiosa videbuntur. Sed sciebat Apostolus Paulus quia non his loquitur lex, neque [illegible] ritum, quia Iudæis obseruari videtur, spiritus sanctus præcipit, & ideo ad eos qui fidē Dei susceperant dicebat. Coloss. 2. *Nemo ergo vos iudicet, aut in cibo, aut in potu, aut parte diei festi, aut neomenia, aut sabbato: quæ sunt vmbra futurorum.* Si ergo vmbra futurorum est sabbatum, de quo pro viribus supra explicauimus, & neomenia vmbra futurorum est, certum est, quia & cæteræ festiuitates similiter vmbræ sunt futurorum. Sed nunc de neomenia videamus. Diximus quod neomeniæ festiuitas appellatur, quū luna innouari cœperit, & soli proxima fieri, penitusque coniuncta. Sol iustitiæ Christus est. Huic si luna, id est, ecclesia sua quæ lumine repletur ipsius iuncta fuerit, & penitus adhæserit ita vt secundum verbum Apostoli, qui se iungit Deo, vnus cum eo spiritus fiat, tunc festiuitatem neomeniæ agit. Tunc enim noua efficitur, quum abiecerit veterem hominem, & induta fuerit nouum, qui secun- F dum Deum creatus est: ita merito innouationis solennitatem quæ est neomeniæ festiuitas, gerit. Tunc denique est, quando neque videri neque comprehendi humanis aspectibus potest. Anima enim quum totam se sociauerit Domino, & in splendorē lucis eius tota concesserit, nihilque omnino terreum cogitat, nihil mundanum requirit, nec hominibus placere studet. sed totam se sapientiæ lumini, totam calori sancti spiritus mancipauerit, subtilis & spiritualis effecta, quomodo cerni ab hominibus, aut humanis potest aspectibus apprehendi. Animalis namque homo intelligere, discernere non potest spiritualem: & ideo digossime diem festum agit, & hostiam neomeniæ Domino, vtpote per ipsum innouata singulari. Si autem secundum tropologiæ regulam quis scire voluerit, quid significent hæ tales oblationes, quæ offeruntur Domino in holocaustum, hoc est, duorum vitulorum, arietis vnius agnorum anniculorum VII. & cæterarum specierum quæ simul iubebantur offerri, potest secundum sensum orthodoxorum, in duobus vitulis accipere boni G operis munditatem: per animam siue per corpus, magisterium duorum testamentorum, in duobus præceptis charitatis decenter Deo oblatam. In ariete vero vno, regimen disciplinæ secundum vnitatem fidei non eneruiter sed fortiter atque nobiliter exhibitum. In agnis quoque anniculis septem immaculatis, simplicitatem atque mansuetudinem morum pro futura in cælis requie per gratiam septiformis spiritus, tam sibi ad salutem, quam alijs ad exemplum in te fidelibus ostensam. Offert ergo quisque fidelis Deo tres decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio per singulos vitulos, quum scientiam spiritalem in [illegible] Trinitatis fide, oleo lætitiæ illuminatus, pariter cum bono opere exhibet. Offert duas decimas similæ oleo conspersæ per singulos arietes, quum illud decalogum legis sobrio intellectu in duobus præceptis charitatis, ad suam proximorumque vtilitatem vertere. ac per eum totam vitam suam, in suauem odorem Domino dedicare. Offert quoque decimam decimæ similæ ex oleo in sacrificium per agnos singulos, quum simplicita- H tem morum suorum [illegible] scripturarum sanctarum regulam, gratia spiritus sancti in se operante, instituere satagit & ornare. Bene ergo in holocaustum hæc omnia Domino iubentur offerri, quia ea sola intentione omnia debemus agere. non vt laudem humanam, vel retributionem præsentem quæramus, sed vt omnium bonorum datori Deo, per omnia placeamus: æternæque vitæ retributionem ab ipso remuneratore iustissimo, in futuro percipere mereamur.

Mense autem primo quartadecima die mensis phase Domini erit, & quintadecima die solennitas septem dieb. vescentur azymis: quarum dies prima venerabilis & sancta. Omne opus seruile non facietis in ea: offeretisque incensum holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem vnū, agnos anniculos immaculatos septem: & sacrificia singulorum ex simila quæ conspersa sit oleo: tres decimas per singulos vitulos, & duas decimas per arietem: & decimā decimæ per

A *agnos singulos, id est, septem agnos: & hircum pro peccato vnum, vt expietur pro vobis, præter holocaustum matutinum quod semper offeretis. Ita facietis per singulos dies septem dierum, in fomitem ignis, & in odorem suauissimum Domino: qui surget de holocausto & victimis singulorum. Dies quoq; septimus celeberrimus & sanctus erit vobis. Omne opus seruile non facietis in eo.* Quinto in hoc loco ponitur inter festiuitates Dei, paschæ solennitas: in qua [illegible] agnus occiditur. Si videtur agnum verum, agnum Dei, agnum qui tollit peccata mundi, & dicito quia pascha nostrum immolatus est Christus. Iudæi carnali sensu comedant carnes agni: nos autem comedamus carnes agni: nos autem comedamus carnem verbi Dei. Ipse
Ioan. 6. enim dixit: *Nisi comederitis carnes meas, non habebitis vitam in vobis ipsis.* Hoc quod modo loquimur carnes sunt verbi Dei, si tamen non quasi infirmis olera, aut quasi pueris lactis alimoniam præferemus. Si perfecta loquimur, si robusta, si fortia, si carnes nobis verbi Dei apponimus comedentes. Vbi enim mysticus sermo, vbi dogmaticus & trinitatis fide repletus profertur ac solidus, vbi futuri seculi amoto velamine literæ, legis spiritalis sacramenta panduntur, vbi spes animæ auulsa de terris iactatur in cælus, & in
1. Cor. illis collocatur, *quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor*
B *hominis ascendit*, hæc omnia carnes sunt verba Dei. Qui potest perfecto intellectu vesci & corde purificato, ille veræ festiuitatis paschæ immolat sacrificium: & diem festum agit cum Deo, & cum angelis eius. Post hanc, imo continuata huic festiuitas sequitur azymorum: quam merito celebrabis, si extermines omne fermentum malitiæ & nequitiæ ab anima tua, & azyma synceritatis veritatisque custodias. Neq; enim putandum est omnipotentem Deum, leges hominibus pro fermento scribere, & propterea iubere exterminari animam de populo, si qua forte paruum aliquid fermenti huius ex farina conspersi in domo sua habuisse deprehenduntur, eamque curam magnopere fuisse diuinæ maiestati, qua fermenti huius causa in tantum se dicat offendi, vt animam quam ipse ad imaginem & similitudinem suam fecit, exterminari pro hoc iubeat & euerti. Non mihi videtur hæc diuinis legibus diuina esse intelligentia: sed illud magis est, quod horrescit, & merito horrescit Deus, si malitiæ, si iræ, si nequitiæ spiritu infirmetur anima, & intumescat ad flagitia.
C [illegible] non vult animam esse Deus, & tale fermentum si abscindimus de domo animæ nostræ, merito extermina[illegible]. Sed ne contemnas, etiam si paruam videris intra te fermentari malitiam, *quia modicum fermentum totam mas-*
1. Cor. 5. *sam corrumpit.* Et ideo neque de paruo peccato [illegible] quoniam ex vno peccato generatur & aliud. Sicut enim [illegible] iustitia generatur iustitia, ex castitate castitas, si quis e[illegible] primo tenuiter castus esse cœperit, ex ipso castitatis [illegible], quotidie castior efficitur, ita & qui semel intra [illegible] paruum malitiæ reposuerit fermentum, quotidie [illegible] ipso nequior efficitur ac deterior. Et ideo si vis agere azymorum festiuitatem cum Deo, ne paruum quidem malitiæ fermentum intra te residere patiaris.

Dies primitiuorum etiam quando offeretis nouas fruges Domino, expletis hebdomadibus, venerabilis & sancta erit. Omne opus seruile non facietis in eo: offeretisque holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos immaculatos septem, atque in sacrificijs eorum simila oleo conspersa tres decimas per singulos vitulos, per arietes, duas per agnos decimam decimæ, qui simul sunt agni septem. Hircum quoque qui mactatur pro expiatione, præter holocaustum sempiternum & liba eius: immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

D Post hanc sequitur sexta festiuitas, quæ [illegible] nouorum id est, primitiæ [illegible]. Vbi enim seminatus fuerit ager diligenter excultus, atque ad maturitatem peruenerint [illegible]ges, tunc in fructuum perfectione festiuitas Domini geritur. Si ergo & tu vis nouorum diem festum agere cum Deo, vide quomodo semines aut vbi se[illegible] fructus, ex quibus lætari faciās Deum, & agere diem festum. Quod aliter implere
[illegible] 9. non potens, nisi audias Apostolum dicentem: *Qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Si sic seminés & sic [illegible], denique [illegible] vere agis nouorum. Pro-
[illegible]m. 4 [illegible] & [illegible] propheta [illegible] dicens: *Innouate in vobis nouālia, & nolite seminare super spinas.* Qui ergo [illegible] interiorem hominem renouat de die in diem, [illegible] nouat noualia, & non seminat super spinas: sed [illegible] terram bonam, quæ reddat ei fructum trigesimum, aut sexagesimum aut centesimum. Ille ergo est qui in [illegible] [illegible], & colligit fructus spiritus. Fructus autem spiritus primum omnium est gaudium. Et merito diem festum nouorum fructuum agit, qui gaudium metit. Præcipue [illegible] simul metat & pacem, patientiam & bonitatem, & mansuetudinem, aliosque horum similes fructus colligat, dignissime nouorum fructuum festiuitatem Domino agens.

Mensis etiam septimi prima dies, venerabilis & sancta erit vo- Num. 29.
bis. Omne opus seruile non facietis in ea, quia dies clangoris est & tubarum. Offeretisq; holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulum de armento vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem. Et in sacrificijs eorum simila oleo conspersa tres decimas per singulos vitulos. Duas decimas per arietem: vnam decimam per agnum: qui simul sunt agni septem. Et hircum pro peccato qui offertur in expiatione populi, præter holocaustum Kalendarum cum sacrificijs suis, & holocaustum sempiternum cum libationibus solitis, ijsdem ceremonijs offeretis in odorem suauissimum, incensum Domi-
no. Tunc deinde sequitur festiuitas septimarum. Sicut F
enim inter dies septem, quisq; dies obseruatur sabbatum, & est festiuitas ita & inter menses, septimus quisq; mensis, sabbatum mensium. Agitur ergo in eo festiuitas quæ dicitur sabbata sabbatorum: & fit in die prima mensis, memoria tubarum, nisi quis potest scripturas propheticas & euangelicas & apostolicas, quæ velut cęlesti quadam personant tuba, mandare memoriæ, & in thesaurum cordis sui recondere. Qui ergo hæc facit, & in lege Domini meditatur die ac nocte, ille festiuitatē gerit memoriæ. Sed & si quis potest gratias illas spiritus sancti promereri, quibus inspirati sunt prophetæ, & psallens dicere: *Canite in initio*
mensis tuba, in die insigni solennitatis vestræ. & qui scit in psalmis Psal. 80
iubilare ei, digne Deo agit solennitatem tubarum.

Decima quoque dies mensis huius septimi erit vobis sancta atque venerabilis: & affligetis animas vestras. Omne opus seruile non facietis in ea: offeretisq; holocaustum Domino in odorem suauissimum, vitulum de armento vnum, arietem vnum, agnos anniculos septem. Et in sacrificijs eorum simila oleo conspersa tres decimas per vitulos
singulos: duas decimas per arietem, decimam decimæ per agnos singu- G
los. qui sunt simul septem agni. Et hircum pro peccato: absque his quæ offerri pro delicto solent, in expiationem & holocaustum sempiternum, in sacrificijs & libationibus eorum. Est adhuc & alia festiuitas, qua affligunt animas suas, & humiliant se Deo, festa celebrantes. Omnia festiuitas. Dies festos vocatur afflictio animæ. Hic enim dies est, inquit, propitiationis, decima die mensis septimi. Vides ergo si vis diem festum agere, si vis vt lætetur Deus super te, afflige animam tuam & humilia eam. Non ei permittas explere desideria sua, nec concedas ei lasciuijs euagari: sed in quantum potest fieri, afflige & humilia eam. Denique & paschæ festiuitas & azymorum panem afflictionis habere dicitur. Non potest quis agere diem festum, nisi afflictionis panem manducauerit, & manducauerit pascha cum amaritudine. Manducabitis enim, inquit, azyma cum amaritudine. Vides ergo quales sunt festiuitates Dei: Non recipiunt dulcedinem corporalem, nihil remissum, nihil voluptuosum aut luxuriosum volunt: sed afflictionem H
animæ, & amaritudinem humilitatemque deposcunt.
Quia qui se humiliat, exaltabitur apud Deum. Hoc ergo [illegible] Luc. 14.
poscit & propitiationis dies. Quum enim afflicta fuerit anima, & humiliata in conspectu Domini, tunc propitiatur Deus: & tunc ad eam venit ille, quem proposuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine suo: Iesus Christus Dominus & redemptor eius:

Quintadecima vero die mensis septimi quæ vobis erit sancta atq; venerabilis, omne opus seruile non facietis in ea. sed celebrabitis solennitatem Domino septem diebus. Offeretisq; in odorem suauissimū Domino, vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos immaculatos anniculos quatuordecim. & in libamentis eorum, simila oleo conspersa tres decimas per singulos vitulos, qui sunt simul vituli tredecim. & duas decimas arieti vno, id est, simul arietibus duobus: decimam decimæ agnis singulis: qui sunt simul agni quatuordecim. & hircum pro

A *peccato, absque holocausto sempiterno, & sacrificio & libamine eius*, & cætera. Iam vero videamus dies festus Dei quis sit, quo Deus lætatur in homine, videamus: Scenopegia inquit. Lætatur ergo super te, quum viderit in hoc mundo in tabernaculis habitantem: quum te viderit non habere fixum & fundatum animum ac propositum super terras: nec desiderantem quæ terrena sunt, nec vmbram vitæ huius, quasi possessionem propriam & perpetuam deputantem: sed velut in transitu positum, & ad veram illam patriam vnde egressus es paradisi festinantem ac di-

Psalm. 118. centem: *Incola ego sum, & peregrinus sicut omnes patres mei.* In tabernaculis enim habitauerunt & patres: & Abraham in casulis, id est, in tabernaculis habitauit, cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Quum ergo incola fueris & peregrinus in terris, & non est mens tua fixa & radicata in desiderijs terrenorum: sed paratus es vt cito transeas ad terram fluentem lac & mel, & hæreditatem capias futurorum, si te inquam positum in his videat Deus, lætatur in te: & diem festum aget super te.

B Hæc quidem in præsenti. In futuro si vis considerare, quomodo dies festi agantur, erige si potes paululum sensus tuos a terra, & obliuiscere paulisper, quæ habentur in facie. Describe vero tibi, quomodo cælum & terram transeat, & quam sit omnis habitatus mundi huius: cælum vero nouum & terra noua fundetur. Amoue etiam de conspectibus tuis solis huius lucem, & da illi mundo, qui venturus est, solis huius septuplum lumen, immo potius secundum scripturæ autoritatem ipsum ei da Dominum lucem. Pone astantes Angelos gloriæ, pone Virtutes, Sedes, Dominationes, atque omne nomen clarissimum, cælestiumque virtutum, non solum quod in præsenti seculo nominatur, sed quod dicetur in futuro. Item hos omnes considera, & conspice quomodo agi possint dies festi Domini: quæ ibi festiuitates, quæ gaudia, quæ lætitiæ multitudo. Iam de his quæ supra diximus spiritalibus festiuitatibus, etiam si magnæ sunt & veræ præcipue quum spiritaliter geruntur in anima, tamen ex par-

C te sunt, non ex integro. Sicut enim dicit Apostolus, *quia*

1 Cor. 13 *ex parte scimus, & ex parte prophetamus*, ita consequens est, vt ex parte diem festum geramus. Vt autem scias hæc ita esse, recurramus ad ipsius Pauli sermonem: qui de diebus festis, & de neomenijs posuit. Et vide quomodo obseruantem dixit: Nemo ergo, ait, iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi. Ex parte enim & non ex integro diem festum in hoc mundo celebramus. Interpellamur etiam si nolumus ab onere carnis & a concupiscentiis eius eiusque & sollicitudinibus conturbamur. *Corpus enim in-*

Sapient. 9. *corruptibile*, vt ait sapientissimus, *aggrauat animam, & deprimit sensum multa cogitantem*. Ex parte enim in hoc mundo sancti agunt diem festum, quia ex parte sciunt, & ex parte prophetant. Quum autem venerit quæ perfecta sunt, destruentur ista quæ ex parte sunt. Sicut enim perfectæ scientiæ cedit ista quæ ex parte est, ita & perfectæ festiuitati cedit ista quæ ex parte est festiuitas. Neque enim quod perfectum est capere mundus iste potest: vbi vt diximus necessitas corporis, nunc cibum, nunc potum, nunc somnum suggerit: nunc etiam quantamcunque necessario vitæ præsentis sollicitudinem mouet. Quæ omnia interrum-

D punt sine dubio continuationem festiuitatis dei. Quum autem venerit illud quod dictum est de his, qui restituentur in sancta, si tamen nos ex his esse mereamur, qui restituendi sunt, qui neque esurient, neque sitient, neque dormitabunt, neque laborabunt, sed erunt peruigiles sicut angelorum vita. Peruigiles dicentur, quum in illum ordinem restitui merebuntur: tunc erit vera & incorrupta festiuitas cuius festiuitatis princeps & sponsus & dominus, erit Iesus Christus saluator noster. Paulus quoque Apostolus, sciens esse quædam prima imbuendi initia, tunc deinde per tempus etiam ad perfectionem venire, scribens qui-

Hebræ. 5. busdam dicebat: *Etenim quum deberetis iam magistri esse propter tempus, rursum indigetis vt doceamini, quæ sint elementa exordii sermonum dei: & facti estis quibus lacte opus sit non cibo forti. Omnis enim qui lacte alitur expers est sermonis iustitiæ: paruulus enim est. Perfectorum vero est cibus solidus: qui pro possibilitate sumendi, exercitatos habent sensus, ad discretionem boni & mali*: Et iterum

in aliis literarum leges, omniumque huiusmodi tempora, elementa numeri esse commemorat. Et nunc ergo ea quæ pertinuerunt ad illos, qui primis imbuantur elementis, modesta nobis primo videntur auditu. Volenti enim auditorum vnicuique, discere, his quæ ad salutem pertinent, de sacrificiis arietum & hircorum, vitulorumque quæ recitantur, nihil sibi vtilitatis conferre huiusmodi literas indicat, quantum ad ipsum spectat auditum. Si vero quis inueniatur, qui possit velamen quod est positum in lectione veteris testamenti remouere, atque inde requirere, quæ sint vera sacrificia quæ pro omni populo in diebus festis, tunc videbit quam mira & magnifica sunt, quæ per hæc indicantur: quæ superflua ignorantibus atque superstitiosa dicuntur. Sed hæc quidem Paulus, & qui ei similes sunt, plenius ab ipsa sapientia & verbo Dei, perfectiusque cognouerunt. Nos autem quantum ex ipsorum literis colligere possumus, in quibus nobis velut per vmbram & imaginem indicia quædam dederunt ad ædificationem communem, discutere summatim de sacrificio- E

rum ritu aliqui tentabimus. In paschæ festiuitate agnus F

scribitur esse qui purificat populum, in aliis vitulus, in aliis hircus aut aries, vel capra, vel vitula, sicut ex his quæ recitata sunt, didicistis. Vnus ergo ex his animalibus quæ ad purificandum populum sumuntur est agnus: qui agnus, ipse esse dicitur dominus & saluator noster. Sic enim intellexit Iohannes, qui est maior omnium prophetarum, & signauit de ipso dicens: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.* Ioan. 1.

Quod si agnus qui ad purificandum populum datus est, ad personam domini & saluatoris nostri refertur, consequens videtur, quod etiam cætera animalia, quæ his iisdem purificationis aliquid humano generi conferant. Vide ergo ne forte sicut dominus & saluator noster quasi agnus ad occisionem ductus, & in sacrificium altaris oblatus, peccatorum remissionem vniuerso præstitit mundo, ita fortassis & cæterorum sanctorum ac iustorum *san-* Matt. 23.

guis qui effusus est a sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ prophetæ, qui interfectus est inter ædem & altare, alterius quidem sanguis sicut vitulæ alterius sicut hirci aut capræ, aut alicuius horum fusus est ad expiandum pro parte aliqua G

populum. Siue ergo hæc ad iustorum prophetarumque personas, qui in hoc mundo iugulati sunt, vel eorum qui dicunt, *Propter te morte afficimur tota die, æstimati sumus sicut o-* Psal. 41.

ues occisionis, referenda videantur, siue etiam ad superiores virtutes, quibus procuratio humani generis data est, quis facile audeat affirmare? Neque enim hæc animalia per speciem, sed per figuram referri ad illam, vel illam personam putanda sunt. Nam ipse Dominus Iesus Christus, non ideo agnus dicitur, quasi qui mutatus sit & conuersus in speciem agni. Dicitur tamen agnus, quia voluntas eius & bonitas qua Deum repropitiauit hominibus, & peccatorum indulgentiam dedit, talis extitit humano generi, quasi agni hostia immaculata & innocens, qua placari hominibus diuina creduntur. Sic ergo fortassis & si quis est angelorum cælestiumque virtutum, aut si qui iustorum hominum hic pro repropitiatione diuina, velut aries, aut vitulus, aut hircus, oblatus esse sacrificiorum ob purificationem populo impetrandam, accipi potest. Aut non videtur, vt aries aut hircus, holocaustum se obtulisse Paul. pro populo Israel, quum dicebat: *Optabam autem ego ipse anathe-* H

ma esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati secundum car- Rom. 9.

nem? Vis autem scire, quia se hostiam etiam Paulus offerat iugulandam? Audi eum & in aliis dicentem. *Iam enim* 2. Tim. 4.

ego immolor, & tempus resolutionis, vel vt in Græcis codicibus legimus, *reuersionis instat*. Sic ergo figuraliter potest videri, quod alius pro festiuitate neomeniorum, alius pro festiuitate sabbati, alius pro festiuitate tabernaculorum, quasi hircus aut vitulus, aut aries offeratur, ad reconciliandum hominibus Deum. Donec enim sunt peccata, necesse est requiri, & hostias pro peccatis. Nam pone verbi gratia non fuisse peccatum. Si non fuisset peccatum, non necesse fuisset filium Dei agnum fieri. nec opus fuerat eum in carne positum iugulari. sed mansisset hoc quod in principio erat Deus verbum. Verum quoniam introiuit peccatum in hunc mundum, peccati autem necessitas propitiationem requirit, & propitiatio non fit nisi per hostiam, ne-

A cessauerunt fuit peruideri hostias pro peccato. Et quoniam peccati ipsius diuersę & varię qualitates fuerunt, diuersorum animalium mandantur hostię, proculdubio quę conuenirent varietatibus peccatorum. Sic ergo efficitur quidem alius sanctorum atque angelorum vt diximus siue hominum vitulus, qui in illa festiuitate interueniat pro populi delictis: alius autem aries in illa festiuitate, quorum intercessione fiat purificatio pro peccatis. Quod si purificari potuerint à peccatis homines, & esse puriores, minuuntur & hostiæ. Si enim pro peccatis sunt hostiæ, & pro multitudine peccatorũ multiplicatæ sunt sine dubio & pro exiguitate minuuntur. Huius autem rei in præsentibus locis scripturę habemus indicia, in vltima festiuitate scenopegiæ, quum per octo dies hostiæ iubentur offerri. Et prima quidem die quasi adhuc in abundantia peccatorũ, quatuordecim vituli iubentur offerri. Secunda autẽ die in minutis vtpote peccatis, minuuntur & hostiæ, & quatuordecim vituli offeruntur: tertia die duodecim: & post hæc vndecim. Et ita quasi purificationibus deficiente per dies multitudine peccatorum, minuuntur consequentes etiam numeri hostiarum. Sic ergo etiam pro dispensatione

B totius mundi, rationem purificationis intellige. Indiget enim purificatione non solum quæ in terra sunt, sed & quę in cælis. Immundi namque & cęli perdiuino. Sic enim dicit Propheta: *Cæli peribunt, & omnes vt vestimentum veterascent: & sicut amictum mutabis eos & mutabuntur.* Intuere igitur mundi, id est, cælestium ac terrestrium, & infernorum purificationem. Vide quantis indigẽt ista omnia hostijs: quantos requirant vitulos. quantos arietes: quantos hircos. Sed in his omnibus vnus est agnus, qui totius mundi potuit auferre peccatum. Et ideo cessauerunt cæteræ hostiæ, quia talis fuit hæc hostia, vt vna sola sufficeret pro totius mundi salute. Cæteri enim precibus peccata, hic solus potestate dimisit. Dicebat enim *Fili, remissa sunt tibi peccata.* Sic ergo imbuitur mũdus, primo per diuersas hostias remissionem perquirere peccatorum, donec veniat ad hostiam perfectam, ad hostiam consummatam, agnũ anniculum, perfectum: qui tollit peccatum mũdi totius: per quem festiuitates agat spirituales, non ad satietatẽ carnis, sed profectu spiritus sacrificijs spiritalibus purifica-

C tione mentis oblatis. Decet enim Deo immolari victimã cordis & hostiam contribulati spiritus, non carnis & sanguinis iugulari. Quia & si agnouimus Christum aliquando secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Et ideo in spiritu diem festum agamus, & spiritalia festa ignolemus. Hæc pro viribus nobis, pro diuersitate sacrificiorum discussa sunt: quorum ad liquidum intelligentiam scit ille cui nuda & reuelata sunt omnia: nec est vlla creatura in conspectu eius inuisibilis.

Caput II.

De voto viri complendo.

D *Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum suum: sed omne quod promisit implebit. Mulier si quippiam vouerit, & se constrinxerit iuramento …*

Fœminam sub patre ante quam nubat, & sub viro nuptam, noluit lex ita vouere aliquid Deo aduersus animam suam, id est, in aliquarum rerum licitarum atque concessarum abstinentia, vt in eisdem votis non fœminæ valeat autoritas sed viri. Ita vt si adhuc innuptę concesserat pater vota persoluere, si antequam persoluerit nupserit, & viro eius hoc cognitum non placuerit, non persoluat: & sit omnino sine peccato, quia mundauit Dominus sicut dicit, id est, mundam iudicauit. Neque hoc contra Deum fieri putandum est, quum ipse Deus hoc

E præceperit, hoc voluerit. *Vidua autem & repudiata quicquid vouerint, reddent.* Sequitur autem de viduis vel à viro abiectis, id est, non sub potestate viri constitutis, aut patris, & earum vota ad persoluendum libera esse dicit hoc modo. *Et votum, inquit, vidua & expulsa, quæcunque vouerit aduersus animam suam, manebunt ei.*

Caput III.

De voto fœminæ.

Vxor in domo viri quum se voto constrinxerit & iuramento, si audierit vir & tacuerit, & non contradixerit sponsioni, reddat quodcunque promiserat. Sin autem contradixerit ex templo, non tenebitur promissionis rea: quia maritus contradixerit … Manifestum est ita voluisse legem, fœminam esse sub viro, vt nulla vota eius quæ abstinentiæ causa vouerit, reddantur ab ea,

F nisi autor fuerit vir permittendo. Nam quum ad peccatum eiusdem viri pertinere voluerit, si primo permiserit & postea prohibuerit, etiam hic tamen non dixit, vt faciat mulier quod vouerat, quia permissa prius à viro fuerat. Vir dixit esse peccatum quia abnuit, quod prius concesserat. non tamen mulieri, vel ex hoc permissum dedit, vt quum prius & vir concesserit, postea si prohibuerit, condemnetur. Verum autem ista etiam ad votum continentię & concubitus abstinentiam pertineat, merito quęritur: ne forte ea intelligenda sint aduersus animam vouere, quæ sunt in cibis & potibus. Quod videtur & illud significare, vbi Dominus ait: *Nonne anima plus est quam esca?* Et quum de ieiunio præcipitur, ita præcipitur: *affligetis animas vestras.* Nescio autem, vtrum alicubi legi possit aduersus animam dici votum, quod de abstinentia concubitus fuerit maxime quia quum hic lex autoritatem viro tribuat, nunc mulieri quoque viro subdita est: vt tunc persoluenda sint vota mulieris, si vir approbauerit: sin autem

G renuerit, non debeantur. Apostolus tamen quum de cõcubitu coniugatorum loqueretur, non tribuit maiorem autoritatem viro quam fœminæ dedit. *Sed vxori, inquit, vir debitum reddat: similiter & vxor viro. Vxor non habet potestatem corporis sui, sed vir: similiter autem & vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier.* Quando ergo in hac re parem vtriusque esse voluit potestatem, puto quod nobis intelligendum insinuet, istam de concumbendo, vel non concumbendo regulam, non pertinere ad ea vota, vbi non habent parem vir & mulier potestatem: sed vir maior est ac propè eius solius est. Non enim ait lex virum non debere reddere vota sua, si vxor prohibuerit: sed vxorem si vir prohibuerit. Vnde non mihi videtur in huiusmodi votis & deuotionibus atque obligationibus, quæ aduersus animam fiunt, etiam ista debere accipi, quæ inter se vir & vxor de concumbendo, vel de abstinentia concumbendi placita habuerint.

Istæ sunt leges quas constituit Dominus Moysi inter virum & vxorem: inter patrem & filiam, quæ in ætate adhuc puellari est, vel quæ manet in parentis domo.

H Quia & istæ leges siue iustificationes, vt quædam exemplaria habent, dicuntur: & meminimus in illis iustificationibus, quæ in Exodo sub hoc nomine aliæ commemorantur, sicut de aure serui perforanda: & si quid eiusmodi est, non absurde etiam hic aliquid figurate dudum intelligitur: vt quomodo sunt multæ abstinentiæ cæremoniarum irrationabiles, & aliquando etiam inimicæ veritati, hoc fortasse hic intelligi voluit, tunc ratas esse quum rationabiles fuerint. Hoc est quum eas approbauerit ratio, quæ ad vicem viri debet regere omnem animalem motionem, quæ fit non tantum in appetendo, verum etiam in abstinendo. Vt si mente & ratione decernitur, tunc fiat. si autem improbatur considerationis, non fiat. Quod si ratio quod prius recte faciendum esse decreuit, post improbet: si peccatum, consilij sui tamen, vt non

nisi

A nisi rationis motio illa consentiat. Secundum mysticum autem sensum vota nemo potest offerre, nisi qui habet aliquid in semetipso & in substantia sua, quod offerat Deo. Non sufficit iste exterior homo legem Dei suscipere, nec vota solus offerre. Non enim potest aliquid dignum Deo habere. Sed ille interior est homo, qui magis habet in se quod offerat Deo. In illo namque est habitaculum virtutum: in illo omnis intellectus scientiæ: in illo est imaginis innouatio: qui quum speciem suam, quæ ex initio à Deo facta est, recuperauerit, & virtutum pulchritudinem prioris formæ reperent, tunc iam potest vota offerre Deo: & tunc iam non solum homo, sed homo dicetur. Nam qui interiorem hominem non excolit, qui illius curam non gerit, qui virtutibus eum non instruit, moribus non ornat, diuinis institutionibus non exercet, sapientiam Dei non quærit, scientiæ scripturarum operam non impendit, hic non potest homo homo dici, sed homo: tamen homo animalis. Scio diuersa vota in scripturis referri.
1. Reg. 1. *Anna quidem vouit Deo fructum ventris sui, & Samuelem consecrauit in templo.* Alius quodcun-
B que sibi post victoriam redeunti occurrisset, vouit Deo:
Iudic. 11. & occurrente filia, vota lachrymanda persoluit. Alii vitulos aut arietes, aut domos, aut alia huiusmodi ratione externa vota offerunt Deo. *Ille vero qui appellatur Nazaræum, sem ipsum deuouit Deo.* Hoc est enim votum Na-
Num. 6 zaræi, quod est super omne votum. Nam si filium offerat vel filiam, aut pecus aut prædium, hoc totum extra nos est. Semetipsum offerre Deo, & non alieno labore, sed proprio placere, hoc est perfectius & eminentius omnibus votis. Quod qui facit, imitator est Christi. Ille enim dedit homini terram, mare & omnia, quæ in eis sunt ad obsequium: dedit & cælum: solem quoque & lunam & stellas, humanum ministerio concessit: pluuias, ventos, & omne quod in mundo est, hominibus largitus est. Sed post hæc omnia semetipsum dedit.
Ioan. 3. *Sic enim dilexit Deus mundum, vt filium suum vnigenitum daret pro mundi huius vita.* Quid ergo magnum facit homo semetipsum offerens Deo, quum ipse se prior obtulit
C Deus? Si ergo *tollas crucem tuam & sequaris Christum*, si di-
Matt. 16 cas: *Viuo autem iam non ego, viuit vero Christus in me*, si desi-
Gal. 2. deret & sitiat anima nostra redire & esse cum Christo, sicut & Apostolus dicebat, & præsentis seculi non delectetur illecebris, & summam legem, quæ Nazaræis data est, spiritaliter impleat, tunc semetipsum, id est, animam suam, obtulit Deo. Sed orandus nobis est Deus, vt intellectum dare dignetur, si dignum est: quo hæc vt decet, de Dei verbis intelligi, possumus aduertere. Omnes qui sub lege Dei viuimus & in ecclesia eius habemus, aliqui sub patribus, aliqui sub viris agimus. Et siquidem paruulo est anima, & initia habet in eruditionibus diuinis, hæc sub patre agere credenda est. Si vero iam adultior facta est vt viri, ita potens sit ad concipiendum semen verbi Dei, & spiritalis doctrinæ capere secreta, hæc sub viro posita dicitur. Sic enim & dice-
1. Cor. 11. bat Paulus de Corinthiis: *Volo autem vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* Qui vero perfectiores sunt & eminentiores, hic de illis non dicitur, quod sub viro sint. Sed audi quomodo de semetipso loque similibus
D pronunciet & Paulus: *Donec occurramus*, inquit, *omnes*
Ephes. 4. *in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Huic ergo animæ, quæ in virum perfectum occurrit, nemo dominatur in votis: sed habet potestatem suorum, liberatemque votorum. Si autem adhuc fœminei generis fuerit anima, cui vel vir, vel pater dominetur in votis, non semper in ipsa est culpa, sed interdum redit ad viros vel ad parentes.

E

CAPVT IV.

De vindicta in Madianitas & Balaam hariolum.

Num. c. 31. *LOcutus est dominus ad Moysen, dicens: Vlciscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum.* Igitur scandala quæ acciderant Israelitis, quoniam ex ingeniosa fraudatione Madianitarum acciderant (ipsi enim subornauerant mulieres, quæ eos deceperant vt peccarent coram Domino) illi quidem pro peccato suo pertulerunt vindictam: mediocrius tamen & parcius. Hi vero qui eis fuerant causa peccandi, multo vehementiori subiacent vltioni. Vnde edocemur, quia longe sit grauius causam præbere peccati, quam ipsum vnumquemq; peccare. Sic &
Matt. 16. Dominus designat quum dicit, *quia melius fuerat hominem non nasci aut molam asinariam ligari circa collum eius, & præcipi-*
Matt. 18. *tari in profundum maris, quam vt scandalizet vnum de pusillis istis.* Simul aduertendum est, quoniam quidem nomen scandali à nonnullis incompetenter præsumitur, illud scandalum dico, vbi recto itinere ambulanti deceptio ali-
F qua struitur ad peccatum, & subiicitur causa peccandi: sicut & Madianitæ ambulantibus in lege Domini Israelitis, & custodientibus castitatem, subornauerunt mulieres, quæ eos deciperent ad peccandum. Causam ergo præbere peccati, hoc est, scandalizare. Veruntamen datur vindicta, sed multo grauior in eos, qui scandalizauerunt, qui causam peccati præbuerunt, quam in eos, qui peccauerunt. Simul & illud obserua quod subiecit. *Nouissime autem loquitur, & tu apponeris ad populum tuum.* Si quando Samaritis nobiscum sermo est, quoniam quidem resurrectionem mortuorum negant, nec recipiunt futuri seculi fidem, perstringamus eos ex his verbis, quibus Dominus dicit ad Moysen, quia apponatur ad populum suum: Nemo enim ponitur ad eos, qui non sunt. Vnde constat esse aliquem populum, cui Moyses post vitæ huius exitum dicitur applicandus. Quia ergo Prophetis non cre-
G dunt Samaritæ, ex quibus resurrectionis mortuorum fides latius approbatur, ex his saltem Moysi libris quos recipiunt & quorum autoritatem confitentur, conuincendi sunt & curandi: si tamen oportet & Babyloniam curari. Est ergo locus hic, resurrectionem mortuorum euidenter ostendens. Designat enim esse & populum, cui post obitum suum Moyses adiungendus est, & ad quos pro suis meritis transferendus. *Statimque Moyses: Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui possint vltionem domini expetere de Madianitis. Mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel, qui mittantur ad bellum. Dederuntque millenos de cunctis tribubus, id est, XII. millia expeditorum ad pugnam. Quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis. Vasa quoque sancta & tubas ad clangendum tradidit ei. Cumque pugnassent contra Madianitas atque vicissent, omnes mares occiderunt, & reges eorum, Euir, Recen, & Sur, & Vr, & Rebe, quinque principes gentis.* Filij Israel dudum sexcenta milia fuerunt armatorum, qui processerant aduersus Madian, & omnes victi sunt, quoniam peccatum in eis erat. Nunc ergo victores Madianitæ, qui sexcenta milia fugauerant, vincuntur à duodecim milibus: vt scias, quia neque in multitudine nec in numero militum vincit Israel, sed iustitia est & pietas in eis quæ
H vincit. Propterea denique & in benedictionibus eorum dicitur, quia si seruauerint legem Domini, vnus persequatur mille: & duo in fugam vertant decem milia. Vides ergo quia multo plus valet vnus sanctus orando, quam peccatores innumeri præliando. Oratio sancti penetrat cælum: quomodo non & hostē vincat & in terris? Et ideo omnimodis studendum est, quærere primo & custodire iustitiam Dei. Quam si obtuleris & obseruaueris, omnes tibi hostes ipsa subiiciet. *Si fueris indutus* sicut Apostolus
Ephes. 6. dicit, *lorica iustitiæ, & accinctus veritate, si galeam salutis acceperis, & gladium spiritus, & ante omnia scutum fidei, in quo possis omnia iacula maligni ignita extinguere,* Talibus enim instructus armis, vinces diaboli castra, omnemq; eius fugabis exercitum: & cum fiducia cantabis. *Si consistant aduer-*
Psal. 26. *sum me castra, non timebit cor meum, si insurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Balaam quoque filium Beor interfecerunt*

A *gladio.* Potest videri quæstio, quomodo quando Israelitæ Madianitas debellauerunt, interfectum dicat scriptura Balaam, qui fuerat conductus ad maledicendum populum Israel, quum superius quando benedicere coactus est, ita eodem coactionem scriptura concluserit quum ait. Et surgens Balaam, abijt in locum suum. Balac abijt in semetipsum. Si ergo redierat ad locum suum Balaam, quomodo interfectus est, quum de tam longinquo, id est de Mesopotamia venerit? Quanquam etiam possit in locum suum redisse intelligi quod ab ipso loco vbi sacrificia faciebat, in eum locum reuersus est, vnde illuc exierat, id est, vbi tanquam peregrinus habebat hospitium. Non enim dictum est in domum suam aut in patriã suam, sed in locum suum. Habet autem & quisq; peregrinus locum suum, vbi ad tempus habitat. De ipso autem Balac qui eum conduxerat, non dictum est ad locum suum, sed ad semetipsum, id est, vbi dominans habitabat. Posset ergo dici ad locum suum, & dominans & peregrinus: ad seipsum autem, non video quomodo posset dici peregrinus, quum ad hospitium venisset suum.

B *Ceperunt autem mulieres eorum & paruulos, omneq; pecora, & cunctam supellectilem, & quicquid habere potuerant depopulati sunt. Tam vrbes quam viculos & castella flamma consumpsit.* &c. Congrediuntur ergo duodecim millia aduersus Madianitas, & interficiunt, inquit, omnem masculinum eorum, & reges eorum, & Balaam filium Beor interfecerunt gladio, cum reliquis vulneratis eorum. Quod in superioribus quærebamus, quomodo probari de scripturis possit, Balaam consilio subornatas esse mulieres Madianitarum, quæ deciperent filios Israel ad fornicationem, præsenti hic scripturæ locus euidenter ostendit, dicens eum peremptum esse gladio, velut auctorem scandali, quod immissum est filiis Israel. Dicitur autem de eo in consequentibus ad hoc euidenter hoc modo. *Et ait ad eos Moyses: Cur viuas reseruastis omnes feminas? Ipsæ enim sunt quæ filios Israel secundum verbum Balaam apostatare fecerunt.* Interficiuntur & reges Madianitarum: atq; illi qui prius à mulieribus victi sunt, nunc capitatione habita, & gesta pœnitentia, etiam reges vincunt.

C Ex hoc intelligamus, quantum valet conuersio ad Deum, quantum prosit emendatio peccatorum. Omne masculinum, omnes reges Madianitarum vincuntur & perimuntur ab his qui per repetitionem Domini & per gesturum pœnitentiam, correcti sunt & emendati. Quinque enim reges Madianitarum, referuntur ab Israelitis superati. Sed & nomina eorum curæ fuit, scripturæ diuinæ memorari. Eurn, inquit, & Raon, & Sur, & Vr, & Roboc. Isti sunt qui regnant apud Madianitas quos superare & penitus debet extinguere omnis, qui militat Deo. Eurn quoque belluinus vel ferinus interpretatur. Et quomodo poteris placere ei, qui te probauit, si non abscideris à te & penitus peremeris belluinos & ferinos mores? Quomodo poteris ad mansuetorum beatitudinem peruenire, nisi prius interficias Eurn, & morti tradas totius iracundiæ feritatem? Ego puto quod nomina hæc, diuina scriptura non pro historia narrauerit, sed pro causis & rebus aptauerit. Nam putas fuerit aliquis ita stultus, qui filio suo nomen belluino imponeret? Sed hoc arbitror magis, quod institutioni animarum prospexerit sermo diuinus, volens nobis ostendere, quod aduersus huiusmodi vitia militare

D debeamus, & habitaculis ea carnis nostræ depellere, istos reges fugare de regno corporis. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. Vis autem videre, quomodo non solum apud sanctos nomina pro rebus aptantur, sed etiam apud gentiles & barbaros? De sanctis quidem notum est, quum Abram Abraham vocatus sit, & Sarai Sara, & Iacob Israel. Doceamus autem, quod mos iste habeatur etiam apud barbaros. Nonne vnus ex filijs Israel, a parentibus suis Ioseph nomen acceperat? Quum autem transisset in Ægyptum, & stetit ante Pharaonem, commutauit nomen ei* & cognominauit eum, *[illegible] quod lingua sua Pharao de secretorum vel somniorum reuelatione composuit. Et non solum Ioseph huic apud Pharaonem ex re nomen aptatum, sed & Daniel in Babylonia Baltasar nominatus, & Ananias atq; Azarias & Misahel, Sidrac, Misac, Abdenago vocitantur. Vides

E ergo, quia tam Israeliticorum, quam etiam barbarorum nomina hominum, non fortuitu sed pro rebus & causis aptantur in lege. Igitur Madianitarum regem Moyses appellauit, prout ipse censuit appellandum. Belluina, inquit, feritas est, quæ regnat in Madianitis. Et non ipsa solum, sed & alius est apud ipsos rex nomine Raon, quod est in nostra lingua inanitas. Regnat ergo inanitas in Madianitarum gente. Est enim reuera multa inanitas & vanitas in hoc mundo: *imo vanitas vanitatum, & omnia vanitas*: quam Christi miles superare debet & vincere. Vincit autem inanitatem, qui nihil inaniter, nihil superflue, & quod ad rem non pertinet gerit. qui meminit præcepti illius Dominici quo ait, *quia etiam de verbo otioso reddent rationem homines in die iudicij.* In hac autem vita homines, totum pene otiosum, totum inane est quod loquuntur, quod agunt. Inanis enim dicitur omnis actus, & omnis sermo in quo non est extrinsecus pro Deo, vel pro mandato Dei. Est & alius rex Madian Vr: & hic interpretatur irritatio. Vides quales sunt qui regnant apud Madianitas: quibus omnibus aduersari oportet: & imo quos perimi conuenit ab his, qui Deum sequuntur & interfici. Non enim tam regum quam vitiorum nomina quæ regnant in hominibus, referuntur in lege: & non tam gentium bella, quam concupiscentiarum carnalium, quæ militant aduersus animam describuntur. Denique hi qui in vitiis regnant, quinq; reges esse dicuntur: vt euidentissime doceamur, quia omne vitium, quod regnat in corpore, ex quinque sensibus pendet. Isti ergo quinque sensus perimendi sunt de regno Madianitarum, vt vltra vitia non regnent per eos, sed iustitia: nec ad scandalum videant quæ vident sed ad ædificationem.

Eccl. 1.

Matt. 12

F

CAPVT V.

Vbi Moyses indignatur propter Madianitas.

EGressi sunt autem Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes synagogæ in occursum eorum extra castra. Iratusq; Moyses principibus exercitus, tribunis & centurionibus, qui venerant de bello, ait: Cur feminas reseruastis? Nonne istæ sunt quæ deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, & præuaricari vos fecerunt in domino super peccato Phogor, vnde & percussus est populus? Ergo cunctos interficite, quicquid generis masculini, etiam paruulos & mulieres, quæ nouerunt viros in coitu, iugulate. Puellas autem & omnes feminas virgines reseruate vobis. & manete extra castra septem diebus.* Hoc consilium malignum, vt eis ad illecebram fœminæ supponerentur. per quas non solum corporaliter, sed etiam spiritaliter in adorando idolo fornicarentur, quando dederit Balaam, scriptura non dixit, & tamen apparet factum esse, quum hic commemoratur. Sic ergo potuit & redire ipse Balaam, qui iam ierat in locum suum: vt locum suum, vel eius intelligamus peregrinationis officium: quamuis hoc scriptura tacuerit. Mystice autem fœminam in prædam de bello reuertens seruat, qui forinsecus actus prauos cohibens. & per zelum bonum destruens, delectationem carnalem in abscondito pectoris sui adhuc intus celat. Sed à Moyse, hoc est, à lege, pro hoc iste merito redarguitur, quia quisquis delectationem carnalem in secreto mentis nequiter visitat, consequens est vt in propatulo facile in culpam prauæ actionis cadat. Iubentur ergo omne masculinum, etiam & paruuli & mulieres, quæ nouerant viros in coitu, iugulari, quia appetitum turpem & delectationem carnis, quæ concepit iniquitatem & peperit peccatum, penitus præcipimur interficere, ac funditus in nobis extinguere. Puellas autem & fœminas virgines, hoc est, eam partem delectationis, quæ non procliuis est ad peccatum, sed magis exardescit ad petendum bonum, illam seruare debemus: quatenus ea semper desideremus, quæ nobis à conditore nostro per scripturas sacras cognouimus iussa.

Num. c. 31.

G

H

A

Capvt VI.

De diuisionibus prædæ Madianitarum.

Num. c. 31. *ELeazar quoque sacerdos, ad viros exercitus qui pugnauerant, sic locutus est. Hoc est præceptum legis, quod mandauit Dominus Moysi. Aurum & argentum, & æs & ferrum, & stagnum & plumbum, & omne quod potest exire per flammam, igne purgabitur. Quicquid autem flammam non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur: Et lauabitis vestimenta vestra die septimo: & purificati, postea castra introibitis.* Igitur ex præceptis Domini, filijs Israel aduersum Madianitas bella confecta sunt, spolia ex ipsis copiosa referuntur aurique argentique, cæterorumque mobilium pondus immensum, iumentorum captiuorumque numerus plurimus. Verum quoniam cuncta hæc apud Israelitas immunda dicuntur, purificatio singulis quibusque competens adhibetur. Et ea quidem quæ ex metallis constant, ignis purificat: quæ vero fragiliora sunt & ignem non ferunt, aqua purificari iubentur.

B

Fiant ergo ex omnibus spolijs æquales duæ partes: vt vna sit eorum qui ad bellum processerant, quæ in castris resederunt. Inferuntur etiam ex his offerre in dona Dei illi quidem, qui processerant ad bellum, vnum caput ex quingentis illi vero qui in castris manserant, vnu ex quinquaginta: atq; omnium simul ro vnum collectus numerus refertur. Hęc est historia continentiæ. Sed videamus quid in his sensus indicet spiritalis in populo Dei. *Sunt quidam*

1. Tim. 2. sicut Apost. dicit, *qui milites Dei*: illi sine dubio, *qui se non obligant negotijs sæcularibus.* Et illi sunt qui procedunt ad bellum, & pugnant aduersus gentes inimicas, & aduersum spiritales nequitias pro reliquo populo, & pro his qui infirmiores sunt, siue per ætatem, siue per sexum, siue per propositum. Pugnant autem isti orationibus & ieiunijs, iustitia & pietate, mansuetudine & castitate cunctisque continentię virtutibus, tanquam armis bellicis communiti. Et quum regressi fuerint ad castra, victores fruuntur laboribus eorum etiam imbelles: & hi qui ad pugnam

C

vel non vocantur, vel exire non possunt. Sciendum tamen est quod omnia quæ sumuntur ex istis gentibus, immunda sunt, & omne fortasse quicquid ex hoc seculo adsumitur, vel prælio capitur, immundum est & purificatione indiget. Et quædam ex ipsis per ignem transitura sunt: alijs autem sufficit aquæ purificatio. Adsumuntur autem etiam ex prælio homines & iumenta, quum captiuatur omnis intellectus ad obediendum Christo. Nisi enim pugnauerimus in verbo Dei non poterimus captiuare intellectum eorum, qui diuersa à Christo sentiunt: & perducere eos ad obedientiam Christi. Pauci sunt qui pugnare possint, & prælia ista conficere. De sexcentis milibus & amplius armatorum, quę videntur militare Deo, sola duodecim milia eliguntur cætera relinquūtur in castris. Intuere nunc mihi populum Dei qui est in ecclesia, quanti sunt ex his qui possunt resistere his, qui contradicunt, qui sciunt verbi bella tractare. Beati sunt qui pro omni populo pugnare possunt, & defendere Dei plebem, & copiosa de hostibus spolia reportare. Tamen & reliqua pars populi quæ videtur imbecillis, cum quiete resi-

D

deat in castris. Si in silentio agat & non recedat à Moyse, sed permaneat in lege Dei, partem spoliorum etiam ipsa percipiet. Fiet enim æqua portio, non per numerum quidem: sed quantum datur omni populo reliquo, tantum & illis duodecim milibus, quibus vincentibus capta sunt spolia. Quis hęc audiens, non inuitetur ad militiam Dei? Quis non animetur pugnare pro ecclesia, & resistere aduersum veritatis inimicos? Eos videlicet, qui vel dogmata ecclesiæ impugnare, vel voluptati & luxurię operam dare homines docent. Qui vero hos expugnat, & vel in se vel in proximis suis vitia perimit, hic accipiet spolia multa, quinquagies multiplicata quam cæteri. In tantum autem numerum quantitas videtur augeri, cum sexcentis milibus duodecim milia conferuntur. Offerre tamē pars vtraq; iubetur Deo: & illi qui vicerunt, vnam ex quingentis. Qui autem domi residerunt, vnum ex quinquaginta. Vnde & sequitur. *Dixitq; Dominus ad Moysen: Tolle summam*

E

eorum quæ capta sunt, ab homine vsq; ad pecus, tu & Eleazar sacerdos, & principes vulgi: diuidesq; ex æquo prædam inter eos qui pugnauerunt, & egressi sunt ad bellū, & inter omnem reliquam multitudinem. Et separabis partem Domino ab his qui pugnauerunt & fuerunt in bello. Vnam animam de quingentis, tam ex hominibus quam ex bubus & asinis & ouibus: & dabis eam Eleazar sacerdoti, quia primitiæ domini sunt. Ex media quoq; parte filiorum Israel, accipies quinquagesimum caput hominum, & boum, & asinorum, & ouiū, cunctorumq; animantium: & dabis eam Leuitis, qui excubāt in custodijs tabernaculi Domini. Feceruntq; Moyses & Eleazar, sicut præceperat Dom, &c. Quinquagesimū autem & quingentesimum numerum sanctum esse, scriptura testatur. Vnde &

Luc. 7. Saluator dicebat in euangelijs: *Homini cuidam fæneratori, erant duo debitores. Vnus ex ipsis debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde soluerent, vtrisq; donauit.* Sed & septem septimanę, monade, i. vna addita, quinquagesimę faciunt diem, quæ pentecostes festiuitas appellatur. Similiter & septuaginta septimanæ addita vnius decadis perfectione quingentorum numerum reddunt. Sed quanto

F

plures sunt septuaginta septimanæ quam septem, tanto præstantior & perfectior numerus quingentorum, quàm quinquaginta. Inde denique, & in parabola euangelij quam supra exposuimus, Saluator nutter pronuntiat, quis plus diligat, ille cui quingenti quos debebat denarij donati sunt, quam ille cui quinquaginta. Denique in præsenti lectione Eleazar sacerdos non scribitur ad omne populū loquutus, sed ad eos tantum qui de prælio redeunt. Ait n. *Et dixit Eleazar sacerdos ad viros virtutum qui venerant de prælio.* Vides ergo quomodo ad viros virtutis loquitur sermo Domini: viri n. virtutis sunt, qui ad bella procedunt. Si quis vero pugnare non vult nec militare, si quis nō vult habere certamen studiorum diuinorum & abstinentiæ, hic non vult

1. Cor. 9. implere quod Apostolus dicit: *Qui autem contendit in agone, ab omnibus se continet.* Qui autem non contendit in agone, ab omnibus non est continens: neq; exercere vult in verbo Dei, & in lege Domini meditari die ac nocte. Hic etiam si vir dicatur, vir tamen virtutis non pōt appellari. Tempus

G

igitur belli nobis est in hoc mundo: pugna aduersum Madianitas, siue aduersum vitia carnis nostræ siue aduersum contrarias potestates. Spectat nos angelorū chorus, & virtutum cælestiū pia erga nos pendet expectatio, quando vel quomodo de hoc prælio redeamus, quid vnusquisq; nostrum manubiarum reportet, & intuentur curiosius ac solicitius perscrutantur, quis nostrū hic aurum amplius ferat, quis etiam argenti illuc pondus exhibeat, quis vel lapides deferat pretiosos. Requirunt etiam si quis æs deferat, aut ferrū, aut plumbum sed & vas ligneum si forte aliquis defert aut fictile, aut aliud huiusmodi magnæ domus vtibus necessariū. In magna n. domo non sunt tantummodo vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia. Requiritur ergo diligenter quū abierimus illuc quid vnusquisq; nostrum deferat: Et sic secundum ea quæ detulerit, secundū q labor eius per contemplationem examinatum probatur, etiam mansionis ei meritum deputabitur. Probantur tūc omnia hæc, quæ per ignem, per ignem & quę per aquam, per aquam. Vniuscuiusq; n. opus quale sit, ignis probabit.

H

Propterea ergo ait. *Hæc est iustificatio legis quam constituit Dominus Moysi. Aurum & argentū, & æramentum, & ferrum, & plūbum, & stagnum, omnis res quæ transire per ignem, transibit per ignē & mundabitur. Sed in aqua purificationis purificabitur omnia. Quæcunq; non transeunt per ignem, transibunt per aquā. Et lauabitis vestimenta vestra die septima, & mūdi eritis: & post hæc introibitis in castra.* Vides quomō purificatione indiget omnis qui exierit de prælio vitæ huius. Quod si ita est vt aliquid audeā dicere secundū scripturę autoritatem, omnis qui exit de hac vita non pōt esse mundus. Considera n. diligenter, quid indicet historiæ textus. Exierunt isti pugnare pro filijs Israel, interfecerunt Madianitas. Interficientes autem eos, quantū ad historiæ ordinem spectat & literam legis, placuerunt Deo. Voluntatem namq; Dei impleuerunt tunc hoc ipso quod interfecerint aduersarios, immūdi dicūtur effecti. & ppterea dicitur ad eos: Et lauabitis vestimenta vestra die septima & mūdi eritis: & post hæc introibitis in castra. Ergo hi qui pugnant, pro eo ipso quod congregant hostes immundos, & quod congressi sunt cōtra eos,

A & habuerint cum eis certamen, polluti sunt. Et ego ergo etiam cogitationes immundas & malas quas cordi meo suggerit, vel repellere venientes vel ingressas necare intra me, ne ad effectum perueniant operam dabo. Qui vero & si calcare potuero caput draconis, hoc ipso tamen pollui me & inquinare necesse est, quo eum & qui pollutus & inquinatus est, calcare contendi. Et ero quidem beatus, quia calcare eu potui: immundus tamen sum & pollutus, qui pollutum contigi: & ob hoc purificatione egeo. Idcirco & nimirum scriptura dicit, quia nemo mundus à sorde. Omnes ergo purificatione indigemus, imo purificationibus. Multæ enim & diuersæ nos manent purificationes. Sed mystica hæc sunt & ineffabilia. Quis enim nobis enarrare poterit, quæ sunt purificationes quæ parantur Paulo vel Petro, vel alijs horum similibus: qui tantum pugnauerunt, tot gentes deleuerunt, tanta spolia, tot hostes prostrauerunt, tot triumphos cœperunt: qui cruentis manibus de cęde hostium redeunt: quorum pes tinctus est in sanguine, & manus suas lauerunt in sanguine peccatorum: interfecerunt quippe in matutinis omnes peccatores terræ: & imaginem eorum exterminauerunt de ciuitate Domini. Vicerunt quippe & peremerunt diuersas dæmonum gentes. Nisi enim vicissent eas, non potuissent capere ex eis captiuos, omnem hunc credentium numerum: & perducere eos ad obedientiam Christi: & subdere eos iugo eius suaui & imponere eis onus eius leue. Quis ergo ita beatus est, qui succedat eis in his prælijs, & interficiat omnes Madianitas, & iustificetur ex sanguine eorum? Sanguinem enim dæmonum fundere dicitur, qui eripit eos quibus illi dominantur. Lauabitur autem ab hoc sanguine & purificabitur in regno Dei, vt purificatus & mundus effectus, possit ingredi sanctam ciuitatem Dei, aperiente sibi ostium Iesu Christo Domino nostro: imò qui est & ostium ciuitatis ipsius Dei. Sequitur: *Quumq, accessissent principes exercitus ad Moysen, & tribuni centurionesq., dixerunt: Nos serui tui recensuimus numerum pugnatorum quos habuimus sub manu nostra: & ne vnus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in donarijs Domini singuli, quod in præda auri potuimus inuenire: periscelidas & armillas, anulos & dextralia, ac murenulas, vt depreceris pro nobis Dominum. Susceperuntq, Moyses & Eleazar sacerdos omne aurum in diuersis speciebus, pondo sedecim millia septingentos quinquaginta siclos, à tribunis & centurionibus. Vnusquisq, enim quod in præda rapuerat, suum erat. Et susceptum intulerunt in tabernaculum testimonij*, &c. Alia autem editio sic habet: Accesserunt ad Moysen omnes, qui constituti erant principes per tribus in exercitu, tribuni & centuriones, & dixerunt ad Moysen: Nos pueri collegimus summam virorum bellatorum nostrorum, & non dissensit ex nobis quisquam. Et obtulimus munus Domino, vnusquisq; vir quodcunq; inuenit, vas aureũ, torquem aut phialam auream, aut anulum, aut dextrale, aut catenulam, aut propitiandum pro nobis coram Domino. Est ergo diuersitas multa in eo ordine, qui bellatores appellantur. Sed & inter ipsos imbelles est nihilominus aliqua differentia. Nec enim ipsi æqualiter & vno ordine omnes appellantur imbelles. Quidam enim ita imbelles sunt vt nunquam possint fieri bellatores, id est, senilis ætas & omnis fœmineus sexus, & conditio seruilis. Puerilis vero ætas ita imbellis est, vt spem gerat aliquando fieri bellatrix. Scilicet quum occurrerit in virum perfectum, in mensuram ætatis, tunc non solum bellatores ex pueris fieri, sed & in summam bellatorum venire se sperant & esse electi, & in duodecim millibus numerari, vel etiam his præesse & esse principes electorum. Considera nunc præsentis seculi statum, & vide omnia bellis replera, omnemq; humanam vitam inuisibilibus prælijs & impugnationibus dæmonum perurgeri. In populo vero Dei esse quosdam ita robustos, fide armatos & virtutibus, vt aduersum huiusmodi homines quotidie bella conficiant, & semper in procinctu positos non solum semetipsos, sed & cæteros qui vel per sexum, vel per ætatẽ, vel per seruitutis conditionem pugnare non possunt, ab hostium tueantur insidijs, verbo doctrinę eos exemploq; vitæ & commonitionum sedulitate munientes. si tamen non desit eis fides. Siue enim bellatores, siue imbelles, impos-

B

C

D

sibile est [illegible] inter ipsos tamen bellatores esse duntaxat qui militant Deo. Considera alios ita esse expeditos, vt nullis se implicent omnino secularibus negotijs, vt placere possint ei qui se probauit: sed in lege Dei meditari die ac nocte. Isti ergo qui huiuscemodi sunt, summa bellatorum appellantur. Isti sunt qui auri plurimum pugnando ceperunt, & omne aurum atque ornamentum, siue capitis, siue brachiorum, siue digitorum, id est, quicquid intellectus, quicquid in operibus habent, Deo offerunt. Sciunt enim quia munere eius data sunt: & ideo non dissentit in eis nec vnus. Nec enim possent munera offerre Deo, positi in dissensione. Istos puto esse secundum euangelium, qui præceptum illud diligenter obseruant, quod mandat Dominus & Saluator. *Si offers munus tuum ad altare, & rememoratus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.* Matt. 5. F

Quod scilicet leuent manus suas ad Deum, sine ira & dissensione. Omne vas aureum aut auream torquem, aut anulum, aut dextrale, aut catenulam. Torques, ornamentum sapientię. In Prouerbijs enim de sapientia dicitur, quod *qui adquisierit eam, torquem auream ponat circa collum suum.* Phiala & anulus ornamenta sunt manuum, in quibus operum signantur iudicia. Similiter & dextrale. Catenulę vero, verbi & doctrinæ cõnexiones declarant. Ad propitiandum inquit, Deum pro nobis. Si dicamus propter aurum Deum propitium fieri hominibus, vide quam absurdum, imo quam impium indicetur. Hoc enim etiã in viro bono turpe ducitur, si accepto auro ab inferioribus placetur: quanto ergo magis, hoc de Deo sentire non cõuenit? Vnde puto expositionis huius ecclesiasticæ magis cõstare rationem, quę per auri species iudicare solet animi virtutes & bonorum operum gesta, quæ sola offerri Deo ab hominibus dignum est: & pro quibus solis propitium fieri Deum hominibus decet. *Et accepit*, inquit, *Moyses & Eleazar sacerdos aurum, ab omnibus tribunis & centurionibus: & intulit illud in tabernaculum testimonij, memoriale filiis Israel coram Domino.* Vides quia quæ dicuntur, non ad conspectum visibilem, sed ad mentis memoriam referũtur. Beatus est enim ille, qui recordatur se boni aliquid operis egisse coram Domino, & obtulisse munera bene placita Domino: animi virtutes & ornamenta pietatis. Post hæc sequitur historia de hæreditate Ruben & Gad, & dimidiæ tribus Manasse: de qua proponimus aliqua disserere, & animos eorum ad contemplationem spiritalis intelligentię suscitare. Omnia quæ dicuntur, non solum ex ipso qui dicitur sermone pensanda sunt, sed & persona dicentis magnopere dicenda est. Sequitur. Prou. 1. F

G

CAPVT VII.

Vbi pars populi, hoc est, tribus Ruben & tribus Gad, & dimidia tribus Manasse, hæreditatem Domini postulabant sibi dari vltra Iordanem.

*F*ilii autem Ruben & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substantia. Quumq, vidissent Iazer & Galaad aptas alendis animalibus, venerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem, & principes multitudinis atque dixerunt. Astaroth & Dibon & Iazer, & Nemra, & Esebon, & Eleale, & Saban, & Nebo, & Beon, terra quam percussit Deus in conspectu filiorum Israel, regiones vberrimæ sunt ad pastum animalium: & nos serui tui habemus iumenta plurima. Precamurq, si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem: nec facias nos transire Iordanem. Quibus respondit Moyses: Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis? Cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum quem eis daturus est Dominus? Nonne ista egerunt patres vestri, quando misi de Cades Barne ad explorandam terram?* &c. Sicut traditio maiorum tenet, spiritus sanctus narrat hæc. Vnde enim poterat Moyses vel quę ad originem mundi gesta sunt, vel quæ in finem eius erant gerenda narrare, nisi per inspirationẽ spiritus Dei? Vnde potuisset prophetare de Christo, nisi loquente in eo spiritu sancto? Sic enim & ipse Christus & [illegible] Num. 32. H

A reddit & dicit: *Si crederetis Moysi, crederetis vtiq; & mihi: de me enim ille dixit. Si autem illius literis non creditis, quomodo meis verbis credetis?* (Ioan. 5.) Constat ergo ea per spiritum sanctum dicta: Et ideo conueniens videtur hæc secundum dignitatem loquentis intelligi. Sed & illum in loco commemorare aptissimum duco, quod Abraham quum audisset illum (Luc. 15.) diuitem positum in tormentis rogare se vt dimitteretur, & veniens moneret fratres suos pię viuere, ne in locū illum descenderent tormentorum, respondit ei: *Quia habēt Moysen & Prophetas, audiant illos.* Non vtiq; homines aliquos dicebat in corpore positos Moysen & Prophetas, sed hęc quæ per Moysen spiritu Dei dictante conscripta sunt, Moysen ea nominauit. Dicat aliquis. Quum hæc ita scripta sunt, & Abraham me ad Moysi dicta transmittit, vt legens ea, possim locum euadere illum tormentorum, quid me iuuabit ad effugiendam gehennam, si legam quomodo filij Ruben & filij Gad, & dimidia tribus Manasse, hęreditatem capiunt à Moyse trans Iordanem, quia erant illis pecora multa præ cæteris tribubus? & quia dicit ad eos Moyses: Videte ne exacerbetis Deum, sicut & illi decem qui missi sunt cum Iesu & Chaleb explorare terram B & dicebant, quia terra talis & talis est, & non possumus eam capere, & quia ad hęc responderunt filij Ruben, & cæteri cum ipsis. Da nobis terram hanc & hæreditatem eius: & non quærimus iam vltra Iordanem hæreditatis terram cum fratribus nostris: sed hic relinquemus iumēta nostra, & sarcinas nostras, & mulieres & infantes nostros: viri autem nostri ibunt pariter, & transibunt Iordanem. Et quia post hæc Moyses commendat eos Iesu Naue, & Eleazaro sacerdoti filio Aaron: sub ea tamen conditione, vt transeant cum filijs Israel, & pugnent cum eis, aduersum hostes, qui erant trans Iordanem, donec liberaretur ab eis terra, & tunc accipiant terram, quam poposcerūt, regis Seon, & regis Og. atq; ipsis solis per Moysen detur hæreditas extra Iordanem: cæteris autem omnibus per Iesum intra Iordanē. Dicit ergo aliquis. Quid ista prosunt ad hoc quod dixit Abraam, *Habent Moysen & Prophetas, audiant illos?* Quo scilicet & hæc legentes, in locum illum non deueniant tormentorum. Hęc autem diximus excitantes animos auditorum, vt vigilantius his C quæ leguntur vel dicuntur, intendant: & in Moysi literis remoto literæ velamine ita intelligant, quæ scripta sunt, vt in singulis quibus ea dicuntur, inueniant. Quæ si intelligantur & obseruentur, possint auditores, non ad illū locū tormentorum deduci. quo diues ille qui audire hæc quæ in secreto scripta contempsit, abductus est: sed & in sinus eant Abraam, vbi Lazarus requiescit. Nos autē oremus ex corde verbum Dei, qui est vnigenitus eius, & qui reuelat patrem quibus vult, vt & nobis hęc reuelare dignetur. Sunt enim in his repromissionum mysteria, quæ repromittit diligentibus se. Exeundi de Ægypto figuram duobus modis accipi, & à prioribus nostris, & à nobis sæpe dictum est. Nam & cum quis de errorum tenebris ad agnitionis lumen adducitur, & de terrena conuersatione ad spiritalia instituta conuertitur, de Ægypto videtur exisse & venisse ad solitudinem, ad illum videlicet vitæ statū in quo per silentium & quietem, exerceatur diuinis legibus, & eloquijs cælestibus imbuatur: per quæ institutus & directus, quum Iordanem transierit, properet vsque ad D terrā repromissionis, id est, per gratiam baptismi, vsq; ad euangelica instituta perueniat. Sed & illam figuram esse diximus exeundi de Ægypto, quum relinquit anima mūdi huius tenebras, ac naturæ corporeę cæcitatem, & trāsfertur ad aliud seculum, quod vel sinus Abrahæ, vt in Lazaro, vel paradisus vt in latrone qui de cruce credidit, indicatur: vel etiam si qua Deus nouit esse alia loca, vel alias mansiones, per quę transiens anima Deo credens, & perueniens vsq; ad flumen illud quod lætificat ciuitatem Dei, intra ipsum, sortem promissæ patribus hæreditatis accipiat. Igitur cum duplici vt memorauimus modo egressus designetur ex Ægypto, & transitus ad desertum, atq; inde egressus ad sanctæ terræ hæreditatem. videamus nunc quid sibi velit Ruben & Gad, & dimidia tribus Manassi hæreditas, quæ per Moysen traditur, & extra Iordanem decernitur. In duodecim tribubus filiorum Israel, occultis quibusdam & mysticis rationibus, totius humani generis figura complectitur: vel omnium certe hominū qui ad agnitionem Dei venerunt. Horū vero pars aliqua extra Iordanem & hęreditatē consequitur per Moysen: pars vero transit Iordanem, & hæreditatem suscipit in terra repromissionis per Iesum. Et illi quidem quib. extra Iordanē hæreditas decernitur. primitiui sunt licet minus nobiles, licet nō inculpati, primitiui tamen sunt. Ruben namq; est primogenitus Iacob, licet contaminauerit thorum patris primogenitus tamen est. Manasse quoq; cuius dimidia tribus extra Iordanem consequitur, & ipse licet de Ægyptia natus est, primogenitus tn̄ est. Omnes tamen isti primogeniti sunt, & ideo priorem populū designant, qui nō per Iesum Dominum nostrū sed per Moysen extra Iordanem sortem hæreditatis accipiunt. Considera autem diligentius etiā causam, qua & priores, & extra Iordanem, & sequestrati a cæteris, consequuntur hæreditatem. Iumenta quoq; & pecora multa sunt ... Hæc ergo causa qua prior populus ad hæreditatem ... illius q̄ lacte fluit, q̄ melle abundat quæ fauus mellis ... pro omni terra non potuit peruenire: nec verbū ... potuit F agnoscere, quia multa iumenta habebat & pecora multa. *Animalis n. non potuit percipere quæ sunt spiritus Dei*, nec spiritaliter diiudicare: quia *homo quū in honore esset non intellexit, sed comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis* (Psal. 48.) pro quib. hæreditatem suā extra Iordanis fluenta percepit: & a terra se sancta fecit alienum. Ille ergo populus accepit hæreditatem per Moysen: accepit terram duorum regū tantūmodo. Non enim amplius potuit Moyses interficere nisi duos reges, quorū terrā diuideret populis, multa animalia multaq; pecora habentib. Illis vero qui Iordanē transeunt, Iesus diuidit terram: quamuis habeant etiā ipsi animalia, habeant pecora nō tamen tanta quæ eos excludāt, ne Iordanē transeant. Sed cum ipsis & mulieribus. & cū infantib. suis contendunt transire Iordanem, & ad patrum peruenire promissa. Illi autē propter pecora & iumenta & mulieres suas & infantes, non potuerunt transire Iordanē, nec ad fidē Christi quæ est terra repromissionis intrare. Increpat tamen eos Moyses, & dicit ad filios Ruben, & filios Gad. Fratres vestri pergent ad prælium, & vos sedebitis hic? Et quare peruertitis corda filiorū Israel, vt non G transeant in terram q̄ dominus dat eis? Et quum increpasset eos huiusmodi verbis, accesserunt, inquit, ad eum filij Ruben, & filij Gad, & dicebāt: Ouilia ouibus fabricamus hic & pecorib. & ciuitates iumētis nostris & nos armati prima turma incedimus ante filios Israel, vsq; quo perducamus eos in locū suum. Et hæc promittentes, mitigauerūt Moysen: ita vt ipse eos cōmendaret Iesu & Eleazaro. Ita n. scriptum est. *Et adhibuit eos Moyses ad Eleazarum sacerdotem, & Iesum filiū Naue, & principes familiarū tribuū, & ait ad eos Moyses: Si transierint filij Ruben, & filij Gad vobiscum Iordanē, omnis armatus ad prælium coram Domino, & obtinueritis terram in conspectu vestro, dabitis eis terrā Galaad in possessionē.* Terræ nomen in scripturis diuinis positū, diuersis significationibus inuenimus. Et primo quidē terra hæc in qua habitamus, non ex initio terra vocitata est, sed arida. Et post hæc quæ prius dicta fuerat arida, terræ nomē accepit. Sic & cælum istud visibile, non ab initio cœlum dictū est, sed prius firmamentum: post etiam cæli vocabulo nūcupatum est. In H principio tn̄ creaturæ. cælum & terrā fecisse dicitur Deus: & postea aridam: & postea firmamentum. Omnes n. nos donec infructuosi sumus, & nullū pudicitiæ fructum, nullū iustitiæ, nullū pietatis affectum, aridi sumus. Si autē nosmetipsos cœperimus excolere, & ad virtutum frugē desides animus suscitare, terra efficimur ex arida: quæ verbi Dei suscepta semina, læta fruge multiplicet. Est ergo quædam in regno Dei terra, q̄ mansuetis promittitur, & terra q̄ viuentiū nominatur, & terra in excelsis posita, de qua ad iustum Propheta dicit: Exaltauit te vt hęreditares terram. Istius ergo hæreditatem terræ, posteaquam de mundi huius Ægypto exierit, Deo credens anima cōsequetur. Et alibi quidem hi qui sub lege vixerunt, alibi autem q per Iesu Christū fidē & gratia dispensati sunt. Verumtamē hi qui videntur primi, & per Moysen dispensati, nō prius consequuntur hæreditatem sibi decretam nisi & ipsi transeant

A Finis sine dubio legis. Sed legis illius, quæ secundum literam dicitur. Quis autem finis eius? Est sacrificiorum scilicet interruptio, cæterorumque, quæ similis obseruantia mandantur in lege. Hæc ergo, vbi finem accipiunt, Iesus suscipit principatum. Finis enim legis, ad iustitiam
1. Cor. 10 omni credenti. Et sicut de prioribus dictum est, *quia omnes in Moyse baptizati sunt, in nube & in mari*, ita & de Iesu dicatur, quia omnes in Iesu baptizati sunt, in Spiritu sancto & aqua. Iesus namque est, qui transit aquas Iordanis: & ipsis quodammodo iam tunc populum baptizat. Et ipse est, qui terram hæreditatis, terram sanctam, partitur viuis: non priori populo, sed secundo. Prior enim populus propter præuaricationem suam cecidit in deserto. De temporibus Iesu dicitur, quia terra quieuit à bellis: quod de Moysi tempore dici non potuit: sed de Iesu hoc dicitur meo Domino, non illo [illegible]. Atque vtinam etiam mea terra cesset à bellis, & cessare possit. Si ergo Iesu principi meo fideliter militarem, si etiam par[illegible] in Domino meo Iesu, nunquam caro mea insurget aduersum spiritum meum, nec impugnabitur terra mea ab aduersarijs gentibus diuersis scilicet concupiscentijs stimulata. Oremus omnes, vt Iesus regnet super nos: & cesset terra nostra à bellis: cesset ab impugnationibus carnalium desideriorum. Et quum ista cessauerint, tunc vnusquisq; requiescet sub vite sua, & sub ficu sua: & sub oliua sua. Sub velamento enim patris & filij & Spiritus sancti, requiescet anima, quæ pacem in se recuperauerit carnis & spiritus,

Amen.

FINIS LIBRI TERTII.

B F

HRABANI MAVRI, MOGVNTINENSIS ARCHIEPISCOPI, ENARRATIONVM IN NVMEROS,

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

De singulis speciebus sacrificiorum, quæ offerebantur Domino in varijs festiuitatibus, hoc est sabbato Kalendarum, mensis primi, & mensis primitiuorum, & mensis septimi.

C Num. c. 28. *Dixit quoque Dominus ad Moysen: Præcipe filijs Israel, & dices ad eos: Oblationem meam, & panes & incensum odoris suauissimi, offerte per tempora sua. Hæc sunt sacrificia, quæ offerre debetis. Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum. Vnum offeretis mane, & alterum ad vesperam. Decimam partem Ephi similæ, quæ conspersa sit oleo purissimo, & habeat quartam partem Hin. Holocaustum iuge est, quod obtulistis in monte Sinai, in odorem suauissimum incensi Domini: & libabitis vini quartam partem Hin per agnos singulos in sanctuario Domino: alterumque agnum similiter offeretis ad vesperam, iuxta omnem ritum sacrificij matutini & libamentorum eius, oblationem suauissimi odoris Domino.* Quia ergo festorum legem habemus in manibus, & inde nunc sermo est, requiramus diligentius qui sit ordo festiuitatum: vt ex ipsis ordinibus & sacrificiorum ritu colligere possimus, qualiter vnusquisque ex suis actibus & conuersationibus sanctis, Deo festiuitatem possit parare. Prima
D ergo est festiuitas Dei, quæ appellatur indesinens. De his enim mandatur, quæ indesinenter & sine vlla prorsus interruptione matutinis & vespertinis sacrificijs offeruntur. Mandans igitur festiuitatem, non primo statim venit ad festiuitatem paschæ, neque ad azymorum neq; ad scenopegiæ, aliaque, de quibus præcipitur: sed hanc primam posuit, in qua sacrificium indesinens iubetur offerri: quo scilicet agnoscat quisquis vult esse perfectus & sanctus, quod non aliquando quidem agenda est Deo, aliquando non agenda festiuitas: sed semper & indesinenter iustus agere debet diem festum. Sacrificium namque quod indesinenter & in matutinis & in vespertinis mandatur offerri, hoc indicat, vt in lege ac prophetis, qui matutinum tempus ostendunt, & in euangelica doctrina quæ vespertinum, id est, in vespera mundi saluatoris ostendit aduentum, indesinenti intentione persisteret. Has ergo tales festiuitates Dominus dicit. Et obseruabitis dies festos meos. Dies ergo festus Domini est, si ei sacrificium indesinenter offeramus: si sine intermissione oremus: ita vt ascendat oratio nostra sicut in conspectu eius mane, & eleuatio manuum nostrarum fiat ei sacrificium vespertinum. Est igitur prima solennitas iugis sacrificij indesinentis: quæ a cultoribus Euangelij eo modo, quo supra exposuimus, debet expleri. Sed quoniam sicut propheticus sermo perdocuit, dies festi peccatorum conuertuntur in luctum, & cantica eorum in planctum, certum est, quia qui peccat & agit dies peccati, agere non potest diem festum: Et ideo illis diebus, quibus peccat,
G offerre non potest sacrificium Deo indesinens: sed ille offerre potest, qui indesinenter custodit iustitiam, & conseruat semetipsum à peccato. Qua die autem interrumpit & peccauerit, certum est, quod in illa die non offert sacrificium indesinens Deo. Quod autem duos agnos immaculatos iubet quotidie offerri in holocaustū, vnum mane & alterum vespere, significat, quod innocentiam operit non solum seduli tam in initio conuersationis nostræ quam etiam in fine Deo per ignem charitatis atque feruorem spiritus sancti exhibere debemus: *qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* Matt. 24. Simulque decima pars Ephi similæ conspersa oleo purissimo cum agni oblatione offerri præcipitur, & in libamine vini quarta pars mensuræ Hin: quia ipsa innocentia tunc grata & acceptabilis erit Deo, si secundum scientiam diuinæ legis atque euangelicæ doctrinæ gratia temperata, honeste adhibetur, monstrante hoc scriptura & dicente: *Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam: nec iurauit in dolo proximo suo.* Psalm. 23. Quæ autem sit mensura Ephi siue Hin, in superioribus iam dictum est. *Die autem sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio: & liba, quæ rite funduntur per singula sabbata in holocaustum sempiternum.* Quæ est autem festiuitas sabbati, nisi illa, de qua Apostolus dicit: *Relinquitur ergo sabbatismus*, hoc est, sabbati obseruatio populo Dei? Hebr. 4. Relinquentes ergo Iudaicas sabbati obseruationes, qualis esse debeat Christiano sabbati obseruatio, videamus. Die sabbati nihil ex mundi actibus oportet operari. Si ergo desinas ab omnibus secularibus operibus & nihil mundanum geras, sed spiritalibus operibus vaces, ad ecclesiam venias, lectionibus diuinis & tractatibus aurem præbeas: de cœlestibus cogites, de futura spe sollicitudinem geras: venturum iudicium præ oculis habeas: non respicias ad præsentia & visibilia, sed ad inuisibilia & futura: hæc est obseruatio sabbati Christiani. Sed hæc Iudæi obseruare debuerant. Denique etiam apud ipsos, si faber, si structor, & si quis huiusmo-

A [illegible] fuerit, otiandum [illegible] lector au[illegible] & doctor [illegible] non contaminat. Sic enim dicit ad eos:
Quare sabbata in templo [illegible] & sine crimine sunt? Qui ergo cessat ab operibus [illegible] sabbatorum: neque onus portat in via. Onus [illegible] est, omne peccatum. Quemadmodum dicens Propheta: [illegible] *super me*. Neque enim ignem [illegible] fit de quo dicitur: Ite in lumine ignis vestri, & in flamma quam accendistis. In sabbato [illegible] sedeat [illegible] loco suo, & non exeat inde. [illegible] locus eius animae spiritalis? Iustitia locus eius [illegible] sapientia: sanctificatio & omnia quae Christus est, locus animae est. Ex quo loco eam non oportet exire, ut vera sabbata custodiat, & diem festum in sacrificiis exigat sabbatorum. Sic & Dominus dicebat: *Qui in me manet, & ego in eo.* Quod autem diximus vera sabbata si altius repetamus, quae sint vera sabbata, ultra hunc mundum est vera sabbati observatio. Quod enim scriptum est in Genesi, *quia requieuit Deus die septima ab operibus suis*, non videmus vel tunc factum esse in die septima, vel etiam nunc fieri. Semper enim Deum videmus operari: & nec sabbatum est, in quo non Deus operetur: in quo non producat solem suum super bonos & malos: & pluat super iustos & iniustos. Non quo non producat in montibus foenum, & herbam servituti hominum: in quo non percutiat & sanet: deducat ad inferos, & reducat: in quo non occidat & vivere faciat. Unde & Dominus in euangeliis, quum Iudaei praetenderent sibi de operatione & curatione sabbati, respondit eis: *Pater meus usque modo operatur, & ego operor.* Ostendens per haec, in nullo horum seculi sabbato requiescere Deum a dispensationibus mundi, & a prouisionibus generis humani. Nam creaturas quidem fecit [illegible] & substantias protulit quantas sibi sciebat, ut pote rerum conditor, ad perfectionem mundi posse sufficere. Sed usque ad consummationem seculi, ab earum prouisione & dispensatione non cessat. Erit ergo verum sabbatum in quo requiescet Deus ab omnibus operibus [illegible], seculum venturum, tunc quum aufugiet dolor & tristitia & gemitus. Et erit omnia & in omnibus Deus. In quo sabbato concedat etiam nobis Deus [illegible] festum agere [illegible], cum angelis sanctis festa celebrare offerentes sacrificium laudis, & reddentes altissimo vota nostra. Tunc fortassis & [illegible] ritum nostrum in[illegible] quod [illegible] exposuimus, melius offeretur. Tunc enim [illegible] & sanctis [illegible] poterit Deus, & sacrificium laudis per pontificem magnum, *qui est sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.* Sabbati ergo oblatio, duo sint agni anniculi immaculati, & duae decimae similae oleo conspersae in sacrificio, & liba quae rite funduntur per singula sabbata. Quae nobis nihil aliud monent, quam *ut sobrie & iuste, & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni Dei, & Saluatoris nostri* IESU CHRISTI. Ac quicquid diuina gratia possumus, paternae quietis adeptioni restantes laboremus. Duos agnos anniculos Domino offert, qui simplicitatem mentis atque innocentiam operis, in conspectu diuinitatis exhibet. Duas decimas similae oleo conspersae in sacrificio simul cum libaminibus donat, qui spiritali gratia repletus: scientiam utriusque testamenti totum spiritu sancto doctore: simul verbis, exemplis, auditoribus suis commendat. Et haec omnia ut diximus, non pro temporalis lucri quaestu, sed pro aeternae vitae adeptione expendere sata sunt. Tertia festiuitas ponitur neomeniae dies, in qua offertur, & hostia sicut scriptum est:

In Kalendis autem, dicit, in mensibus vestris, offeretis holocaustum Domino, vitulos [illegible], agnos anniculos septem immaculatos, & tres decimas similae [illegible] singulos vitulos [illegible] decimam decimae similae oleo [illegible] per agnos singulos [illegible] [illegible]

[illegible] in Neomeniam [illegible] secundum [illegible] ipsi [illegible] mandare. Quid enim religionis conducerunt lunae nouae, id est, quum coniungitur soli & ad haerere ei obseruare festiuitatem. Haec si secundum literam consideremus, non tam religiosi quam superstitiosi videbuntur. Sed sciebat Apostolus Paulus quia non his loquitur lex, neque illum ritum, qui a Iudaeis obseruatur, dedit, spiritus sanctus praecepit, & ideo ad eos qui sic Dei solemnia percipiebant dicebat: *Nemo ergo vos iudicet, aut in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomenia, aut sabbato: quae sunt umbra futurorum.* Si ergo umbra futurorum est sabbatum, de quo pro viribus supra explicauimus, & neomenia umbra futurorum est, certum est, quia & caeterae festiuitates similiter umbrae sunt futurorum. Sed nunc de neomenia videamus. Diximus quod neomeniae festiuitas appellatur, quum luna nouam coeperit, & sol proxima fieri, penitusque coniuncta. Sol iustitiae Christus est. Huic si luna, id est, ecclesia sua quae lumine repletur ipsius iuncta fuerit, & penitus adhaeserit, ita ut secundum verbum Apostoli, qui se iungit Deo, unus cum eo spiritus fiat, tunc festiuitatem neomeniae agit. Tunc enim noua efficitur, quum abiecerit veterem hominem, & induta fuerit nouum, qui secundum Deum creatus est: ita merito innouationis solemnitatem quae est neomeniae festiuitas, gerit. Tunc denique est, quando neque videri neque comprehendi humanis aspectibus potest. Anima enim quum totam se sociauerit Domino, & in splendorem lucis eius tota concesserit, nihilque omnino terrenum cogitat, nihil mundanum requirit, nec hominibus placere studet, sed totam se sapientiae totam, totam calori sancti spiritus mancipauerit, subtilis & spiritalis effecta, quomodo etiam ab hominibus, aut sentiri ut potest aspectibus apprehendi. Animalis namque homo non intelligere, discernere non potest spiritalem: & ideo dignissime dicit festum agi, & hostiam neomeniae Domino, ut pote per ipsum innouata. Singulas si secundum tropologiae regulam quis scire voluerit, quid significent haec tales oblationes, quae offeruntur Domino in holocaustum, boues, id est, duorum vitulorum, arietis unius agnorum anniculorum VII. & caeterarum specierum quae simul iubebantur offerri, patesit secundum sensum orthodoxorum, induobus vitulis accipere bum operisbus undetatem: per animam siue per corpus, magisterium utrorum testamentorum, in duobus praeceptis charitatis ut certer Deo oblatam. In [illegible] ete vero uno, regimen disciplinae secundum unitatem fidei non enerui ter sed fortiter, atque nobiliter exhibitum. In agnis quoque anniculis septem immaculatos, simplicitatem atque mansuetudinem morum pro futura in caelis requie per gratiam septiformis spiritus, tam sibi ad salutem, quam aliis ad exemplum rite a fidelibus ostensam. Offert ergo quisque fidelis Deo tres decimas similae oleo conspersae in sacrificio per singulos vitulos, quum scientiam spiritalem in unitate trinitatis fide, oleo laetitiae illuminatus, pariter cum bono opere exhibet. Offert duas decimas similae oleo conspersae per singulos arietes, quum studet decalogum legis sobrio intellectu in duobus praeceptis charitatis, ad suam proximorumque utilitatem vertere, ac per eum totam vitam suam, in suauem odorem Domino dedicare. Offert quoque decimam decimae similae ex oleo in sacrificium per agnos singulos, quum simplicitatem morum suorum secundum scripturarum sanctarum regulam, gratia spiritus sancti in se operante, instituere satagit & ornare. Bene ergo in holocaustum haec omnia Domino iubentur offerri, quia ea sola intentione omnia debemus agere, non ut laudem humanam, vel retributionem praesentem quaeramus, sed ut omnium bonorum datori Deo, per omnia placeamus: aeternamque vitae retributionem ab ipso remuneratore iustissimo, in futuro percipere mereamur.

Mense autem primo quartadecima die mensis phase Domini erit, & quintadecima die solemnitas: septem dieb. vescentur azymis: quarum dies prima venerabilis & sancta. Omne opus seruile non facietis in ea: offeretisque incensum holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem: & sacrificia singulorum ex simila quae conspersa sit oleo: tres decimas per singulos vitulos, & duas decimas per arietem: & decimam decimae per

A *peccato, absque holocausto sempiterno, & sacrificio & libamine eius*, & cætera. Iam vero vltimus dies festus Dei qui sit, quo Deus lætatur in homine, videamus. Scenopegia inquit. Lætatur ergo super te, quum viderit in hoc mundo in tabernaculis habitantem: quum te viderit non habere fixum & fundatum animum ac propositum super terras: nec desiderantem quæ terrena sunt, nec vmbram vitæ huius, quasi possessionem propriam & perpetuam deputantem: sed velut in transitu positum, & ad veram illam patriam vnde egressus es paradisi festinantem ac dicentem: Psalm. 118. *Incola ego sum, & peregrinus sicut omnes patres mei*. In tabernaculis enim habitauerunt & patres: & Abraham in casulis, id est, in tabernaculis habitauit, quum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Quum ergo incola fueris & peregrinus in terris, & non est mens tua fixa & radicata in desiderijs terrenorum: sed paratus es vt cito transeas ad terram fluentem lac & mel, & hæreditatem capias futurorum, si te inquam positum in his videat Deus, lætatur in te: & diem festum aget super te.

B Hæc quidem in præsenti. In futuro si vis considerare, quomodo dies festi agantur, erige si potes paululum sensus tuos à terra, & obliuiscere paulisper, quæ habentur in facie. Describe vero tibi, quomodo cælum & terram transeat, & quam sit omnis habitatus mondi hic: cælum vero nouum & terra noua fundetur. Amoue etiam de conspectibus tuis solis huius lucem, & da illi mundo, qui venturus est, solis huius septuplum lumen, imo potius secundum scripturæ autoritatem ipsum ei da Dominum lucem. Pone astantes Angelos gloriæ, pone Virtutes, Sedes, Dominationes, atque omne nomen clarissimum, cælestiumque virtutum, non solum quod in præsenti seculo nominatur, sed quod etiam in futuro. Item hos omnes considera, & cogita quomodo agere possint dies festi Domini: quæ ibi festiuitates, quæ gaudia, quæ lætitiæ magnitudo. Nam de his quæ supra diximus spiritalibus festiuitatibus, etiam si magnæ sunt & veræ præcipueque quum spiritaliter geruntur in anima, tamen ex parte sunt, non ex integro. Sicut enim dicit Apostolus, *quia*

C 1 Cor 13. *ex parte scimus, & ex parte prophetamus*, ita consequens est, vt ex parte diem festum geramus. Vt autem scias hæc ita esse, redeamus ad ipsius Pauli sermonem: qui de diebus festis, & de neomenijs posuit. Et vide quomodo obseruantiam dixit: Nemo ergo, ait, iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi. Ex parte enim & non ex integro diem festum in hoc mundo celebramus. Interpellamur etiam stimulumus ab onere carnis, pulsamur à concupiscentijs eius curisque & sollicitudinibus terebramur. Sapient. 9. *Corpus enim corruptibile*, vt ait sapientissimus, *aggrauat animam, & deprimit sensum multa cogitantem*. Ex parte enim in hoc mundo sancti agunt diem festum, quia ex parte sciunt, & ex parte prophetant. Quum autem venerit quæ perfecta sunt, destruentur ista quæ ex parte sunt. Sicut enim perfectæ scientiæ cedit ista quæ ex parte est, ita & perfectæ festiuitati cedit ista quæ ex parte est festiuitas. Neque enim quod perfectum est capere mundus iste potest: vbi vr... ionis necessitas corporis, nunc cibum, nunc potum, nunc somnum suggerit: nunc etiam quamcunque necessario vitæ præsentis sollicitudinem mouet. Quæ omnia interrumpunt sine dubio continuationem festiuitatis dei. Quum

D autem venerit illud quod dictum est de his, qui restituentur in sancta, si & nos ex his esse mereamur, qui restituendi sunt, qui neque esurient, neque sitient, neque dormitabunt, neque laborabunt, sed erunt peruigiles sicut angelorum vita. Peruigiles dicentur, quum in illum ordinem restitui merebuntur: tunc erit vera & incorrupta festiuitas. Cuius festiuitatis princeps & sponsus & dominus, erit Iesus Christus saluator noster. Paulus quoque Apostolus, sciens esse quædam prima imbuendi initia, tunc deinde per tempus etiam ad perfectionem venire, scribens quibusdam dicebat. Hebræ. 5. *Etenim quum deberetis esse magistri propter tempus, rursum indigetis vt doceamini, quæ sint elementa exordij sermonum dei: & facti estis quibus lacte opus sit non cibo forti. Omnis enim qui lacte alitur expers est sermonis iustitiæ: paruulus enim est. Perfectorum vero est cibus solidus: qui pro possibilitate sumendi, exercitatos habent sensus, ad discretionem boni & mali*: Et iterum

E in alijs literam legis, omnemque huiusmodi scripturam elementa mundi esse commonstrat. Tunc ergo ea, quæ pertinuerunt ad illos, qui primis imbuantur elementis, modesta nobis primo videntur auditu. Volentibus enim auditorum vnicuique dicere, his quæ ad salutem pertinent, de sacrificijs arietum, & hircorum, vitulorumque quæ recitantur, nihil sibi vtilitatis conferre huiusmodi literas indicat, quantum ad ipsum spectat auditum. Si vero quis inueniatur, qui possit velamen quod est positum in lectione veteris testamenti remouere, atque in die requirere, quæ sint vera sacrificia quæ pontifices pro populo in diebus festis, tunc videbit quam vera & magnifica sunt, quæ per hæc indicantur: quæ superflua ignorantibus atque superstitiosa dicuntur. Sed hæc quidem Paulus, & si qui ei similes sunt, plenius ab ipsa sapientia & verbo Dei, perfectiusque cognouerint. Nos autem quantum ex ipsorum literis colligere possumus, in quibus nobis velut per vmbram & imaginem indicia quædam dederunt ad ædificationem communem, discutere summatim de sacrificiorum ritu aliqua tentabimus.

F In paschæ festiuitate agnus scribitur esse qui purificat populum, in alijs vitulus, in alijs hircus aut aries, vel capra, vel vitula, sicut ex his quæ recitata sunt, didicistis. Vnus ergo ex his animalibus, quæ ad purificandum populum sumuntur est agnus: qui agnus etiam esse dicitur dominus & saluator noster. Sic enim et dixit Iohannes, qui est maior omnium prophetarum, & signauit de ipso dicens: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi*. Ioan. 1. Quod si agnus qui ad purificandum populum datus est, ad personam domini & saluatoris nostri refertur, consequens videtur, quod etiam cætera animalia, quæ his eidem purificationis aliquid humano generi conferant. Vide ergo ne forte sicut dominus & saluator noster quasi agnus ad occisionem ductus, & in sacrificium altaris oblatus, peccatorum remissionem vniuersi præstitit mundo, ita fortassis & cæterorum sanctorum ac iustorum *sanguis qui effusus est à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ prophetæ, qui interfectus est inter ædem & altare*, Matt. 23. alterius quidem sanguis sicut vitulæ alterius sicut hirci aut capræ, aut alicuius horum fusus est ad expiandum pro parte aliqua populum.

G Siue ergo hæc ad iustorum prophetarumque personas, qui in hoc mundo iugulati sunt, vel eorum qui dicunt, *Propter te morte afficimur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis*, Psal. 43. referenda videantur, siue etiam ad superiores virtutes, quibus procuratio humani generis data est, quis facile audeat affirmare? Neque enim hæc animalia per speciem, sed per figuram referri ad illam, vel illam personam putanda sunt. Nam ipse Dominus Iesus Christus, non ideo agnus dicitur, quasi qui mutatus sit & conuersus in speciem agni. Dicitur tamen agnus, quia voluntas eius & bonitas qua Deum repropitiauit hominibus, & peccatorum indulgentiam dedit, talis extitit humano generi, qualis agni hostia immaculata & innocens, qua placari hominibus diuina creduntur. Sic ergo fortassis & si quis est angelorum cœlestiumque virtutum, aut si qui iustorum hominum hic pro repropitiatione diuina, velut aries, aut vitulus, aut hircus, oblatus esse sacrificium ob purificationem populo impetrandam, accipi potest. Aut non videtur, vt aries aut hircus, holocaustum se obtulisse Paul. pro

H populo Israel, quum dicebat. *Optabam autem ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati secundum carnem*? Rom. 9. Vis autem scire, quia se hostiam etiam Paulus offerat iugulandam? Audi eum & in alijs dicentem. *Iam enim ego immolor, & tempus resolutionis*, 2. Tim. 4. vel vt in Græcis codicibus legimus, *reuersionis instat*. Si ergo figuraliter potest videri, quod alius pro festiuitate neomeniorum, alius pro festiuitate sabbati, alius pro festiuitate tabernaculorum, quasi hircus aut vitulus, aut aries offeratur, ad reconciliandum hominibus Deum. Donec enim sunt peccata, necesse est requiri, & hostias pro peccatis. Nam pone verbi gratia non fuisse peccatum. Si non fuisset peccatum, non necesse fuisset filium Dei agnum fieri: nec opus fuerat eum in carne positum iugulari: sed mansisset hoc quod in principio erat Deus verbum. Verum quoniam introiuit peccatum in hunc mundum, peccati autem necessitas propitiationem requirit, & propitiatio non fit nisi per hostiam, ne-

A cessarium fuit prouideri hostias pro peccato. Et quoniam peccati ipsius diuersę & varię qualitates fuerunt, diuersorum animalium mandantur hostię, proculdubio quę conueniunt varietatibus peccatorum. Sic ergo efficitur quidem alius sanctorum atq; angelorum vt diximus siue hominum vitulus, qui in illa festiuitate interueniat pro populi delictis: alius autem aries in illa festiuitate, quorū intercessione fiat purificatio pro peccatis. Quod si purificati potuerint à peccatis homines, & esse puriores, minuuntur & hostiæ. Si enim pro peccatis sunt hostiæ, & pro multitudine peccatorū multiplicatæ sunt, sine dubio & pro exiguitate minuuntur. Huius autem rei in præsentibus locis scripturę habemus indicia, i. in vltima festiuitate scenopegiæ, quum per octo dies hostiæ iubentur offerri. Et prima quidem die quasi adhuc in abundantia peccatorū, quatuordecim vituli iubentur offerri. Secunda autē die in minutis vtpote peccatis, minuuntur & hostiæ, & quatuordecim vituli offeruntur: tertia die duodecim: & post hæc vndecim. Et ita quasi purificationibus deficiente per dies multitudine peccatorum, minuuntur consequentes etiam numeri hostiarum. Sic ergo etiam pro dispensatione totius mundi, rationem purificationis intellige. Indiget enim purificatione non solum quæ in terra sunt, sed & B quę in cælis. Imminet namq; & cęlis perditio. Sic enim

Psalm. 10 dicit Prophcta: *Cæli peribunt, & omnes vt vestimentum veterascent: & sicut amictum inuolues eos & mutabuntur.* Intuere igitur mundi, id est, cælestium ac terrestrium, & inferiorum purificationem. Vide quantis indigēt ista omnia hostijs: quantos requirant vitulos. quantos arietes: quantos hircos. Sed in his omnibus vnus est agnus, qui totius mundi potuit auferre peccatum. Et ideo cessauerunt cæteræ hostiæ, quia talis fuit hæc hostia, vt vna sola sufficeret pro totius mundi salute. Cæteri enim precibus peccata, hic

Matth. 9. solus potestate dimisit. Dicebat enim *Fili remittuntur tibi peccata tua.* Sic ergo imbutus mūdus, primo per diuersas hostias remissionem perquirere peccatorum, donec veniat ad hostiam perfectam, ad hostiam consummatam, agnū anniculum, perfectum: qui tollit peccatum mūdi totius: per quem festiuitates agat spiritales, non ad satietatē carnis, sed profectu spiritus sacrificijs spiritalibus purifica-

C tione mentis oblatis. Decet enim Deo immolari victimā cordis & hostiam contribulati spiritus, non carnis & sanguinis iugulati. Quia & si agnouimus Christum aliquando secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Et ideo in spiritu diem festum agamus, & spiritalia festa iugulemus. Hæc pro viribus nobis, pro diuersitate sacrificiorum discussa sint: quorum ad liquidum intelligentiam scit ille, cui nuda & reuelata sunt omnia: nec est vlla creatura in conspectu eius inuisibilis. *Narrauit q; Moyses filijs Israel omnia, quæ ei Dominus imperauerat: & loquutus est ad principes tribuum filiorum Israel: Iste est sermo quem præcepit Dominus.*

Caput II.

De voto viri complendo.

Num. c. 30. *SI quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum Dei: sed omne quod promisit implebit. Mulier si quippiam vouerit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui & in ætate adhuc puellari, si cognouerit*

D *pater votum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit animam suam & tacuerit, voti rea erit. Quicquid pollicita est & iurauit, opere complebit. Sin autem statim vt audiuit, contradixerit pater, & vota & iuramenta eius irrita sunt: nec obnoxia tenebitur sponsioni,* &c. Fœminam sub patre ante quam nubat, & sub viro nuptam, noluit lex in vouere aliquid Deo aduersus animam suam, id est, in aliquarum rerum licitarum atque concessarum abstinentia, vt in eisdem votis non fœminæ valeat autoritas sed virilis. Ita vt si adhuc innuptę concesserit pater vota persoluere, si antequam persoluerit nupserit, & viro eius hoc cognitum non placuerit, non persoluat: & sit omnino sine peccato, quia mundauit Dominus sicut dicit, id est, mundam iudicauit. Neque hoc contra Deum fieri putandum est, quum ipse Deus hoc

E præceperit, hoc voluerit. *Vidua autem & repudiata quicquid vouerint, reddent.* Sequitur autem de viduis vel à viro abiectis, id est, non sub potestate viri constitutis, aut patris, & earum vota ad persoluendum libera esse dicit hoc modo. *Et votum, inquit, vidua & expulsa, quæcunque vouerit aduersus animam suam, manebunt ei.*

Caput III.

De voto fœminæ.

VXor in domo viri quum se voto constrinxerit & iuramento, si audierit vir & tacuerit, & non contradixerit sponsioni, reddat quodcunq; promiserat. Sin autem contradixerit ex templo, non tenebitur promissionis rea: quia maritus contradixerit, vt per ieiunium vel cæterarum rerum abstinentiam affligat animam suam. In arbitrio Num. c. 30. *viri erit, vt faciat siue non faciat. Quod si audiens vir tacuerit, & in alium diem distulerit sententiam, quicquid vouerat atq; promiserat, reddet: quia statim vt audiuit, tacuit. Sin autem contradixerit postquam rescriuit, portabit ipse iniquitatem eius.* Manifestum est ita voluisse legem, fœminam esse sub viro, vt nulla vota eius quæ abstinentiæ causa vouerit, reddantur ab ea, F nisi autor fuerit vir permittendi. Nam quum ad peccatum eiusdem viri pertinere voluerit, si prius permiserit & postea prohibuerit, etiam hic tamen non dixit, vt faciat mulier quod vouerat, quia permissa prius à viro fuerat. Viri dixit esse peccatum quia abnuit, quod prius concesserat. non tamen mulieri, vel ex hoc permissum dedit, vt quum prius & vir concesserit, postea si prohibuerit, condemnetur. Vtrum autem ista etiam ad votum continentię & concubitus abstinentiam pertineat, merito quęritur: ne forte ea intelligenda sint aduersus animam vouere, quæ sunt in cibis & potibus. Quod videtur & illud significare, vbi Dominus ait. *Nunquid talis est ieiunium quod elegi* Matt. 6. Leuit. 16. Et quum de ieiunio præcipitur, ita præcipitur: *affligetis animas vestras.* Nescio autem, vtrum alicubi legi possit aduersus animam dici votum, quod de abstinentia concubitus fuerit maxime quia quum hic lex autoritatem viro tribuat, non mulieri quę viro subdita est: vt tunc persoluenda sint vota mulieris, si vir approbauerit: sin autem renuerit, non debeantur. Apostolus tamen quum de cōG cubitu coniugatorum loqueretur, non ibi maiorem au1. Cor. 7 toritatem viro quam fœminæ dedit. *Sed vxori, inquit, vir debitum reddat: similiter & vxor viro. Vxor non habet potestatem corporis sui, sed vir: similiter autem & vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier.* Quando ergo in hac re parem vtrimque esse voluit potestatem, puto quod nobis intelligendum insinuet, istam de concumbendo, vel non concumbendo regulam, non pertinere ad ea vota, vbi non habent parem vir & mulier potestatem: sed vir maior est ac prope eius solus est. Non enim ait lex virum non debere reddere vota sua, si vxor prohibuerit: sed vxorem si vir prohibuerit. Vnde non mihi videtur in huiusmodi votis & definitionibus atq; obligationibus, quæ aduersus animam fiunt, etiam ista debere accipi, quæ inter se vir & vxor de concumbendo, vel de abstinentia concumbendi placita habuerint.

Istæ sunt leges quas constituit Dominus Moysi inter virum & vxorem: inter patrem & filiam, quæ in ætate adhuc puellari est, vel quæ manet in paterna domo.

H Quia & istæ leges siue iustificationes, vt quædam exemplaria habent, dicuntur: & meminimus in illis iustificationibus, quæ isto modo sub hoc nomine aliæ commemorantur, sicut de aure serui perforanda: & si quid eiusmodi est, non absurde etiam hic aliquid figurate dudum intelligitur: vt quomodo sunt multæ abstinentiæ extremorum irrationabiles, & aliquando etiam inimicæ veritati, hoc forsasse hic intelligi voluit, tunc ratas esse quum rationabiles fuerint. Hoc est quum eas approbauerit ratio, quæ ad vicem viri debet regere omnem animalem motionem, quæ fit non tantum in appetendo, verum etiam in abstinendo. Vt si mente & ratione decernitur, tunc fiat. si autem improbatur consilio rationis, non fiat. Quod si ratio quod prius recte faciendum esse decreuit, post improbet: si peccatum, consilij sic tamen, vt non

nisi

A nisi rationi motio illa consentiat. Secundum mysticum autẽ sensum vota nemo potest offerre, nisi qui habet aliquid in semetipso & in substantia sua, quod offerat Deo. Non sufficit iste exterior homo legem Dei suscipere, nec vota solus offerre. Non enim potest aliquid dignum Deo habere. Sed ille interior est homo, qui magis habet in se quod offerat Deo. In illo namque est habitaculum virtutum: in illo omnis intellectus scientiæ: in illo est imaginis innouatio: qui quum speciem suam, quæ ex initio à Deo facta est, recuperauerit, & virtutum pulchritudinem prioris formæ repererit, tunc iam potest vota offerre Deo: & tunc iam non solum homo, sed homo dicetur. Nam qui interiorem hominem non excolit, qui illius curam non gerit, qui virtutibus eum non construit, moribus non ornat, diuinis institutionibus non exercet, sapientiam Dei non quærit, scientiæ scripturarum operam non impendit, hic non potest homo homo dici, sed homo: tamen homo animalis. Scio diuersa vota in scripturis referri.
1. Reg. 1. *Anna quidem vouit Deo fructum ventris sui, & Samuelem consecrauit in templo.* Alius quodcun-
B que sibi post victoriam redeunti occurrisset, vouit Deo:
Iudic. 11. & occurrente filia, vota lachrymanda persoluit. Alii vitulos aut arietes, aut domos, aut alia huiusmodi ratione carentia vota offerunt Deo. *Ille vero qui appellatur Na-*
Num. 6. *zaræus, sem ipsum deuouit Deo.* Hoc est enim votum Nazaræi, quod est super omne votum. Nam si filium offerat vel filiam, aut pecus aut prædium, hoc totum extra nos est. Semetipsum offerre Deo, & non alieno labore, sed proprio placere, hoc est perfectius & eminentius omnibus votis. Quod qui facit, imitator est Christi. Ille enim dedit hominibus terram, mare & omnia, quæ in eis sunt ad obsequium: dedit & cælum: solem quoque & lunam & stellas, hominum ministerio concessit: pluuias, ventos, & omne quod in mundo est, hominibus largitus est. Sed post hæc omnia semetipsum dedit.
Ioan. 3. *Sic enim dilexit Deus mundum, vt filium suum vnigenitum daret pro mundi huius vita.* Quid ergo magnum facit homo semetipsum offerens Deo, quum ipse se prior obtulit
C Deus? Si ergo *tollas crucem tuam & sequaris Christum*, si di-
Matt. 16. cas: *Viuo autem iam non ego, viuit vero Christus in me*, si desi-
Gal. 2. deret & sitiat anima nostra redire & esse cum Christo, sicut & Apostolus dicebat, & præsentis seculi non delectetur illecebris, & si omnem legem, quæ Nazaræis data est, spiritaliter impleat, tunc semetipsum, id est, animam suam, obtulit Deo. Sed orandus nobis est Deus, vt intellectum dare dignetur, si dignum est: quo hæc vt decet, de Dei verbis intelligi, possimus aduertere. Omnes qui sub lege Dei viuimus & in ecclesia eius habemus, aliqui sub patribus, aliqui sub viris agimus. Et siquidem paruula est anima, & initia habet in eruditionibus diuinis, hæc sub patre agere credenda est. Si vero iam adultior facta est vt viri, ita potens sit ad concipiendum semen verbi Dei, & spiritalis doctrinæ capere secreta, hæc sub viro posita dicitur. Sic enim & dice-
2. Cor. 11. bat Paulus de Corinthiis: *Volo autem vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* Qui vero perfectiores sunt & eminentiores, hoc de illis non dicitur, quod sub viro sint. Sed audi quomodo de semetipso suique similibus
D pronunciet & Paulus: *Donec occurramus*, inquit, *omnes*
Ephes. 4. *in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Huic ergo animæ, quæ in virum perfectum occurrit, nemo dominatur in votis: sed habet potestatem suorum, libertatemque votorum. Si autem adhuc fœminei generis fuerit anima, cui vel vir, vel pater dominetur in votis, non semper in ipsa est culpa, sed interdum redit ad viros vel ad parentes.

CAPVT IV. E

De vindicta in Madianitas & Balaam hariolum.

LOcutus est dominus ad Moysen, dicens: Vlciscere prius filios
Israel de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum. Igitur Num. 31.
scandala quæ acciderant Israelitis, quoniam tergiuersatione Madianitarum acciderant (ipsi enim subornauerant mulieres, quæ eos deceperant vt peccarent coram Domino) illi quidem pro peccato suo pertulerunt vindictam: mediocrius tamen & parcius. Hi vero qui eis fuerant causa peccandi, multo vehementiori subiacent vltioni. Vnde edocemur, quia longe sit grauius causam præbere peccati, quam ipsum vnumquemque peccare. Sic & Dominus designat quum dicit, *quia melius fuerat hominem* Matt. 16.
non nasci aut molam asinariam ligari circa collum eius, & præcipi- Matt. 18.
tari in profundum maris, quam vt scandalizet vnum de pusillis istis. Simul aduertendum est, quoniam quidem nomen scandali à nonnullis incompetenter præsumitur, illud scandalum dico, vbi recto itinere ambulandi deceptio ali- F
qua struitur ad peccatum, & subiicitur causa peccandi: sicut & Madianitæ ambulantibus in lege Domini Israelitis, & custodientibus castitatem, subornauerunt mulieres, quæ eos deciperent ad peccandum. Causam ergo præbere peccati, hoc est, scandalizare. Veruntamen datur vindicta, sed multo grauior in eos, qui scandalizauerunt, qui causam peccati præbuerunt, quam in eos, qui peccauerunt. Simul & illud obserua quod subiecit. *Nouissime autem* inquit, *& tu apponeris ad populum tuum.* Si quando Samaritis nobiscum sermo est, quoniam quidem resurrectionem mortuorum negant, nec recipiunt futuri seculi fidem, pertigamus eos ex his verbis, quibus Dominus dicit ad Moysen, quia apponatur ad populum suum: Nemo enim ponitur ad eos, qui non sunt. Vnde constat esse aliquem populum, cui Moyses post vitæ huius exitum dicitur applicandus. Quia ergo Prophetis non credunt Samaritæ, ex quibus resurrectionis mortuorum fides lauius approbatur, ex his saltem Moysi libris quos recipiunt & quorum autoritatem confitentur, conuincen- G
di sunt & curandi: si tamen oportet & Babyloniam curari. Est ergo locus hic, resurrectionem mortuorum euidenter ostendens. Designat enim esse & populum, cui post obitum suum Moyses adiungendus est, & ad quos pro suis meritis transferendus. *Statimque Moyses: Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui possint vltionem domini expetere de Madianitis. Mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel, qui mittantur ad bellum. Dederuntque millenos de cunctis tribubus, id est, XII. millia expeditorum ad pugnam. Quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis. Vasa quoque sancta & tubas ad clangendum tradidit ei. Cumque pugnassent contra Madianitas atque vicissent, omnes mares occiderunt, & reges eorum, Euir, Rem, & Sur, & Vr, & Rebe, quinque principes gentis.* Filij Israel dudum sexcenta milia fuerunt armatorum, qui processerant aduersus Madian, & omnes victi sunt, quoniam peccatum in eis erat. Nunc ergo victores Madianitæ, qui sexcenta milia fugauerant, vincuntur à duodecim millibus: vt scias, quia nec in multitudine nec in numero militum vincit Israel, sed iustitia est & pietas in eis quæ vincit. Propterea denique & in benedictionibus eorum H
dicitur, quia si seruauerit legem Domini, vnus persequatur mille: & duo in fugam vertant decem milia. Vides ergo quia multo plus valet vnus sanctus orando, quam peccatores innumeri præliando. Oratio sancti penetrat cęlum: quomodo non & hostē vincat & in terris? Et ideo omnimodis studendum est, quærere primo & custodire iustitiam Dei. Quam si obtuleris & obseruaueris, omnes tibi hostes ipsa subiiciet. *Si fueris indutus* sicut Apostolus Ephes. 6.
dicit, *lorica iustitiæ, & accinctus veritate, si galeam salutis acceperis, & gladium spiritus, & ante omnia scutum fidei, in quo possis omnia iacula maligni ignita extinguere.* Talibus enim instructus armis, vniuersa diaboli castra, omnemque eius fugabis exercitum: & cum fiducia cantabis. *Si consistant aduer-* Psal. 26.
sum me castra, non timebit cor meum, si insurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Balaam quoque filium Beor interfecerunt

A *cladis.* Potest videri quæstio, quomodo quando Israelitæ Madianitas debellauerunt, interfectum dicat scriptura Balaam, qui fuerat conductus ad maledicendum populum Israel, quum superius quando benedicere coactus est, ita eandem coactionem scriptura concluserit quum ait: Et surgens Balaam, abijt in locum suum. Balac abijt in semetipsum. Si ergo redierat ad locum suum Balaam, quomodo interfectus est, quum de tam longinquo, id est de Mesopotamia venerit? Quanquam etiam possit in locum suum redisse intelligi quod ab ipso loco vbi sacrificia faciebat, in eum locum reuersus est, vnde illuc exierat, id est, vbi tanquam peregrinus habebat hospitium. Non enim dictum est in domum suam aut in patriã suam, sed in locum suum. Habet autem & quisq; peregrinus locum suum, vbi ad tempus habitat. De ipso autem Balac qui eum conduxerat, non dictum est ad locum suum, sed ad semetipsum, id est, vbi dominans habitabat. Posset ergo dici ad locum suum, & dominans & peregrinus: ad semetipsum autem, non video quomodo posset dici peregrinus, quum ad hospitium venisset suum. B *Ceperunt autem mulieres eorum & paruulos, omniaq; pecora, & cunctam supellectilem, & quicquid habere potuerant depopulati sunt. Tam vrbes quam viculos & castella flamma consumpsit.* &c. Congrediuntur ergo duodecim milia aduersus Madianitas, & interficiunt, inquit, omnem masculum eorum, & reges eorum, & Balaam filium Beor interfecerunt gladio, cum reliquis vulneratis eorum. Quod in superioribus quærebamus, quomodo probari de scripturis possit, Balaam consilio subornatas esse mulieres Madianitarum, quæ deciperent filios Israel ad fornicationem, præsens hic scripturæ locus euidenter ostendit, dicens eum peremptum esse gladio, velut autorem scandali, quod immissum est filiis Israel. Dicitur autem de eo in consequentibus adhuc euidenter hoc modo. *Et ait ad eos Moyses: Cur viuas reseruastis omnes feminas? Ipsæ enim sunt quæ filios Israel secundum verbum Balaam apostatare fecerunt.* Interficiuntur & reges Madianitarum: atq; illi qui prius à mulieribus victi sunt, nunc expiatione habita, & gesta pœnitentia, etiam reges vincunt. C Ex hoc intelligamus, quantum valet conuersio ad Deum, quantum prosit emendatio peccatorum. Omnem masculinum, omnes reges Madianitarum vincunt & perimuntur ab his qui per repetitionem Domini & per gestorum pœnitentiam, correcti sunt & emendati. Quinque enim reges Madianitarum, referuntur ab Israelitis superati. Sed & nomina eorum curæ fuit, scripturæ diuinæ memorari. Euim, inquit & Raon, & Sur, & Ve, & Roboc. Isti sunt qui regnant apud Madianitas: quos superare & penitus debet extinguere omnis, qui militat Deo. Euim quoque belluinus vel ferinus interpretatur. Et quomodo potens placere ei, qui te probauit, si non absciderís à te & penitus peremeris belluinos & ferinos mores? Quomodo poteris ad mansuetorum beatitudinem peruenire, nisi prius interficias Euim, & morti tradas totius iracundiæ feritatem? Ego puto quod nomina hæc, diuina scriptura non pro historia narrauerit, sed pro causis & rebus aptauerit. Nam putas fuerit aliquis ita stultus, qui filio suo nomen belluino imponeret? Sed hoc arbitror magis, quod institutioni animarum prospexerit sermo diuinus, volens nobis ostendere, quod aduersus huiusmodi vitia militare D debeamus, & habitaculis ea cariis nostræ depellere, istos reges fugare de regno corporis. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. Vis autem videre, quomodo non solum apud sanctos nomina pro rebus aptantur, sed etiam apud gentiles & barbaros. De sanctis quidem notum est, quum Abram Abraham vocatus sit, & Sarai Sara, & Iacob Israel. Doceamus autem, quod mos iste habeatur etiam apud barbaros. Nonne vnus ex filijs Israel, à parentibus suis Ioseph nomen acceperat? Quum autem transiuit in Ægyptum, & stetit ante Pharaonem, commutauit nomen ei, & cognominauit eum, *Psonthomphanech*, quod lingua sua Pharao de secretorum vel somniorum reuelatione composuit. Et non solum Ioseph huic apud Pharaonem ex re nomen aptatur, sed & Daniel in Babylonia Baltasar nominatur, & Ananias atq; Azarias & Misahel, Sidrac, Misac, Abdenago vocitantur. Vides E ergo, quia tam Israelitarum, quam etiam barbarorum nomina hominum, non fortuitu sed pro rebus & causis aptantur in lege. Igitur Madianitarum regem Moyses appellauit, prout ipse censuit appellandum Beluina, inquit, feritas est, quæ regnat in Madianitis. Et non ipsa solum, sed & alius est apud ipsos rex nomine Raon, quod est in nostra lingua inanitas. Regnat ergo inanitas in Madianitarum gente. Est enim seuera multa inanitas & vanitas in hoc mundo: *vanitas vanitatum, & omnia vanitas:* quam Eccl. 1. miles superare debet & vincere. Vincit autem inanitatem, qui nihil inaniter, nihil superflue, & quod ad rem non pertinet gerit, qui meminit præcepti illius Dominici quo ait, *quia etiam de verbo otioso reddent rationem homines in* Matt. 12. *die iudicij*. In hac autem vita homines, totum pene otiosum, totum inane est quod loquuntur, quod agunt. Inanis enim dicitur omnis actus, & omnis sermo in quo non est extrinsecus pro Deo, vel pro mandato Dei. Est & alius rex Madian Vr: & hic interpretatur irritatio. Vides quales sunt qui regnant apud Madianitas: quibus omnibus F aduersari oportet: & imo quos perimi conuenit ab his, qui Deum sequuntur & interfici. Non enim tam regum quam vitiorum nomina quę regnant in hominibus, referuntur in lege: & non tam gentium bella, quam concupiscentiarum carnalium, quæ militant aduersus animam describuntur. Deniq; hi qui in vitiis regnant, quinq; reges esse dicuntur: vt euidentissime doceamur, quia omne vitium, quod regnat in corpore, ex quinque sensibus pendet. Isti ergo quinque sensus perimendi sunt de regno Madianitarum, vt vltra vitia non regnent per eos, sed iustitia: nec ad scandalum videant quæ vident, sed ad ædificationem.

CAPVT V.

Vbi Moyses indignatur propter Madianitas.

Num. c. 31. *EGressi sunt autem Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes synagogæ in occursum eorum extra castra. Iratusq; Moyses principibus exercitus, tribunis & centurionibus, qui venerant de* G *bello, ait: Cur feminas reseruastis? Nonne istæ sunt quæ deceperant filios Israel ad suggestionem Balaam, & præuaricari vos fecerunt in Dominum super peccato Phogor, vnde & percussus est populus? Ergo cunctos interficite, quicquid generis masculini, etiam paruulos & mulieres, quæ nouerunt viros in coitu, iugulate. Puellas autem & omnes feminas virgines reseruate vobis, & manete extra castra septem diebus.* Hoc consilium malignum, vt eis ad illecebram fœminæ supponerentur, per quas non solum corporaliter, sed etiam spiritaliter in adorando idolo fornicarentur, quando dederit Balaam, scriptura non dixit, & tamen apparet factum esse, quum hic commemoratur. Sic ergo potuit & redire ipse Balaam, qui iam ierat in locum suum: vt locum suum, vel eius intelligamus peregrinationis hospitium: quamuis hoc scriptura tacuerit. Mystice autem fœminam in prædam de bello retinens seruat, qui fornicatus actus prauos cohibens, & per zelum bonum destruens, delectationem carnalem in abscondito pectoris sui adhuc intus celat. Sed à Moyse, hoc est, à lege, pro hoc iste merito redarguitur, quia quisquis delectationem carnalem in secreto mentis nequiter visitat, consequens est vt in propatulo facile in culpam prauæ H actionis cadat. Iubentur ergo omne masculinum, etiam & paruuli & mulieres, quæ nouerant viros in coitu, iugulari, quia appetitum turpem & delectationem carnis, quæ concepit iniquitatem & peperit peccatum, penitus præcipimur interficere, ac funditus in nobis extinguere. Puellas autem & fœminas virgines, hoc est, eam partem delectationis, quæ non procliuis est ad peccatum, sed magis exardescit ad petendum bonum, illam seruare debemus: quatenus ea semper desideremus, quæ nobis à conditore nostro per scripturas sacras cognoscimus iussa.

A

Capvt VI.

De diuisionibus prædæ Madianitarum.

Num. c. 31. *Eleazar quoque sacerdos, ad viros exercitus qui pugnauerant, sic locutus est. Hoc est præceptum legis, quod mandauit Dominus Moysi. Aurum & argentum, & æs & ferrum, & stagnum & plumbum, & omne quod potest transire per flammam, igne purgabitur. Quicquid autem flammam non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur: Et lauabitis vestimenta vestra die septimo: & purificati, postea castra intrabitis.* Igitur ex præceptis Domini, filijs Israel aduersum Madianitas bella confecta sunt, spolia ex ipsis copiosa referuntur auri atque argenti, cæterorumque mobilium pondus immensum, iumentorum captiuorumque numerus plurimus. Verum quoniam cuncta hæc apud Israelitas immunda dicuntur, purificatio singulis quibusque competens adhibetur. Et ea quidem B quæ ex metallis constant, ignis purificat: quæ vero fragiliora sunt & ignem non ferunt, aqua purificari iubentur. Fiant ergo ex omnibus spolijs æquales duæ partes: vt vna sit eorum qui ad bellum processerant. qui in castris resederunt. Iubentur etiam ex his offerre in dona Dei illi quidem, qui processerant ad bellum, vnum caput ex quingentis: illi vero qui in castris manserant, vnũ ex quinquaginta: atq; omnium simul in vnum collectus numerus refertur. Hæc est historiæ continentia. Sed videamus quid in his sensus indicet spiritalis in populo Dei. *Sunt quidam*

1. Tim. 2. sicut Apost. dicit, *qui militant Deo*: illi sine dubio, *qui semetipsos non obligant negotijs secularibus*. Et illi sunt qui procedunt ad bellum, & pugnant aduersus gentes inimicas, & aduersum spiritales nequitias pro reliquo populo, & pro his qui infirmiores sunt, siue per ætatem, siue per sexum, siue per propositum. Pugnant autem isti orationibus & ieiunijs, iustitia & pietate, mansuetudine & castitate cunctisque continentiæ virtutibus, tanquam armis bellicis communiti. Et quum regressi fuerint ad castra, victores fruũtur laboribus eorum etiam imbelles. & hi qui ad pugnam C vel non vocantur, vel exire non possunt. Sciendum tamen est quod omnia quæ sumuntur ex istis gentibus, immunda sunt, & omne fortasse quicquid ex hoc seculo adsumitur, vel prælio captiuum, immundum est & purificatione indiget. Et quædam ex ipsis per ignem transitura sunt: alijs autem sufficiet aquæ purificatio. Adsumuntur autem etiam ex prælio homines & iumenta, quum captiuatur omnis intellectus ad obediendum Christo. Nisi enim pugnauerimus in verbo Dei non poterimus captiuare intellectum eorum, qui diuersa à Christo sentiunt: & perducere eos ad obedientiam Christi. Pauci sunt qui pugnare possint, & prælia ista conficere. De sexcentis milibus & amplius armatorum, quæ videntur militare Deo, sola duodecim milia eliguntur. cætera relinquũtur in castris. Intuere nunc mihi populum Dei qui est in ecclesia, quanti sunt ex his qui possint resistere his, qui contradicunt, qui sciunt verbi bella tractare. Beati sunt qui pro omni populo pugnare possunt, & defendere Dei plebem, & copiosa de hostibus spolia reportare. Tamen & reliqua pars populi quæ videtur imbecillis, cum quiete resi-D dent in castris. Si in silentio agat & non recedat à Moyse, sed permaneat in lege Dei, partem spoliorum etiam ipsa percipiet. Fiet enim æqua portio, non per numerum quidem: sed quantum datur omni populo reliquo, tantum & illis duodecim milibus, quibus vincentibus capta sunt spolia. Quis hæc audiens, non inuitetur ad militiam Dei? Quis non animetur pugnare pro ecclesia, & resistere aduersum veritatis inimicos? Eos videlicet, qui vel dogmata ecclesiæ impugnare, vel voluptati & luxuriæ operam dare homines docent. Qui vero hos expugnat, & vel in se vel in proximis suis vitia perimit, hic accipiet spolia multa, quinquagies multiplicata quam cæteri. In tantum autem numerum quantitas videtur augeri, cum sexcentis milibus duodecim milia conferuntur. Offerre tamẽ pars vtraq; iubetur Deo: & illi qui vicerunt, vnam ex quingẽtis. Qui autem domi resederunt, vnum ex quinquaginta. Vnde & sequitur. *Dixitq; Dominus ad Moysen: Tollite summam*

E *eorum quæ capta sunt, ab homine vsq; ad pecus, tu & Eleazar sacerdos, & principes vulgi: diuidesq; ex æquo prædam inter eos qui pugnauerunt, & egressi sunt ad bellũ, & inter omnem reliquam multitudinem. Et separabis partem Domino ab his qui pugnauerunt & fuerunt in bello, vnam animam de quingentis, tam ex hominibus quam ex bubus & asinis & ouibus: & dabis eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ Domini sunt. Ex media quoq; parte filiorum Israel, accipies quinquagesimum caput hominum, & boum, & asinorum, & ouiũ, cunctorumq; animantium: & dabis eam Leuitis, qui excubãt in custodijs tabernaculi Domini. Feceruntq; Moyses & Eleazar sicut præceperat Dominus, &c.* Quinquagesimũ autem & quingentesimum numerum sanctum esse, scriptura testatur. Vnde &

Luc. 7 saluator dicebat in euangelijs *Homines duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, vtrisque donauit.* Sed & septem septimanæ, monade, i. vno addita, quinquagesimæ faciunt diem, quæ pentecostes festiuitas appellatur. Similiter & septuaginta septimanæ addita vnius decadis perfectione quingentorum numerum reddunt. Sed quanto F plures sunt septuaginta septimanæ quam septem, tanto præstantior & perfectior numerus quingentorum, quàm quinquaginta. Inde denique, & in parabola euangelij quam supra exposuimus, Saluator melius pronuntiat, quis plus diligat, ille cui quingẽti quos debebat denarij donati sunt, quam ille cui quinquaginta. Denique, in præsenti lectione Eleazar sacerdos non scribitur ad omne populũ loquutus, sed ad eos tantum qui de prælio redeunt. Ait enim. *Et dixit Eleazar sacerdos ad viros virtutis qui venerant de prælio.* Vides ergo quomodo ad viros virtuosos loquitur sermo Domini: viri enim virtutis sunt, qui ad bella procedunt. Si quis vero pugnare non vult nec militare, si quis nõ vult habere certamen studiorum diuinorum & abstinentiæ, hic non vult

1. Cor. 9. implere quod Apostolus dixit *Quia omnis qui in agone contendit, ab omnibus continens est.* Qui autem non contendit in agone, ab omnibus non est continens: neq; exercere vult in verbo Dei, & in lege Domini meditari die ac nocte. Hic etiam si vir dicatur, vir tamen virtutis non põt appellari. Tempus G igitur belli nobis est in hoc mundo: pugna aduersum Madianitas, siue aduersum vitia carnis nostræ, siue aduersum cõtrarias potestates. Spectat nos angelorũ chorus, & virtutum cælestiũ pia erga nos pendet expectatio, quando vel quomodo de hoc prælio redeamus, quid vnusquisq; nostrum manubiarum reportet, & inuenimus curiosius ac solicitius perscrutantur, quis nostrũ hic aurum amplius ferat, quis etiam argenti illuc pondus exhibeat, quisve lapides deferat pretiosos. Requirunt etiam si quis æs deferat, aut ferrũ, aut plumbum, sed & vas ligneum si forte aliquis defert aut fictile, aut aliud huiusmodi magnæ domus vtibus necessariũ. In magna enim domo non sunt tantummodo vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia. Requirunt ergo diligenter quũ abierimus illuc quid vnusquisq; nostrum deferat: Et sic secundum ea quæ detulerit, secundũ quod labor eius per contemplationem exuuiarum probatur, etiam mansionis ei meritum deputabitur. Probantur tũc omnia hæc, quæ per ignem, per ignem & quæ per aquam, per aquam. Vniuscuiusq; enim opus quale sit, ignis probabit. Propterea ergo ait. *Hæc est iustificatio legis quam constituit Dominus Moysi. Aurum & argentũ, & æramentum, & ferrum, & plũbum, & stagnum, omnis res quæ transit per ignem, transducite per ignem & mundabitur. Sed in aqua purificationis purificabitur omnia. Quæcunq; non transeunt per ignem, transibunt per aquam. Et lauabitis vestimenta vestra die septima, & mũdi eritis: & post hoc introibitis in castra.* Vides quomõ purificatione indiget omnis qui exierit de prælio vitæ huius. Quod si ita est vt aliquid audeã dicere secundum scripturæ autoritatem, omnis qui exit de hac vita non põt esse mundus. Considera enim diligenter, quid indicet historiæ textus. Exierunt isti pugnare pro filijs Israel, interfecerunt Madianitas. Interficientes autem eos, quantũ ad historiæ ordinem spectat & literam legis, placuerunt Deo. Voluntatem namq; Dei impleuerunt tunc hoc ipso quod interfecerunt aduersarios, immũdi dicũtur effecti. & ꝓpterea dicitur ad eos: Et lauabitis vestimenta vestra die septima & mũdi eritis & post hæc introibitis in castra. Ergo hi qui pugnant, pro eo ipso quod contigerant hostes immundos, & quod congressi sunt cõtra eos,

 & ha-

A & habuerint cum eis certamen, polluti sunt. Et ego ergo etiam cogitationes immundas & malas quas cordi meo suggerit, vel repellere venientes vel ingressas necare intra me, ne ad effectum perueniant operam dabo. Qui vero & si calcare potuero caput draconis, hoc ipso tamen pollui me & inquinare necesse est, quo eum & qui pollutus & inquinatus est, calcare contendi. Et ero quidem beatus, quia calcare eum potui: immundus tamen sum & pollutus, qui pollutum contigi. & ob hoc purificatione egeo. Ideirco & inimicum scriptura dicit, quia nemo mundus a sorde. Omnes ergo purificatione indigemus, imo purificationibus. Multæ enim & diuersæ nos manent purificationes. Sed mysthica hæc sunt & ineffabilia. Quis enim nobis enarrare poterit, quæ sunt purificationes quæ parantur Paulo vel Petro, vel aliis horum similibus: qui tantum pugnauerunt, tot gentes deleuerunt, tanta spolia, tot hostes prostrauerunt, tot triumphos ceperunt: qui cruentis manibus de cęde hostium redeunt: quorum pes tinctus est in sanguine, & manus suas lauerunt in sanguine peccatorum: Interfecerunt quippe in matutinis omnes peccatores terræ: & imaginem eorum exterminauerunt de ciuitate Domini. Vicerunt quippe & peremerunt diuersas dæmonum gentes. Nisi enim vicissent eas,
B non potuissent capere ex eis captiuos, omnem hunc credentium numerum: & perducere eos ad obedientiam Christi, & subdere eos iugo eius suaui. & imponere eis onus eius leue. Quis ergo ita beatus est, qui succedat eis in his prælijs, & interficiat omnes Madianitas, & sanctificetur ex sanguine eorum? Sanguinem enim dæmonum fundere dicitur, qui eripit eos quibus illi dominantur. Lauabitur autem ab hoc sanguine & purificabitur in regno Dei, vt purificatus & mundus effectus, possit ingredi sanctam ciuitatem Dei, aperiente sibi ostium Iesu Christo Domino nostro: imò qui est & ostium ciuitatis ipsius Dei. Sequitur: *Quumque accessissent principes exercitus ad Moysen, & tribuni centurionesque, dixerunt: Nos serui tui recensuimus numerum pugnatorum quos habuimus sub manu nostra: & ne vnus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in donariis Domini singuli, quod in præda aurei potuimus inuenire: periscelidas & armillas, anulos &*
C *dextralia, ac murenulas, vt depreceris pro nobis Dominum. Susceperuntque Moyses & Eleazar sacerdos omne aurum in diuersis speciebus, pondo sedecim millia septingentos quinquaginta siclos, a tribunis & centurionibus. Vnusquisque enim quod in præda rapuerat, suum erat. Et susceptum intulerunt in tabernaculum testimonij*, &c. Alia autem editio sic habet: Accesserunt ad Moysen omnes, qui constituti erant principes per tribus in exercitu, tribuni & centuriones, & dixerunt ad Moysen: Nos pueri collegimus summam virorum bellatorum nostrorum, & non dissensit ex nobis quisquam. Et obtulimus munus Domino, vnusquisque vas quod inuenit, vas aureum, torquem aut phialam auream, aut anulum, aut dextrale, aut catenulam, aut propitiandum pro nobis coram Domino. Est ergo diuersitas multa in eo ordine, qui bellatores appellantur. Sed & inter ipsos imbelles est nihilominus aliqua differentia. Nec enim ipsi æqualiter & vno ordine omnes appellantur imbelles. Quidam enim ita imbelles sunt vt nunquam possint fieri bellatores, id est, senilis
D ætas & omnis fœmineus sexus, & conditio seruilis. Puerilis vero ætas ita imbellis est, vt spem gerat aliquando fieri bellatrix. Scilicet quum occurrerit in virum perfectum, in mensuram ætatis, tunc non solum bellatores ex pueris fieri, sed & in summam bellatorum venire sesperant & esse electi, & in duodecim millibus numerari, vel etiam bis præferri & esse principes electorum. Considera nunc præsentis seculi statum, & vide omnia bellis repleta, omnemque humanam vitam inuisibilibus prælijs & in pugnationibus dæmonum perurgeri. In populo vero Dei esse quosdam ita robustos, fide armatos & virtutibus, vt aduersum huiusmodi homines quotidie bella cohibeant, & semper in procinctu positos non solum semetipsos, sed & cæteros qui vel per sexum, vel per ætatē, vel per seruitutis conditionem pugnare non possunt, ab hostium tueantur insidijs, verbo doctrinę eos exemploque vitæ & commotionum sedulitate munientes. si tamen non desit eis fides. Siue enim bellatores, siue imbelles, impos-

sibile est [illegible] inter ipsos tamen bellatores esse duntaxat qui militant Deo. Considera alios ita esse expeditos, vt nullis se implicent omnino secularibus negotijs, vt placere possint ei qui se probauit: sed in lege Dei meditari die ac nocte. Isti ergo qui huiuscemodi sunt, summa bellatorum appellantur. Isti sunt qui auri plurimum pugnando ceperunt, & omne aurum atque ornamentum, siue capitis, siue brachiorum, siue digitorum, id est, quicquid intellectus, quicquid in operibus habent, Deo offerunt. Sciunt enim quia munere eius data sunt: & ideo non dissentit in eis nec vnus. Nec enim possent munera offerre Deo, positi in dissentione. Istos puto esse secundum euangelium, qui præceptum illud diligenter obseruant, quod mandat Dominus & Saluator. *Si offers munus tuum ad altare, & rememoratus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.* Matt. 5.
Quod scilicet leuent manus suas ad Deum, sine ira & disceptatione. Omne vas aureum aut auream torquem, aut anulum, aut dextrale, aut catenulam. Torques, ornamentum sapientię. In Prouerbijs enim de sapientia dicitur,
F quod *qui adeptus fuerit eam, torquem auream ponat circa collum suum.* Prou. 1.
Phiala & anulus ornamenta sunt manuum, in quibus operum signantur indicia. Similiter & dextrale. Catenulę vero, verbi & doctrinæ connexiones declarant. Ad propitiandum, inquit, Deum pro nobis. Si dicamus propter aurum Deum propitium fieri hominibus, vide quam absurdum, imo quam impium iudicetur. Hoc enim etiā in viro bono turpe ducitur, si accepto auro ab inferioribus placetur: quanto ergo magis, hoc de Deo sentire non conuenit? Vnde puto ex spiritualis huius ecclesiasticæ magis constare rationem, quę per auri species indicare solet animi virtutes & bonorum operum gesta, quæ sola offerri Deo ab hominibus dignum est: & pro quibus solis propitium fieri Deum hominibus decet. *Et accepit*, inquit, *Moyses & Eleazar sacerdos aurum, ab omnibus tribunis & centurionibus: & intulit illud in tabernaculum testimonij, memoriale filiis Israel coram Domino.* Vides quia quæ dicuntur, non ad conspectum visibilem, sed ad mentis memoriam referū- G
tur. Beatus est enim ille, qui recordatur se boni aliquid operis egisse coram Domino, & obtulisse munera bene placita Domino: animi virtutes & ornamenta pietatis. Post hæc sequitur historia de hæreditate Ruben & Gad, & dimidiæ tribus Manasse: de qua proponimus aliqua disserere, & animos eorum ad contemplationem spiritalis intelligentię suscitare. Omnia quæ dicuntur, non solum ex ipso qui dicitur sermone pensanda sunt, sed & persona dicentis magnopere dicenda est. Sequitur.

CAPVT VII.

Vbi pars populi, hoc est, tribus Ruben & tribus Gad, & dimidia tribus Manasse, hæreditatem Domini postulabant sibi dari vltra Iordanem.

Filii autem Ruben & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substantia. Quumque vidissent Iazer & Galaad aptas alendis animalibus, venerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem, & principes multitudinis atque dixerunt. Astaroth & Dibon & Iazer, & Nemra, & Esebon, & Eleale, & Saban, & Nebo, & Beon, terra quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, Num. 32. H
regionis vberrimæ sunt ad pastum animalium: & nos serui tui habemus iumenta plurima. Precamurque, si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem: nec facias nos transire Iordanem. Quibus respondit Moyses: Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis? Cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum quem eis daturus est Dominus? Nonne ita egerunt patres vestri, quando misi de Cades Barne ad explorandam terram? &c. Sicut traditio maiorum tenet, spiritus sanctus narrat hæc. Vnde enim poterat Moyses vel quę ad originem mundi gesta sunt, vel quæ in finem eius erant gerenda narrare, nisi per inspirationē spiritus Dei? Vnde potuisset prophetare de Christo, nisi loquente in eo spiritu sancto? Sic enim & ipse [illegible] & testimonium [illegible] is

A Ioan. 5. reddit & dicit: *Si crederetis Moysi, crederetis vtiq; & mihi: de me enim ille dixit. Si autem illius literis non creditis, quomodo meis verbis credetis?* Constat ergo ea per spiritum sanctum dicta: Et ideo conueniens videtur, hæc secundum dignitatem loquentis intelligi. Sed & illud in loco commemorare

Luc. 15. aptissimum duco, quod Abraham quum audisset illum diuitem positum in tormentis rogare se vt dimitteretur, & veniens moneret fratres suos pie viuere, ne in locum illum descenderent tormentorum, respondit ei: *Quia habent Moysen & Prophetas, audiant illos.* Non vtiq; homines aliquos dicebat in corpore positos Moysen & Prophetas, sed hæc quæ per Moysen spiritu Dei dictante conscripta sunt, Moysen ea nominauit. Dicat aliquis. Quum hæc ita scripta sunt si Abraham me ad Moysi dicta transmiserit, vt legens ea, possim locum euadere illum tormentorum, quid me iuuabit ad effugiendam gehennam, si legam quomodo filij Ruben & filij Gad, & dimidia tribus Manasse, hæreditatem ceperunt à Moyse trans Iordanem, quia erant illis pecora multa præ cæteris tribubus? & quia dicit ad eos Moyses: Videte ne exacerbetis Deum, sicut & illi decem qui missi sunt cum Iesu & Chaleb explorare terram

B & dicebant, quia terra talis & talis est, & non possumus eam capere, & quia ad hæc responderunt filij Ruben, & cæteri cum ipsis. Da nobis terram hanc & hæreditatem eius: & non quæremus iam vltra Iordanem hæreditatis terram cum fratribus nostris: sed hic relinquemus iumenta nostra, & sarcinas nostras, & mulieres & infantes nostros: viri autem nostri ibunt pariter, & transibunt Iordanem. Et quia post hæc Moyses commendat eos Iesu Naue, & Eleazaro sacerdoti filio Aaron: sub ea tamen conditione, vt transeant cum filijs Israel, & pugnent cum eis, aduersum hostes, qui manent trans Iordanem, donec liberaretur ab eis terra, & tunc accipiant terram, quam poposcerunt, regis Seon, & regis Og. atq; ipsis solis per Moysen detur hæreditas extra Iordanem: cæteris autem omnibus per Iesum intra Iordanem. Dicit ergo aliquis. Quid ista prosunt ad hoc quod dixit Abraam, *Habent Moysen & Prophetas, audiant illos?* Quo scilicet & hæc legentes, in locum illum non deueniant tormentorum. Hæc autem diximus excitantes animos auditorum, vt vigilantius his

C quæ leguntur vel dicuntur, intendant: & in Moysi literis remoto literæ velamine ita intelligant, quæ scripta sunt, vt in singulis quibus ea dicuntur, inueniant. Quæ si intelligantur & obseruentur, possint auditores, non ad illum locum tormenti deduci, quo diues ille qui audire hæc quæ in secreto scripta contempsit, abductus est: sed & in sinus eant Abraam, vbi Lazarus requiescit. Nos autem oremus ex corde verbum Dei, qui est vnigenitus eius, & qui reuelat patrem quibus vult, vt & nobis hæc reuelare dignetur. Sunt enim in his repromissionum mysteria, quæ repromisit diligentibus se. Exeundi de Ægypto figuram duobus modis accipi, & à prioribus nostris, & à nobis sæpe dictum est. Nam & cum quis de errorum tenebris ad agnitionis lumen adducitur, & de terrena conuersatione ad spiritalia instituta conuertitur, de Ægypto videtur exisse & venisse ad solitudinem, ad illum videlicet vitæ statum in quo per silentium & quietem, exerceatur diuinis legibus, & eloquijs cælestibus imbuatur: per quæ institutus & directus, quum Iordanem transierit, properet vsque ad terram repromissionis, id est, per gratiam baptismi, vsq; ad

D euangelica instituta perueniat. Sed & illam figuram esse diximus exeundi de Ægypto, quum relinquit anima mundi huius tenebras, ac naturæ corporeæ cæcitatem, & transfertur ad aliud seculum, quod vel sinus Abrahæ, vt in Lazaro, vel paradisus vt in latrone qui de cruce credidit, indicatur: vel etiam si qua Deus nouit esse alia loca, vel alias mansiones, per quæ transiens anima Deo credens, & perueniens vsq; ad flumen illud quod lætificat ciuitatem Dei, intra ipsum, sortem promissæ patribus hæreditatis accipiat. Igitur cum duplici ve memorauimus modo egressus designetur ex Ægypto, & transitur ad desertum, atq; inde egressus ad sanctæ terræ hæreditatem, videamus nunc quid sibi velit Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse hæreditas, quæ per Moysen traditur, & extra Iordanem decernitur. In duodecim tribubus filiorum Israel,

occultis quibusdam & mysticis rationibus, totius humani generis figura complectitur: vel omnium certe hominum qui ad agnitionem Dei venerunt. Horum vero pars aliqua extra Iordanem & hæreditatem consequitur per Moysen: pars vero transit Iordanem, & hæreditatem suscipit in terra repromissionis per Iesum. Et illi quidem quib. extra Iordanem hæreditas decernitur, primitiui sunt licet minus nobiles, licet non inculpati, primitiui tamen sunt. Ruben namq; est primogenitus Iacob, licet contaminauerit thorum patris primogenitus tamen est. Manasse quoq; cuius dimidia tribus extra Iordanem consequitur, & ipse licet de Ægyptia natus est, primogenitus tamen est. Omnes tamen isti primogeniti sunt, & ideo priorem populum designant, qui non per Iesum Dominum nostrum, sed per Moysen extra Iordanem sortem hæreditatis acceperunt. Considera autem diligentius etiam causam, qua & priores, & extra Iordanem, & sequestrati à cæteris, consequuntur hæreditatem. Iumenta quoq; & pecora multa fuerunt illis. Hæc ergo causa qua prior populus ad hæreditatem terræ illius, quæ lacte fluit, quæ melle abundat, quæ sanctis me... pro omni terra non potuit peruenire: nec verbum carnem potuit

F qua struitur ad peccatum, & subiicitur causa peccandi: sicut & Madianitæ ambulantibus in lege Domini Israelitis, & custodientibus castitatem, subornauerunt mulieres, quæ eos deciperent ad peccandum. Causam ergo præbere peccati, hoc est, scandalizare. Veruntamen datur vindicta, sed multo grauior in eos, qui scandalizauerunt, qui causam peccati præbuerunt, quam in eos, qui peccauerunt. Simul & illud obserua quod subiecit. *Nouissime autem loquitur, & tu apponeris ad populum tuum.* Si quando Samaritis nobiscum sermo est, quoniam quidem resurrectionem mortuorum negant, nec recipiunt futuri seculi fidem, perstigamus eos ex his verbis, quibus Dominus dicit ad Moysen, quia apponatur ad populum suum. Nemo enim ponitur ad eos, qui non sunt. Vnde constat esse aliquem populum, cui Moyses post vitæ huius exitum dicitur applicandus. Quia ergo Prophetis non credunt Samaritæ, ex quibus resurrectionis mortuorum fides latius approbatur, ex his saltem Moysi libris quos re-
G cipiunt & quorum autoritatem confitentur, conuincendi sunt & curandi: si tamen oportet & Babyloniam curari. Est ergo locus hic, resurrectionem mortuorum euidenter ostendens. Designat enim esse & populum, cui post obitum suum Moyses adiungendus est, & ad quos pro suis meritis transferendus. *Statimque Moyses: Armate*, inquit, *ex vobis viros ad pugnam, qui possint vltionem domini expetere de Madianitis. Mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel, qui mittantur ad bellum. Dederuntq; millenos de cunctis tribubus, id est, XII. millia expeditorum ad pugnam. Quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis. Vasa quoque sancta & tubas ad clangendum tradidit ei. Cumque pugnassent contra Madianitas atq; vicissent, omnes mares occiderunt, & reges eorum, Euir, Recem, & Sur, & Vr, & Rebe, quinq; principes gentis.* Filii Israel dudum sexcenta milia fuerunt armatorum, qui processerant aduersus Madian, & omnes victi sunt, quoniam peccatum in eis erat. Nunc ergo victores Madianitæ, qui sexcenta milia fugauerant, vincuntur à duodecim milibus: vt scias, quia nec in multitudine nec in numero militum vincit Israel, sed iustitia est & pietas in eis quæ
H vincit. Propterea denique & in benedictionibus eorum dicitur, quia si seruauerit legem Domini, vnus persequatur mille: & duo in fugam vertant decem milia. Vides ergo quia multo plus valet vnus sanctus orando, quam peccatores innumeri præliando. Oratio sancti penetrat cęlum: quomodo non & hostẽ vincat & in terris? Et ideo omnimodis studendum est, quærere primo & custodire iustitiam Dei. Quam si obtuleris & obseruaueris, omnes tibi hostes ipsa subiiciet. *Si fueris indutus* sicut Apostolus
dicit, *loricam iustitiæ, & accinctus veritate, si galeam salutis acce-* Ephes. 6.
peris, & gladium spiritus, & ante omnia scutum fidei, in quo possis omnia iacula maligni ignita extinguere, Talibus enim instructus armis, vinces diaboli castra, omnemq; eius fugabis exercitum: & cum fiducia cantabis. *Si consistant aduer-*
sum me castra, non timebit cor meum, si insurgat aduersum me præ- Psal. 26.
lium, in hoc ego sperabo. Balaam quoq; filium Beor interfecerunt

A

CAPVT VI.

De diuisionibus prædæ Madianitarum.

Num. c. 31. *ELeazar quoque sacerdos, ad viros exercitus qui pugnauerant, dixit: Hoc est præceptum legis, quod mandauit Dominus Moysi. aurum & argentum, & æs & ferrum, & stagnum & plumbum, & omne quod potest exire per flammam, igne purgabitur. Quicquid autem flammam non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur: Et lauabitis vestimenta vestra die septimo: & purificati, postea castra intrabitis.* Igitur ex præceptis Domini, filijs Israel aduersum Madianitas bella confecta sunt. spolia ex ipsis copiosa referuntur auri atque argenti, cæterorumque mobilium pondus immensum, iumentorum captiuorumque numerus plurimus. Verum quoniam cuncta hæc apud Israelitas immunda dicuntur, purificatio singulis quibusque competens adhibetur. Et ea quidem

B

quæ ex metallis constant, ignis purificat: quæ vero fragiliora sunt & ignem non ferunt, aqua purificari iubentur. Fiunt ergo ex omnibus spolijs æquales duæ partes: vt vna sit eorum qui ad bellum processerant. quæ in castris resederunt. Iubentur etiam ex his offerre in dona Dei illi quidem, qui processerant ad bellum, vnum caput ex quingentis illi vero qui in castris manserant, vnū ex quinquaginta: atq; omnium simul in vnum collectus numerus refertur. Hęc est historiæ continentia. Sed videamus quid in his sensus indicet spiritalis in populo Dei. *Sunt quidam*

1. Tim. 2. sicut Apost. dicit, *qui militant Deo*: illi sine dubio, *qui se non obligant negotijs sæcularibus*. Et illi sunt qui procedunt ad bellum, & pugnant aduersus gentes inimicas, & aduersum spiritales nequitias pro reliquo populo, & pro his qui infirmiores sunt, siue per ætatem, siue per sexum, siue per propositum. Pugnant autem isti orationibus & ieiunijs, iustitia & pietate, mansuetudine & castitate cunctisque continentię virtutibus, tanquam armis bellicis communiti. Et quum egressi fuerint ad castra, victores fruūtur laboribus eorum etiam imbelles: & hi qui ad pugnam

C

vel non vocantur, vel exire non possunt. Sciendum tamen est quod omnia quæ sumuntur ex istis gentibus, immunda sunt, & omne fortasse quicquid ex hoc seculo adsumitur, vel prælio capitur, immundum est & purificatione indiget. Et quædam ex ipsis per ignem transitura sunt: alijs autem sufficit aquæ purificatio. Adsumuntur autem etiam ex prælio homines & iumenta, quum captiuatur omnis intellectus ad obediendum Christo. Nisi enim pugnauerimus in verbis Dei non poterimus captiuare intellectum eorum, qui diuersa à Christo sentiunt: & perducere eos ad obedientiam Christi. Pauci sunt qui pugnare possint, & prælia ista conficere. De sexcentis milibus & amplius armatorum, quę videntur militare Deo, sola duodecim milia eliguntur cæteri relinquūtur in castris. Intuere nunc mihi populum Dei qui est in ecclesia, quanti sunt ex his qui possint resistere his, qui contradicunt, qui sciunt verbi bella tractare. Beati sunt qui pro omni populo pugnare possunt, & defendere Dei plebem, & copiosa de hostibus spolia reportare. Tamen & reli-

D

qua pars populi quæ videtur imbecillis, cum quiete residear in castris. Si in silentio agat & non recedat à Moyse, sed permaneat in lege Dei, partem spoliorum etiam ipsa percipiet. Fiet enim æqua portio, non per numerum quidem: sed quantum datur omni populo reliquo, tantum & illis duodecim milibus, quibus vincentibus capta sunt spolia. Quis hęc audiens, non inuitetur ad militiam Dei? Quis non animetur pugnare pro ecclesia, & resistere aduersum veritatis inimicos? Eos videlicet, qui vel dogmata ecclesiæ impugnare, vel voluptati & luxurię operam dare homines docent. Qui vero hos expugnat, & vel in se vel in proximis suis vitia perimit, hic accipiet spolia multa, quinquagies multiplicata quam cæteri. In tantum autem numerum quantitas videtur augeri, cum sexcentis milibus duodecim milia conferuntur. Offerre tamē pars vtraq; iubetur Deo: & illi qui vicerunt, vnam ex quingētis. Qui autem domi resederunt, vnum ex quinquaginta. Vnde & sequitur. *Dixitque Dominus ad Moysen: Tolle summam*

E

eorum quæ capta sunt, ab homine vsq; ad pecus, tu & Eleazar sacerdos, & principes vulgi: diuidesq; ex æquo prædam inter eos qui pugnauerunt, & egressi sunt ad bellū, & inter omnem reliquam multitudinem. Et separabis partem Domino ab his, qui pugnauerunt & fuerunt in bello. Vnam animam de quingentis, tam ex hominibus quam ex bubus & asinis & ouibus: & dabis eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ domini sunt. Ex media quoq; parte filiorum Israel, accipies quinquagesimum caput hominum, & boum, & asinorum, & ouiū, cunctorumq; animantium: & dabis eam Leuitis, qui excubāt in custodijs tabernaculi Domini. Feceruntq; Moyses & Eleazar, sicut præceperat Dominus, &c. Quinquagesimū autem & quingentesimum numerum sanctum esse, scriptura testatur. Vnde &

Luc. 7. saluator dicebat in euangelijs *Homines duo erant debitores creditori cuidam, vnus debebat denarios quingentos. alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde solueret, vtrisq; donauit.* Sed & septem septimanę, monade, i. vna addita, quinquagesimę faciunt diem, quæ pentecostes festiuitas appellatur. Similiter & septuaginta septimanæ additis [illegible] perfectione quingentorum numerum [illegible]

F

plures sunt septuaginta septimanæ [illegible] præstantior & perfectior numerus quingentorum, quàm quinquaginta. Inde denique, & in parabola euangelij quam supra exposuimus, Saluator noster pronuntiat, quis plus diligat, ille cui quingēti quos debebat denarij donati sunt, quam ille cui quinquaginta. Denique in præsenti lectione Eleazar sacerdos non scribitur ad omne populū loquutus, sed ad eos tantum qui de prælio redeunt. Ait n. *Et dixit Eleazar sacerdos ad viros virtutis qui venerant de prælio*. Vides ergo quomodo ad viros virtutis loquitur sermo Domini: viri n. virtutis sunt, qui ad bella procedunt. Si quis vero pugnare non vult nec militare, si quis nō vult habere certamen studiorum diuinorum & abstinentiæ, hic non vult

1. Cor. 9. implere quod Apostolus dixit *Quoniam omnis qui in agone contendit, ab omnibus continens est*. Qui autem non contendit in agone, ab omnibus non est continens: neq; exercetur, vult in verbo Dei, & in lege Domini meditari die ac nocte. Hic etiam si vir dicatur, vir tamen virtutis non pōt appellari. Tempus igitur belli nobis est in hoc mundo: pugna aduersum Ma-

G

dianitas, siue aduersum vitia carnis nostræ siue aduersum cō[...] potestates. Spectat nos angelorū chorus, & virtutum cælestiū pia erga nos pendet expectatio, quando vel quomodo de hoc prælio redeamus, quid vnusquisq; nostrum manubiarum reportet, & intuentur curiosius ac sollicitius perscrutantur, quis nostrū hic auri amplius ferat, quis etiam argenti illuc pondus exhibeat, quisve lapides deferat pretiosos. Requirunt etiam si quis æs deferat, aut ferrū, aut plumbum sed & vas ligneum si forte aliquis deferat aut fictile, aut aliud huiusmodi magnæ domus vsibus necessariū. In magna n. domo non sunt tantummodo vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia. Requiritur ergo diligenter quū abierimus illuc quid vnusquisq; nostrum deferat: Et sic secundum ea quæ detulerit, secundū q; labor eius per contemplationem examinatum probatus, etiam mansionis et meritum deputabitur. Probantur tūc omnia hæc, quæ per ignem, per ignem & quę per aquam, per aquam. Vniuscuiusq; n. opus quale sit, ignis probabit.

H

Propterea ergo ait. *Hæc est iustificatio legis quam constituit Dominus Moysi. aurum & argentū, & æramentum, & ferrum, & plūbum, & stagnum, omnis res quæ transit per ignem, transibit per ignem & mundabitur. Sed in aqua purificationis purificabitur omnia. Quæcunq; non transeunt per ignem, transibunt per aquā. Et lauabitis vestimenta vestra die septima, & mūdi eritis: & post hæc introibitis in castra.* Vides quomodō purificatione indiget omnis qui exierit de prælio vitæ huius. Quod si ita est vt aliquid audeā dicere secundū scripturę autoritatem, omnis qui exit de hac vita non pōt esse mundus. Considera n. diligenter, quid indicet historiæ textus. Exierunt isti pugnare pro filijs Israel, interfecerunt Madianitas. Interficientes autem eos, quantū ad historiæ ordinem spectat & literam legis, placuerunt Deo. Voluntatem namq; Dei impleuerunt tunc hoc ipso quod interfecerunt aduersarios, immūdi tamen effecti. & ppterea dicitur ad eos: Et lauabitis vestimenta vestra die septima & mūdi eritis: & post hæc introibitis in castra. Ergo hi qui pugnant, pro eo ipso quod contigerant hostes immundos, & quod congressi fuerant cōtra eos,

A & habuerint cum eis certamen, polluti sunt. Et ego ergo etiam cogitationes immundas & malas quas cordi meo suggerit, vel repellere venientes vel ingressas necare intra me, ne ad effectum perueniant operam dabo. Qui vero & si calcare potuero caput draconis, hoc ipso tamen polluti me & inquinare necesse est, quo eum & qui pollutus & inquinatus est, calcare contendi. Et ero quidem beatus, quia calcare eũ potui: immundus tamen sum & pollutus, qui pollutum cõtigi: & ob hoc purificatione egeo. Idcirco & diuinum scriptura dicit, quia nemo mundus à sorde. Omnes ergo purificatione indigemus, imo purificationibus. Multæ enim & diuersæ nos manent purificationes. Sed mystica hæc sunt & ineffabilia. Quis enim nobis enarrare poterit, quæ sunt purificationes quæ parantur Paulo vel Petro, vel aliis horum similibus: qui tantum pugnauerunt, tot gentes deleuerunt, tanta spolia, tot hostes prostrauerunt, tot triumphos cœperunt: qui cruentis manibus de cęde hostium redeunt: quorum pes tinctus est in sanguine, & manus suas lauerunt in san-
B guine peccatorum: interfecerunt quippe in matutinis omnes peccatores terræ, & imaginem eorum exterminauerunt de ciuitate Domini. Vicerunt quippe & peremerunt diuersas dæmonum genera. Nisi enim vicissent eas, non potuissent capere ex eis captiuos, omnem hunc credentium numerum: & perducere eos ad obedientiam Christi: & subdere eos iugo eius suaui & imponere eis onus eius leue. Quis ergo ita beatus est, qui succedat eis in his prælijs, & interficiat omnes Madianitas, & iustificetur ex sanguine eorum? Sanguinem enim dæmonum fundere dicitur, qui eripit eos quibus illi dominantur. Lauabitur autem ab hoc sanguine & purificabitur in regno Dei, vt purificatus & mundus effectus, possit ingredi sanctam ciuitatem Dei, aperiente sibi ostium Iesu Christo Domino nostro: imò qui est & ostium ciuitatis ipsius Dei. Sequitur: *Cumque accessissent principes exercitus ad Moysen, & tribuni centurionesque, dixerunt: Nos serui tui recensuimus numerum pugnatorum quos habuimus sub manu nostra: & ne vnus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in donaria Domini singuli, quod in*
C *præda auri potuimus inuenire: periscelidas & armillas, anulos & dextralia, ac murenulas, vt depreceris pro nobis Dominum. Susceperuntque Moyses & Eleazar sacerdos omne aurum in diuersis speciebus, pondo sedecim millia septingentos quinquaginta siclos, a tribunis & centurionibus. Vnusquisque enim quod in præda rapuerat, suum erat. Et susceptum intulerunt in tabernaculum testimonij*, &c. Alia autem editio sic habet: Accesserunt ad Moysen omnes, qui constituti erant principes per tribus in exercitu, tribuni & centuriones, & dixerunt ad Moysen: Nos pueri collegimus summam virorum bellatorum nostrorum, & non dissensit ex nobis quisquam. Et obtulimus munus Domino, vnusquisque vir quodcunque inuenit, vas aureũ, torquem aut phialam auream, aut anulum, aut dextrale, aut catenulam, aut propitiandum pro nobis coram Domino. Est ergo diuersitas multa in eo ordine, qui bellatores appellantur. Sed & inter ipsos imbelles est nihilominus aliqua differentia. Nec enim ipsi æqualiter & vno ordine omnes appellantur imbelles. Quidam enim ita imbelles sunt vt nunquam possint fieri bellatores, id est, senilis
D ætas & omnis fœmineus sexus, & conditio seruilis. Puerilis vero ætas ita imbellis est, vt spem gerat aliquando fieri bellatrix. Scilicet quum occurrerit in virum perfectum, in mensuram ætatis, tunc non solum bellatores ex pueris fieri, sed & in summam bellatorum venire se sperant & esse electi, & in duodecim milibus numerari, vel etiam his præesse & esse principes electorum. Considera nunc præsentis seculi statum, & vide omnia bellis repleta, omnemque humanam vitam inuisibilibus prælijs & in pugnationibus dæmonum perurgeri. In populo vero Dei esse quosdam ita robustos, fide armatos & virtutibus, vt aduersum huiusmodi hostes quotidie bella confiiciant, & semper in procinctu positos non solum semetipsos, sed & cæteros qui vel per sexum, vel per ætatẽ, vel per seruitutis conditionem pugnare non possunt, ab hostium tueantur insidijs, verbo doctrinę eos exemploque vitæ & commonitionum sedulitate munientes, si tamen non desit eis fides. Siue enim bellatores, siue imbelles, impos-

sibile est euadere ... Inter ipsos tamen bellatores esse duntaxat qui militant Deo. Considera alios ita ... expeditos, vt nullis se implicent omnino secularibus negotijs, vt placere possint ei qui se probauit: sed in lege Dei meditari die ac nocte. Isti ergo qui huiuscemodi sunt, summa bellatorum appellantur. Isti sunt qui auri plurimum pugnando ceperunt, & omne aurum atque ornamentum, siue capitis, siue brachiorum, siue digitorum, id est, quicquid intellectus, quicquid in operibus habent, Deo offerunt. Sciunt enim quia munere eius data sunt: & ideo non dissentit in eis nec vnus. Nec enim possent munera offerre Deo, positi in dissensione. Istos puto esse secundum euangelium, qui præceptum illud diligenter obseruant, quod mandat Dominus & Saluator. *Si offers munus tuum ad altare, & rememoratus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.* Matt. 5
Quod scilicet leuent manus suas ad Deum, sine ira & dissensione. Omne vas aureum aut auream torquem, aut anulum, aut dextrale, aut catenulam. Torques, ornamentorum sapientię. In Prouerbijs enim de sapientia dicitur, F
quod *qui adeptus fuerit eam, torquem auream ponat circa collum suum.* Phiala & anulus ornamenta sunt manuum, in quibus operum signantur indicia. Similiter & dextrale. Catenulę vero, verbi & doctrinæ cõnexiones declarant. Ad propitiandum inquit, Deum pro nobis. Si dicamus propter aurum Deum propitium fieri hominibus, vide quam absurdum, imo quam impium iudicetur. Hoc enim etiã in viro bono turpe ducitur, si accepto auro ab inferioribus placetur: quanto ergo magis, hoc de Deo sentire non cõuenit? Vnde puto expositionis huius ecclesiasticæ magis cõstare rationem, quę per auri species indicare solet animi virtutes & bonorum operum gesta, quæ sola offerri Deo ab hominibus dignum est: & pro quibus solis propitium fieri Deum hominibus decet. *Et accepit*, inquit, *Moyses & Eleazar sacerdos aurum, ab omnibus tribunis & centurionibus: & intulit illud in tabernaculum testimonij, memoriale filiorum Israel coram Domino.* Prou. 1
Vides quia quæ dicuntur, non ad conspectum visibilem, sed ad mentis memoriam referuntur. G
Beatus est enim ille, qui recordatur se boni aliquid operis egisse coram Domino, & obtulisse munera bene placita Domino: animi virtutes & ornamenta pietatis. Post hæc sequitur historia de hæreditate Ruben & Gad, & dimidiæ tribus Manasse: de qua proponimus aliqua disserere, & animos eorum ad contemplationem spiritalis intelligentię suscitare. Omnia quæ dicuntur, non solum ex ipso qui dicitur sermone pensanda sunt, sed & persona dicentis magnopere discenda est. Sequitur.

CAPVT VII.

Vbi pars populi, hoc est, tribus Ruben & tribus Gad, & dimidia tribus Manasse, hæreditatem Domino postulauit sibi dari vltra Iordanem.

Filij autem Ruben & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substantia. Cumque vidissent Iazer & Galaad aptas alendis animalibus, venerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem, & principes multitudinis atque dixerunt. Astaroth & Dibon & Iazer, & Nemra, & Esebon, & Eleale, & Saban, & Nebo, & Beon, terra quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, regiones vberrimæ sunt ad pastum animalium: & nos serui tui habemus iumenta plurima. Precamurque, si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem: nec facias nos transire Iordanem. Quibus respondit Moyses: Numquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis? Cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum quem eis daturus est Dominus? Nonne ita egerunt patres vestri, quando misi de Cades Barne ad explorandam terram? &c. Sicut traditio maiorum tenet, spiritus sanctus narrat hæc. Vnde enim poterat Moyses vel quę ad originem mundi gesta sunt, vel quę in finem eius erant gerenda narrare, nisi per inspirationẽ spiritus Dei? Vnde potuisset prophetare de Christo, nisi loquente in eo spiritu sancto? Sic enim & ipse C... & ... Num. 32 H

A Ioan. 5. reddit & dicit: *Si crederetis Moysi, crederetis vtiq; & mihi: de me enim ille dixit. Si autem illius literis non creditis, quomodo meis verbis credetis?* Constat ergo ea per spiritum sanctum dicta. Et ideo conuenientius videtur, hæc secundum dignitatem loquentis intelligi. Sed & illud in loco commemorare Luc. 16. aptissimum duco, quod Abraham quum audiret illum diuitem positum in tormentis rogare se vt dimitteretur, & veniens moneret fratres suos piè viuere, ne in locum illum descenderent tormentorum, respondit ei: *Quia habent Moysen & Prophetas, audiant illos.* Non vtiq; homines aliquos dicebat in corpore positos Moysen & Prophetas, sed hæc quæ per Moysen spiritu Dei dictante conscripta sunt, Moysen ea nominauit. Dicat aliquis. Quum hæc ita scripta sunt si Abraham me ad Moysi dicta transmittit vt legens ea, possim locum euadere illum tormentorum, quid me iuuabit ad effugiendam gehennam, si legam quomodo filij Ruben & filij Gad, & dimidia tribus Manasse, hæreditatem capiunt à Moyse trans Iordanem, quia erant illis pecora multa præ cæteris tribubus? & quia dicit ad eos Moyses: Videte ne exacerbetis Deum, sicut & illi decem qui missi sunt cum Iesu & Chaleb explorare terram
B & dicebant, quia terra talis & talis est, & non possumus eam capere, & quia ad hæc responderunt filij Ruben, & cæteri cum ipsis: Da nobis terram hanc & hæreditatem eius: & non quæremus iam vltra Iordanem hæreditatis terram cum fratribus nostris: sed hic relinquemus iumenta nostra, & sarcinas nostras, & mulieres & infantes nostros: viri autem nostri ibunt pariter, & transibunt Iordanem. Et quia post hæc Moyses commendat eos Iesu Naue, & Eleazaro sacerdoti filio Aaron: sub ea tamen conditione, vt transeant cum filijs Israel, & pugnent cum eis, aduersum hostes, qui erant trans Iordanem, donec liberaretur ab eis terra, & tunc accipiant terram, quam poposcerunt, regis Seon, & regis Og. atq; ipsis solis per Moysen detur hæreditas extra Iordanem: cæteris autem omnibus per Iesum intra Iordanem. Dicit ergo aliquis. Quid ista prosunt ad hoc quod dixit Abraam, *Habent Moysen & Prophetas, audiant illos?* Quo scilicet & hæc legentes, in locum illum non deueniant tormentorum. Hæc autem diximus excitantes animos auditorum, vt vigilantius his
C quæ leguntur vel dicuntur, intendant: & in Moysi literis remoto literæ velamine ita intelligant, quæ scripta sunt, vt in singulis quibus ea dicuntur, inueniant. Quæ si intelligantur & obseruentur, possint auditores, non ad illum locum tormenti deduci, quo diues ille qui audire hæc quæ in secreto scripta contempsit, abductus est: sed & in sinus eant Abraam, vbi Lazarus requiescit. Nos autem oremus ex corde verbum Dei, qui est vnigenitus eius, & qui reuelat patrem quibus vult, vt & nobis hæc reuelare dignetur. Sunt enim in his repromissionum mysteria, quæ repromisit diligentibus se. Exeundi de Ægypto figuram duobus modis accipi, & à prioribus nostris, & à nobis sæpe dictum est. Nam & cum quis de errorum tenebris ad agnitionis lumen adducitur, & de terrena conuersatione ad spiritalia instituta conuertitur, de Ægypto videtur exisse & venisse ad solitudinem, ad illum videlicet vitæ statum in quo per silentium & quietem, exerceatur diuinis legibus, & eloquijs cælestibus imbuatur: per quæ institutus & directus, quum Iordanem transierit, properet vsque ad terram repromissionis, id est, per gratiam baptismi, vsq; ad
D euangelica instituta perueniat. Sed & illam figuram esse diximus exeundi de Ægypto, quum relinquit anima mundi huius tenebras, ac naturæ corporeæ cæcitatem, & transfertur ad aliud seculum, quod vel sinus Abrahæ, vt in Lazaro, vel paradisus vt in latrone qui de cruce credidit, indicatur: vel etiam si qua Deus nouit esse alia loca, vel alias mansiones, per quas transiens anima Deo credens, & perueniens vsq; ad flumen illud quod lætificat ciuitatem Dei, intra ipsum, sortem promissæ patribus hæreditatis accipiat. Igitur cum duplici vt memorauimus modo egressus designetur ex Ægypto, & transitus ad desertum, atq; inde egressus ad sanctæ terræ hæreditatem, videamus nunc quid sibi velit Ruben & Gad, & dimidiæ tribus Manasse hæreditas, quæ per Moysen traditur, & extra Iordanem decernitur. In duodecim tribubus filiorum Israel, occultis quibusdam & mysticis rationibus, totius humani generis figura complectitur: vel omnium certe hominum qui ad agnitionem Dei venerunt. Horum vero pars aliqua extra Iordanem & hæreditatem consequitur per Moysen: pars vero transit Iordanem, & hæreditatem suscipit in terra repromissionis per Iesum. Et illi quidem quib. extra Iordanem hæreditas decernitur. primitiui sunt licet minus nobiles, licet non inculpati, primitiui tamen sunt. Ruben namq; est primogenitus Iacob, licet contaminauerit thorum patris primogenitus tamen est. Manasse quoq; cuius dimidia tribus extra Iordanem consequitur, & ipse licet de Ægyptia natus est, primogenitus tamen est. Omnes tamen isti primogeniti sunt, & ideo priorem populum designant, qui non per Iesum Dominum nostrum sed per Moysen extra Iordanem sortem hæreditatis acceperunt. Considera autem diligentius etiam causam, qua & priores, & extra Iordanem, & sequestrati à cæteris, consequuntur hæreditatem. Iumenta quoq; & pecora multa fuerant illis. Hæc ergo causa qua prior populus ad hæreditatem terræ illius quæ lacte fluit, & melle abundat quæ rursus mediis illis pro omni terra non potuit peruenire: nec verbum carnem potuit agnuscere, quia multa iumenta habebat & pecora multa.
F Psal. 48. *Animalis n. non potuit percipere quæ sunt spiritus Dei*, nec spiritaliter diiudicare: quia *homo quum in honore esset non intellexit, sed comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est his* pro quib. hæreditatem suam extra Iordanis fluenta percepit: & à terra se sancta fecit alienum. Ille ergo populus accepit hæreditatem per Moysen: accepit terram duorum regum tantummodo. Non enim amplius potuit Moyses interficere nisi duos reges, quorum terram diuideret populis, multa animalia multaq; pecora habentib. Illis vero qui Iordanem transeunt, Iesus diuidit terram: quamuis habeant etiam ipsi animalia, habeant pecora non tamen tanta quæ eos excludant, ne Iordanem transeant. Sed cum ipsis & mulieribus & cum infantib. suis contendunt transire Iordanem, & ad patrum peruenire promissa. Illi autem propter pecora & iumenta & mulieres suas & infantes, non potuerunt transire Iordanem, nec ad fidem Christi quæ est terra repromissionis intrare. Increpat tamen eos Moyses, & dicit ad filios Ruben, & filios Gad. Fratres vestri pergent ad prælium, & vos sede-
G bitis hic? Et quare peruertitis corda filiorum Israel, vt non transeant in terram quam dominus dat eis? Et quum increpasset eos huiusmodi verbis, accesserunt, inquit, ad eum filij Ruben, & filij Gad, & dicebant: Ouilia ouibus fabricamus hic & pecorib. & ciuitatibus iumentis nostris & nos armati prima turma incedimus ante filios Israel, vsq; quo perducamus eos in locum suum. Et hæc promittentes, mitigauerunt Moysen: ita vt ipse eos commendaret Iesu & Eleazaro. Ita n. scriptum est. *Et adhibuit eos Moyses ad Eleazarum sacerdotem, & Iesum filium Naue, & principes familiarum tribuum, & ait ad eos Moyses: Si transierint filij Ruben, & filij Gad vobiscum Iordanem, omnes armati ad prælium coram Domino, & obtinueritis terram in conspectu vestro, dabitis eis terram Galaad in possessionem.* Terræ nomen in scripturis diuinis positum, diuersis significationibus inuenimus. Et primo quidem terra hæc in qua habitamus, non ex initio terra vocitata est, sed arida. Et post hæc quæ prius dicta fuerat arida, terræ nomen accepit. Sic & cælum istud visibile, non ab initio cœlum dictum est, sed prius firmamentum: post etiam cæli vocabulo nuncupatum est. In
H principio tamen creaturæ cælum & terram fecisse dicitur Deus: & postea aridam: & postea firmamentum. Omnes n. nos donec infructuosi sumus, & nullum pudicitiæ fructum, nullum iustitiæ, nullum pietatis afferimus, aridi sumus. Si autem nosmetipsos cœperimus excolere, & ad virtutum frugem desides animos suscitare, terra efficimur ex arida: quæ verbi Dei suscepta semina, læta fruge multiplicet. Est ergo quædam in regno Dei terra, quæ mansuetis promittitur, & terra quæ viuentium nominatur, & terra in excelsis posita, de qua ad iustum Propheta dicit: Exaltam te vt hæredites terram. Istius ergo hæreditatem terræ, posteaquam de mundi huius Ægypto exierit, Deo credens anima consequetur. Et alibi quidem hi qui sub lege vixerunt, alibi autem qui per Iesu Christi fidem & gratiam dispensati sunt. Verumtamen hi qui videntur primi, & per Moysen dispensati, non prius consequuntur hæreditatem sibi decretam. nisi & ipsi transeant

cum

A cum his quos Iesus deputat, & pugnat cum eis, donec subiiciat inimicos, & collocent eos in sedibus suis, ita & ipsi consequuntur hæreditatem, quam Moyse duce meruerunt. Sed hæc mihi ex scripturis diuinis approbantur, tabulæ videbunt. Paulus ergo horum producatur idoneus testis: qui in epistola ad Hebræos, vbi describit illos omnes Patres & Patriarchas ac Prophetas, qui per fidem placuerunt, post enumerationem cunctorum, in vltima conclusione dicit de eis. Et hi omnes testimonio fidei accepti, non perceperunt repromissiones, Deo pro nobis aliquid prouidente, vt ne sine nobis consummarentur. Quamuis hi essent. Ita enim et semis tribus, propterea non acceperunt repromissionem terræ illius, quæ eis extra Iordanem per Moysen decreta est, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt ne sine nobis consummarentur. Propterea ergo transeunt nobiscum armati ad prælium, & iuuate nos ad belligerandum ad expugnandos inimicos. Sed illi transeunt qui armati sunt, qui viri fortes sunt & potentes: cæteri vero omnes ignaua manus & imbellis, remanent extra Iordanem. Si qui autem in ipsis viri fortes

B sunt, relictis animalibus & pecoribus, & omnib. impedimentis pugnent aduersum hostem nobiscum: vsquequo vincantur inimici nostri: vsquequo hæreditatem terræ bonæ, terræ mellis lactisque capiamus. Quis enim dubitat, quod sancti quique patrum & orationibus nos iuuent, & exemplorum suorum confirment atque hortentur exemplis. Sed & voluminibus suis per ea quæ nobis ad memoriam scripta reliquerunt, docentes nos & instruentes quomodo aduersum inimicas potestates dimicandum sit, & quomodo agonum tolerentur certamina. Pugnant enim pro nobis & pugnant, & ... armati. Ipsos ... ipsum, & eorum videntes per ... totius tacti, ... ad prælium spirituale, & ad... spiritualia nequitiæ in cælestibus dimicamus. Sic ... Naue militant triginta & amplius re... terras eorum sorte hæreditans acceptur. ... nequitijs de cælestibus, hæreditatem ... Dominum ... mundete per...

C ... adhuc expositionis ... in populo ecclesiæ ... les: & intra Iordanem percipere ... terræ, fluentis l. & mel, sapientiæ scilicet & ... quorū flumine ... quod ... intelligentiæ, circundatur & ... Apostolus ... carnales, qui iumentis & pecudibus, ... abundantes, licet erant il... dicebat Apostolus: Ita insensati estis, vt quum spiritu cœperitis, nunc carne consummemini? ... Gal 10, qui fascinauit vos veritati non obedire? Sed vnusquisque nostrum ... & abiectis brutis & belluinis sensibus, ad ... remanebit extra ... nec potest per sapientiæ flumen incedere ... quod ... Dei ... capacē: ... ministeriora, quæ sunt ... super mel & lactum: sed illam tantummodo cō... in quadam reges occisi sunt; ibi dicat ... Non enim iudicaui me scire inter vos aliquid, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Qui autem potuerit transire Ior...

D ... ad ... penetrare, vbi Iesum Christum ... infecit ... & ... am... fortasse de quibus dicitur Quia assisterunt reges terræ, & principes congregati sunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Depulsisque his regibus & ... vsque quo etiam ... locum, vbi sedes est Dei & Ierusalem ... Dei ... Non ista quæ seruit cum filiis suis in terris, sed illa quæ libera est, & mater omnium nostrum.

Capvt VIII.

De quadraginta duabus mansionibus filiorum Israel.

HÆ sunt mansiones filiorum Israel, qui egressi sunt de Ægypto per turmas suas in manu Moysi & Aaron, quas descripsit Moyses iuxta castrorum loca, quæ Domini iussione mutabantur. Legimus Paulum Apostolum, quum commemorationem veteris historiæ, quæ in libris legis & Prophetarum comprehensa est, fecisset, dixisse: *Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt enim ad commonitionem nostrā, in quos fines seculorum deuenerunt. Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt: & omnes per mare transierunt: & omnes in Moyse baptizati sunt, in nube & in mari: & omnes eādem escam spiritalem manducauerunt: & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant enim de spiritali consequente eos petra. Petra autem erat Christus.* Si ergo pars historiæ itineris ex Ægypto spiritaliter accipitur, & cætera quæ ab Apostolo pro angustia temporis prætermissa sunt, eiusdem intelli-

F gentiæ conuincentur. Et in Psalm. *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Paulus quoque, *lex spiritalis est.* Et ipse Dominus, *Si crederetis Moysi, & mihi crederetis: De me enim ille scripsit.* Et Euangelium secundum Lucam. *Tunc incipiens a Moyse & omnibus Prophetis, interpretabatur illis, in cunctis scripturis quæ de ipso dicta erant.* Igitur Iudæi, paruuli & qui solidum cibum glutire nequeunt, sed adhuc lacte nutriuntur infantiæ, legant ... onem carneum ac mare rubrum, per quod ad Indiam nauigatur, & manna coriandro simile, & omnia quæ scripta sunt, audiant corporaliter. Leptam domorum, & leptam pellis & stamintis. Taurum honnesdam, iumentum adultum, teum, & Hebræi propter vxorem & liberos seruire cupientis, autem fabula pertoratam. Nos autem deserentes ... Capharnaum, agrum quondam pulcherrimum, & ... gredientes in desertum, pascimur panibus ... Si insipientes iumentis & iumentorum simile, ... rationale animal, tritices & ex grano frumenti ... quod in terram

G cadens & mortuum, multum fructum attulit. Nouē plagis percussa est Ægyptus: frāctus Pharao vt dimitteret populum Dei: ad extremum primogenita perdidit, vt primogenita Israelis Domino sacrarentur. Quos prius tenere cupiebat, inuiti iam expellunt. Exterminator transijt, & terram Gessen pastoralem & pluuijs irrigatam, non audet attingere. Erant enim postes eorum, agni cruore signati, & ore ... loquebantur. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Vnde & appellata est ... solennitas, Phase: quam nos transitum possumus appellare: ... quod de pecoribus ad meliora per ... & ... Ægyptum relinquamus. *Hæ sunt mansiones filiorum Israel, qui egressi sunt de terra Ægypti per turmas suas in manu Moysi & Aaron.* Quas Græci ... vocant, nos propter linguæ proprietatem, significantius mansiones, siue quia de exercitu dicitur, castrametationes. Fit autem catalogus mansionum, à prima vsque ad vltimam & numerantur simul quadraginta duæ. De quibus Matthæus loquitur. Ab Abraham vsque ad Dauid generationes quatuordecim, id est, simul generationes quadraginta duæ. Per has currit verus Hebræus,

H qui de terra transire festinat ad cœlum: & Ægypto seculi derelicta, terram repromissionis ingreditur. Nec mirum si in illo numero sacramentum peruenimus ad regna cœlorum, sub quo Dominus atque Saluator, a primo Patriarcha perdenit ad virginem quasi ad Iordanem: qui pleno gurgite fluens spiritus sancti gratijs redundabat. Quod autem in manu Moysi & Aaron egressos scribit, intellige legem & sacerdotium opera & cultum Dei: quorum alterum altero indiget. Nihil enim prodest exercere virtutes, nisi noueris creatorem: nec Dei veneratio proficit ad salutem, nisi præcepta conditoris impleueris. His duabus mansionibus, quasi duobus Seraphim, in confessione in sanctæ trinitatis erumpimus dicentes: sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Has mansiones Moyses scripsisse dicitur iuxta castrorum loca, quæ ... mutabantur. Audisti quid scripsit Moyses per verbum Domini. Et quid voluit Dominus hæc scribi? Vt prodesset

A [illegible] quas li[illegible] secundū spiri[illegible] Vel quum relinquens [illegible] diuinæ legis accedit [illegible] animæ [illegible] habitatione [illegible] quas nunc per verbum [illegible] Nam de illis [illegible] exuta, uno [illegible] Dominus pronū[illegible] in euangelio dicens: *Multæ mansiones sunt apud patrem:* Ioan. 14.
alioquin dixissem vobis: Vado & præparabo vobis mansionem. Sunt ergo multæ illæ mansiones quæ ad patrem ducunt: in [illegible] quid [illegible] animæ cōmo[illegible] eruditionis aut illuminationis accipiat, sed [illegible] pater, qui ait de semetipso, quia ego sum ostium [illegible] venit ad patrem nisi per me. Qui [illegible] his singulis mansionibus vnicuique animæ ostium [illegible] ipsum intret, & per ipsum exeat, & inueniet pascua. [illegible] intret ad aliam, & inde ad aliam mansionem [illegible] usquequo ad ipsum perueniat patrem. Si vero ad secundam [illegible] quā superius memorauimus expositionem redeamus [illegible] animæ in hac vita positæ per hæc in-

B telligamus profectus, quæ conuersæ [illegible] gentili vita, non tam Moysen quam legem Dei, nec Aaron quam sacerdotem qui permanet in æternum, sequuntur antequam ad perfectum veniat, in eremo habitat. vbi scilicet & exerceatur in præceptis Domini: & vbi fides eius per tentationes probetur. Vbi quum vicerit vnam tentationem, & fides eius in ea fuerit probata, inde venit ad aliam, & quasi de vna mansione ad alteram transit. Et [illegible] quum obtinuerit quæ accid[illegible] sunt & fideliter tul[illegible], pergit ad aliam. Et ita per singula [illegible] incrementa vitæ ac fidei profectus, mansiones habere [illegible], in quibus per singula virtutum quæruntur augmenta: & impletur in illis illud quod scriptum

Psalm. 83 est: *Ibunt de virtute in virtutem:* vsque quo perueniatur ad vltimum, imo ad summum gradum virtutum: & transeatur flumen Dei, ac promissa suscipiatur hæreditas. *Profi[illegible] de Ramesse mense primo, quintadecima die mensis primi, altera die post phase, filij Is[ra]el in manu excelsa, vid[entibus] cunctis Ægyptijs, & sepelientibus primogenitos quos percusserat Dominus (N[illegible] & in dijs eorum [illegible] castra [illegible] sunt in Socoth.*

C Remesse [illegible] quibusdam interpretatur commotio turbulenta, aut amaritudo commotionisque tineæ. Nos autem verius existimamus exprimi [illegible] gaudij. Ad hanc vrbem quæ in extremis Ægypti finibus erat populus congregatus est, qui in desertum ire cupiebat, eo quod tumultum [illegible] culi derelinquens, mouebatur a vitijs pristinis, & ab ex[illegible] peccatorum, vt [illegible] amaritudinem vertens in dul[illegible] Dei vo[illegible] Sina monte [illegible] audiret. Quod autem verba diuina & [illegible] istius seculi & mundi tota toni-

Psal. 28. [illegible] appellantur, Psalmista declarat dicens: *Vox tonitrui tui.* Et Dei patris vocem in baptismo audientes, tonitruum putauerunt. Quum [illegible] commoti fuerimus ad euangelicam tubam, & [illegible] gaudio, eximus in [illegible] primo, quando hyemis præterit & abit sibi, quando ver [illegible] exordium est, quando terra parturit, quando cuncta renouantur. Et [illegible] imus quintadecima die mensis primi, in crastinum paschæ pleno [illegible] lumine post eum

D [illegible] immaculatum, *& calceatos pedes habentes de Apostolo, &*

Ephes. 6 *[illegible] lumbos,* & baculos in manibus præparatos. Qu[illegible] enim in Ægypto quartadecima die mensis [illegible] tamen nūc nobis [illegible] plena [illegible] quando in manu excelsa Ra[illegible] dies [illegible] quæ excelsa dici [illegible] vel quod Aegyptios [illegible] percussit, vel quod protexit Israel videntibus Aegyptijs [illegible] de seculo, & tor[illegible] possideat nec [illegible] in persequu[illegible], quando Aegyptij sepeliunt pri[illegible] operibus op[illegible] Aegyptiorum [illegible], quibus de[illegible] tenebant. Quæ quum [illegible] sic exeuntiū [illegible] In dijs eo-

rum [illegible] fecerunt, illudes, illud Hebræi autem [illegible] nocte qua egressus est populus, omnia in Aegypto [illegible] destructa sunt, siue motu terræ, siue [illegible] spiritaliter autem dicimus, quod egredientibus [illegible] Aegypto, errorū idola corruant. [illegible] cultura quatiuntur. Alij quærendum [illegible] quomodo Deus vindictam faciat [illegible] dæmonibus [illegible] vindictæ dies & iudicij nondum venerit. Sed hanc [illegible] puto in dæmones fieri vindictam, quum is qui ab [illegible] deceptus fuerat, vt idola coleret, per verbum Domini [illegible] conuersus, Deum colit: & ex ipso opere conuersionis, vindicta in eum qui deceperat [illegible]. Similiter & is qui dæmonibus deceptus fuerat ad fornicationem, conuertitur ad pudicitiam, diligat castitatem, errata se defleat, pænitentiæ ipsius [illegible] mis vritur & [illegible] dæmones [illegible] vindicta [illegible] deceptionis auctorem. Similiter [illegible] de superbia ad humilitatem, de [illegible] & per hæc singula dæmones qui se [illegible] decepterant [illegible] & cruciat. Quantis [illegible] tormentis [illegible]

Luc. 18 deant secundum verbum Domini: *[illegible] omnis qui se [illegible]*
[illegible] & qui se humiliat exaltabitur [illegible]

F Super omnia vero eis est tormentorum genera, & super omnes pœnas, si quem videant verbo Dei operam dare scientiam diuinæ legis & mysteria scripturarum intentis studijs perquirentem: in hoc eorum omnibus [illegible] flammis est, in his toto vruntur incendio quoniam quidem ignorantiæ tenebris humanas obscurauerant mentes: & per hæc obtinuerant, vt Deus quidem ignoraretur: ad ipsos vero diuini cultus studia transferrentur. Quæ putas [illegible] illos vindicta datur, quæ infertur [illegible] flamma pœnarum, quum vident hæc lumine veritatis aperiri, & fraudis suæ nebulas per agnitionem legis diuinæ nudari. Possident cunctos qui ignorantia viuunt, [illegible] non solum illos qui in ignorantia adhuc sunt, sed ingerunt se sæpe his etiam, qui agnouerunt Deum, & rursus in eos opera ignorantiæ conantur operari. Neque enim sine ipsis consummatur omne peccatum. Nam quum adulterium quis admittit, non est vtique sine dæmone. Vel quum ipsa [illegible] immolata rapitur, vel quum diripit aliena, & qui sedens aduersus proximū suum detrahit, & aduersus filium matris suæ ponit scan-

G dalum, non est sine dæmone. Et ideo agendum nobis est, ne forte Aegyptiorum primogenita, vel Deos eorū, quos Dominus percussit & extinxit, ne nos suscitemus in nobis, si eis locum dederimus operandi in nobis ea quæ odit Deus. Si autem ab his omnibus contineamus nos eo modo quo superius diximus, dabit vindictam Dominus in omnibus dijs Aegyptiorum. pœnasque ex nostra emendatione & conuersione suscipiunt. Proficiscentes, inquit, filij Israel de Ramesse, castra metati sunt in Socoth. Secūda mansio. In hac coquunt panes azymos, & primū tendunt tabernacula, vnde ex re locus nomen accepit. Socoth quippe interpretatur in lingua nostra, tabernacula siue tentoria. Et ab hoc septimo mense, quintadecima die mensis, solemnitas tabernaculorum est. Quum ergo exierimus ex Aegypto, primum tabernaculum figimus, sciendum nobis ad vlteriora progrediēdum. Tunc enim non comedimus de fermento Aegypti, *de fermento malitiæ*

1. Cor. *& nequitiæ, sed vescimur azymis synceritatis & veritatis.* Domini præcepta opere consummantes *Cauete a fermento Pharisæorum.* In hac nobis præcipitur [illegible] mansione, [illegible] memores simus egressionis ex Aegypto, vt celebremus pascha, id est, phase Domini [illegible] nostri [illegible] cūctarumque virtutum, pro primogenitis Aegypti quæ percussa sunt Domino consecremus. *Et profecti de Socoth, castra metati sunt in Etham, quæ est in extremo solitudinis.* Tertia mansio offertur post tabernacula [illegible] videtur Dominus [illegible] dat populum [illegible] noctis. [illegible] fortitudo [illegible] & [illegible] *[illegible] in Etham,* id est, [illegible] Grandis est fortitudo Ae[illegible] m[illegible] & in extremis [illegible] commorari. [illegible] intelligimus lo[illegible] S[illegible] Aegypti fuisse regiones. In ea [illegible] quod [illegible] qui est in extremis finibus solitudinis, ostenditur, inter [illegible] esse [illegible] &

H

Luc. 12.

Psalm. 77.

A in mansione decima fermentum pooi: & post esum carnium, manna tribui. impleni, scripturam, Panem angelorum manducauit homo. *Profecti de Alus, castra metati sunt in Raphidim, & non erat aqua tibi populo.* Vndecima mansio est. Quam violenter interpretatam in libro Hebraicorũ nominum repeti, vidit os sufficiens eis, aut certe, visium oris fortium: Meliusq; transfertur, dissolutio fortium vel sanitas fortium: quæ iuxta proprietatem linguæ Syriæ, remissio manuum. Hæc & in Exodo legitur post profectionem de eremo Sin. Quæritur in ea populus ob ardorem sitis: fons de petra Horeb erumpit & profluit: tentationis quoq; ,i. masa מסה sortitus est nomen Moyses ascendit in montem: Iesus contra Amalech militat. Ad crucis lignum superatur inimicus. remissis orantis manibus, hostis victor insequitur. Sedet Moyses super lapidem de Zacharia, qui septem habebat oculos: & in Samuelis volumine appellatur Abenhaazer, id est, lapis adiutorij: & vtramq; manum eius, Aaron & Vr, id est, montanus lucidusq; sustentant. Deuicto aduersario superuenit Ietro: adducit Sephoram & vtrosq; filios: dat consilium septuaginta seniorum: & in typum ecclesiæ de gentibus congregatæ, legis immissio euangelio suggerente completur.

B Pulchræ autem dissolutio ac sanitas fortium Raphidim dicitur, vel propter dissipatum Amalech, vel propter sanitate Israel. Si autem remissionem manuum iuxta Syros Raphidim dicitur, dicemus propter offensam populi, quia contra Dominum murmurant, illi loco nomen positũ. Hæc tangimus potius quam exponimus, breuiter indicasse contenti, quod post fermentum Alus & Massam ecclesiæ, soleant multiplicia dæmonum aduersum nos tentamenta consurgere. *Et profecti de Raphidim, castra posuerunt in solitudine Sinai.* Hæc duodecima est: Statim tibi veniat in mente Apostolorũ numerus. Vna de pluribus, sed maior omnibus, non separatur in ordine, sed præcellit in merito. Ad hanc quadragesima septima die perueniunt, scriptura dicente: *Mense tertio egressionis filiorum Israel de Ægypto, in die hac venerunt in solitudinem Sina* &c. De quo supra in secundo libro plenius expositum est. *Et profecti de solitudine Sinai, castra metati sunt in sepulchris concupiscentiæ.* Tertia decima mansio, cuius nomen cum interpretatione editum est, apud Hebræos appellatur, Cibaroth hataaue.

C Est autem sensus ille de euangelio, quod Iesus baptizatus, statim *à spiritu ductus est in desertum, & tentabatur à diabolo.* [Matth. 4.] Itaq; & Israel post tam clarem cum Domino sermonem, postquam iuxta montem Sinai commoratus est anno vno, & diebus quatuor, mira dispositione castrorum, egressus est in solitudinem Pharan, quæ interpretatur onager, aut ferus. Ibiq; succumbit malæ bestiæ fastidiens cælestem panem, & Ægyptiorum carnes desiderans, quando multos subitum vorauit incendium: & intercedente Moyse, humũ vorax flamma consumpsit. *Et profecti de sepulchris concupiscentiæ, castra metati sunt in Haseroth.* Quarta decima mansio est in solitudine Pharan, quæ in atria vertitur. In hac Aaron & Maria propter Aethiopissam, contra Moysen murmurant: & in typum zeli aduersus ecclesiam de gentibus cõgregatam, populus Iudæorum lepræ sorde perfunditur. hæc redit ad tabernaculum, vt pristinam recipiat sanitatẽ, donec statuto in plenitudinis gentium tempus impleat. *Et profecti de Haseroth, castra metati sunt in Rethma.*

D Pro quo supra in hoc eodem libro legimus: Postquam profectus est populus de Aseroth, castra metati sunt in solitudine Pharan. Hæc est autem quintadecima mansio. Et notandum: quod reliquas mansiones decem & nouem, quarum nũc breuiter catalogus describitur, à Rethma vsq; ad Asiongaber, id est, vsq; ad tricesimam secundam mansionem sub Pharan solitudinis nomine contineatur. In quibus vniuersa quæ scripta sunt, diuersis temporibus gesta sentimus. Hoc est de duodecim exploratoribus missis ad terram sanctam & botri ab ea relatione in ligno, de murmuratione populi Iudæorum gigantium impetum reformidantis, & per eius pugnam contra Amalech à quo superatur, de Dathan & Abiron & filijs Chore, & vindicta in eos prolata, de virga Aaron germinante, & vitula rufa in holocaustum concremata & cinere aspersionis. Quæ omnia supra in libro exposita sunt. Rethma transfertur

E sonitus vel iuniperus: quamuis plerique ῥαθάμιν apud Græcos, aliud genus arboris significare contendant. Iuniperum autem & primus graduũ psalmus iuxta Hebraicam veritatem sonat, vbi scriptum est: *Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?* [Psal. 119.] Et Propheta respondet: *Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus iuniperorum.* Pro quo apud nos legitur, desolatorijs. Fertur autem lignum hoc ignem multo tempore conseruare: vt pruna si ex eius cinere operta fuerit, vsq; ad annum perueniat. Ex quo discimus, post sepulchra concupiscentiæ & vestibula, transire nos ad lignum, quod multo tempore calorem teneat, vt simus feruentes spiritu: & claro sonitu, euangelium in altum exaltata voce, Domini prædicemus. *Profectique de Rethma, castra metati sunt in Remmonphares.* Sextadecima mansio quæ interpretatur Græco sermone [illegible], Latine mali punici diuisio, quod alij malum granatum vocant. Cuius arboris fructus in scripturis dupliciter accipitur. Aut in ecclesiæ gremio quæ omnem turbam credentium suo cortice regit, aut in varietate consonantiaq; virtutum. Iuxta illud quod scriptum est. *Multitudinis autem credentium, erat cor vnum & anima vna.* [Act. 4] Sicq; diuersi sunt singuli gradus, vt omnes eadem compage teneantur.

F *Vnde egressi venerunt in Lebna.* Septima decima mansio: quam in lateres possumus vertere. Licet quidam Lebna transferentes, male candorem interpretati sint. Legimus Ægyptios lateres in Exodo, quos populus faciens ingemuit. Legimus in Malachia, pro quibus Idumæa destructis, lapides politos reponere nititur: & laterem in Ezechiel: in quo obsessæ Ierusalẽ pictura describitur. Ex quibus discimus, in itinere illius vitæ, & de alto in aliud transitu nũc nos crescere: nunc decrescere: & post ordinem ecclesiasticũ, sæpe ad laterum opera transmigrare. *Et de Lebna castra metati sunt in Ressa.* Octauadecima mansio in frenos vertitur. Si enim post profectum rursum ad luti opera descendimus infrenandi sumus: & rursus vagi atq; præcipites, temperatiuo retinaculis dirigendi. Hoc verbum quantum memoriæ suggerit, nusquam in scripturis sanctis apud Hebræos inuenisse me noui absq; libro apocrypho: qui à Græcis μακρόγενεσις appellatur. Ibi in ædificatione turris pro stadio ponitur, in quo exercentur pugiles & athletæ, & cursorum velocitas comprobatur.

G Dicit & Psalmista: *In freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.* [Psal. 31.] Et Apostolus: *Nescitis quoniam qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium: Sic currite vt comprehendatis.* [1. Cor. 9] *Et profecti de Ressa, castra metati sunt in Ceelatha.* Nona decima mansio interpretatur ecclesia. Vagi currentium gressus, frenis ad ecclesiam retrahuntur, & fores quas ante reliquerant, rursum intrare festinant. *Vnde profecti, castra metati sunt in monte Sepher.* Vicesima mansio interpretatur pulchritudo, & in monte decoris, est constituta. De qua & quartidecimi psalmi principium sonat: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo?* [Psal. 14.] Vide quid prosint frena. A vitijs nos retrahunt: introducũt ad virtutum choros: & in Christo monte pulcherrimo, habitare faciunt. *Iste* iuxta Daniel *lapis excisus de monte sine manibus, creuit in montem magnum: & impleuit omnem terram.* [Daniel. 2] *Iste* iuxta Ezechiel, *vulnerauit principem Tyri.* Ad illum in Esaia & Michæa, populi confluunt dicentes: *Venite ascendamus in montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & annuntiabit nobis vias suas: & ambulabimus in semitis eius.* [Esa. 2.]

H *Et egressi de monte Sapher, venerunt in Arada.* Vicesimaprima mansio, vertitur in miraculum. Quam pulcher ordo profectuum quam egregia textura credentium. Post opus lateris infrenamur, post frenos in ecclesiam introducimur, post habitationem ecclesiæ, ad Christum in montem ascendimus: in quo positi, stupemus atq; miramur: vt nolit in laudibus eius sermo superetur, in mentis stupore, *quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt.* [1. Cor. 2] *Inde profecti sunt, castra metati sunt in Maceloth.* Vicesimasecunda mansio, in cœtus vertitur. In hac enim consistit multitudo credentium, ecclesia primitiuorum, virtutum omniũ consonantia. Tunc vere possumus dicere: *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.* [Psal. 132.] Et Dominus facit vnius moris in domo. *Profectique de Maceloth, castra metati sunt in Thaath.* Vicesima tertia mansio potest & subter

A intelligi. Sed melius pauorem interpretabimur. Veristi ad ecclesiam, ascendisti ad montem pulcherrimum, stupore & miraculo, Christi magnitudinem confiteris. Vides ibi multos virtutis tuę socios, noli altum sapere sed time. Dominus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et qui se exaltat, videat ne cadat. Potentes potenter, tormenta patientur. Timor, virtutum custos: & securitas, ad lapsum facilis. Vnde & in quodam psalmo, postquam Propheta dixerat: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit*, longum timorem qui custos beatitudinis est & infert. *Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Et est sensus: Dum tormenta formido, seruaui gratiam quam acceperam. *De Thaath, castra metati sunt in Thare.* Vicesimaquarta mansio: quam nonnulli vertunt in malitiam vel in pasturam. Nec errarent, si per Ain y literam scriberetur. Nunc vero quum aspiratio duplex in extrema sit syllaba, erroris causa manifesta est. Hoc eodem vocabulo & eisdem literis scriptum inuenio patrem Abraham, qui in supradicto apocrypho Geneseos volumine, abactis coruis qui hominum frumenta vastabant, abactoris vel depulsoris sortitus est nomen. Itaque & nos imitemur Thare, & volucres cæli quæ iuxta viam satum

B triticum deuorare festinantes, solicitius prohibeamus. Nam & Abraham Patriarcha, in typo Israelis, hostiarum diuisa membra sacrificij, quæ à volucribus non sinit deuorari. Et contemptorem oculum effodiunt corui de conuallibus. Verosque Moyses ducit Aethyopissam, & Helias à coruis pascitur. Si habueris pauorem, solicitus eris. Si solicitus fueris, leo in caulas ouium tuarum introire nō poterit. Quod vel ad præpositos ecclesiarum, vel ad custodiam refertur animę tuæ: ad quam diabolus per diuersa vitiorum foramina ingredi nititur. *Vnde egressi fixere tentoria in Methca.* Vicesimaquinta mansio vertitur in dulcedinem. Ascendisti in excelsum animum, transisti virtutum choros innumeros, ruinā abegisti insidiatores, dulcis te prorinus fructus insequitur laboris: & in morem literarum, radicum amaritudinem, pomorum suauitas compensabit, & dices: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* Sponsumque tibi audies concinentem: Mel distillant labia tua, soror mea sponsa. Quid enim suauius disci-

C plina, quid eruditione melius, quid dulcius Domino? *Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus.* Vnde & Samson qui abegerat à frugibus suis aues, & vulpes quæ exterminant vineas colligauerat, leonemque interfecerat rugientem, fauum inuenit in ore mortui. *Et de Methca, castra metati sunt in Asmona.* Vicesimasexta mansio in lingua nostra festinationem sonat. Iuxta illud quod in psal. scribitur:

Psal. 67. Venient legati ex Ægypto. Pro legatis in Hebræo festinantes legimus: vt postquā dulces fructus laboris messuerimus non simus quiete contenti & otio & rursum ad vlteriora properantes, obliuiscamur præteritorum, & in futura nos extendamus. *Et profecti de Asmona, venerunt in Moseroth.* Vicesimaseptima mansio vincula siue disciplinas sonat: vt festino gradu pergamus ad magistros, & eorum liminaterramus: & pręcepta virtutum ac mysteria scripturarum, vincula putemus æterna. Iuxta illud quod in Esaia dicitur. Et Sabaim viri sublimes, ad te transibunt & tui erunt. Post hæc ambulabunt vincti manicis. Et *Paulus vinctus* IESV CHRISTI. Duplicia sunt in scripturis vin-

D cula quæ dirupit Sampson, & vicit ionnicos. Et de meretrice legimus, vinculum in manibus eius. Et ex persona

Psal. 2. Domini dicentis: *Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum.* Et alibi: *Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.*

Psal. 123. Christi autem vincula voluntaria sunt, & vertuntur in amplexus. Quicunque his fuerit colligatus, dicet:

Cantic. 2. *Sinistra eius sub capite meo: & dextera eius complectetur me.* *Et de Moseroth castra metati sunt in Baneiaacan.* Vicesimaoctaua mansio est Baneiaacan, quæ interpretatione transfertur, in filios necessitatis seu stridoris. Si ab vno incipias numero, & paulatim addens ad septimum vsque peruenias, vicesimusoctauus numerus efficitur. Qui sint isti filij necessitatis, psalmus ipse nos doceat: Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum. Quæ est tanta necessitas, quæ nolentibus imponatur? Cum diuinis scripturis fueris eruditus, & leges earum ac testimonia scieris

veritatis, contendens cum aduersarijs, [illegible] gabis eos, & E ductos duces in captiuitatem. & de hostibus quondam atque captiuis liberos Dei facies: repente dicas cum [illegible] Ego sterilis & non pariens: transmigrata & captiua & istos quis enutriuit? Ego destituta & sola. & isti vbi erant? Porro quod vertimus filios stridoris, ad illum sensum refer, quod timore supplicij, & eius loci vbi est fletus & stridor dentium, deserentes diaboli vincula, Christo Domino credentium turbæ colla submittant. *Egressi quoque de Baneiaacan venerunt in montem Gadgad.* Vicesimanona mansio interpretatur nuntius siue expeditio & accinctio: vel certe quod nos verius arbitramur κατακοπή, id est, concisio. Haud aliter possumus magistri discipulorum atque credentium eos facere filios necessitatis, nisi præceptores eorum interfecerimus, crudeles simus in occisione eorum. Non parcat manus nostra, armum aut extremum auriculæ de ore leonum extrahere. Maledictus qui facit opus Dei negligenter, & prohibet gladium suum à sanguine. Vnde & Dauid, *In matutino*, inquit, *interficiebam omnes peccatores terræ.* Psal. 100. De nuntio autem & accinctione hæc breuiter possumus dicere, quod filijs necessitatis grandes ad virtutum stimulos suggeramus, cum eis nuntiauerimus

F præmia futurorum, & accinctos inire bella docuerimus. Horum enim quicquid magister fecerit, in monte consistit. *Et profecti de monte Gadgad, castrametati sunt in Iethebatha.* Trigesima mansio bonitas interpretatur: vt quum peruenerimus ad perfectum virum in sacerdotalem gradum, & in ætatem plenitudinis Christi, in qua & Ezechiel erat iuxta fluuium Chobar, possimus cum Dauid in tricesimo psalmo canere: *Domine in te speraui, non confundar in æternum.* Pastor enim bonus, ponit animam suam pro ouibus suis. *Et profecti de Iethebatha, castrametati sunt in Ebrona.* Trigesima mansio interpretatur transitus siue transitio. Ad hanc venit verus Hebræus atque transitor qui dicere potest: transiens videbo visionem hanc magnam. De quo & Psalmista ait: *Et non dixerunt qui præteribant, benedictio Domini super vos.* Psal. 128. Præterit enim figura huius mundi. Et propterea sancti cupiunt ad meliora transire, nec præsenti statu contenti, ingemiscunt quotidie. *Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei.* Psal. 41. *Et egressi de Ebrona, castrametati sunt in Asiongaber.* Trigesimasecunda mansio est in Asiongaber, quæ transfertur in ligno viri. Possunt hæc ligna viri G saltuum, & omnium arborum genera, multitudinem gentium figurare. Huc vsque solitudo Pharan decem & octo continet mansiones: quæ descriptæ in catalogo, in superiori itinere non ponuntur. *Inde profecti venerunt ad desertum Sin, hoc est Cades.* Quæritur, cur octaua mansio, nunc tricesimatertia esse dicatur. Sed sciendum, quod prior per Samech ס literam scribitur: interpretaturque rubus siue odium. Hæc autem per Sade צ: & vertitur in mandatum. Illudque quod iungitur, Cades, non vt plerique existimant sancta dicitur, sed mutata siue translata. Legimus in Genesi iuxta Hebraicam veritatem, vbi Iudas meretricem putans Thamar, dona transmittit, & sequester Gen. 38. numerum interrogat, *vbi est cadesa*, hoc est scortum, cuius habitus à cæteris fœminis immutatus est. In multis quoque locis hoc idem reperimus. Sin autem sancta interpretatur, κατ' ἀντίφρασιν, est intelligendum, quomodo Parcæ dicuntur ab eo, quod minime parcant: & bellum H quod nequaquam bellum sit: & lucus quod minime luceat. In hac etiam mansione moritur Maria & sepelitur: & propter aquas contradictionis, Moyses & Aaron offendunt Deum, & prohibentur transire Iordanem. M[illegible] sitque nuntijs ad Edom, transitus petitur nec impetratur. Quis timeret post tantos profectus murmur populi, & offensam magistrorum, & viæ transitus denegatos? Et nota quod post mortem prophetiæ & aquis contra[illegible]nis. Idumæum carnem atque terrenum transire non possunt: & [illegible] multis precibus & conatu [illegible] non [illegible] petierent: sed egrediatur Edom aduersus eos in [illegible]pulo, & in manu forti. Interpretatio quoque no[illegible], mortis & offensæ, & negatio transitus conuenit. Vbi e[illegible] mandatum, ibi peccatum. Vbi peccatum, ibi offensa. Vbi offensa, ibi mors. Hæc est mansio de qua Psalmista ca

A nit: Commouebit Dominus desertum Cades. *Egressi que de Cades, castra metati sunt in monte Hor, in extremis finibus terræ Edom. Ascenditque Aaron sacerdos montem Hor iubente Domino, & ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorum Israel ex Ægypto, mense quinto, prima die mensis, quum esset annorum centum viginti trium. Audiuitque Chananæus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, in terram Chanaan venisse filios Israel.* Trigesima quarta mansio est, quam plerique interpretantur lumen. Nec ita tacent, si per Aleph & literam scriberetur. Alij pellem. Ipsi verum dicerent, si esset Ain ע positum. Nonnulli foramen. Quod posset accipi, si Beth ב haberet elementum. Quum autem legatur per He ה magis mons intelligitur, & legi potest: Ascendit Aaron sacerdos in montis montem, i. in verticem montis. Ex quo etiam aduertimus non in montem simpliciter, sed in monte montis pontificem mortuum: vt dignus loci eminentia illius demonstraretur. Moritur autem eo anno, quo nouus populus repromissionis, intraturus erat, in extremis finib. terræ Idumæorum: & plangit eum populus triginta diebus. Aaron plangitur, Iesus non plangitur. In lege descensus ad inferos: & in euangelio ad paradisum transmigratio.

B Audit quoque Chananæus quod venisset Israel: & in loco exploratorum vbi quondam offendisse populum nouerat, infert prælium: & captiuum ducit Israel intusq; in eodem loco pugnat ex voto. Victor vincitur: victi superant. Appellaturq; nomen Horma, id est, anathema. Eadem dicere mihi non est pigrum legentibus necessarium: quod semper humanus status, in huius seculi via fluctuet, & alius in valle, alius in campo, alius moriatur in monte. nec in monte simpliciter, sed in montis mõte, id est, in excelso vertice. Quumq; nos Dei auxilio destitutos hostis inuaserit, duxeritq; captiuos, non speremus salutem: sed iterum armemur ad prælium. Potest fieri vt vincamus vbi victi sumus: & in eodem loco triũphemus, in quo fuimus ante captiui. *Et profecti de monte Hor, castra metati sunt in Selmona. Vnde egressi venerunt in Phinon.* Hæ duæ mansiones, trigesima quinta, & trigesima sexta, in ordine historiæ, nõ inueniuntur: sed scriptum est pro eis: Egressi sunt de mõte Hor, per viam maris rubri & circuierunt terram Edom. Ex quo ostenditur, in finibus atque circuitu terræ

C Edom, eas positas. Nec secundum morem legitur, Profecti de monte Hor, castra metati sunt in Selmona siue in Phinon, sed post ambitum terræ Idumæorum, venit ad extremum & ait: Profecti filij Israel, castra metati sunt in Oboth. Nec dixit profecti sunt de illo in illum locum, quia duas mansiones silentio prætermiserat. Quas in supputatione tacuerat, reddit in summa. Prima mansio Selmona, interpretatur imaguncula. Secunda Phinon, diminutiue os ab ore, non ab osse intellige. In his Aaron mortuo, murmurant contra Dominum & Moysen: manna fastidiunt: à serpentibus vulnerantur: & in typum saluatoris, qui verum antiquumque serpentem in patibulo triumphauit, diaboli venena superantur. Vnde & imagũcula, vere capessatq; imaginis Dei filij, passionem eius intuens consequatur: & quod corde credit, ore pronuntiat,

Rom.10. legens illud Apostoli. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem cõfessio fit ad salutem. Profectique de Phinon, castra metati sunt in Oboth.* Trigesima septima mansio est in Oboth, quæ vertitur in magus siue in pythones: significans spirituales serpẽ-

D tes, & artes maleficas ad bella nos prouocare. quas per diuinam protectionem in custodia cordis superare debemus. *Et de Oboth venerunt in Ieabarim, quæ est in finibus Moabitarum.* Trigesima octaua mansio, aceruos lapidum transeũtium sonat. Sunt sancti lapides qui voluuntur super terram, leues, politi: & rotunditate sua, rotarum cursibus similes. Sunt & alij quos Propheta tollit de via, ne ambulantium in eo offendant pedes. Qui sunt isti ambulantes? Vtiq; viatores & prætereuntes, qui per istud seculum, ad alias mansiones transire festinant. Quod autem dicitur, in finibus Moab contra solis ortum, ostendit iuxta literam, quod hucusq; in finibus terræ Idumæorum fuerint: & nunc veniant ad terminos Moab, de alia prouincia ad aliam transeuntes, sicut in superioribus iam dictum est. Non enim semper vni virtuti danda est opera. sed sicut

Psal.83. scriptum est: *Ibunt de [illegible]*, de [illegible] ascendũ

E st ad aliam: quia hærent sibi, & ita inter se nexæ sunt, vt qui vna caruerit, omnibus careat. Et tamen transitus de alia ad aliam eorum est proprie, qui soli iustitiæ ortũ considerant. *Et egressi de Ieabarim, fixerunt tentoria in Dibongad.* Trigesima nona mansio, interpretatur fortiter intellecta tẽtatio. Pro hac in ordine historiæ aliter scriptum reperi. Postquam enim castra metati sunt in Ieabarim, in finibus Moab contra orientem solis, legitur *Inde profecti sunt, & diuerterunt ad torrentem Zareth. Et de hoc loco profecti exierunt, castra metati sunt trans Arnon: quæ est in solitudine finium Amorræi: eo quod Arnon terminus sit Moabitarum & Amorræorum*, &c. Post Dibongad, geritur bellum contra Seon regem Amorræorum, & Og regem Basan: & discimus, quod quum venerimus ad summum, & de fonte principum regumq; biberimus, ascendentes ad montem Phasga, non debeamus eleuari in superbiam: sed propositam nobis è contrario solitudinem intueamur. Ante contritionem eleuatur cor viri: & ante gloriã humiliatur. *Vnde egressi, castra metati sunt in Almon Deblathaim.* Quadragesima mansio vertitur in contemptum plagarum, siue opprobriorum. Et per hanc discimus omnia dulcia & illecebras voluptatum in seculo contemnendas: nec inebriari nos debere vino mundi,

F in quo est luxuria. Mel non offertur in sacrificijs Dei: & cætera quæ dulcia continent, non iacent in tabernaculo: sed oleum purissimum, quod de oliuæ premitur amaritudine. Mel enim distillat de labijs mulieris meretricis. De quo puto iuxta mysticos intellectus gustasse Ionathã: & forte deprehensum vix populi precibus [illegible] und autem opprobria contemnenda sint, & si talia obijciantur, beatitudinem pariant, Saluator plenissime docet. *Et egressi de Almon Deblathaim, venerunt ad montes Abarim, contra Nabo.* Quadragesima prima mansio, vertitur in montes transeuntium: & est contra montis faciem Nabo, vbi moritur & sepelitur Moyses, terra repromissionis ante conspecta. Nabo interpretatur conclusio, in qua finitur lex: & non inuenitur eius memoria. Porro gratia euangelij, absque vllo finditur loco. *In omnem terram exiuit so-* Psal.18.
nus eius, & in fines orbis terræ, verba illius. Simulque considera, quod habitatio transeuntium in montibus sita sit: & adhuc protectu indigeat. Post montes enim plurimos, ad campestria Moab & Iordanis fluenta descendimus,

G qui interpretatur descensio. Nihil enim vt crebro diximus, tam periculosum est, quam gloriæ cupiditas & iactantia, & animus conscientia virtutum tumens. *Profectique de montibus Abarim, descenderunt ad campestria Moab super Iordanem contra Iericho. Ibique castra metati sunt de Bethsimoth, vsque ad Bethsattim, in planioribus locis Moabitarum.*

In quadragesima secunda quæ extrema mansio est, cursim quæ gesta sint narremus. Refudens in ea populus, à diuino Balaam quem mercede conduxerat Balac filius Sephor, Dei benedicitur iussione & maledictio mutatur in laudes. Audit voces Domini, & prophano ore resonat: Orietur stella ex Iacob, & consurget homo de Israel & percutiet principes Moab, & vastabit filios Seth: & erit Edom hæreditas eius. Fornicatur cum filiabus Madian. & Phinees filius Eleazar, zelatus zelum Domini, Zambri & scortum Madianitarum, pugione transfigit. Vnde & accepit præmium in æternam memoriam,

H æternum victimæ. Numeratur rursum populus: numerantur & Leuitæ: vt interfectis pessimis, nouus Dei populus censeatur. Interpellant quinque filię Salphaad: & iudicio Domini hæreditatem accipiunt inter fratres suos: nec fœmineus à possessione Dei, sexus excluditur. Iesus Moysi in monte succedit: & offerit à lege, quę spiritaliter offerre debeat in ecclesia. Primum quidem per singulos dies. Deinde quid sabbato, quid in Kalendis, quid in pascha, quid in pentecoste, quid in neomenia mensis septimi, quid in ieiunio eiusdem mensis die decimo, quid in scenopegia quando figuntur tabernacula, quintodecimo die mensis supradicti. Vxorum & filiarum vota, absq; auctoritate patrum & virorum causa, memorantur. Bellum contra Madianitas, & mors diuini Balaam & prædæ diuisio, & oblatio earum in tabernaculo Dei. Primus Ruben & Gad, & dimidia tribus Manassæ, contra Iordanem in eremo possessionem accipiunt. Plurima enim habebant

A iumenta, & needum ad id venerant, vt possent habitare cum templo. Docetur populus vt in terra sancta idola destruat, & nullus de priori habitatione seruetur. Describitur olim cupita prouincia, & duarũ semis tribuum hæreditas separatur. Numerantur tribuũ principes qui terram sanctam debeant introire. Quadraginta duas vrbes cum suburbanis suis vsq; ad mille passus per circuitum, Leuitæ accipiunt: tot numero, quot & illæ sunt mansiones. Et adduntur fugitiuorum sex aliæ ciuitates. tres intra Iordanem, & tres trans Iordanem, vt sint simul quadraginta octo. Qui fugitiuorũ suscipi qui interfici debeant: & vsq; ad mortem pontificis magni reseruati. Succedit Deuteronomium secunda lex, mediatorium euangelij: ibiq; breuiter discimus, quæ inter Pharan, Tophel & Labã, & Haseroth, & loca aurea abiecto Iuda infelicissimo, vndecim diebus via de Horeb per viam montis Seon vsq; ad Cades Barne, Moyses populo sit loqoutus, & extremũ canat canticum: in quo apertissime synagoga proijcitur: & ecclesia Domino copulatur. *Impinguatus est & incrassatus & dilatatus, & recalcitrauit dilectus: & oblitus est Dei salutaris sui.* Et iterum: *Generatio peßima est, filij increduli: ipsi ad æmulationem me prouocauerunt in eo qui non erat Deus: irritauerunt me in sculptilibus suis. Et ego æmulari faciam eos nationes, & contra gentem stultam irritabo illos.* Benedicuntur filij Israel, & rursus in Simeone Iudas miserandus excluditur. Ascendit Moyses ad montem Nabo in vertice Phasga, qui est contra Iericho, & ostendit ei Dominus omnem terram Galaad, vsq; ad Dan & Nephtalim & Ephraim, & Manasses, & vniuersam terram Iuda, vsq; ad mare magnum cõtra austrum & regionem campestrem Iericho, cunctam ciuitatem palmarum vsq; Segor. Quis potest tanta nosse mysteria? Quis in extremis legis & huius vitæ finibus constitutus, intelligit semper sibi esse pugnandum, & tũc plenam victoriam dari, si fuerit in campestribus? Si in Abel Setim quod interpretatur luctus spinarum, fleat antiqua peccata, & spinas quæ suffocauerũt sementem verbi Dei, & de quibus Propheta dicit: *Versa us sum in miseria, dũ configitur spina mihi.* Nec silendũ arbitror, quod quidam quærendum putant, mansiones quadraginta duæ filiorum Israel in solitudine, quæ hic in vltima libri Numerorũ parte computantur, quot vel quibus sint annis aptandæ, longissimi illius itineris quo ab Ægypto vsq; ad terram repromissionis ille populus agebatur. Sed his satis responsum esse æstimo in epistol. Bedæ presbyteri quam ad Accan antistitem super hac re conscripsit: quam profectò ex maxima parte, in hoc nostro opusculo pro hac quæstione soluenda, ponendam esse censuimus. Castra videlicet vel mansiones easdem, trium tantummodo congrue annorum. Primi videlicet & secundi & quadragesimi egressionis ex Ægypto: quorum primus continet annus mansiones certa distinctione duodecim. Primã Ramesse quintadecima die primi mensis ingressam, vltimam solitudinem Sinai prima die tertij mensis additam: & per vndecim menses continuos construendi tabernaculi, & docendæ legis gratia minime relictam. Quarum videlicet quindecim mansionum, nouem solummodo liber Exodi nominatim exprimens, cæteras tres sub deserto Sin quod esse dicitur inter Elim & Sinai, vocabulo indiscrete prætexit. Secundus annus complectitur mansiones viginti & vnam. Quibus in ordine historiæ, cunctis indifferenter sub solitudinis Pharan nomine comprehensis, prima solum secunda & vltima, hoc est, sepulchra concupiscentiæ, Haseroth & Cades, suo distinguuntur ex nomine. Sed in catalogo mansionum pariter omnes quot numero fuerint, vel quo nomine dictæ, diligenter ostenditur. Quarum prima mansio, hoc est, sepulchra concupiscentiæ, secundo mense eiusdem secundi anni, vicesimo secundo die mensis introita. Anno enim secundo vt scriptura dicit, mense secundo, vicesimo die mensis mouerunt castra de deserto Sinai: & recubuit, inquit, nubes in solitudine Pharan: profectique sunt de monte Domini, viam trium dierum, donec venirent ad locum mansionis, quæ incerto populi carnes Aegyptias desiderantis, sepulchrorum concupiscentiæ, nomen accepit. Vltima autem horum mansio, id est, Cades, quo die vel mense eiusdem anni sit ingressa, non dicitur: sed tamen quia, & ipsa in solitudine Pharan sita, quia eodem anno fuerit addita, non tacetur. E

Num. 12. Scriptum est enim: *Et populus non est motus de illo loco, donec reuocata Maria, profectus est de Haseroth fixis tentoriis in deserto Pharan, vbi loquutus est Dominus ad Moysen, dicens: Mitte viros qui considerent terram Chanaan.* Quod ne proxima post Haseroth mansione iussum factumq; putetur, sed potius intelligatur in vltima earum, quæ sub Pharan solitudinis nomine continetur impleretur, videamus quod infra scriptum est. Reuersiq; exploratores terræ post quadraginta dies, omni regione circuita, venerunt ad Moysen & Aaron, & ad omnem cœtum filiorum Israel, in desertum Pharan, quod est in Cades. Sed in Deuteronomio Moyses ipse loquitur populo capite primo: Quumq; venissetis in Cades barne, dixi vobis: Venistis ad montem Amorræi, quẽ Dominus Deus noster daturus est nobis. Vide terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi: ascende & possidete eam. Et accessistis ad me omnes atq; dixistis: Mitte viros qui considerent terram, &c. Quod autem eandem mansionem secundo anno egressi de Ægypto adierint, à qua tamen peccato murmurationis retro conuersi, ac multo tempore post desertum vagi errare, & passim cadere meruerint, testatur Moyses in istis consequentibus dicens. F

Deut. 2. *Sedistis ergo in Cades barne multo tempore. Profectique inde, venimus in solitudinem, quæ ducit ad mare rubrum, sicut mihi dixerat Dominus & circuiuimus montem Seir multo tempore.* Et infra:

Deut. 2. *Tempore autem quo ambulauimus de Cades barne, vsq; ad transitum torrentis Zareth, triginta octo annorum fuit, donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de castris, sicut iurauerat Dominus.* Zareth autem nomen est mansionis, de illis dico quadraginta duabus: sed nomen torrentis, ad quem sicut in Numerorum volumine legitur, transgressa vicesima octaua mansione nomine Ieabarim, venerũt. Quem relinquentes, inquit, castra metati sunt in Arnon, quæ est in deserto & prominet in finibus Amorræi. Quod quadragesimo anno gestum fuisse, non latet. Qui videlicet annus quadragesimus idem & vltimus, longinquæ per desertum viæ mansiones continet numero decem. Quorum prima est magno labore repetita, eadem ipsa Cades deserti Sin: quam ante triginta octo annos vt dictũ est, culpa præuaricationis exigente, post se reuersi reliquerant.

Num. 20. De qua ita scriptura ait. *Veneruntq; filij Israel, & omnis multitudo in desertum Sin, mense primo: & mansit populus in Cades. Mortuaq; est ibi Maria, & sepulta est in eodem loco. Quumq; indigeret aqua populus, coierunt aduersum Moysen & Aaron:* & cætera vsq; ad id quod scriptum est: *Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra Dominum, & sanctificatus est in eis.* G Notandumque quod eadem Cades & in deserto Pharan esse & in deserto Sin, scriptura itam referat. Vnde conijciatur consueto more locorum, pariter deserti Pharan, vbi Cades est, specialiter Sin appellari. Sin autem non ipsa est Cades quam mox transgresso mari rubro, inter Elim & Sinai pertransiere: sed alia prorsus alijsq; apud Hebræos scripta elementis. Secunda vero eiusdem quadragesimi anni mansio est mons Hor, in quo occubuit Aaron prima die mensis quinti. Vltima cãpestria Moab super Iordanem contra Iericho, vbi Deuteronomium meditantes manserunt, vsq; dum post mortem Moysi, Iosue duce, prima die decimi mensis, sicca fluenta Iordanis profunda transierunt. Fiũt ergo omnes mansiones primi anni, duodecim. Secundi viginti vna. Vltimi & ipsi vicesima prima, quæ est Cades. & aliæ nouem, id est, simul omnes quadraginta duæ. H Ibi diligentius intuendum, quare legislator tanta solertia trium annorum conscripto catalogo, reliquas maluerit præterire silentio: ita vt tanto tempore, nullo potius seculorum spatio distincta mansionum loca, sub textu continuæ narrationis, quasi mox sibi inuicem succedentia connectat. *Egressique de Ebrona, castra metati sunt in Asiongaber. Inde profecti venerunt in desertũ Sin, hoc est Cades. Egreßique de Cades, castra metati sunt in monte Hor.* Num. 33. Quum superiora solicitius inquisita, doceant eos secundo suæ profectionis anno, de Asiongaber venisse in Cades, & post longos triginta & octo annorum anfractus, de repetita tandem eadem Cades, venisse in montem Hor, nequaquam hoc frustra, sed magis mysterij

A gradatim aliter actum conscriptum intellige. Vbi in suo superiore tractatu, moral [illegible] sententi[illegible] qu[illegible] quia [illegible] mansionum contextus earmo[illegible], qui de seruitute Ægypt[illegible] ad terram repromissionis prouehit, sicut B. Hier[illegible]mus libri super [illegible] enucleatim exponit [illegible] petax est spiritalis ascensio virtu[illegible]: quibus ecclesiæ [illegible] ista, quibus vnaquæque anima [illegible] liberta tis ad [illegible] conualle lach[illegible]matum, d[illegible] situm sibi locum, hoc [illegible] d videndum Deum [illegible] eorum in Sion [illegible] tagit ascendere, donec saluo nostri [illegible] operis incessu, proficimus de virtute in virtutem, quasi quædam castra mansionesque, Deo duce rectissimas, [illegible] conspectui dignissimas, per desertum mundi intentes agamus. At quoties [illegible] quibuslibet dirupientibus, accepto varietatis [illegible] deuiamus. Non enim statim ad altiores virtutum gradus ascendere possumus, sed interim ab infimis miseræ mentis defectibus, paulatim superiora debemus pœnitendo repetere: donec dignis pœnitentiæ fructibus acti, perueniamus reduces ad ipsum de quo lapsi fuimus mod[illegible] cul[illegible] gra[illegible] spiritalis ac sic intern[illegible] illum ad tempus incipiamus iter agere virtutum [illegible] exuti veterē hominem cum actibus eius, & induti nouum qui secundum
B Deū creatus est, in iustitia & sanctitate & veritate. Quod mors & [illegible] patrum peccantium in deserto, ibidemque natæ & adultæ significat iuuentutis alacritas: quæ finito mortis deuicta, digna sit regnum supernæ promissionis intrare. Ita enim fit, vt renouata nostræ bonæ conuersationis iuuentute sicut aquilæ, tanta iam ac talia malignis spiritibus occurrentes, valeamus firmare castra supernorum profectuum, quæ non solum diuino respectu grata, sed etiam spiritalium patrum sint scriptis ac laude dignissima.

CAPVT IX.

Præceptum Domini ad Moysen de idolis confringendis.

Num. 33 *LOquutus est Dominus ad Moysen dicens: Præcipe filijs Israel & dices ad eos: Quando transieritis Iordanem intrantes terram Chanaan, disperdite cunctos habitatores regionis illius. Vitulos & statuas comminuite, [illegible] excelsa vastate: mundantes terram & habitantes in ea. Ego enim dedi vobis eam in possessionem, quam diuidetis vobis. Pluribus dabitis latiorem, & paucis angustiorem. Singulis vt sors ceciderit, ita hæreditas tribuetur. Per tribus & familias possessio*
C *diuidetur.* Quid est quod Dominus iubet Israelitis, vt quādo transierint Iordanem, intrantes terram Chanaan, disperdant cunctos habitatores regionis illius, & confringant vitulos, atque omnia excelsa vastent, mundantes terram habitationis suæ, nisi vt post baptismi perceptionem, studeamus omnigena vitiorum agmina de carne nostra exstirpare: mundantes terram cordis nostri: quatenus munere virtutum ditati, salubriter in ea conuersemur? Iordanem ergo transijt, qui crimina culparum vnda baptismatis abluit. Terram Chanaan, hoc est terram repromissionis adit, qui sibi possessionem virtutum adquirit: vt deposito veteri homine cum actibus suis, qui corrumpitur [illegible] m desideria erroris, induat nouum, eum qui re[illegible] in agnitione Dei, secundum [illegible] ginem eius qui
D [illegible] auit eum. Iste disperdit cunctos habitatores regionis [illegible], quum malignos spiritus cum suggestionibus suis ac [illegible] antasmate vitiorum, timore Christi compunctus, de [illegible] te sua conterere satagit. De quo per Psalmistam dicitur: *Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram.* Hic excelsa vastat, quum superbiam carnis suæ edomare festinat: [illegible] mundam terram habitationis suæ iure hæreditario possidet, quando carnem suam a squalore peccatorum purgatam, & à pugnis vitiorum quietam detinet. Quod autem iubet pluribus latiorem possessionem dari, & paucis angustiorem, singulis vt sors ceciderit significat quod hi qui copiam habent virtutum, latitudinem sperare debent [illegible] præmiorum. Qui autem paucitate virtutū contenti sunt, [illegible] contenti esse debent secu[illegible] um suum meritum qualitate retributionum. Vnde Paulus Corinthios ad eleemosynarum largitatem prouocans ait: *Qui parce se-*

Psal. 136.

2. Cor. 9.

minat, parce [illegible] metet. Et qui seminat in benedictione, de benedictione metet vitam æternam. Se[illegible]:

E Num. 33 *Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ qui remanserint, erunt vobis quasi clavi in oculis, & lanceæ in lateribus & aduersabuntur vobis in terra habitationis vestræ. Et quicquid illis facere cogitaueram, faciam vobis.* Ac si dic[illegible] cunque hostes [illegible] & [illegible] motus actionum atque cogitationum summa ceterenon contend[illegible], [illegible] continentiæ suæ corrumpitur, nec quieter[illegible] n commutatione sua vllo modo h[illegible] pote[illegible], quin potius a iusto retributore non solatium æternorum, sed hostium seruitute merebitur interitum.

CAPVT X.

De distributionibus terræ repromissionis Israel per sortem faciendis.

Num. 34 *LOquutusque est Dominus ad Moysen dicens: Præcipe filijs Israel & dices ad eos. Quum ingressi fueritis terram Chanaan, & in possessionem vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur.* Scriptū
F est enim in libro Numerorum, in quo omnis terra repromissionis per quatuor plagas breui sermone diuiditur. *Pars meridiana incipiet a solitudine Sin, quæ est iuxta Edom, & habebit terminos contra orientem, mare salsissimum, qui circumibunt australem plagam per ascensum Scorpionis: ita vt transeant Senna, & perueniant in meridiem, vsque ad Cades barne. Vnde egredientur confinia ad villam nomine Addar, & tendent vsque ad Asemona: ibitque ad gyrum terminus ab Asemona, vsque ad torrentem Ægypti, & maris magni littore finietur.* Pro quibus in vltima visione Ezechielis dicitur: *Plaga autem australis,* id est, meridiana, *à Thamar vsque ad aquas Mariboth,* id est, contradictionis. Cades quoque & torrens vsque ad mare magnum, quod significat latissimam latitudinem Sin, quod iuxta Edom, & in mari rubro terminum efficere, & per ascensum Scorpionis & per Senna & Cades barne, & atrium siue villam Addar, & Asemona peruenire, vsque ad torrentem Ægypti, qui iuxta vrbem Rinocururam mari influit. Hic vero terminus plagæ australis, incipit à Thamar, quæ vrbs in solitudine est, quam & Salomon miris operibus extruxit, & hodie Palmira nūcupatur: Hebraicoque sermone Thamar
G dicitur: quæ in lingua nostra, palmam sonat: vsque ad aquas contradictionis Cades: quam in deserto esse non dubium est: & torrens ingrediens mare magnum, hoc quod Aegypti Palæstinæque pertendit littoribus. Sequitur in libro Numerorum. *Plaga autem occidentalis, à mari magno incipiet: & ipso fine claudetur,* hoc est, à mari vsque ad mare. A torrente videlicet Rinocururæ qui in mari influit, vsque ad eum locum, vbi est Emath vrbs Syriæ cuius in hac plaga & nomen ponit Ezechiel. Et plaga inquiens maris, mare magnum à confinio per directum donec venias Emath, quæ nunc Epiphania nominatur, ab Antiocho crudelissimo tyrannorum, nomine commutato. Nam cognomentum habuit Epiphanes. *Porro ad septentrionalem,* inquit, *partem, a mari magno termini incipient, peruenientes vsque ad montem altissimum: à quo venies in Emath, vsque ad terminos Sedada. Ibuntque confinia vsque ad Zephrona, & villam Enan. Hi erunt termini in parte aquilonis.* Dicunt Hebræi septentrionalem plagam incipere à mari magno, quod Palæstinæ, Phenices & Syriæ quæ appellatur [illegible] Ciliciæque prætendit littoribus: &
H per Aegyptum tendit ad Libyam. Quod autem dicunt peruenientes terminos vsque ad montem altissimum, id Hebræi autumant, vel Amanum montem significa[illegible] [illegible] Taurum, quod nobis videtur verius. Ibuntque, inquit, cōfinia vsque ad Sephrona, quamobrem hodie Z[illegible] oppidum Ciliciæ vocant. Quod autem sequitur, & [illegible] Enan, pro quo in Hebræo scriptum est, Aserenan, quod interpretatur atrium fontis, terminus est Damasc[illegible] Et ab Aquilone vsque ad aquilonem plaga septentrionalis. *Inde metabuntur,* inquit, *fines contra orientalem plagam de villa Enan vsque ad Sephama & de Sephama descendent termini in Rebla contra fontem Daphnim. Inde peruenient contra orientem ad mare Cenereth: & tendent vsque ad Iordanem, & ad vltimum salsissimo claudentur mari.* A fine igitur septentrionalis plagæ, hoc est, atrio Enan, tendunt fines vsque ad Sephama, quam Hebræi

Ezech. 47.

Num. 34.

A Appamiam nominant. Et de Sephama descendunt termini in Rebla, quæ nunc Syria vocatur Antiochia. Et ut sciás Reblam hanc significare vrbem, quæ nunc in Syria cœle nobilis est, sequitur, contra fontem quem perspicuum est significare Daphnum: de quo fonte supradicta vrbs, aquis abundantissimis fruitur. Inde pergit per uenium terminus contra orientem ad mare Cenereth, id est, ad stagnum Tyberiadis. Mare autem dicitur quum habeat dulces aquas, iuxta idioma scripturarum, quę cógregationes aquarum appellant maria. Et tendent, inquit vsque ad Iordanem, & ad vltimum clauderitur mari mortuo: vel vt alij putant, lingua maris rubri, in cuius littore, Achila posita est. *Præcepitq; Moyses filijs Israel dicens: Hæc erit terra quam possidebitis sorte, & quam iussit dari Dominus nouem tribubus, & dimidia tribui. Tribus enim filiorum Ruben, per familias suas, & tribus filiorum Gad iuxta cognationum numerum, media quoq; tribus Manasse, id est, duæ semis tribus, acceperunt partem suã trans Iordanem contra Iericho, ad occidentalem plagam.* In priori etiam diuisione terrarum trans Iordanem per Moysen duabus tribubus, Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manasse contra diuisa est. Iuxta Iordanem autem, filium Nun

B Iosue, & Eleazarum filium Aaron. Iudas possedit ab austro, & Ephraim & Manasse tribus dimidia, ab aquilone. Postea vero de Silo missis exploratoribus per singulas tribus, & descriptione terræ allata ad Iosue & Eleazar, Beniamin iuxta Iudam ab austro, & iuxta Ephraim & dimidiam tribum Manasse accepit possessionem. Secunda tribus Simeon accepit hæreditatem in tribu Iuda: vt impleretur quod scriptum est de Leui & Simeon. *Diuidam eos in*

Gen.49. *Iacob, & dispergam eos in Israel.* Tertia Zabulon, Galilæam accepit: in qua est mons Thabor. Quarta Isachar, vbi est Iezrael vsq; ad Iordanem. Quinta Azer vsq; ad montem Carmelum, qui imminet mari magno: Tyrumq; & Sidonem. Sexta Neptalim in Galilæa, vsq; ad Iordanem, vbi est Tyberias, quæ olim appellabatur Cenereth. Septima Dan vsq; ad Ioppē, vbi sunt turres Achiloan, & Emmaus, & Selebi quæ nunc appellatur Nicopolis, licet postea legerimus quod ceperint sibi transcensis alijs tribubus, vrbem Lesam in tribu Dan, quæ hodie appellatur Paneas. Hæc loquutio quam habemus in manibus, vmbram habet futurorum bonorum. Consequens videtur & neces-

C sarium, omnia quæ quasi de rebus terrenis describuntur in lege, vmbras esse bonorum cælestium. Omnisq; hæreditas terræ illius, quæ in Iudæa terra sancta & terra bona appellatur, imago sit honorum cælestium. quorum hæc diximus quæ in terris bona memorantur, vmbramq; imaginem teneant. Nemo dubitat quod in terra Iudæa omnis locus, omnis mõs, omnis ciuitas & vicos, certis quibusq; vocabulis designetur nec est vllus omnino sine nomine locus, sed proprijs singula quæque appellationibus designata. Verbi gratia, quibus aut Chananæi in suis locis: vt Pherezęi nihilominus in suis, Amorręiq; aut Euæi, vel etiam Hebræi nominarentur. Ita ergo secundum sententiam Pauli, qui vmbram & exemplar cælestium dicit esse terrena, fortasse in cœlestibus regionibus erunt locorum differentiæ nomine. Describitur ergo verbi Dei in lege diuina terræ Iudææ & hæc referri debere ad imaginē cælestium. In cælis autem euidenter esse Ierusalem ciuitas, ab Apostolo pronuntiatur, & mons Sion. Consequēs

D igitur est, vt sicut aliæ ciuitates circa Ierusalem terrenam sitæ & vici, & diuersæ quæq; regiones, ita & illa cælestis Ierusalem, secundum imaginem terrenorum, habeat circa se & alias ciuitates & vicos, diuersasq; regiones, in quibus populus Dei & verus Israel, per Iesum verum, cuius ille Iesus Naue ferebat imaginem, collocandus est: quando & hæreditatem, sortis distributione, id est, meritorum contemplatione est capturus. Si ergo nunc Dominus di[...] distributione terræ, [...] bi gratia, terminos tribus il[...] & [...] ne forte quoniam diuersa [...] qui hæreditatem consequuti sunt regni cæl[...]m. [...] co in his tribubus obseruantes, diu[...] distinctio terminorum, vt sciamus esse has [...]orum differentias in [...] quoque obseruandas. Verbi gratia, qui ita negligenter vixerint, vt pro fide quidem [...] habe[...] inter filios Israel, pro negligen-

tia vero vitæ gestorum desidi[...], in [...]bu Ruben aut [...] aut dimidia [...] debeat [...] & [...] Iordanem sedem [...]rtem hæc di[...] re Alios vero qui eximie [...]atione vitæ & [...]po[...]talem reddiderit, vt secundum qua[...] solus Deus no[...]rationem [...] in tribu Iuda, aut in tribu Beniamin in qua[...] Ierusalem, & templum Dei atque al[...] beat sepulturam & alius in alia, atq; alius in alia. Eo modo hæc quæ nunc in libro Numerorum scripta referuntur, adumbratio quædam sit futuræ [...]is in cælis, eorum duntaxat, qui per Iesum Dominum [...] Saluatorem nostrum, hæreditatem vt diximus, capiant regni cælorum. Ibi credo diligenter obseruabuntur etiam [...] quæ hic adumbrantur priuilegia sacerdotum quibus v[...]na quæq; vrbibus loca, & ipsis mœnibus iuncta, legi[...] mandantur à filijs Israel. Videtur quibusdam, quod singulorum quorumq; syderum positio, & cœtus, ciuitas dici vel haberi possit in cælo. Quod ego quidem definire nõ audeo. Video enim omnem creaturam in spe quidem propter eũ qui subiecit esse subiectam, expectare, & tamen [...] libertatem in redemptionem filiorum Israel, sine d[...] & præ-

F clarius aliquid ac sublimius operari. Si ergo vt diximus, vmbram habet lex futurorum bonorum, & exemplaria & vmbræ describuntur cælestium qui in lege describuntur & nunc per speculum & in ænigmate, tunc autem faciem ad faciem, qui tamen merebuntur, conuersationem habebunt in cælis. Si ergo per consequentiam rerum & promissionum fœdere, transferri nos de terris oportet ad cælum, puto quod in ipsis cælestibus locis. Iesus noster Dominus, non absq; meritorum [...]rte, vnumquemq; in illa vel in illa cæli parte & habitatione constituat: Sed sicut multa est differētia in terris, verbi gratia, habitare [...] fœcundis & copiosis ac bonis omnibus abundantibus. Vbi & aeris temperies & eruditio hominum ac liberalia instituta non desunt: & lõge aliud est habitare, aut in locis infœcundis, & rerum penuria squalidis, aut æstu [...]ridis, aut frigore geluq; torpentibus, vel certe vbi nullæ leges, sed immanis & fera barbaries, vbi bella semper & nunquã requies. Et hæc nõ sine occulta quadam Dei dispensatione, & iudicij eius iustitia vnicuiq; decernuntur & ita in il-

G lis locis erit aliquid tale, & in nullo prorsus inan[...] habetur in terris vmbra cælestium. Erit ergo [...] diximus & ibi aliqua ciuitas refugij: & erit alia in deserto, sicut Bosor in hæreditate Ruben. Ruben ciuitas esse in deserto dicitur. Sed & alia nihilominus consequenda vel capienda est. Quia si Deus quum disperderet filios Adam, statuit fines gentium secundum numerum angelorum Dei, vel vt in alijs exemplaribus legimus, secundum numerum filiorũ Israel in initio mundi, & ita dispersi sunt filij illius Adam, sicut vel illorum merita, vel ipsius Adæ contemplatio postulabat, quid dicemus futurũ, quũ nouissimi Adam qui non in animam viuentem, sed in spiritum viuificantem factus est, cœperit filios dispergere diuina dignatio, non in initio, sed in fine mundi: & non vt illos qui in Adam omnes mortui sunt, sed vt eos qui in Christo omnes viuificati sunt, sine dubio erit quædam diuisio & distributio [...]lis. quæ non solum pro meritis quæ dispensatur, sed & pro nouissimi Adam, in quo omnes viuificandi dicuntur, contemplatione pensanda sit. Sed quis nostrum talis est,

H vt ab huiusmodi distributione, ad illam cælestis hæreditatis sortem venire mereatur? Quis ita beatus erit, cuius sors Ierusalem veniet, vt sit ibi, vbi templum Dei est, imo & ipse sit Dei templum? Quis ita beatus est, a[...] festos agat, vbi altare diuinum perpetuis ignibus [...] dulcior? Quis ita beatus est, qui sacrificium suum [...] uitatis, supra illum ignem ponat, de quo dicebat Saluator, *Ignem veni mittere:* Quis ita beatus est, qui ibi [...] Luc 10. peragat pascha, in loco quem elegerit Dominus suus: ibi pentecostes diem gerat, & festiuitatem repropitiationis, tabernaculorum solennitatem, non iam per vmbram, sed ipsam speciem rerumq; veritatem? Quis nostrum [...]gnus habebitur cum beatę sortis electione, quũ diuide[...] eos cœperit filios nouissimi Adam, cui dicat: *Eris per quinque* Luc 19. *ciuitates potestatem habens,* nec cui dicat, *Eris super decem ciuitates potestatem habens,* nec cui dicat, *Intra in gaudium Domini tui* Eodem.

A Luc. 22. se [illegible] dicat: *Sedebitis vos in thronis super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israel* [illegible] de [illegible] *et psi sint mecum* & [illegible] reges: e[illegible] sum rex regum, vol[illegible] 100c [illegible] & [illegible] Dominu[illegible] hac pe[illegible] beatitudine [illegible] Be[illegible] ac ostendi [illegible] fugi me[illegible] postea qui b[illegible] dil[illegible]. Hi[illegible] n[illegible] apud Deum [illegible] etiam ap[illegible] numerati sunt per Iesum Christum Dominum nostrum.

Capvt XI.

De vrbibus refugij.

Num. 35. *A*it Dominus ad Moysen: *Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Quando transgressi fueritis Iordanem in terram Chanaan, decernite quæ vrbes esse debeant in præsidia fugitiuorum, qui nolentes sanguinem fuderint. In quibus quum fuerit profugus, cognatus occisi eum non poterit occidere, donec stet in conspectu multitudinis, & causa eius iudicetur.* B *De ipsis autem vrbibus quæ ad fugitiuorum subsidia separantur, tres erunt trans Iordanem, & tres in terra Chanaan, tam filijs Israel, quam aduenis & peregrinis: vt confugiat ad eas qui nolens sanguinem fuderit.* Hoc quomodo factum sit, libet qui Iosu. 20. dicitur Iesu Naue manifestat, quum commemorat Iosue Domino iubente sex ciuitates refugij decernere homicidis, qui homicidium non sponte fecerunt: hoc est, Cades in Galilæa montis Neptalim, & Sichem in monte Ephraim, & Cariatarbe: ipsa est Hebron in monte Iuda. Et trans Iordanem contra occidentalem plagam Iericho, vrbem Bosor, quæ sita est in campestri solitudine, de tribu Ruben: & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Basan de tribu Manasse. Hæ ciuitates constitutæ sunt cunctis filijs Israel, & aduenis qui habitabant inter eos: vt fugeret ad eas, qui animam nescius percussisset, & non moreretur in manu proximi, effusum sanguinem vindicare cupientis: donec staret ante populum expositurus causam suam. Ecce habes sex refugij ciuitates. Quas si placet, togredere: ac si forte pro conscientia peccatorum illas quæ sunt in terra repromissionis, hoc est in ecclesia, intrare non au-C deas, est Bosor circa Iordanem in solitudine, quæ interpretatur angustia, id est, cellula monasterij parua vel modica: & optime tibi conueniet, quod de sorte Ruben est, & ipse est qui thorum patris sui macolauit illicite. Est & Ramoth de sorte Gad, quæ interpretatur excelsa mors, vel visio mortis. Vere enim excelsa mors pœnitentia esse dicenda est, cum mortificatis membris, deducatur homo ad excelsa cælorum, vnde fuerat ante delapsus. Siue iuxta istam humilem mortem quæ generaliter omni carni imminet, illa ad comparationem eius rationabiliter excelsa nominatur: quia multum nobilius est per pœnitentiam mori, quam communi hac morte diss[illegible]. Si autem visionem mortis sentire velimus, ita potest intelligi, quia quum sumus in pœnitentia constituti, & ante oculos nobis ponimus inferni tormenta, videmus ipsam speciem mortis, de qua pœnitentiæ beneficio liberemur: donec vt mem[illegible] iste in ancillæ filij ciuitate agere pœnitentiam: quia omnis qui peccat, seruus est peccati: & formam serui D acci[illegible]ens, humilies teipsum vsq; ad mortem. Est Gaulon in finibus Manasse, quæ interpretatur volutatio: vt tu memineris tibi [illegible] cilicio & cinere esse volutandum. Et hoc in finibus Manasse qui interpretatur obliuio: vt obliuiscaris ea quæ ante gessisti, & in priora te extendas. Hic ergo inhabita, vt per angustias mortis & volutationis, iram persequutoris euadas, & spem salutis inuenias. Tunc deinde in his si aliquid vtiliter egeris, etiam ad Cades in terra repromi[illegible]ionis quæ est in Galilæa, poteris peruenire: quæ interpretatur sancta. Vt tu quum in tribulatione corruptiones abieceris, etiam ad sanctam ecclesiam tribuatur accessus v[illegible] N[illegible] qui dicitur vitis remissa, de [illegible] victo Domini et sanguinis participare mereans. Sed nec Heb[illegible] tibi aditus [illegible], quæ interpretatur coniunctio siue co[illegible]ugium. Reuerte[illegible] cum anima tua ad virum suum, [illegible] quo pro tempore pecca[illegible]

[illegible] sextam ciuitatem Si[illegible] E [illegible] hereditatem consequitur [illegible] valeb[illegible] intrare [illegible] quæ inter[illegible] abo[illegible] ostend[illegible] te per laborem [illegible] tuo Chri[illegible] ortatum: [illegible] nia noue[illegible] omnibus esse vniq; centesim[illegible] q[illegible] Sichem ab alienigenis centum agnis scribitur comparata.

Capvt XII.

De iudicio interfectorum.

*S*I *per odium quis hominem impulerit, vel iecerit quippiam in eum per insidias, aut quum esset inimicus manu percusserit, & ille mortuus fuerit, percussor homicidij reus erit. Cognatus occisi, statim vt inuenerit eum, iugulabit. Quod si fortuitu & absq; odio & inimicitijs quicquam horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atq; inter percussorem, & propinquum, [illegible] vindicatum liberabitur innocens [illegible] vltoris [illegible] reducetur per sententiam in vrbem, ad quam confugerat [illegible] donec [illegible] magnus qui oleo sancto vnctus est, moriatur.* Num. 35. Se[illegible] F [illegible] tiam sensus manifestus est: vbi d[illegible] & [illegible] iæ consulit. Quia aliud est per [illegible] & industriam quemlibet interficere, & aliud fortuito casu, proximo periculum inferre. Tropologice vero insinuat, quod si quis per inuidiam aut odium nocere malitiæ aliquem percusserit, & in mortem animæ reduxerit, æternæ morti ipse obnoxius erit. Vnde ipsa veritas ait: *Si quis scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, vt mola asinaria addatur collo eius, & demergatur in profundum.* Matth. 18. Et Ioannes ait: *Qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quia omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.* 1. Ioan. 3. Hic talis secundum Exodi textum ab altari Domini euelli iubetur: quia indignus sacramentis Dominicis, à participatione sacri altaris merito remouetur: nec reuocari ad veniam per condignam pœnitentiam vllo modo meretur. Qui autem non voto malitiæ, sed per incuriam aut ignorantiam læserit aliquem, habet vrbes refugij, ecclesiam scilicet catholicam: vbi se angustia coartans pœnitentiæ, per omne tempus præsentis vitæ, bonis operibus studium G impendens maneat. Et si spem suam in morte pontificis summi redemptoris videlicet sui posuerit, hic sine dubio in æternum saluabitur. *Si inuentus fuerit extra fines vrbium quæ exulibus deputatæ sunt inuentus fuerit, & percussus ab eo qui vltor est sanguinis, absque noxa erit qui eum occiderit. Debuerat enim profugus vsque ad mortem pontificis in vrbe residere. Postquam autem ille obierit, homicida reuertetur in terram suam.* Homicida ergo qui extra fines vrbium quæ exulibus deputatæ sunt fuerit inuentus, absq; culpa interficitur, quum peccator impœnitens, atq; ob hoc à sanctorum societate atque ab ecclesiæ vnitate recedens, merito suæ peruersitatis punietur. Vltor sanguinis qui eum occiderit innoxius est: quia sententia superni iudicis (hic enim per susceptionem carnis noster proximus est) irreprehensibilis erit, quum eum percutit, qui de salute sua solicitus esse neglexit. Debuerat enim profugus vsque ad mortem pontificis in vrbe residere: hoc est, pœnitens in fide catholica manendo, H non aliter debuit nisi in mediatoris Dei & hominum morte, sui sceleris veniam sperare. Postquam autem ille obierit, homicida reuertetur in terram suam: quum peccator post pœnitentiam digne peractam meretur paradisi percipere patriam. Quid est enim quod homicida post mortem summi pontificis ad absolutionem redit, nisi quod humanum genus quod peccando sibimetipsi mortem intulit, post mortem veri sacerdotis videlicet redemptoris nostri Christi, absolutionem reatus accepit. *Ne polluatis terram habitationis vestræ, quæ insontium cruore maculatur: nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinem qui alterius sanguinem fuderit: atq; ita mundata erit [illegible] apud [illegible], me [illegible] commorante vobiscum.* Polluit enim terram habitationis suæ, qui [illegible] atq; nefaria oper[illegible], per quæ proximos scandalizare atq; spiritualiter interficere non pertimescit. Sed nisi eius sanguis effundatur, qui alienus sanguinem fudit, terra possessionis polluta permanebit: quia nisi per confessionem peccatorum atq; condignam pœnitentiam carnis desideria

A mactemur, terra corporis eius nullo modo mundabitur, nec creator omnium in eius anima habitare poterit [illegible] squalorem sordidæ conuersationis dominari [illegible] tit. Sequitur: *Ego enim sum Dominus qui habito inter filios Israel.* Hoc est inter viros fideles Deum corde intuentes, & inter sanctos suis præceptis in omnibus obedientes. De quo ita scriptum est: Dicit enim Deus: *quoniam inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo: & ero illorum Deus: & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum, & separamini dicit Dominus: & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos: & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias dicit Dominus omnipotens.*

Esa. 52.

Capvt XIII.

De filiabus Salphaad, vt proximis suis nubant.

Num. c. 36. A*Cesserunt autem & principes familiarum Galaad, filij Machir, filij Manasse, de stirpe filiorum Ioseph, loquutiq; sunt Moysi coram principibus Israel atque dixerunt: Tibi Domino nostro præcepit Dominus vt terram sorte diuideres filijs Israel: & vt filiabus Salphaad fratris nostri, dares possessionem debitam patri.*

B *Quas si alterius tribus homines vxores acceperint, sequetur possessio sua: & translata ad aliam tribum, de nostra hæreditate minuetur. Atq; ita fiet, vt quum iubilæus, id est, quinquagesimus annus remissionis aduenerit, confundatur sortium distributio: & aliorum possessio ad alios transeat.* Quid est quod principes familiarum Galaad filij Machir filij Manasse filij Ioseph, pro filiabus Salphaad ad Moysen loquuti sunt, quatenus præuideret eis, ne sors possessionis suæ ad alteram tribum transferretur, si alterius tribus hominibus nuberent, nisi quod præuidere debent cogitationes piæ, ne possessio bonorum meritorum, in alienorum transeat dominium [illegible]d legitimo hærede perpetuo permaneat: & ob hoc consultum Moysi, hoc est legis adeundum putant, vt inde ediscant qualiter sui iuris perpetui possessores fiant: Quod interpretatione sua exprimunt nomina. Interpretatur enim Galaad aceruus testimonij. Machir vendens. Manasses oblitus. Ioseph anctus. [illegible] Salphaad, vmbra formidinis. Loquuntur ergo principes familiarum Galaad filij Machir filij Manasse de

C stirpe filiorum Ioseph, pro filiabus Salphaad, quando co[illegible]tiones atq; tractatus piæ mentis secundum sacrarum [illegible] turarum testimonia dispositæ decertant pro anima [illegible], quæ laborem præsentis vitæ pro futura mercede vendit: & obliuiscens ea quæ retro sunt, in anteriora se extendit quatenus per augmentum bonorum operum, præmia æterna consequatur. Prædictum est enim in superioribus, quod quinq; filiæ Salphaad, hoc est, vmbræ formidinis, opera significarent exteriora, quæ quinq; sensibus [illegible]liter explentur. Et necesse est, vt qui nunc in vmbra præsentis vitæ bonis operibus student, per Dei timorem ea conseruare satagant, ne laborem expensum perdant. Verentur ergo principes Galaad, ne possessio sua in alienam tribum transferatur. Sic necesse est vt vnusquisq; fidelis consulte prouideat, qualiter opera quæ agit, sibi ad salutem conseruata proueniant: ne forte si praua intentione gerantur, ab alienis possessoribus, hoc est, à malignis spiritibus inuadantur. Praua ergo intentio est operantis, quum ea opera quæ pro intuitu æternæ retributionis agere debuit, pro appetitu terrenarum rerum inutiliter [illegible]pendit.

D Quæ necesse est vt à se ablata alienus possessor teneat, quum malignus ea spiritus propter negligentem operarium, ad suam partem trahere festinat.

E [illegible]gelio [illegible]: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. [illegible]* non habebitis apud patrem vestrũ qui in cœlis est. *Respondit Moyses filijs Israel, & Domino præcipiente ait: Recte tribus filiorum Ioseph loquuta est. & hæc lex super filiabus Salphaad à Domino promulgata est. Nubant quibus volunt tantum in suæ tribus hominibus, ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione sua, & cunctæ fœminæ maritos de eadem tribu accipiant, vt hæreditas permaneat in familijs, nec sibi misceantur tribus, sed ita maneant, [illegible]* His [illegible] Corinthios scripsit Paulus Apostolus, quum de nuptijs disputaret. *Mulier, inquit, alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit. Quum autem dormierit vir eius, liberata est [illegible]. Cui vult nubat, tantum in Domino.* Cor. 7.

Præcepit [illegible] Moyses vt filiæ [illegible] phaad nubant quibus volunt, ta[illegible] tribu [illegible] minibus non commisceatur possessio filiorum Israel, de tribu in tribum. Sic & Apostolus mandat, vt mulier nubat cui voluerit, tantum in Domino, hoc est viro catholico: ne possessionem bonorum operum ac rectæ vitæ perdat, si pagano aut hæretico se iunxerit. Secundum [illegible] p

F logiam vero, mulier hoc est pura [illegible] ctionis, per bonam actionem cui voluerit, [illegible] coniungere [illegible] tantum, vt pietatem & religionem Christianam [illegible]us conseruet: ne operis sui pro quo æternæ hæreditatis [illegible] debuit possessionem, detrimentum patiatur, si a[illegible], hoc est, erroris se coniunxerit. *Feceruntque filiæ Salphaad, vt sibi fuerat imperatum: & nupserunt Maala & Thersa & E[illegible] & Melcha, & Noha, filijs patrui sui, de familia Manasse, qui fuit filius Ioseph. & possessio quæ illis fuerat attributa, mansit in tribu & familia patris earum.* Harum mulierum, hoc est, filiarum Salphaad nomina, non incongrue ad sensum præ[illegible]tum transferri possunt. Interpretatur enim Maala [illegible]. Thersa, cõplacens. Egla, solennitas ista vel vitulus. Melcha, rex eius. Et Noa motus. Qui enim hum[illegible] statu [illegible]tem ante omnia intra semetipsum habere studet, & in infirmitatibus suis iuxta Apostolum sibi complacet, [illegible]nitatem agit: ac grata munera exhibet Deo: & rex atq; rector suæ conuersationis cautus existens, progressu virtu-

G tum mouetur. Iuxta illud Psalmistæ: *Ambulabunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion.* Psal. 83.

Nupserunt ergo filiæ Salphaad filijs patrui sui de familia Manasse, qui fuit filius Ioseph, quum qui [illegible] decorum numero qui crediderunt ex Iudæis, doctori ex gentibus credentes se iunxerint, vt eius magisterio communi[illegible]us, filios gignere, hoc est, opera pietatis exhibere possit. Nomine enim patrui quodammodo censentur [illegible] doctores ex gentibus electi, quia fratres sunt prædicatorum sanctorum, qui fuerunt in Iudæa constituti. Nec debet esse schisma [illegible] spirituali cognatione, [illegible] vna est credulitas, fidei professione. Ait enim Saluator discipulis Matthæi vigesimo tertio: *Patrem nolite vobis vocare super terram. Vnus est enim pater vester qui in cœlis est. Omnes autem vos fratres estis.* Et alibi: *Habeo, inquit, alias oues, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere: & vocem meam audient: & fiet vnum ouile, & vnus pastor.* Ioan 10.

Sicque possessio in eadem tribu legitime seruatur, quum omnis pia actio pro amore Christi in ecclesia catholica, in seruitium Dei agiliter exhibetur, Cuius laboris finis est, mer-

H ces perpetua. quam suis fidelibus largiri dignetur pater omnipotens, Per Dominum nostrum

Iesvm Christvm,

Amen.

QVARTI ET VLTIMI LIBRI FINIS.

HRABANI MAVRI, MOGVNTINENSIS ARCHIEPISCOPI, IN ENARRATIONEM SVPER DEVTERONOMIVM, AD FRECVLPHVM Lexouiensem Episcopum,

PRÆFATIO.

PIO PATRI FRECVLPHO, RABANVS EXIGVVS, IN DOMINO SALVTEM

DECVRSIS igitur tuis parendo præceptis, prioribus libris legis, nouissime ad Deuteronomium Moysi considerandum perueni: quatenus inde aliqua tua, sic iam voluntati consentiens, sacramento spiritaliter rimarer: atque in vnum volumen maiorum dicta colligerem. Sed quia in hunc librum cuiuspiam explanationem proprie non inueni, necesse habui, vt perfectis anteriorum librorum expositionibus, inde ad huius libri enodandas quæstiones assumerem facultatem. Hæc autem quæ nouiter à legislatore inserta repperi, diuina gratia largiente, pro modulo nostri ingenioli, quantulumcunque, explanare curaui. Deuteronomium quoque, vt beatus Hieronymus in quadam epistola sua ad amicum ait, secunda est lex, & euangelica legis præfiguratio: sicque eo habet quæ priora sunt, vt tamen noua sint omnia. Quapropter hæc res operosa indiget solutione scilicet quod ita historialiter ordinentur vetera, vt spiritaliter omnia demonstrentur noua, & legis per figuram patefecit litera, quæ socer euangelii textus in se continet sacramenta. Vnde sancte frater, tuo de hoc maxime indigemus adiutorio: quatenus apud omnipotentem patrem precibus assiduis impetres, vt quod nos iubes inertes ad tuam & ad tuorum vtilitatem facere, eius opitulatione nobis conferatur, qui dat omnibus affluenter, & non improperat quique, in euangelio fidelibus suis promisit dicens: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: & qui quærit inuenit: & pulsanti aperietur. *Idcirco autem postulationes imploro tuas, quia meritis sacris illas Deo acceptissimas credo. Cæterum autem nos pro hoc ipso precibus licet non condignis, tamen humillimis insistimus, postulantes vt supernus arbiter qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo & in terra, suscitatque de puluere egenum, & de stercore erigit pauperem, aliquam particulam donorum suorum muneris sui largitate nobis concedere dignetur: vt eius seruitium in ecclesia sancta sua, ad ipsius laudem & nostram salutem explere possimus. Ecce habes Pentateuchum Moysi vt petisti, cum mysteriis suis spiritali calamo aliquantulum explicatum: quibus quinque verbis, loqui se Apostolus in ecclesia gloriatur. Esto pius scrutator legis, & deuotus exequutor præceptorum altissimi: vt sicut in ordine consors, ita & cooperator sis sanctorum Apostolorum. Memor esto doctoris gentium, & hortationis qua discipulum instruens ait:* Præcipe hæc & doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium, in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dum venio attende lectioni & hortationi doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ in te est, quanta est tibi per Prophetiam cum impositione manuum presbyteri. Hæc meditare: in istis esto: vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. *Hæc te facere & perficere, ad tuam & ad multorum salutem, concedat altissimus. Vale sancte pater: meique tuis in sacris orationibus semper memor esto.*

Matt. 7.

1. Cor. 14.

1. Tim. 4.

ELENCHVS CAPITVLORVM.

CAPITA LIBRI PRIMI.

cordi-

SECVNDI LIB. CAPITA.

TERTII LIB. CAPITA.

da mer-

QVARTI LIB. CAPITA.

FINIS CAPITVM.

A intelligi. Sed melius pauorem interpretabimur. Venisti ad ecclesiam, ascendisti ad montem pulcherrimum, stupore & miraculo, Christi magnitudinem confiteris. Vides ibi multos virtutis tuę socios, noli altum sapere sed time. Dominus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et qui se exaltat, videat ne cadat. Potentes potenter, tormenta patientur. Timor, virtutum custos: & securitas, ad lapsum facilis. Vnde & in quodam psalmo, postquam Propheta dixerat: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit. in loco pascuae ibi me collocauit*, iungit timorem qui custos beatitudinis est & infert. *Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Et est sensus: Dum tormenta formido, seruaui gratiam quam acceperam. *De Thaath, castra metati sunt in Thare.* Vicesimaquarta mansio: quam nonnulli vertunt in malitiam vel in pasturam. Nec errarent, si per Ain literam scriberetur. Nunc vero quum aspiratio duplex in extrema sit syllaba, erroris causa manifesta est. Huc eodem vocabulo & eisdem literis scriptum inuenio patrem Abraham, qui in supradicto apocryphis Geneseos volumine, abactis coruis qui hominum frumenta vastabant, abactoris vel depulsoris sortitus est nomen. Itaque & nos

B imitemur Thare, & volucres cæli quæ iuxta viam latum triticum deuorare festinantes, soliciti prohibeamus. Nam & Abraham Patriarcha, in typo Israelis, hostiarum diuisit membra sacrificij, quæ à volucribus non sinit denotari. Et contemptorem oculum effodiunt corui de conuallibus. Verumque Moyses ducit Aethyopissam, & Helias à coruis pascitur. Si habueris pauorem, solicitus eris. Si solicitus fueris, leo in caulas ouium tuarum introire nō poterit. Quod vel ad præpositus ecclesiarum, vel ad custodiam refertur animę tuæ: ad quam diabolus per diuersa vitiorum foramina ingredi nititur. *Vnde egressi fixerunt tentoria in Mithca.* Vicesimaquinta mansio vertitur in dulcedinem. Ascendisti in excelsum, animarum vitiorum choros immisisti, ruinā abegisti insidiatores, dulcis te protinus fructus insequitur laboris: & in morem literarum, radicum amaritudinem, pomorum suauitas compensabit, & dices: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* Sponsumque tibi audies concinentem: Mel distillant labia tua, soror mea sponsa. Quid enim suauius disciplina, quid eruditione melius, quid dulcius Domino?

C *Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus.* Vnde & Samson qui abegerat à hostibus suis aues, & vulpes quæ exterminant vineas colligauerat, leonemq; interfecerat rugientem, fauum inuenit in ore mortui. *Et de Mithca castra metati sunt in Esmona.* Vicesimasexta mansio in lingua nostra festinationem sonat. Iuxta illud quod in psal. scribitur:

Psal. 67. *Venient legati ex Ægypto.* Pro legati in Hebræo festinantes legimus: vt postquam dulces fructus laboris messuerimus non simus quiete contenti & otio & rursum ad vlteriora properantes, obliuiscamur præteritorum, & in futura nos extendamus. *Et profecti de Asmona, venerunt in Moseroth.* Vicesimaseptima mansio vincula siue disciplinas sonat: vt festino gradu pergamus ad magistros, & eorum limina teramus: & pręcepta virtutum ac mysteria scripturarum, vincula putemus æterna. Iuxta illud quod in Esaia dicitur. Et Sabaim viri sublimes, ad te transibunt & tui erunt. Post hæc ambulabunt vincti manicis. Et *Paulus vinctus* IESV CHRISTI. Duplicia sunt in scripturis vin-

D cula quæ dirupit Sampson, & vicit inimicos. Et de meretrice legimus, vinculum in manibus eius. Et ex persona

Psal. 2. Domini dicentis: *Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus*

Psal. 123. *a nobis iugum ipsorum.* Et alibi: *Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* Christi autem vincula voluntaria sunt, & vertuntur in amplexus. Quicunq; his fuerit colligatus, dicet:

Cantic. 2. *Sinistra eius sub capite meo: & dextera eius complectetur me.* *Et de Moseroth castra metati sunt in Baneiaacan.* Vicesimaoctaua mansio est Baneiaacan, quæ interpretatione transfertur, in filios necessitatis seu stridoris. Si ab vno incipias numero, & paulatim addens ad septimum vsq; peruenias, vicesimus octauus numerus efficitur. Qui sint isti filij necessitatis, psalmus ipse nos doceat: Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum. Quæ est tanta necessitas, quæ nolentibus imponatur? Cum diuinis scripturis fueris eruditus, & leges earum ac testimonia sciens

E veritatis, contendens cum aduersarijs, ligabis eos, & vinctos duces in captiuitatem: & de hostibus quondam atque captiuis liberos Dei facies: vt repente dicas cum Sion. Ego sterilis & non pariens: transmigrata & captiua: & istos quis enutriuit? Ego destituta & sola, & isti vbi erant? Porro quod vertimus filios stridoris, ad illum sensum refer, quod timore supplicij, & eius loci vbi est fletus & stridor dentium, deserentes diaboli vincula, Christo Domino credentium turbæ colla submittant. *Egressique de Baneiaacan venerunt in montem Gadgad.* Vicesimanona mansio interpretatur nuntius siue expeditio & accinctio: vel certe quod nos verius arbitramur [illegible], id est, concisio. Haud aliter possumus magistri discipulorum atque credentium eos facere filios necessitatis, nisi pręceptores eorum interfecerimus, crudelesimus in occisione eorum. Non parcat manus nostra, animam aut extremum auriculæ de ore leonum extrahere. Maledictus qui facit opus Dei negligenter, & prohibet gladium suum à sanguine.

Psal. 118. Vnde & Dauid, *In matutino*, inquit, *interficiebam omnes peccatores terræ.* De nuntio autem & accinctione hac breuiter possumus dicere, quod filijs necessitatis grandes ad virtutum stimulos suggeramus, cum eis nuntiauerimus

F præmia futurorum, & accinctos inire bella docuerimus. Horum trium quicquid magister fecerit, in monte consistit. *Et profecti de monte Gadgad, castrametati sunt in Ietebatha.* Trigesima mansio bonitas interpretatur: vt quum peruenerimus ad perfectum virum in sacerdotalem gradum, & in ætatem plenitudinis Christi, in qua & Ezechiel erat iuxta flumen Chobar, possimus cum Dauid in tricesimo psalmo canere: *Domine in te speraui, non confundar in æternum.* Pastor enim bonus, ponit animam suam pro ouibus suis. *Et profecti de Ietebatha, castrametati sunt in Hebrona.* Trigesima prima mansio interpretatur transitus siue transitio. Ad hanc venit verus Hebræus atq; transitor qui dicere potest: transiens videbo visionem hanc magnam. De quo & Psalmista ait: *Et non dixerunt qui præteribant, benedictio Domini super*

Psal. 128. *vos.* Præterit enim figura huius mundi. Et propterea sancti cupiunt ad meliora transire, nec præsenti statu contenti, ingemiscunt quotidie. *Hæc recordatus sum, & effudi in*

Psal. 41. *me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsq; ad domum Dei.* *Et egressi de Ebrona, castrametati sunt in Asiongaber.* Trigesimasecunda mansio est in Asiongaber, quæ transfertur in ligno viri. Possunt hæc ligna viri

G saluum, & omnium arborum genera, multitudinem gētium figurare. Huc vsque solitudo Pharan decem & octo continet mansiones, quæ descriptæ in catalogo, in superiori itinere non ponuntur. *Inde profecti venerunt ad desertum Sin, hoc est Cades.* Quæritur, cur octaua mansio, nunc tricesima tertia esse dicatur. Sed sciendum, quod prior per Samech [illegible] literam scribitur: interpretaturque rubus siue odium. Hæc autem per Sade: & vertitur in mandatum. Illudque quod iungitur, Cades, non vt plerique existimant sancta dicitur, sed mutata siue translata. Legi-

Gen. 38. mus in Genesi iuxta Hebraicam veritatem, vbi Iudas meretricem putans Thamar, dona transmittit, & sequester numerum interrogat, *vbi est cadesa*, hoc est scortum, cuius habitus à cæteris fœminis immutatus est. In multis quoque locis hinc idem reperimus. Sin autem sancta interpretatur, [illegible] est intelligendum, quomodo Par-

H cæ dicuntur ab eo, quod minime parcant: & bellum quod nequaquam bellum sit: & lucus quod minime luceat. In hac quoque mansione moritur Maria & sepelitur & propter aquas contradictionis, Moyses & Aaron offendunt Deum & prohibentur transire Iordanem. Missique nuntijs ad Edom, transitus petitur nec impetratur. Quis timeret post tantos profectus murmur populi, & offensam magistrorum, & pacem transitus denegatos? Et nota quod post mortem prophetiæ & aquas contradictionis. Idumæum carneum atque terrenum transire non possint: & cum multis precibus & conatu [illegible] non impetrent: sed egrediatur Edom aduersus eos in multo populo, & in manu forti. Interpretatio quoque nominis, mortis & offensæ, & negatio transitus conuenit. Vbi enim mandatum, ibi peccatum. Vbi peccatum, ibi offensa. Vbi offensa, ibi mors. Hæc est mansio de qua Psalmista ca-

nit

A uit: Commouebit Dominus desertum Cades. *Egressique de Cades, castra metati sunt in monte Hor, in extremis finibus terræ Edom. Ascenditque Aaron sacerdos montem Hor iubente Domino, & ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorum Israel ex Ægypto, mense quinto, prima die mensis, quum esset annorum centum viginti trium. Audiuitque Chananæus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, in terram Chanaan venisse filios Israel.* Trigesima quinta mansio est, quam plerique interpretantur lumen. Nec mirabantur, si per Aleph & literam scriberetur. Alij pellem siue speluncam dicerent, si esset Ain positum. Nonnulli tamen. Quod posset accipi, si Beth 2. haberet elementum. Qui autem legatur per Hen magis mons intelligitur, & legi potest: Ascendit Aaron sacerdos in montis montem, i. in verticem montis. Ex quo etiam aduertimus non in montem simpliciter, sed in monte montis pontificem mortuum: vt dignus locus meritis illius demonstraretur. Moritur autem eo anno, quo nouus populus repromissionis, intraturus erat, in extremis finib. terræ Idumæorum: & plangit eum populus triginta diebus. Aaron plangitur, Iesus non plangitur. In lege descensus ad inferos: & in euangelio ad paradisum transmigratio.

B Audit quoque Chananæus quod venisset Israel: & in loco exploratorum vbi quondam offendisse populum nouerat, infert prælium: & captiuum ducit Israel rursusque in eodem loco pugnat ex voto. Victor vincitur: victi superant. Appellaturque nomen Horma, id est, anathema. Eadem dicere mihi non est pigrum legentibus necessarium: quod semper humanus status, in huius seculi via fluctuet, & alius in valle, alius in campo, alius moratur in monte. nec in monte simpliciter, sed in montis monte, id est, in excelso vertice. Quumque nos Dei auxilio destitutos hostis inuaserit, duxeritque captiuos, non speremus salutem: sed iterum armemur ad prælium. Potest fieri vt vincamus vbi victi sumus: & in eodem loco triumphemus, in quo fuimus ante captiui. *Et profecti de monte Hor, castra metati sunt in Selmona. Vnde egressi venerunt in Phinon.* Hæ duæ mansiones, trigesima quinta, & trigesima sexta, in ordine historiæ, nõ inueniuntur: sed scriptum est pro eis: Egressi sunt de mõte Hor, per viam maris rubri & circuierunt terram Edom. Ex quo ostenditur, in finibus atque circuitu terræ

C Edom, eas positas. Nec secundum morem legitur, Profecti de monte Hor, castra metati sunt in Selmona siue in Phinon, sed post ambitum terræ Idumæorum, venit ad extremum & ait: Profecti filij Israel, castra metati sunt in Oboth. Nec dixit profecti sunt de illo in illum locum, quia duas mansiones silentio prætermiserat Quas in supputatione tacuerat, reddit in summa. Prima mansio Selmona, interpretatur imaguncula. Secunda Phinon, diminutiue os ab ore, non ab osse intellige. In his Aaron mortuo, murmurant contra Dominum & Moysen: manna fastidiunt: à serpentibus vulnerantur: & in typum saluatoris, qui verum antiquumque serpentem in patibulo triumphauit, diaboli venena superantur. Vnde & imaguncula, vere expressaque imaginis Dei filij, passionum eius inmens conseruatur: & quod corde credit, ore pronunciat,

Rom. 10. legens illud Apostoli: *Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Profectique de Phinon, castra metati sunt in Oboth.* Trigesima septima mansio est in Oboth, quæ vertitur in magos siue in pythones: significans spiritales serpentes, & artes maleficas ad bella nos prouocare: quas per di-

D uinam protectionem in custodia cordis superare debemus. *Et de Oboth venerunt in Ieabarim, quæ est in finibus Moabitarum.* Trigesima octaua mansio, aceruus lapidum transeuntium sonat. Sunt sancti lapides qui voluuntur super terram, leues, politi: & rotunditate sua, rotarum cursibus similes. Sunt & alij quos Propheta tollit de via, ne ambulantium in eo offendant pedes. Qui sunt isti ambulantes? Vtique viatores & prætereuntes, qui per istud seculum, ad alias mansiones transire festinant. Quod autem dicitur, in finibus Moab contra solis ortum, ostendit iuxta literam, quod hucusque in finibus terræ Idumæorum fuerint: & nunc veniant ad terminos Moab, de alia prouincia ad aliam transeuntes, sicut in superioribus iam dictum est. Non enim semper vni virtuti danda est opera. sed sicut

Psal. 83. scriptum est: *Ibunt de virtute in virtutem*, transeundũ de virtute ad aliam: quia hærent sibi, & ita inter se nexæ sunt, vt qui vna caruerit, omnibus careat. Et tamen transitur de alia ad aliam, eorum est proprie, qui solis iustitiæ ortũ considerant. *Et quum profecti essent de Ieabarim, fixerunt tentoria in Dibongad.* Trigesima nona mansio, interpretatur fortiter intellecta tentatio. Pro hac in ordine historiæ aliter scriptum reperi. Postquam enim castra metati sunt in Ieabarim, in finibus Moab contra ortum solis, legitur. *Indeque profecti sunt, & deuenerunt ad torrentem Zareth. Et de hoc loco profecti fuerunt, castra metati sunt trans Arnon, quæ est in solitudine finium Amorræi: eo quod Arnon in termino sit Moabitarum & Amorræorum*, &c. Post Dibongad, geritur bellum contra Seon regem Amorræorum, & Og regem Basan: & discimus, quod quum venerimus ad summum, & de fonte principum regumque biberimus, ascendentes ad montem Phasga, non debeamus eleuari in superbiam: sed propositam nobis è contrario solitudinem nouerimus. Ante contritionem eleuatur cor viri: & ante gloriã humiliatur. *Vnde egressi, castra metati sunt in Almon Deblathaim.* Quadragesima mansio vertitur in contemptum plagarum, siue opprobriorum. Et per hanc discimus omnia dulcia & illecebras voluptatum in seculo contemnendas: nec inebriari nos debere vino mundi, in quo est luxuria. Mel non offertur in sacrificijs Dei: & cætera quæ dulcia continent, non lucent in tabernaculo: sed oleum purissimum, quod de oliuæ profertur amaritudine. Mel enim distillat de labijs mulieris meretricis. De quo puto iuxta mysticos intellectus gustasse Ionathã: & sorte deprehensum vix populi precibus liberatum. Quod autem opprobria contemnenda sint, & si tamen ob ferantur, beatitudinem pareant, Saluator plenissime docet. *Et egressi de Almon Deblathaim, venerunt ad montes Abarim, contra Nabo.* Quadragesima prima mansio, vertitur in montes transeuntium: & est contra montis faciem Nabo, vbi moritur & sepelitur Moyses, terra repromissionis ante conspecta. Nabo interpretatur conclusio, in qua finitur lex: & non inuenitur eius memoria. Porro gratia euan-

Psal. 18. gelij, absque vllo tenditur fine. *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ, verba illorum.* Simulque considera, quod habitatio transeuntium in montibus sita sit: & adhuc profectu indigeat. Post montes cum pluribus, ad campestria Moab & Iordanis fluenta descendimus, qui interpretatur descensio. Nihil enim vt crebro dixi-

G mus, tam periculosum est, quam gloriæ cupiditas & iactantia, & animus conscientia virtutum tumens. *Profectique de montibus Abarim, transierunt ad campestria Moab super Iordanem contra Iericho. Ibique castra metati sunt de Bethsimoth, vsque ad Belsattim, in planioribus locis Moabitarum.*

In quadragesima secunda quæ extrema mansio est, cursim quæ gesta sint narremus. Resideris in ea populus, à diuino Balaam quem mercede conduxerat Balac filius Sephor, Dei benedicitur iussione & maledictio mutatur in laudes. Audit voces Domini, & prophano ore resonat. Orietur stella ex Iacob, & consurget homo de Israel: & percutiet principes Moab, & vastabit filios Seth: & erit Edom hæreditas eius. Fornicatur cum filiabus Madian & Phinees filius Eleazar, zelatus zelum Domini, Zambri & scortum Madianitarum, pugione transfigit. Vnde & accepit præmium in æternam memoriam,

H annuum victimæ. Numeratur rursum populus. numerantur & Leuitæ: vt interfectis pessimis, nouus Dei populus censeatur. Interpellant quinque filiæ Salphaad: & iudicio Domini hæreditatem accipiunt inter fratres suos: nec fœmineus à possessione Dei, sexus excluditur. Iesus Moysi in monte succedit: & discit à lege, quę spiritaliter offerre debeat in ecclesia. Primum quidem per singulos dies. Deinde quid sabbato, quid in Kalendis, quid in pascha, quid in pentecoste, quid in neomenia mensis septimi, quid in ieiunio eiusdem mensis die decimo, quid in scenopegia quando figuntur tabernacula, quintodecimo die mensis supradicti. Vxorum & filiarum vota, absque autoritate patrum & virorum causa, memorantur. Bellum contra Madianitas, & mors diuini Balaam & prædæ diuisio, & oblatio ex ea in tabernaculo Dei. Primus Ruben & Gad, & dimidia tribus Manassæ, contra Iordanem in eremo possessionem accipiunt. Plurima enim habebant

A [illegible] actum conscriptum intellige. Vbi [illegible] tractatu, moraliter puto sentiendum [illegible] quod [illegible] contextus eadem quidem [illegible] Ægypti [illegible] ad terram repromissionis [illegible] H[illegible] libro super [illegible]to, enucleatius exp[illegible] [illegible] est spiritalium ascensio virtutum [illegible] quibus ecclesiæ [illegible], quibus vnaquæque anima [illegible] [illegible] convalle lachrymarum, [illegible] [illegible] cum hoc sit desiderandum, Deum Deorum in Sion [illegible] ascendere, donec illuc nostri [illegible] operis incessu [illegible] mus de virtute in virtutem, quasi quædam castra [illegible] nesque Deo ducente celsissimas, Dei conspectui dignissimas per desertum mundi sitientes agimus. At quoties vice quibus libet decipientibus, accepta varietatis calle deuiamus. Non enim statim ad altiores virtutum gradus ascendere possumus, sed iterum ab infimis miseræ mentis defectibus paulatim superiora debemus pœnitendo repetere: donec dignis pœnitentiæ fructibus [illegible], perueniamus reducti ad ipsum de quo lapsi fuimus modum [illegible] culmenque gratiæ spiritalis: ac sic intermissum ad tempus incipiamus iter agere virtutum: exuti veterem hominem cum actibus eius, & induti nouum qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate & veritate. Quod mors [illegible] vnetatio patrum peccantium in deserto, ibidemque natæ & adultæ soboli [illegible] iuuentutis alacritas: quæ fluuio mortis deuicto, digna sit regnum supernæ promissionis intrare. Ita enim fit, vt renouata nostræ bonæ conversationis iuuentute sicut aquilæ, tanta iam ac talia malignis spiritibus occurrentes, valeamus firmare castra supernorum profectuum, quæ non solum diuino respectu grata, sed etiam spiritalium patrum sint scriptis ac laude dignissima.

B

Capvt IX.

Præceptum Domini ad Moysen de idolis confringendis.

Num. 33. *Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Præcipe filiis Israël & dices ad eos: Quando transieritis Iordanem intrantes terram Chanaan, disperdite cunctos habitatores regionis illius. Frangite & statuas comminuite, idest, excelsa vastate: mundantes terram & habitantes in ea. Ego enim dedi vobis eam in possessionem, quam diuidetis vobis. Pluribus dabitis latiorem, & paucis angustiorem. Singulis vt sors ceciderit, ita hæreditas tribuetur. Per tribus & familias possessio diuidetur.* C Quid est quod Dominus iubet Hebræis, vt quando transierint Iordanem, intrantes terram Chanaan, disperdant cunctos habitatores regionis illius, & contundant vitulos, atque omnia excelsa vastent, mundantes terram habitationis suæ, nisi vt post baptismi perceptionem, studeamus omnigena vitiorum agmina de carne nostra exterpare: mundantes terram cordis nostri: quatenus munere virtutum ditati, salubriter in ea conuersemur? Iordanem ergo transiit, qui criminum culpatorum vnda baptismatis abluit. Terram Chanaan, hoc est terram repromissionis adit, qui sibi possessionem virtutum adquirit: vt deposito veteri homine cum actibus suis, qui corrumpitur secundum desideria erroris, induat nouum, eum qui renouatur in agnitione Dei, secundum imaginem eius qui creauit eum. Iste disperdit cunctos habitatores regionis D [illegible]us, quum malignos spiritus cum suggestionibus suis ac [illegible] vanitate vitiorum, timore Christi compunctus, de mente sua conterere satagit. De quo per Psalmistam dicitur. *Beatus qui tenebit & allidet, paruulos suos ad petram.*
Psal. 136. Hic excelsa vastat, quum superbiam carnis suæ edomare festinat: qui mundam terram habitationis suæ iure hæreditario possidet, quomodo carnem suam a squalore peccatorum purgatam, & a pugnis vitiorum quietam detinet. [illegible] autem iubet pluribus latiorem possessionem dari, & paucis angustiorem, singulis vt sors ceciderit significat quod hi qui copiam habent virtutum, [illegible]tudinem sperare debent præmiorum. Qui autem pauci [illegible] virtutum contenti sunt & contenti esse debent secundum suum meritum, qui [illegible] are retributionum. Vnde Paulus Corinthios
Cor. 9. ad eleemosynarum largitatem prouocans ait: *Qui parce se-*

E *minat, parce & metet. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus metet vitam æternam.* Sequitur:
Num. 33. *Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ qui remanserint, erunt vobis quasi clavi in oculis, & lanceæ in lateribus & aduersabuntur vobis in terra habitationis vestræ: et quicquid illis facere cogitaueram, faciam vobis.* Ac si dic[illegible]nq, host[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nib[illegible] animatq; [illegible]tationum [illegible] uoia cere non conten[illegible], [illegible] [illegible]tiæ luxui [illegible] [illegible]tur nec [illegible]tem in conuersatione sua vllo modo habere poterit, qui potius a iusto retributore non solatium amicorum, sed hostium sentire merebitur interitum.

Capvt X.

De distributionibus terræ repromissionis Israel per sortem faciendis.

Num. 34. *Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Præcipe filiis Israel & dices ad eos. Quum ingressi fueritis terram Chanaan, & in possessionem vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur.* Scriptum est enim in libro Numerorum, in quo omnis terra repromissionis per quatuor plagas breui sermone diuiditur.
F *Pars meridiana incipiet a solitudine Sin, quæ est iuxta Edom: & habebit terminos contra orientem, mare salsissimum, qui circumibunt australem plagam per ascensum scorpionis: ita vt transeant Senna, & perueniant in meridiem, vsque ad Cades barne. Vnde egredientur confinia ad villam nomine Addar, & tendent vsque ad Asemona. Ibitque ad gyrum terminus ab Asemona, vsque ad torrentem Ægypti, & maris magni litore finietur.* Pro quo in vltima visione Ezechielis dicitur: *Plaga autem australis*, id est meridiana, *a*
Ezech. 47. *Thamar vsque ad aquas Masibot*, id est, contradictionis. Cades quoque & torrens vsque ad mare magnum, quod significat latissimam latitudinem Sin, quod iuxta Edom, & in mari rubro terminum circuire, & per ascensum scorpionis & per Senna & Cades barne, & atrium siue villam Addar, & Asemona peruenire, vsque ad torrentem Ægypti, qui iuxta vrbem Rinocoruram mari influit. Hic vero terminus plagæ australis, incipit a Thamar, quæ vrbs in solitudine est, quam & Salomon miris operibus extruxit, &
G hodie Palmira nuncupatur: Hebraicoque sermone Thamar dicitur: quæ in lingua nostra, palmam sonat: vsque ad aquas contradictionis Cades: quam in deserto esse non dubium est: & torrens ingrediens mare magnum, hoc quod Ægypti Palæstinæque prætendit littoribus. Sequitur in libro
Num. 34. Numerorum. *Plaga autem occidentalis, a mari magno incipiet, & ipso fine claudetur*, hoc est, a mari vsque ad mare. A torrente videlicet Rinocoruræ qui in mari influit, vsque ad eum locum, vbi est Emath vrbs Syriæ: cuius in hac plaga & nomen ponit Ezechiel. Et plaga inquiens maris, mare magnum a confinio per directum, donec venias Emath, quæ nunc Epiphania nominatur, ab Antiocho crudelissimo tyrannorum, nomine commutato. Nam cognomentum habuit Epiphanes. *Porro ad septentrionalem*, inquit, *partem, a mari magno termini incipient, peruenientes vsque ad montem altissimum: a quo venient in Emath, vsque ad terminos Sedada. Ibuntque confinia vsque ad Sephrona, & villam Enan. Hi erunt termini in parte aquilonis.* Dicunt Hebræi septentrionalem plagam incipere a mari magno, quod Palæstinæ Phœnices & Syriæ
H quæ appellatur [illegible] Ciliciæque prætendit littoribus: & per Aegyptum tendit ad Libyam. Quod autem di[illegible]t peruenientes terminos vsque ad montem altissimum, id Hebræi autumant, vel Amanum montem significare, vel Taurum, quod nobis videtur verius. Ibuntque, inquit, confinia vsque ad Sephrona, quam hodie Zipheum oppidum Ciliciæ vocant. Quod autem sequitur, & villam Enan, pro quo in Hebræo scriptum est, Aseenan, quod interpretatur atrium fontis, terminus est Damasci. Et ab Aquilone vsque ad aquilonem plaga septentrionalis. *Inde metabuntur*, inquit, *fines contra orientalem plagam de villa Enan vsque ad Sephama & de Sephama descendent termini in Rebla contra fontem Daphnim. Inde peruenient contra orientem ad mare Cenereth: & tendent vsque ad Iordanem & ad vltimum salsissimo claudentur mari.* A [illegible] igitur septentrionalis plagæ, hoc est, atrio Enan, tendunt fines vsque ad Sephaora, quam Hebræi

A Luc. 12. [illegible] *videte* [illegible] *super* [illegible] *Pater* [illegible] *ges*, [illegible] *rex regum*, [illegible] *udine* [illegible] *qui hæ* [illegible] *Huius* [illegible] *etiam* [illegible] *num* [illegible] *per Iesum Christum Dominum nostrum.*

Capvt XI.

De vrbibus refugij.

Num. 35. *Ait Dominus ad Moysen: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Quando transgressi fueritis Iordanem in terram Chanaan, decernite quæ vrbes esse debeant in præsidia fugitiuorum, qui nolentes sanguinem fuderint. In quibus quum fuerit profugus, cognatus occisi eum non poterit occidere, donec stet in conspectu multitudinis, & causa eius iudicetur.* B *De ipsis autem vrbibus quæ ad fugitiuorum subsidia separantur, tres erunt trans Iordanem, & tres in terra Chanaã, tam filijs Israel, quam aduenis & peregrinis: vt confugiat ad eas qui nolens sanguinem fuderit.* Hoc quomodo factum sit, liber qui

Infra 20. dicitur Iosue Naue manifestat, quum commemorat Iosue Domino iubente sex ciuitates refugij decreuere homicidis, qui homicidium non sponte fecerunt. hoc est, Cades in Galilęa montis Nephtalim, & Sichẽ in monte Ephraim, & Cariat arbe: ipsa est Hebron in monte Iuda. Et trans Iordanem contra occidentalem plagam Iericho, vrbem Bosor, quæ sita est in campestri solitudine, de tribu Rubẽ: & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Basan de tribu Manasse. Hæ ciuitates constitutæ sunt cunctis filijs Israel, & aduenis qui habitabant inter eos: vt fugeret ad eas, qui animam nesciens percussisset, & non moreretur in manu proximi, effusum sanguinem vindicare cupientis: donec staret ante populum exponeretque causam suam. Ecce habes sex refugij ciuitates. Quas si placet, ingredere: ac si forte pro conscientia peccatorum illas quæ sunt in terra repromissionis, hoc est in ecclesia, intrare non audeas, est Bosor circa Iordanem in solitudine, quæ interpretatur angustia, id est, cellula monasterij parua vel C modica: & optime tibi conueniet, quod de sorte Ruben est, & ipse est qui thorum patris sui maculauit illicite. Est & Ramoth de sorte Gad, quæ interpretatur excelsa mors, vel visio mortis. Vere enim excelsa mors pœnitentia esse dicenda est, cum mortificatis membris, deducatur homo ad excelsa cælorum, vnde fuerat ante delapsus. Siue iuxta istam humilem mortem quæ generaliter omni carni imminet, illa ad comparationem eius rationabiliter excelsa nominatur: quia multum nobilius est per pœnitentiam mori, quam communi hac morte dissolui. Si autem visionem mortis sentire velimus, ita potest intelligi, quia quum sumus in pœnitentia constituti, & ante oculos nobis ponimus inferni tormenta, videmus ipsam speciem mortis, de qua pœnitentiæ beneficio liberemur: donec vt memineris te in ancillæ filij ciuitate agere pœnitentiam: quia omnis qui peccat, seruus est peccati: & formam serui D ac [illegible] ns, humilies teipsum vsq; ad mortem. Est Gaulon in tribu Manasse, quę interpretatur volutatio: vt tu meminne [illegible] tio & cinere esse volutandum. Et hoc in finibus Manasse qui interpretatur obliuio: vt obliuiscaris ea quæ ante gessisti, & in priora te extendas. Hic ergo inhabita, vt per angustias mortis & volutationis, iram persequutoris euadas & spem salutis inuenias. Tunc deinde [illegible] si aliquid vtiliter egeris, etiam ad Cades in terra repromissionis quæ est in Galilæa, poteris peruenire: quæ interpretatur sancta. Vt tu quum in tribulatione corruptiones abieceris, etiam ad sanctam ecclesiam tribuatur accessus [illegible] in Nephtalim sorte qui dicitur vitis remissa. de [illegible] in [illegible] partem parte merecans. Sed nec Iebi [illegible] ad [illegible] m, quæ interpretatur coniunctio [illegible] coniugium. Reuertere enim anima tua ad virum suum, [illegible] quo pro tempore pecca-

E [illegible] Si [illegible] ciuitatem Si- [illegible] nos [illegible] hæc [illegible] non equitur [illegible] p [illegible] valebit intrare, quæ inter- [illegible] vt ustenda [illegible] bo- [illegible] tuo [illegible] [illegible] tra noucimonibus: esse vniq; cen- [illegible] ipsi Sichem ab alienigenis centum agnis scabritum comparata.

Capvt XII.

De iudicio interfectorum.

Iacob. 1. *Vir duplex animo, inconstans est in omnibus vijs suis.* Tales quippe oportet, vt ne initium quidem renuntiationis arripiant: quibus melius est in actiua vita constitui, quam tepide contemplationem exequentes, maiori discrimini semetipsos inuoluant.

Eccl. 5. *Melius est enim non vouere, quam vouere & non reddere.* Similiter & ille à tali militia prohibetur, qui vxorem duxerit: qui plantauerit vineam, vel sit propagines filiorum. Non enim potest seruire diuinæ militiæ seruus vxoris: nec potest assequi studium contemplationis, qui adhuc in delectatione figitur carnis. Nemo inquit Apostolus militans Deo, implicet se negotijs secularibus, vt ei placeat, cui se probauit.

D

Capvt XXIII.

De offerenda pace primum hostibus: & si fœdus inire noluerint, funditus euertendis: & de pomiferis arboribus non excidendis.

Deut. c. 20. *SI quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem. Si receperit & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est saluabitur, & seruiet tibi sub tributo. Sin autem fœdus inire noluerint & cœperint contra te bellum, oppugnabis eam. Cumque tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea masculini generis est in ore gladij, absque mulieribus, & infantibus, & iumentis, & cæteris quæ in ciuitate sunt. Omnem prædam exercitui diuides: & comedes de spolijs hostium tuorum, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi.* Ciuitas ergo quam

E

expugnaturi Israelitæ accedunt, significat iuxta allegoriam, conuenticula hæreticorum: vel generaliter mundum qui idololatriæ deditus, obsistit religioni Christianæ: siue etiam secundum tropologiam exteriorem hominem nostrum, qui corrumpitur secundum desideria erroris, & aduersatur spiritui. Quando autem catholicus quis, qui est vtique verus Ierosolymita, huiuscemodi susceperit bellum, primũ pacem iubetur afferre, hoc est Christum ad credendum prędicare. *Ipse est enim* iuxta Pauli vocem, *pax nostra: qui fecit vtraque vnum.* Ephes. 2. Qui autem receperit verbum filij Dei, & aperuerit illi portas interioris cordis, vt accipiat in se hospitem Christum, saluabitur cum sensibus animi & affectibus illius: & per deuotionem rectam soluendo censum bonorum actuum, salutem animæ suæ conquirit perpetuam. Hinc Saluator in euangelio Apostolis ait: *In quamcunque ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit: & ibi manete, donec exeatis. Intrantes autem domum, salutate eam dicentes: Pax huic domui. Et siquidem non fuerit domus digna, pax vestra ad vos reuertetur.* Matt. 10. Qui autem fœdus pacis inire noluerit, sed cœperit e contrario præliari, oppugnari debet: quia nulli vitio, nulli errori, nullique nequitiæ consentiendum est: nec fœdus cum eis ineundum: sed magis omnem vigorem eorum, quod significat masculinum genus in ore gladij spiritalis, quod est verbum Dei, decet esse multandũ.

F

Si qui vero cedunt increpationibus, ac de prauis actibus suis pœnitentiam agunt (hoc enim persona mulierum & infantium atque iumentorum notatur) in prædam salutiferam militum Christi feliciter perueniunt, atque in possessionem sanctę ecclesiæ salubriter rediguntur. Quod autem subiunxit, *De his ciuitatibus quæ dabuntur tibi, nullum omnino permittes viuere: sed interficies in ore gladij, Hethæum videlicet & Amorrhæum, & Chananæum, Pherezæum, Euæum & Iebusæum: sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus: ne forte doceant vos facere cunctas abominationes, quas ipsi operati sunt in Dijs suis.* Significat nulli vitio in nostra conuersatione esse parcendum: sed magis zelo diuino resistendum: ne forte si hostibus spiritalibus parcamus, ipsi coram oculis eius in voluptatibus nostris corrupti, & abominabiles facti, viles appareamus: & ob hoc ab ipso deserti, in gaudium veniamus inimicis nostris: vt exultantes de ruina nostra, dicant in cordibus suis: *Euge euge animæ nostræ, absorbuimus eũ.*

G

Psal. 34. *Quando obsederis ciuitatem aliquam multo tempore, & munitionibus circumdederis vt expugnes eam, non succides arbores de quibus vesci potest: nec securibus per circuitum debes vastare regionem: quoniam lignum est & non homo: nec potest contra te bellantium augere numerum. Si qua autem ligna non sunt pomifera sed agrestia, & in cæteros apta vsus, succide & extrue machinas, donec capias ciuitatẽ quæ contra te dimicat.* Quid est quod prohibet arbores pomiferas succidi, de quibus vesci potest, agrestia autem præcidi ad machinas construendas, vel ad varios vsus, nisi quod illis personis aliquo modo in discretione iudicandi parcendum est, quæ habiles sunt ad scientiæ germina, & ad virtutum fructus proferendos? Ne forte per incautelam iudicij nimium lędantur: ita vt futuri germinis vsus, penitus ab eis abscindatur. Vnde Apostolus ammonens nos instruit dicens: *Fratres, si occupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem* Christi. Gal. 6.

H

Qui autem agrestes habet sensus, & mores inordinatos atque incompositos, ita vt nulli vsui virtutum conueniant, ab hac intentione praua & studio nefando euelli debent: atque in meliorem vsum conuerti. Vnde idem Apostolus quosdam peccantes iubet tradi Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini: nec cum huiusmodi cibum sumere: neque in aliquo communicare, vt confusi, pœnitentiam agant.

A

Capvt XXIV.

De cadauere hominis occisi inuento.

Deut. c. 21. *Qvando fuerit inuentum in terra quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, hominis cadauer occisi, & ignoratur cædis reus, egredientur maiores natu & iudices tui, & metientur a loco cadaueris, singularum per circuitum spatia ciuitatum, & quam viciniorem cæteris esse prospexerint, seniores ciuitatis eius tollent vitulam de armento quæ non traxit iugum, nec terram scidit vomere: & ducent eam ad vallem saxosam atque asperam, quæ nunquam arata est, nec sementem recepit: & cædent in ea ceruices vitulæ, accedentque sacerdotes filij Leui, quos elegit Dominus Deus tuus, vt ministrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad verbum eorum, omne negotium, & quicquid mundum vel immundum est, iudicetur. & omnes maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabuntque manus suas super vitulam, quæ in valle percussa est, & dicent: Manus nostra non effuderunt hunc sanguinem, nec oculi viderunt. Propitius esto populo tuo Israel quem redemisti Domine: & non reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel. & auferetur ab eis* B *reatus sanguinis*. & cætera. Hoc capitulum si secundum literam inspiciatur, vilem habet sensum. Si autem secundum spiritalem intellectum, magnum habet sacramentum. Quando, inquit, inuentum fuerit in terra quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, hominis cadauer occisi, & ignoratur cædis reus. Notandum vero, quod alij hunc hominem occisum, Adam primum hominem intelligere voluerunt. Sed mihi videtur congruentius competere hanc figuram ad Adam secundum, hoc est, redemptorem nostrum: qui à populo Iudæorum in terra possessionis suæ, mortis sententiam accepit: & salutarem vniuerso mundo pertulit crucem. Cuius cædis reus ignoratur, diabolus videlicet, qui proditionis eius autor est. Qui non ideo ignorari dicitur quod nesciatur, quum Ioan. 13. manifeste euangelium dicat, *quod ante diem festum paschæ sciens Iesus, quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad patrem, quum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta quum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Simonis Iscariothæ* & cætera. Sed quod natura inuisibilis ho- C minum conspectibus non appareat, maiores natu & iudices egredi iubentur, vt metiantur a loco cadaueris singularum per circuitum spatia ciuitatum, quatenus explorent quæ de illis sit occisio cadaueri. Vnde Apostoli & doctores sancti, qui in iudicum nomine & maiorum natu designantur, sacrarum scripturarum attestatione perceperunt, quod nulla gens, nulla natio sic prompta ac sic proua fuit vnquam ad cædem innocentium conficiendam, quam gens Iudæorum, quæ non solum prophetarum, sed & ipsius Domini sanguinem maculatis manibus fudisse dinoscitur. Vnde ad complendum mysterium sumi mandatur vitula de armento, quæ non traxit iugum, nec terram vomere scidit. Vitula quippe hæc significat carnem redemptoris nostri, de armento Patriarcharum & Prophetarum progenitam, quæ nunquam traxit iugum peccati, nec de virili coitu vllo modo edita est, sed de virgineis visceribus secundante spiritu sancto, sine vllo peccati contagio ad redemptorem humani generis vitæ salutaris in mundum processit. Hæc quoque per seniores ci- D uitatis, hoc est per apostolos & apostolicos viros, pro expiatione nostrorum peccatorum crucifixa prædicatur. Et ducent, inquit, in vallem eam asperam atque saxosam, quæ nunquam arata est, nec sementem recepit: & cædent in ea ceruices vitulæ. Quæ est ergo vallis ista aspera atque saxosa, nisi Ierusalem terrestris, quam Isaias Propheta vallem visionis nuncupauit? Sed hæc vallis aspera atque saxosa esse legitur: quia dura & indomita semper erat, ac spineis vitiorum asperrima. quæ nunquam arata est: quia nunquam doctrinis sanctis perfecte cessit, nec recepit sementem euangelij: sed pro frugibus spinas, & pro vuis gignebat labruscas. vnde Saluator in euangelio ad ipsam Luc. 13. ait: *Ierusalem Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas & noluisti*, & cætera. Ibi enim cædebant ceruices vitulæ quia ibi crucifixerunt E carnem Saluatoris. Sequitur: Accedentque sacerdotes filij Leui quos elegerit Dominus Deus tuus vt ministrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad verbum eorum omne negotium, & quicquid mundum vel immundum est iudicetur: & maiores natu ciuitatis illius ad interfectum: lauabuntque manus suas super vitulam, quæ percussa est in valle, & dicent: Manus nostræ non effuderunt hunc sanguinem, nec oculi viderunt. Propitius esto populo tuo Israel quem redemisti Domine, & non repútes sanguinem innocentem, in medio populi tui Israel. Qui sunt ergo sacerdotes isti ac maiores natu, quibus tale negotium & tale ministerium iniungitur, nisi sancti Apostoli & prædicatores euangelij, quibus omnem ordinem ecclesiasticum regere Dominus ipse commendat? Hi ergo super carnes vitulæ manus lauant, cum in passione Christi sua munda demonstrant esse opera. Quia licet eiusdem passionis sacramenta in oblatione quotidie imitentur mystica, tamen ab omni fraude & dolo Iudæorum corda & opera retinent mundissima. ipsi secundum suum ministerium pacem semper optant atque deposcunt populo Christiano: quatenus eis non vindicta pro scelere, sed F pro fide salus dono conferatur diuino: qui parati sunt omni tempore Christi obedire euangelio.

Capvt XXV.

De captiua muliere pulchra.

Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit Deut. c. 21. *eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuosque duxeris, & videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, volueris que habere vxorem, introduces in domum tuam. Quæ radet cæsariem, & circumcidet vngues, & deponet vestimentum quo capta est, sedensque in domo tua, flebit patrem & matrem suam vno mense: & postea intrabis ad eam, dormiesque cum illa: & erit vxor tua*, & cæt. Dicant Iudæi, quomodo apud eos ista seruantur, quid causæ, quid rationis est decaluari mulierem, & vngulas eidem abscindi? Verbi causa ponamus, quod ita inuenerit eam is qui dicitur inuenisse, vt neque capillos neque vngulas habeat: quid habuit quod secundum legem demere iuberetur? Nobis vero quibus militia spiritalis est, G & arma non carnalia sed potentia Deo, sed decoram mulierem, id est, animam quæ à Deo pulchra creata est, in gentili conuersatione inuenerimus, & sociare voluerimus eam corpori Christi, deposito idololatriæ cultu, induitur lugubribus pœnitentiæ indumentis: deplorabitque patrem & matrem, hoc est, omnem memoriam mundi, eiusque carnales illecebras. Deinde nouacula verbi Dei & doctrina, omne peccatum infidelitatis eius quod mortuum & inane est, abscinditur: (hoc enim sunt capilli capitis & vngulæ mulieris.) atque demum salutari lauacro mundata & purificata, coniungitur sanctis Dei: scilicet cum iam nihil in capite mortuum, nihil in manibus exillis quæ per infidelitatem mortis dicuntur, habuerit: vt neque sensibus neque actibus immundum aliquid aut mortuum gerat. Quod vero post triginta dies iubet eam duci vxorem, ternario namque ac denario numero, fides opusque significatur. Per fidem ergo trinitatis atque opus legis recte sociatur, quæcunque anima vero Israelitæ, H corpori scilicet Christi: adhærens illi sine macula: synceritatis fidei & actuum puritate. Alij putauerunt hanc mulierem decoratam specie, rationabilem aliquam disciplinam significari: quæ sapienter dicta inueniuntur apud gentiles. Hanc igitur à nobis repertam, oportet de ea primum auferre & resecare omnem superstitionis eius immunditiam: & ita eam in studio veritatis assumere. Nihil enim mundum habent disciplinæ gentilium: quia nulla apud infideles sapientia est, cui immunditia aliqua vel superstitio, non sit adnixa.

A

Capvt XXVI.

De duabus vxoribus, vna dilecta, & altera odiosa.

Deut. 21. *Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam & alteram odiosam, genueritque ex ea liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus: volueritque substantiam inter filios suos diuidere: non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ: sed filium odiosæ agnoscet primogenitum: dabitque ei de his quæ habuerit, cuncta duplicia. Iste est enim principium liberorum eius: & huic debentur primogenita.* Interdum scriptura cum allegoriam dicit, alia ad speciem synagogæ, alia ad ecclesiam refert, alia ad animam, alia ad verbi mysterium, alia ad diuersas species & qualitates animarum quæ discernit, quæ iudicat spiritus. Vnde sequenti capitulo legis, non duas animas, sed diuersas qualitates vnius animæ comprehensas arbitreris. Est enim amabilis species animæ, quæ concupiscit voluptaria, quæ laborem fugit, compunctiones declinat, iudicium Dei negligit. Ideo amabilis, quia dulcis & suauis ad tempus videtur: quæ mentem non afficiat sed oble-

B

ctet. At illa altera tristior, quæ zelo Dei conficiatur: sicut vxor seuera sceruari comparem suum uolit, non patiatur, non sinat, nihil ei indulgeat corporis: nihil voluptati & delectationi relaxet: abdicet occulta dedecoris: dura laborum sequatur: grauia periculorum. Si igitur pepererint ex ambabus, non poterit inquit primitiuum filium amabilis, in hæreditatis institutione præponere primitiuo filio odibilis: cum sciat odibilis filium primitiuum esse. In quo non tam prælationem simpliciter significari puto, quasi inter primitiuos duos, quam expressionem solummodo odibilis filium, primitiui habere prærogatiuam. Primitiuus enim primo-

Exo. 13. genitus est. sancti autem primogeniti sunt, *quia omne masculum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur.* Non tamen omnis sanctus primogenitus: sancti autem primogeniti sunt. Denique habes in Numeris. *Ecce tuli Leuitas pro primogenitis omnibus, de medio filiorum Israel, qui aperiunt vuluam a filiis Israel. Mihi enim in quo die percussi omne primogenitum Ægypti, sanctificaui omne primogenitum Israel.* Ergo pro primogenitis Leuitas accepit quasi sanctos. Sanctos enim

C

Hebr. 12. primogenitos esse cognoscimus, ex epistola ad Hebræos scripta, in qua habemus. *Sed appropinquastis monti Sion, & ciuitati Ierusalem, & frequentiæ multorum angelorum ecclesiæ primitiuorum.* Ergo sicut primogeniti ecclesiæ sancti, sic & Leuitæ: quoniam ipsi quoque primogeniti. Non enim nascendi ordine sancti, sed sanctificationis munere. Leui enim tertius filius fuit Liæ, non primus vtique. Qui autem sanctificatur, ipse aperit vuluam. Quam vuluam? Audi

Psal. 57. dicentem: *Errauerunt peccatores ab vtero.* Quia intellexisti primogenitum qui aperit vuluam intellige vterum bonæ matris, à quo non errant sancti sed peccatores. Leuitæ autem auferuntur de medio Israel, quia nihil habent commune cum populo, cuius primogenita secularia distrabuntur. Primogeniti enim seculi alterius matris sunt: à cuius vtero segregatus est Paulus, cum ad gratiam vocaretur Dei: & ideo de medio populi segregatus verbum recepit: quod est medium in corde nostro. vnde illud di-

Ioan. 1. ctum est. *Medium autem vestrum stat quem vos non videtis.* Non otiosus itaque nobis à lege in legem excursus fuit: vt pri-

D

mogenitum non esse amabilis filius, id est, remissionis & voluptatis filium doceremus: quatenus præfati capituli verba huc expetimus, dicente scriptura: Non poteris filium amabilis primitiuum ponere, cum scias filium odibilis primitiuum esse. Ille est vere primitiuus, qui sanctæ matris sanctus est pater: sicut illa vera mater, à cuius vtero non errant veri filij, sed peccatores. Ergo ille non veræ matris filius, non primitiuus verus, sed quasi primitiuus iuuatur sumptu, ne egeat. Non vt diues sit, honoratur. Hic autem dupla ex omnibus accepit, vt abundet: sicut etiam in Genesi habes, patriarchas a fratre suo Ioseph gemina singula stola donatos, moneret cum remitteret eos ad patrem. vt significarent fratrem repertum Ioseph, quem defunctum esse crediderat pater. Primogenitus itaq; hæreditatis accepit prærogatiuam. dicente scriptura: Hic est initium filiorum: & huic debentur primogenita. A primogenito igitur Dei filio, primogeniti sancti: & ab illo

E

initio: quia ipse est initium & finis. Initium sanctus nuncupatur. Initium filius, cui debetur primitiarum prærogatiua, secundum illud ad Abraham dictum: *Ejice ancillam* Gen. 21.
& filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ, cum filio meo Isaac. Quod magis ad hæreditatem virtutum, quam pecuniæ spectare diuino oraculo docemur, dicente Domino: *Om-* Ibidem.
nia quæcunque dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quoniam in Isaac vocabitur tibi semen. Quæ erat alia in Isaac nisi hæreditas sanctitatis, quæ nobilitaret patrem? Et filium quidem ancillæ super nationes fecit, quasi simplicia conferens patrimonij. Filio autem Saræ dupla dedit: cum non solum temporalia, sed etiam superna & perpetua collata sunt. Item secundum allegoriam, homo hic qui duas vxores habere dicitur, figurare potest Dominum Christum, qui duas plebes, hoc est Iudæorum ac gentilium, sibi coniugij nomine copulauit. Sed odiosa potest dici synagoga Iudæorum, quæ secundum legislatoris attestationem, semper contentiose agebat contra Dominum: & cui Stephanus in Actib. Apostolorū exprobrat dicens: *Dura ceruice, & in-* Act. 7.
circumcisi cordibus & auribus: vos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri, ita & vos. Dilecta autem ecclesia est de gen-

F

tibus: sed non potest hic homo filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ: quia non vult Dominus Christus ecclesiam de gentibus præferre primitiuæ ecclesiæ suæ quæ fuit in Ierusalem: ex qua fuerunt apostoli & primi doctores nostri. Sed agnoscet filium odiosæ primogenitum: dabitque ei de his quæ habuerit, cuncta duplicia. Quia primo illi dedit populo legem & prophetas, & notitiam nominis sui. Et de eo idem Saluator natus, tempore incarnationis suæ, præcipue euangelium ei prædicauit. Iste enim est primogenitus liberorum eius: & huic debentur primogenita. Qui autem plenius hæc nosse desiderat, legat epistolam beati Pauli apostoli ad Romanos, & tunc cognoscet per omnia vera esse, quæ dicuntur.

Capvt XXVII.

De filio contumace atque proteruo ab hominibus adiudicato morti, in patibulo suspendendo, sed tamen in eadem die sepeliendo. G

Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audiat patris aut matris imperium, & coercitus obedire contempserit, Deut. 21.
apprehendent eum, & educent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos: Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat & luxuriæ atque conuiuijs: Lapidibus obruet eum populus ciuitatis & morietur, & auferetis malum de medio vestri, vt vniuersus Israel audiens, pertimescat. Quod obedientia semper Deo placuerit, atq; contumacia & proteruitas semper displicuerit, testantur libri veteris testamenti & noui. vnde scriptum est: *Melior est obe-* I Reg. 15.
dientia quam victima: & auscultare magis quam offerre adipem arietum: quoniam quasi peccatū ariolandi est repugnare: & quasi scelus idololatriæ, nolle adquiescere. Inobedientem ergo filium & vitiosum, vetus lex obrui lapidibus iubet vt moriatur. Sed & euangeliū non parcit incorrectis, imo duris increpationibus atq; castigationib. quod significant lapides, per magistros arguere mandat delinquentes: quia nullo modo parcit vitijs, sed fauet vir-

H

tutibus. *Quando peccauerit homo quod morte plectendū est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno: & nequaquam contaminabis terram tuam quam Dominus Deus tuus dederit tibi in possessionē.* Hic homo vnusquisque baptizatus potest intelligi: qui quādo peccauerit, adiudicandus est morti: hoc est reatui, pro quo morte tormentorum plectendus est. Suspensus n. erit in patibulo, cuius scelus per vindictam manifestatur in populo. vnde Apostolus peccantes coram omnib. iubet arguere, vt & cæteri metū habeant. Quod autem dicit, Non permanebit cadauer eius in ligno, sed sepelietur in eadē die, significat, quod non est de die in diem differenda pœnitentia peccatorum: sed post peccatum mox agenda. vt ante finē vitæ præsentis per confessionem ac pœnitentiam atq; bona opera, studeat abscondere coram oculis Dei delictum

A fuum: quia maledictus à Deo est, qui pendet in ligno: hoc est in peccato qui perseuerat. Ligni enim nomine peccatum potest intelligi quia in ligno protoplastus noster primum peccauit. Et nequaquam inquit contaminabis terram tuam. Ergo quia terra carnis nostræ fœdatur sordibus peccatorum, omnimodis studere debemus, vt eam mundemus per pœnitentiam & effusionem lachrymarũ: ne fœditas eius alijs scãdalum, & nobis pariat in fine cruciatum. Sed oritur hic difficillima quæstio in eo quod dicit, Maledictus à Deo omnis, qui pendet in ligno. Quia quidam hæretici ad calumniam passionis Christi, hanc sententiam transferre voluerunt: non intelligentes quod mors hominis, ex pœna peccati est. vnde & ipsa peccatum dicitur: Non quia peccat homo dũ moritur, sed quia ex peccato factum est quod moriatur: sicut alio modo dicitur lingua, quod per linguam fit. Secundum quem modum dicitur lingua Græca: alia Latina: & manus alio modo dicitur ipsum proprie corporis membrum, quod mouendum est ad operandum. Et alio modo manus dicitur, scriptura quæ fit per manum. Dicimus enim, probata est manus eius. Habeo enim manum tuam. Recipe manum
B tuam. Manus vtiq; propriè membrum est hominis. Non autem opinor scripturam esse hominis, & tamen dicitur manus, eo quod manu facta sit. Sic & peccatum non tantũ opus ipsum malum quod pœna dignum est, sed etiam ipsa mors quę peccato facta est, peccatum appellata est. Illud itaq; peccatum quo reus esset mortis, non commisit Christus. Illud autem alienum id est, mortem quæ peccato inflicta est humanæ naturæ, suscepit pro nobis. Hoc suspendit in ligno: hoc maledictum est per Moysen, vbi mors damnata est ne regnaret. & maledicta est, vt periret. Quapropter per Christum tale peccatum, damnatum est, nostrum peccatum. vt nos liberaremur: ne regnante peccato, nos damnati maneremus. Quid ergo miratur Faustus, maledictum esse peccatum, maledictam esse mortem. Maled etiam esse mortalitatem carnis sine peccato Christi, ex peccato tamen hominis in Christo factam? Ex Adam quippe corpus assumpsit: quia ex Adam virgo Maria, quæ peperit Christum. Dixerat autem Deus in para-
Gen. 2. diso: *... morte morieris.* Hoc est maledictum
C quod pependit in ligno. Ille negat Christum maledictũ, qui negat mortuum. Qui autem confitetur mortuum, & negare non potest mortem de peccato esse, & ab hoc etiam ipsum peccatum vocari audiat Apostolum dicentem: *Quo niam vetus homo noster simul cum illo crucifixus est*: & intelligat quem maledictum sit Moyses dixerit. Ideo-
Gal. 3. que securus Apostolus ait de Christo: *Factus pro nobis maledictum*: sicut non timuit dicere pro omnibus mortuus est, quod est, maledictus: quia mors ipsa ex maledicto est: & maledictum est omne peccatum, siue ipsum quo fit, vt sequatur supplicium quod alio modo vocatur peccatum, quod fit ex peccato. Suscepit autem Christus sine reatu supplicium nostrum: vt inde solueret reatum nostrum, vt fieret supplicium nostrum. Ex ingenio meo ista dixerim, si non Apostolus toties moneat vt & dormientes excitet, & calumniantes suffocet. *Misit Deus*, inquit, *filium suum in similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum in carne*. Non ergo erat illa caro peccati quia nõ radice mortalis ... in Maria per masculum veneiat. Sed tamen quia
D de peccato est mors, illa caro quamuis ex virgine, mortalitatis tamen fuit. eo quod ... similitudinem cum peccati habebat. Hoc appellat etiam peccatum consequenter dicens: vt de peccato damnaret peccatum
2. Cor. 5 in carne. Item in alio loco: *Eum*, inquit, *qui non nouerat peccatum. pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.* Cur ergo timeret Moyses dicere maledictum, quod Paulus peccatum non timuit dicere. Plane hoc Propheta & præuidere debuit & prædicere, paratus ab hæreticis cum Apostolo reprehendi. Qui ipsis enim reprehendent prophetam dixisse maledictum, cogetur reprehendere Apo-
Gal. 3. stolum dixisse peccatum. Nam vtiq; maledictum, comes est peccati. Nec ideo maior inuidia est, quod addidere Deo vt diceret: Maledictus Deo, omnis qui pependit in
Gal. 3. ligno. Nisi enim Deus odisset peccatum & mortem nostram, non ad eam suscipiendam atque delendam filium

E suum mitteret. Quid ergo mirum, si maledictum ... quod odit Deus? Tanto enim libentius donat immortalitatem quæ futura est CHRISTO veniente, quanto misericordius odit mortem nostram, quæ ligno pependit Christo moriente. Quod autem additum est, omnis vt videretur maledictus omnis qui ligno pependit, non sane Moyses minus præuidet etiam iustos in cruce futuros: sed bene præuidet hæreticos veram mortem Domini negaturos: & ideo volentes ab hoc maledicto Christum seiungere, vt à mortis etiam veritate seiungerent. Si enim illa vera mors non erat, nullum maledictum CHRISTO crucifixo pependit in ligno, quia nec crucifixus est vere. Sed contra longe futuros hæreticos, quam delonge clamat Moyses: sine causa tergiuersamini, quibus displicet veritas mortis CHRISTI. Maledictus omnis qui pependit in ligno. Non ille aut ille, sed omnis omnino. Etiamne & filius Dei? Etiam prorsus. Nã hoc est quod vultis, inde satagitis, inde seducitis. Displicet enim vobis, maledictus pro nobis, quia displicet, mortuus pro nobis. Tunc enim extra maledictum illius Adam, si extra illius mortem. Cum vero ex homine pro homine mortem sus-
F cepit, ex illo & pro illo etiam maledictum, quod mortem comitatur, suscipere non dedignatus est. Etiam ille prorsus, etiam ille filius Dei, semper viuẽs in sua iustitia, mortuus autem propter delicta nostra in carne, nostra ex pœna suscepta. Ac per hoc additum est, omnis: ne Christus ad veram mortem non pertinere diceretur, ... maledicto quod morti coniunctum est, insipienti honore ... separetur. Qui autem ex veritate euangelica fidelis est, intelligat tamen non esse contumeliam Christi ex ore Moysi, cum eum dixit maledictum, non ex diuinitate maiestatis suæ, sed ex conditione pœnæ nostræ, ex qua in ligno suspensus est: quia non est laus Christi ex ore Manichæorum, cum eum negant carnem habuisse mortalem, in qua veram mortem pateretur. Quia ex illo prophetico maledicto, laus intelligitur humilitatis: ex illo hæretico quasi honore, crimen obijcitur falsitatis. Si ergo negas maledictum, negas mortuum. Si negas mortuum, non iam contra Moysen, sed contra Apostolum dimicas. Si autem confitens mortuum, confitere suscepisse pœnam pec-
G sti sine peccato nostro. Iam vero vbi audis pœnam peccati, aut ex benedictione crede venientem, aut ex maledictione. Si ex benedictione venit pęna peccati, opta esse semper in pœna peccati. Si autem optas inde liberari, crede per diuinæ sententiæ iustitiam, ex maledictione venisse. Confitere ergo maledictum suscepisse pro nobis, quẽ confiteris mortuum esse pro nobis: nec aliud significare voluisse Moyseo cum diceret: *Maledictus omnis qui in ligno pependit.* Poterat enim dicere: Maledictus omnis mortalis, aut maledictus omnis moriens. Sed hoc est quod asserit prophetia, quia sciebat Christi mortem in cruce pensuram, & futuros hæreticos qui dicerent Pependit quidem in ligno, sed specie quadam, non vt vere moriatur. Clamando ergo, maledictus, nihil clamauit, nisi quia vere mortuus est: sciens mortem hominis peccatoris quam sine peccato ipse suscepit, de illo maledicto venientem
Gen. 3. quo dictum est: *Si tetigeritis, morte moriemini.* Ad hoc ser-
H pens ille pertinet in ligno suspensus, quo significatur non fallam mortem Christum finxisse, sed illam veram in ligno passionis suæ suspendisse: in qua serpens ille, male suadendo hominem deiecit. Quam veram mortem nolunt isti conspicere, & ideo non sanantur à veneno serpẽtis, sicut in eremo, quicunq; illum attenderant, sanabantur. Itaque fatemur ab imperitis dici, aliud esse affigi ligno, aliud in ligno pendere. Si enim quidam putant soluendam esse istam quæstionem, vt Iudam dicant à Moyse maledictum, qui laqueo se suspendit, quasi primo nouerint, vtrum ex ligno, an ex lapide ille se suspenderit.

A

CAPVT XXVIII.

De non prætereundo boue atque oue errante, sed fratri suo reducendo [illegible] aliter de asino & vestimento.

Deut. c.22. NOn videbis bouem fratris tui, *aut ouem errantem & præteribis, sed reduces fratri tuo: si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te, quamdiu quærat ea frater tuus & recipiat.* Ista sententia secundum literã, æquitate atq; benignitate docet, vt vnusquisq; commodum quod sibi ab alio impendi oportet, alteri impendere non deneget: secundum illam sententiam Saluatoris, qua præcepit, dicens:

Matt.7. *Omnia quæ vultis vt faciant vobis homines, hæc eadem & vos facite illis.* Secundum allegoriam vero mysterium venerandum ostendit. Frater enim noster secundum naturæ susceptionem Christus est, qui in euangelio post resurrectionem suam per mulieres mandauit discipulis suis dicens:

Matt. 28. *Ite nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt.* Huius autem fratris bos aut ouis

B

errat, cum quis de legis iugo ad fidem conuocatus, vel simplex quilibet catholicus per hæreticos in errorem inducitur. Sed hæc animalia iubemur in domum nostram introducere, hoc est in sollicitudinem atq; curam nostram suscipere, & in domo ecclesiæ, per vnitatem fidei & pacis nobiscum seruare: donec prædictus frater noster ad iudicium veniens, eum repetierit, à quo recedendo aberrauit prius. Quod autem sequitur, *Similiter de asino, & de omni vestimento, & de omnibus fratris tui quæ perierit, si inueneris eam, non negligas quasi alienum. Si videris asinum fratris tui aut bouem cecidisse in via, non despicies sed subleuabis cum eo.* Asinus hic gẽtilem hominem significat, cuius vilitatem atq; immunditiam non debemus despicere, sed quantum possumus, ad fidem eum ac religionem communem potius prouocare. Vestimentum autem exteriora opera sunt: quæ si viderimus in aliquo a rectitudinis tramite deuiare, in viam iustitiæ dirigere debemus. Hoc enim ante omnia nobis cauendum est, ne quoslibet fratres nostros errantes aut delinquentes, per fastum superbiæ despiciamus: sed eorum

C

casum mente pia magis condoleamus, atq; per Dei gratiam melius eos quantum valemus restaurare certemus. Denique si videris quemlibet ex Iudæis siue ex gentibus, indoctum lege seu hebetem sensu, repentino casu in via præsentis vitæ in peccatum corruere, per compassionem illi atq; misericordiam subuenire debemus, quatenus gratiã Christi, per pœnitentiam ac studium bonorum operum adipisci mereamur. Hinc enim instruit nos Apostolus Paulus dicens:

Gal.6. *Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.*

CAPVT XXIX.

Quod mulieres non debent veste virili vti: nec viri veste fœminea.

Deut. c.22. NOn induetur mulier veste virili: nec vir vtetur veste fœminea,

D

abominabilis enim apud Dominum est, qui facit hæc. Alia editio, hæc habet sic, Non erunt vasa viri super mulierem. Vasa bellica vult intelligi, id est, arma. Nam quidam etiam hoc interpretati sunt. Mysticè autem quod dicit, non induatur mulier veste virili, ostendit illud quod Aposto-

1.Cor.14. lus ait: *Non permitto mulieri docere in ecclesia.* Neque enim sacerdotium neque doctrina fœminis in ecclesia conceditur. Sed nec vir indui debet veste fœminea. Qui enim vir est & principatum gerit ecclesiæ, non debet aliquid fœmineum vel molle in sua doctrina habere. Moraliter autem docet, quòd vnumquemq; sexum induit natura. Indumentos denique diuersus vsus, diuersos color, motus, incessus, diuersæ vites in omni loco extitere. *Docere autem,* inquit, *mulieri non permitto, neq; dominari in virum.* Quam deformem autem viri facere opera muliebria. *Et &* pariant: ergo parturiant, qui crispant comam sicut & fœminæ. & tamen illi velantur, isti belligerantur. Verum habebant excusationem qui patrios sequuntur vsus, sed tamen barbarosi vt Persæ, vt Gothi, & Armenij. Maior quidem est natura quam patria. Quid de alijs dicimus, qui hoc ad luxuriam deriuandum putant, vt calamistratos & torquatos habeant in ministerio: ipsi prolixa barba: illos remissa coma: decreto illis nunc seruatur castimonia, vbi non tenetur sexus distinctio in quo euidenter naturæ magisteria sunt dicente Apostolo: *Decet mulierem non velatam orare Deum: an nec ipsa natura hoc docet vos, quod vir quidem si comam habeat, ignominia est illi: mulier vero si capillos habeat, gloria est illi: quoniam quidem pro velamine sunt.* 1.Cor.11.

CAPVT XXX.

De pullis, & auibus, & ouis, in nido inuentis.

SI ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum auis inueneris, *& matrem pullis vel ouis desuper incubantem, non tenebis eam cum filijs, sed abire patieris, captos tenens filios: vt bene sit tibi, & longo viuas tempore.* Per viam imus, quando per præsentem vitam pergimus: & nidus auis in arbore vel in terra est, quando verba historiæ aut in contemplatiua sunt, aut in actiua vita: Nam præcepta actiuæ, auis nidus in terra est: præcepta contemplatiuæ, nidus in arbore. Mater vero pullis vel ouis incubat, quando ipsa historia intellectum spiritalem fouet: & quædam plano eloquio quasi pullos profert: quædam vero ita insinuans, vt ex eis adhuc legẽtis animum ad altiora perducat: quasi adhuc sub se oua contineat, ex quibus pullos producat. Oua enim idcirco pariuntur, vt ex eis pulli debeant duci. Et sunt quædam contemplatiuæ vitæ, quæ per quasdam modo imagines videntur, vt postmodum sicut sunt, ipsa sua virtute & natura videantur. Iam Paulus ait: *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Et cæcus cum per impositionem manuum redemptoris, iam lumen recipere cœpisset, requisitus est quid videret, & dixit: *Video homines velut arbores ambulantes.* Homo quippe natura rationalis est: arbor autem nec sensibilis, nec viuens. Et quid iste illuminatus cæcus significat, nisi genus humanum? cui cum Dominus contemplationis oculos aperit, prius quædam in ænigmate conspicit: vt postmodum illa vera & ratiocinabilia cęlestium agmina sicut sunt, possit aspicere. Vnde & illic subditur: *Deinde posuit iterum manum super oculos eius, & cœpit videre: & restitutus est, ita vt videret clare omnia.* Prius itaq; per speculum vidit ex similitudine, vt postmodum videret clare ex perfectione. Ad contemplatiuam ergo vitam in his verbis mater ouis incubat: quia sacra historia hoc incipiendo in ænigmate insinuat, per quod aliquid fortius postmodum demonstrans, pullos viuentes producat. Paulus quoq; Apostolus, quum quosdam incontinentes viuere cognouisset, ammonuit dicens. *Propter fornicationem autem, vnusquisq; suam vxorem habeat: & vnaquæque suum virum habeat.* Et quum vxor habenda non sit, nisi liberorum procreandorum gratia, ne quis in fornicationis culpa laberetur, concessit coniugibus aliquid, vnde adhuc surgere ad meliora potuissent. Qui ergo cõcessit vo de animus cõiugium vtq; ad legalem copiam perduci potuisset quasi mater auis in terra, i. historia in actiua vita, posuit oua. Ipsi quoque prædicatores sancti, plus volunt Deũ diligere, quam timere: sed si timorem non insinuãt, ad amorẽ minime perducũt. Vnde prius terribilia & postmodum dulcia loqui solent, sicut per Psalmistam dicitur: *Virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt.* Ac deinde subiungitur: *Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt: & iustitia tua exultabũt.* Quando ergo ideo terrent, vt ad amorem prouocent, oua ponunt. *Perfecta ergo charitas, foras mittit timorem.* Et tunc pulli viuere incipiunt, quando iam formidini non succumbunt. Ipsa quoque lex oua posuit quum dicit. *Oculum pro oculo, dentem pro dente.* Sed pullos produxit postmodum, quum dicit: Nec quæras vltionem: nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Sed notandum quod de hac matre pullorum dicitur. Non tenebis eam cum filijs, sed abire patieris, captos

1. Cor. 11. / Deut. c. 22 / F / 1. Cor. 13. / Matt. 18. / G / 1. Cor. 7. / H / Psal. 144. / 1. Ioan. 4. / Leuit. 24.

B

A tenens filios, quia scilicet in quibusdam locis prætermittenda est historia, vt soli huius matris pulli, id est, spiritalis intelligentiæ nobis sensus in esum veniat. Nec nos mater, sed spiritalis intellectus sensibus satiet. Quum enim legionis aurum & argentum Ægyptiorum ab Ierosolymitico populo petitione deceptoria subreptum, & rursum quum legimus carnalia sacrificia omnipotenti Deo subiecta, quid in hoc verborum nido, nisi mater dimittenda est, & filij tenendi? Nos enim quum à quibusdam secularibus vigilantiam ingenij, in sensione veritatis trahimus, & eorum eloquium in vsum rectitudinis vertimus, quid aliud quam ab Ægyptijs aurum & argentum tollimus: vt ex eo & nos diuites effici, & illi valeant paupertatem ostendi? Sicut scriptum est: *In captiuitatem redigentes omnem intellectum, in obsequium Christi.* Et quum nostra corpora ab stinentia domamus, quid aliud quam carnali sacrificia omnipotenti Deo exhibemus? Sicut ... per Paulum dicitur: *Vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem.* Matrem igitur dimittentes, pullos edimus, cum historiæ exempla dimittimus: sed ex ea allegoriarum sensus in mente retinemus. ... longo tempore ille viuit, qui per spiritalem intelligentiam, æternitatis annos apprehendit. B

Rom. 12.

FINIS LIBRI SECVNDI.

HRABANI MAVRI, ARCHIEPISCOPI MOGVNTINENSIS, ENARRATIONVM IN DEVTERONOMIVM,

B F

LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

De ædificatione domus nouæ, vt murus per circuitum tecti ponatur, ne effundatur sanguis labente aliquo, & in praceps ruente.

Deut. 22. QVVM *ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, & sit reus labente alio, & in præceps ruente.* Huiusmodi autem fabricæ, in templi ædificatione mentio facta est, vbi ita scriptum est: *Et ædificauit tabulatum per omnem domum quinq; cubitis altitudinis.* Luticulas significans, quæ in supremo domus tecto per circuitum erant factæ: ne quis ad altiora perueniens, repente laberetur ad ima. Mystice autem insinuat, in omni tempore nostro, munimine rectæ fidei, ac protectione diuina, nos erigere & quantum ex nobis est, custodiam humilitatis docet habere: ne si aliquas virtutũ species in ædificio conuersationis nostræ, vel in prædicationem aliorum congregare videmur, per incuriam atque desidiam nostram dispereant. quia vt quidam sapiens dixit, Quasi in ventum puluerem portat, qui sine humilitate virtutes congregat. Quisquis ergo fidei munimentum in doctrina sua, vel in exemplis ponere neglexerit, omnium qui inde periclitantur sanguine, hoc est, vita reus est: quia eos quos seruare potuit, per suam negligentiam perdidit.

3. Reg. 6. C

CAPVT II.

D *De non serendo vinea altero semine, nec in boue & asino simul arando.*

Deut. 22. NOn *seres vineam tuam altero semine, ne & sementis quam seuisti, & quæ nascuntur ex vinea, pariter sanctificentur.* Vineam hic doctrinam possumus intelligere, siue plebem doctoribus commissam: vbi vnum gratiæ spiritalis gigni debet. Sed illic alterum semen serere prohibet, quia hæresim interponere omnino non consentit. Semen enim bonum, est verbum Dei. Semen autem nequam, error quem inimicus homo seminauit in agro dominico: sicut in euangelio legitur. Sed cauendum est omni modo ne aliquid intermixtum in doctrina sua inueniatur erroris: ne forte corrumpatur vitio nostro id, quod ex dono nobis collatum est diuino. *Non arabis in boue simul & asino.* In bouis nomine populus ex circuncisione, positus sub iugo legis, accipitur: in asino autem, populus gentium pertinens ad euangelium. In boue quippe simul & asino arat, qui sic recipit euangelium, vt Iudaicarum superstitionum quæ in vmbra & imagine præcesserant, ceremonias non derelinquat. Item, nonnunquam in boue, bene operantium vita: in asino: stultorum vecordia figuratur. Quid est ergo, non arabis in boue simul & asino? Ac si diceret: Fatuum sapienti in prædicatione non socies: ne per eum qui rem implere non valet, & illi qui præualet, obsistas. Bouem quippe & asinum si necesse sit, vnusquisque sine detrimento operis iungit: sapientem vero & stultum, non vt vnus præcipiat, & alter obtemperet, sed vt pariter æquali potestate annunciet verbum Dei, sine scandalo quisque comites facit.

Matt. 13.

CAPVT III.

G *De non induendo vestimento ex lana linoque contexto: & de funiculis in fimbriis per quatuor angulos pallij faciendis.*

Deut. 22. NOn *indueris vestimento, quod ex lana linoque contextum est.* Per lanam quippe simplicitas, per linum vero subtilitas designatur. Et nimirum vestis quæ ex lino lanaque conficitur, linum interius celat: in superficie lanam demonstrat. Vestem ergo ex lana linoque contextam induit, qui sub loquutione innocentiæ, intus subtilitatem celat malitiæ. Hoc secundum moralem sensum. Cæterum iuxta allegoriam, lineis vestibus miscere lanam vel purpuram, & linea laneaque veste indui, est inordinate viuere: & diuersi generis professiones velle miscere: vt vel sanctimonialis habeat ornamenta nuptiarum: aut ea quæ se non continens, nupsit, speciem virginis gerat, omni modo hoc peccatum est. Et si quid inconuenienter ex diuerso genere vel regione, in vita cuiusque contexitur. Verum illud tunc figurabatur in vestibus, quod nunc declaratur in moribus. *Funiculos in fimbriis facies, per quatuor angulos pallij tui, quo operieris.* Iusserat quoque Moyses, vt in quatuor angulis palliorum hyacinthinas fimbrias facerent ad Israel populum dinoscendum: vt quomodo in corporibus circuncisio gentis Iudaicæ signum daret, ita & vestis aliquam haberet differentiam. Sed & in euangelio arguuntur superstitiosi magistri, quod captantes auram popularem, atque ex mulierculis sectantes lucra, faciebant grandes fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant: vt videlicet ambulantes & sedentes, interdum pungerentur: & quasi hac commonitione retraherentur ad officia Dei, & ministeria seruitutis eius. H

A

Capvt IV.

De eo qui vituperat uxorem suam obijciendo ei nomen pessimum fornicationis, ante nuptias captæ.

Deut. 22. *Si duxerit vir uxorem, & postea odio habuerit, quæsieritque occasiones quibus dimittat eam, obijciens ei nomen pessimum, & dixerit: Uxorem hanc accepi, & ingressus ad eam, non inveni virginem. Tollent eam pater & mater eius: & ferent secum signa virginitatis eius ad seniores urbis, qui in porta sunt. & dicet pater: Filiam meam dedi huic uxorem. Quam quia odit, imponit ei nomen pessimum, ut dicat: Non inveni filiam tuam virginem, & ecce hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ. Expandent vestimentum coram senioribus civitatis, apprehendentque senes urbis illius virum, & verberabunt eum: condemnantes insuper centum siclis argenti, quos dabit patri puellæ, quoniam diffamavit nomen pessimum super virginem Israel, habebitque eam uxorem, & non poterit dimittere omni tempore vitæ suæ. Quod si verum est quod obijcit, & non est inventa in puella virginitas, eijcient eam extra fores domus patris sui, & lapidibus obruent viri civitatis eius, & morietur, quoniam fecit nefas in Israel, ut fornicaretur in domo patris sui, & auferes malum de medio tui.* Satis hinc apparet, quemadmodum subditas fœminas viris, & pene famulas lex voluerit esse uxores: quod dicens adversus uxorem vir testimonium unde lapidaretur illa, si hoc verum esse demonstraretur, ipse tamen non

B

vicissim lapidatur, si hoc falsum esse constiterit: sed tantummodo castigatur & damnificatur: eique perpetuo iubetur adhærere, qua carere volebat. In alijs autem causis eum qui testimonio falso cuiquam nocuerit, si probaretur, iussit occidi: & eadem pœna plecti iubet, qua fuerat si verum esset, iste plectendus. Secundum allegoriam autem hunc sensum in hoc loco tenere possumus: ut si quis doctor accipiat plebem sub curæ ac regimine suo, & postea propter avaritiam atque ambitionem maioris principatus, seu qualibet illicita occasione, ecclesiam sibi commissam deserere voluerit, illique nomen pessimum sive hæresis, seu inobedientiæ falso imposuerit, quod illam non invenerit in ea virginitate, qua Apostolus despondisse se dixit Corinthiorum ecclesiam, *uni viro virginem castam exhibere Christo*, patet puellæ vestimentum coram senioribus civitatis ad probamentum virginitatis filiæ suæ

C

2. Cor. 11.

expandit, quum ex collatione divinorum testamentorum, opera & fides plebis, apud magistros ecclesiæ diiudicatur. Deus enim, pater universorum est, cuius iudicio occulta manifestantur. Et quum reperierit ex iudicio divinorum librorum, doctorem illum invidia aut avaritia magis corruptum, quam verum dixisse de subiectorum moribus ac fide, ecclesiæ autoritate corripiatur: atque redarguatur ab omnibus: centumque siclos argenti puellæ, hoc est, perfectionem doctrinæ atque solicitudinis impendere plebi susceptæ cogatur. Nec unquam dimittere poterit quia secundum canonicam sanctionem, non licet ei de sua ecclesia ad aliam, sine synodali autoritate convolare. Si autem plebs illa stuprata seu vitijs corrupta inventa fuerit, nec postea per emendationem corrigere voluerit, extra fores domus patris sui mittitur, hoc est,

D

extra limina ecclesiæ sanctæ episcoporum sententia pulsa, lapidibus duri anathematis obruatur: quia fidem catholicam corrumpere non timuit: nec postea pœnitentiam de concepta nequitia agere, nec se corrigere voluit.

Capvt V.

De adultero sive adultera: & de eo qui alterius sponsam rapuerit.

Deut. 22. *Si dormierit vir cum uxore alterius, uterque morietur, id est, adulter & adultera: & auferes malum de Israel.* Hæc sententia quantum ad historiam pertinet, legislator persequitur Israel adulterium. Mystice autem insinuat, quod non licet Iudæo sive hæretico, corrumpere ecclesiam Christi, quæ sponsa & uxor esse intelligitur: quia fidei & dilectionis iure, sibi associata est. Si autem adulterium huiuscemo-

E

di perpetratum sit, corruptor & corrupta simul, sive per pœnitentiam mori debent peccato: seu per vindictam impœnitentes, æterno deputabuntur tormento. *Si puellam virginem desponderit vir, & invenerit eam aliquis in civitate, & concubuerit cum ea, educes utrunque ad portam illius, & lapidibus obruentur. puella, quia non clamavit quum esset in civitate: vir, quia humiliavit uxorem proximi sui: & auferes malum de medio tui. Sin autem in agro reperierit vir puellam quæ desponsata est, & apprehendens concubuerit cum illa, ipse morietur solus. Puella nihil patietur, nec est rea mortis: quoniam sicut latro consurgit contra fratrem suum & occidit animam eius, ita & puella perpessa est. Sola erat in agro, clamavit, & nullus affuit, qui liberaret eam.* In isto enim cap. & in sequentibus duobus, similiter corporalem fornicationem lex damnat: sicut & in duobus prioribus fecit. Secundum mysterium autem, spiritalis hic fornicatio demonstrari valet. Puella ergo ista, vel plebem significat ecclesiasticam, vel animam Christianam divino verbo mancipatam. Quam si quis Iudæus vel hæreticus sive schismaticus seu paganus invenerit in civitate ecclesiæ catholicæ constitutam, & ibidem errore maculaverit, ipsique ei consensum erroris præbuerit, nec eum alijs manifestaverit, quatenus pro errato suo corripiatur, ambo rei sunt

F

mortis. Si autem Christiana effecta est illa persona, nec in societatem sanctorum suscepta, sed tantum foris ecclesiam per catechismum vera imbuta fide, & ibidem a quolibet erroneo fuerit corrupta, ac per falsitatem seducta, seductor ille per anathema puniri debet: illa autem ad fidem inceptam revocari: ac per gratiam baptismatis, ab hostibus liberari.

Capvt VI.

De eo qui cum puella nondum desponsata concubuerit.

Si invenerit vir puellam virginem quæ non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum ea, & res ad iudicium devenerit, dabit qui dormivit cum ea patri puellæ quinquaginta siclos argenti, & habebit eam uxorem, quia humiliavit eam. non poterit eam dimittere cunctis diebus vitæ suæ. Si autem invenerit aliquis puellam virginem, quæ sponsata nõ est, & vim faciens ei, dormierit cum ea, dabit patri quinquaginta didrachma argenti & ipsius erit uxor, quia humiliavit eam: non poterit dimittere per omne tempus. Merito quæritur, verum ista pœna sit, ut non possit eam dimittere per omne tempus, quam inordinate atque illicite violavit. Si enim ob hoc intelligere voluerimus eam non posse, id est, non debere dimitti per omne tempus, quia uxor effecta est, occurret illud quod permisit Moyses, dare libellum repudij & dimittere. In his autem quæ illicite vitiant, noluit licere, ne ad ludibrium fecisse videatur: ut potius finxisset quod eam uxorem duxerit, quam vere placitoque duxisse. Hoc & de illa iussum est, cui fuerit vir calumniatus, de virginalibus non inventis. *Non accipiet homo uxorem patris sui, nec revelabit operimentum eius.* Patet noster secundum cõditionem qua nos creavit Christus est: uxor, est eius ecclesia. Non licet homini dignitatem sponsi istius transferre in se nec violare sponsam eius. Violat enim, si amorem quem ipse sponso servare debuit, commutat in se: quando ex dono percepto virtutis sive prædicationis, propriam laudem quærit, non Dei. Hoc enim studere debet unusquisque doctor, ut totum amorem plebis sibi commissæ, convertat in Deum: eiusque gloriam & honorem quærat, cuius dono percepit id, quod alijs largitur dicens Domino cum Propheta: *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, super misericordiam tuam & veritatem tuam.*

Deut. 22.

G

Deut. 24.

H

Psal. 113.

Caput VII.

De eunuchis atque mamzeribus, & de Ammonitis atque Moabitis, decretum legis.

Deut. 23. NON intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis, & absciso veretro, ecclesiam Domini. Quod autem dicitur, non intrabit eunochus attritis & amputatis testiculis, & absciso veretro ecclesiam Domini, ostendit, quod omnes qui molliter viuunt, nec exercent opus virile, nō possunt permanere in congregatione sanctorum: nec digni habētur in introitu regni cœlorum: maxime quum ipsa veritas in euangelio: *Regnum cœlorum vim patitur: & violenti diripiunt illud.* Matt. 11. *Non ingredietur mamzer*, hoc est, de scorto natus, *in ecclesiam Domini, vsque ad decimam generationem.* Quis est qui de scorto natus est, nisi qui degener sensu & moribus est: vel quem hæreticorum prauitas in susceptione sacramentorum degenerem fecit: siue qui gentilitatis seu Iudaismi ritu commaculatus est? Is enim tunc recipiendus est intra ecclesiam, quum per fidei integritatem, decalogum legis, secundum sancti euangelij institutionem, spiritaliter obseruauerit, & carnalem conuersationem spiritu sancto ritè abdicauerit. Unde Saluator de sua salute quærenti, respondit dicens: *Si vis ad vitam ingredi, serua mādata.* Et item: Matt. 19. Ioan. 10. *Ego sum, inquit, ostium. Per me si quis introierit, saluabitur, & pascua inueniet. Ammonites & Moabites, etiam per decimam generationem, non intrabunt ecclesiam Domini in æternum: quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via, quando egressi estis de Ægypto: & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syriæ, vt malediceret tibi: & noluit Dominus Deus tuus audire Balaam, vertitque maledictionem eius in benedictionem tuā, eo quod diligeret te. Non facias cum eis pacem: nec quæras eis bona cūctis diebus vitæ tuæ in sempiternum.* Alia editio sic habet: Non intrabit Ammonites & Moabites in ecclesiam Domini, vsque in sempiternum. Quæstio est quomodo intrauerit Ruth quæ Moabitis fuit, de qua etiam caro Domini originem accepit vel duxit, nisi forte illam mystice prophetaret intraturam: quum ait, vsque ad decimam generationem. Computantur enim generationes ex Abraham & Loth, qui genuit Moabitas ex filiabus: & inueniuntur cū ipso Abraham compleri decem generationes, vsque ad Salmon, qui genuit Booz: qui maritus secūdus fuit Ruth. Sunt enim istæ: Abraham, Isaac, Iacob, Iudas, Phares, Esrom, Aram, Aminadab, Naason, Salmon. Salmon quippe genuit Booz qui viduam duxit Ruth: ac per hoc videtur, post decimam generationem genus fecisse in ecclesia Domini, pariendo filios ipse Booz. Sed cur additum sit, & vsque in æternum merito adhuc quæritur. An quia deinceps nulla norma de Ammonitis & Moabitis intrauit in illam ecclesiam populi Hebræorum, postea quam ista generatione decima prophetia completa est. An potius ita dictum est, & vsque ad decimam generationem, vt omnino semper intelligi voluerit, per denarium numerum, quandam vniuersitatem, vt hoc exposuerit quodammodo addendo & dicendo: & vsque in æternum. Quod si ita est, Ruth contra præceptum vetitum videtur admissa: an Ammonitas prohibuit admitti non Ammonitidas, id est, viros inde non fœminas. maxime quia quum euertissent Israelitæ ipsas gentes, omnes viros occidere iussi sunt: fœminas autem non nisi eas, quæ nouerant concubitum viri: quoniam ipsæ in fornicationem seduxerāt populum: virgines autem saluas esse voluerunt, nō eis imputantes culpam, qua cuncta illa gens meruit quam etiam hic commemorauit, velut quæreretur, Cur Moabitas & Ammonitas admitti noluerunt in ecclesiā Domini, subiunxit: Eo quod non obuiauerint vobiscum panibus & aqua in via, quum exiretis de Ægypto: & quia conduxerunt aduersum te Balaam filium Beor de Mesopotamia, vt malediceret te. Has culpas ne tunc quando illa gens debellata est, fœminis imputauerunt, quas saluas conseruare voluerunt. Quod vero Ammonites & Moabites non permittuntur, in æternum intrare in ecclesiam, significat hæreticos ab ecclesia semper esse repellendos. *Hæreticum enim*, inquit, *hominem,* Tit. 3. *post vnam & alteram correptionem, deuita.*

Caput VIII.

De non abominando Idumæo neque Ægyptio.

NOn abominaberis Idumæum, quia frater tuus est: nec Ægyptium, Deut. 23. *quia aduena fuisti in terra eius. Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt ecclesiam Domini.* Per Ægyptium & Idumæum significatur præsens vita: in qua commorantes Ægyptiam terram, id est, pristinam conuersationem, & mundi concupiscentiam declinemus, quamdiu huius mundi necessitatibus subdimur, quasi Ægyptiam nationem nequaquam extinguimus [illegible] discretione separemus, non de spe [illegible] sumus secundum Apostolum, [illegible] 1. Tim. 6. toq; contenti. Quod autem dicitur, Qui autem nati fuerint ex illis, tertia generatione intrabunt in ecclesia Domini, significat, quod tunc secularis quisque potentiæ sanctis Dei coniungit, quum perfecte crediderit in patrem & filium & spiritum sanctum [illegible] vel cum spe & ha[illegible] natus. *Quando egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala.* Hac sententia legislator [illegible] maxime spiritales milites Christi: quatenus se obseruent ab omni peccato & vitio, quibus continuus [illegible] hostes est dimicandum. Unde & Paulus Apostolus huiuscemodi verba ad auditores suos protulit [illegible] *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem, incorruptam, &c.*

Caput IX.

De eo qui nocturno pollutus fuerit somnio, & de digestione ciborum.

SI fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, & non reuertetur, prius quam ad vesperam lauetur aqua: & post solis occasum, regredietur in castra. Deut. 23. Mira lex posuit in sacramentis & viribus futurorum. Quia enim ergo in semine materialis informitas, quæ formata corpus hominis reditura est, in significatione posita est vitæ informis & ineruditæ. A qua informitate, quoniam oportet hominem doctrinæ forma & eruditione mundari, in huius rei signum, illa purificatio præcepta est post seminis emissionem. Neque enim & in somnis peccatum fit: & tamen etiam ibi præcepta est purificatio. Aut & si hoc peccatum quisquam putat, non arbitrans accidere nisi ex aliquo huiusmodi desiderio, quod proculdubio falsum est, nunquid & solita menstrua peccata sunt fœminarum? A quibus tamen easdem legis vetustas præcepit expiari: non nisi propter ipsam materialem informitatem, quæ fœtu concepto, tanquam in ædificationem corporis additur: ac per hoc quum fluit informiter, significari per illam lex voluit animum sine disciplinæ forma indecenter fluidum ac dissolutum: quem formari oportere significat, quum talem fluxum corporis iubet purificari. Postremo, nunquid & mori, peccatum est? Aut mortuum sepelire, non etiam bonum opus humanitatis est? Et tamen purificatio exinde mandata est, quia & mortuum corpus vita deserente non peccatum est, sed peccatum significat animæ deserentis iustitiam. Quid hoc loco per nocturnum somnium, nisi tentatio occulta signatur? Per quam tenebrosa cogitatione turpe aliquid corde concipitur: quod tamen corporis opere non expletur. Sed somnio nocturno pollutus, egredi præcipitur: quia videlicet dignum est, vt qui immunda cogitatione polluitur, indignum se cunctorum fidelium societatibus arbitretur: culpæ suæ meritum ante oculos ponat, ex bonorum se æstimatione despiciat. Pollutum ergo extra castra exire, est turpi impugnatione laborantem, sese ex continentium comparatione despicere. quia ad vesperam lotus aqua, quum defectum suum despiciens, ad lamenta pœnitentiæ conuertitur, vt fletibus deleat omne peccatum, quod [illegible] occulta inquinatio accusat. Sed post occasum [illegible] stra redeat: quia de feruescente tentationis ardore [illegible] se est, vt rursum fiduciam erga societatem sanctæ bon[illegible]

A Postea quippe occumbente sole ad castra reuertitur, qui post lamenta pœnitentiæ, frigescente iam flammam cogitationis illicitæ, ad [illegible] luminis pœnitentiæ reparatur: vt etiam se a cæteris longe [illegible] non æstimet, qui mundum si per obitum intimi ardoris gaudet. *Habebis locum extra castra, ad quem egrediaris ad requisita naturæ: gerens paxillum in balteo. Cumque sederis, fodies per circuitum, & egesta humo operies quo releuatus es. Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos, vt sint castra tua sancta: & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te.* Naturæ corruptibilis pondere grauatæ, à mentis nostræ vtero, quædam cogitationum superflua quasi ventris grauamina erumpunt. Sed portare sub baltheo paxillum debemus: vt videlicet apprehendendos nosmetipsos semper accincti, acutum circa nos stimulum compunctionis habeamus: qui incessanter terram mentis nostræ, pœnitentiæ dolore confodiat: & hoc à nobis fœtidum erumpat abscondat. Ventris quippe egestio fossa humo per paxillum tegitur, quoniam mentis nostræ superfluitas, subtili redargutione discussa, ante Dei oculos per compunctionis suæ stimulum celatur.

B

Capvt X.

De non tradendo seruo fugitiuo, Domino suo.

Deut. c. 23. NOn tradas seruum Domino suo qui ad te confugerit. *Habitabit tecum in loco qui placuerit: & in vna [illegible] item tuarum requiescet: ne contristes eum.* Non tradas puerum Domino suo, qui appositus est tibi à Domino suo. Non quod Dominus eius eum apposuerit, id est, commendauerit. Potius enim depositum diceret: sed appositum dixit à Domino suo, id est, hoc adiunctum in quantum ab illo abscessisset. Non ergo suscipi, sed reddi potius prohibet fugitiuos. Hoc quid sit dubitari potest, nisi intelligamus genti & populo ista dici, non vni homini. Ex alia itaque gente refugientem ad illam gentem, cui loquebatur, hominem à Domino suo, id est, à rege suo, reddi prohibuit. Quod etiam alienigena seruauit Anchus rex Geth quando ad eum refugit Dauid a facie Domini sui, hoc est, regis Saul. A

C pertissime autem hoc explanat quoniam dicit de ipso Rehi gam vobis habitabit, in omni loco vbi placuerit ei. Mystice autem hoc mandat cœtui prædicator, vt cum [illegible] a seruitute diabolica, hoc est, ab infidelitate seu a prauitate peccatorum, ad pœnitentiam ac fidem Christi confugerit, nunquam Domino priori qui eum inhianter repetere voluerit, tradat respuendo scilicet atque in desperationem illum mittendo: sed magis eum collocet sub munimine fidei catholicæ, ac sub tutela sanctæ ecclesiæ, vt ibi veraciter requiescat: nec vltra ad seruitium pristinum redeat.

Capvt XI.

Quod non meretrix neque scortator de filiis Israel esse debet: nec mercedem prostibuli, nec pretium canis oportet in domum Domini offerri.

Deut. c. 23. D NOn erit meretrix ex Israel, & non erit fornicans à filiis Israel. Ecce vbi manifeste prohibuit fornicari, & viros & feminas etiam [illegible] alienis coniugibus peccatum esse demonstrat. [illegible] coniugibus non fors, quando & meretrices esse, & ad meretrices accedere prohibet, quarum publice est venalis turpitudo. In decalogo mœchi nomine non videtur hoc aperte prohibuisse, quoniam mœchia non nisi adulterium intelligi solet. Vnde quid nobis videretur, ibi tractabamus. Spiritaliter autem innuit, quod nullo modo liceat animæ Christianæ erroribus hæreticorum se committere: nec cum qui filius adoptiuus est Dei patris, impudicitiæ atque libidini se tradere, neque cum diabolo fœdus nefandum inire. vnde & doctor gentium ait:

2. Cor. 6. *Fugite fornicationem: non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Qui autem consensus templo Dei cum idolis: aut quæ [illegible] lucis ad tenebras? Quæ autem* E *conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei viui, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum, & separamini dicit Dominus: & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens. Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domum Domini Dei tui, quicquid illud est quod vouerim: quia abominatio est vtrunque apud Dominum Deum tuum.* Non offeres mercedem meretricis, neque commutationem canis in domum Domini Dei tui, ad omne votum: quoniam abominatio Domino Deo tuo est: & hoc non vnum horum, sed vtrunque. De cane quippe vetat fieri commutationem primogenitorum, quam iubet fieri de aliis immundis animalibus, id est, equis & asinis: & si quid eorum est, quæ adiuuant hominem: & Latine à iuuando iumenta dicuntur. De cane autem noluit, vtrum & de porco? & quare noluerit requirendum est, & si de omnibus talibus noluit, quare solum canem isto loco exceptum fecerit? De mercede autem meretricis vt meretrices, videtur ea esse causa, quia superius prohibuit esse meretricem de filiabus Israel: aut nequaquam scortum Israel vti meretrice: & ne subrepat cogitationi expiari posse hoc peccatum, si aliquid inde offerretur in templum dicendum fuit, quod sit abominatio Domino.

F Moraliter autem ostenditur quod sicut merces prostibuli abominatio est Domino, sic & donum rapacitatis. Canes enim rapaces significant. Non enim placere Deo potest oblatio, quæ offertur ex rapina. vnde per Sapientiam dicitur: *Dona iniquorum non probat altissimus: nec respicit in oblationes iniquorum: nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.* Eccl. 34.

Capvt XII.

Vsuram vetat & vuas de vinea proximi efferri: similiter & falce segetem proximi metere prohibet.

Deut. c. 23. G NOn fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno. *Fratri autem tuo absque vsura id quod indiget, commodabis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere, in terra ad quam ingredieris possidendam.* Benignitatem atque iustitiam hac sententia legislator docet: quia vsuras per fraudem atque auaritiam nos colligere prohibuit: & indigenti charitatem impendere iubet. Frater autem noster vnusquisque catholicus est: cui secundum spiritalem sensum, frugem verbi, gratis impendere debemus, quatenus nobiscum vtatur cibo cœlesti. Alienus infidelis quilibet est atque scelestus, cui ad vsuram pecuniam damus, quando pro expenso prædicationis verbo, pœnitentiam peccatorum, & insuper fidem cum operibus bonis ab eo postulamus. Duobus modis in scripturis sacris pecunia probatur intelligi. Vna est ista metallica, quæ ad vsuram dari omnino prohibetur. Quoniam vitium cupiditatis est exigere velle, quod te nescias commodasse. Hanc pecuniam quidem habuit Dominus Iesvs Christvs quam Iudæ tradidit pauperibus erogandam: quam non dedit ad vsuram, quando

Luc. 19. H illam indigentibus ad informandos nos pia largitate concessit. Altera vero est, quam ad vsuram dari euangelio dicente suademur, id est, prædicationes sanctissimas, & instituta diuina. Ait enim: *Sciebas me hominem durum & austerum. Nonne oportuerat te committere pecuniam meam nummulariis, & ego veniens exegissem vtique cum vsura, quod meum est?* Sic enim istud æquiuocum verbum pro locorum qualitate suscipitur. *Ingressus vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum.* Vineam hoc loco vel scripturas sacras, vbi gratia spiritalis reperitur, vel ecclesiam catholicam quam in parabola euangelii expressam, vineæ nomine legimus, accipere possumus. Proximus autem noster cuius ipsa vinea est, redemptor humani generis est. Quisquis hanc vineam ingreditur, vuas ei comedere, hoc est incarnationem Christi

credere,

A credere, & sacramentis eius in ea participare licet. Foras autem, hoc est extra ecclesiam, hanc gratiam nullo modo efferri licebit, quia in vna domo carnes agni edi iubentur. *Si intraueris segetem amici tui, franges spicas & manu conteres, falce autem non metes.* Quid est enim segetem amici intrare, nisi legem Christi qui verus amicus noster est, pie meditari? Vbi frangere spicas & manu conterere, hoc est literam legis in opportunis locis ad spiritalem sensum redigere, nobis conceditur: falce autem metere, hoc est omnes scripturas in malum sensum vertere: penitus interdicitur. Sunt ergo quædam loca in testamentis diuinis, quę historialiter fidem imbuunt, quædam vero, quæ moraliter ad sanctam conuersationem instituunt: quædam etiam, quæ non secundum historiam, sed secundum allegoriam veneranda mysteria ostendunt: at ideo vbiq; diligenti lectori summa discretione opus est, vt in prædicta segete Domini, per cautelam pastum sibi salubrem quærat, ne tamen per temeritatem in iudicium læsæ messis incidat.

Capvt XIII.

B

De dimittenda vxore odiosa cum libello repudij.

Deut.c.24. *Si acceperit homo vxorem & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manu eius, & dimittet eam de domo sua. Cumq; egressa alterum maritum duxerit, & ille quoq; oderit eam, dederitq; ei libellum repudij & dimiserit de domo sua, vel certe mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in vxorem, quia polluta est, & abominabilis facta est coram Domino,* &c. Istum locum plenius Saluator exponit, quod Moyses libellum repudij Matt.19. dari iusserit, propter duritiam cordis maritorum, non dissidium concedens, homicidium. Multo enim melius licet lugubrem euenire discordiam, quam per odium sanguinem fundi. Multæ erant in veteri lege causæ vxores dimittendi. Dominus autem in euangelio solam causam fornicationis excepit: cæteras vero molestias vniuersas, si quę forte extiterint, iubet pro fide coniugali, & pro castitate fortiter sustinere. Et mœchum dicit etiam virum, qui 1.Cor.7. eam duxerat, quæ soluta est viro: cuius rei Apostolus Paulus terminum ostendit: quia tam diu obseruandū dicit, quā- C diu vir eius viuit: illo autem mortuo, dat nubendi licentiam. Hanc etiam regulam ipse tenuit, & in ea non solum consilium, sicut & in nonnullis monitis, sed præceptum Ibidem. Domini iubentis ostendit cum dicit: *Eis autem qui nupta sunt præcipio, non ego sed Dominus, mulierem a viro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem ne dimittat.* Credo simili forma, vt si dimiserit, non ducat aliam, aut reconcilietur vxori. Fieri enim potest, vt dimitteret vxorem causa fornicationis, quam Dominus exceptam esse voluit. Iam vero si nec illi iubere conceditur, viuo viro a quo recesserit neq; huic alteram ducere viua vxore quam dimisit, multo minus fas est, illicita cum quibuslibet stupra committere. Beatiora sane coniugia iudicanda sunt, quæ siue filijs procreandis, siue etiam ista terrena prole contempta, continentiam inter se pari consensu seruare potuerunt: quia neq; contra illud præceptū fit, quo Dominus dimitti coniugem vetat. Non enim dimittit qui cum ea non carnaliter sed spiritaliter D viuit: & illud seruatur, quod per Apostolum dicitur: *Reli-* Ibidem. *quum est, vt qui habent vxores, quasi non habentes sint.* Mystice autem homo hic Christum demonstrat, qui accepit vxorem, cum associare sibi voluit synagogam, quam etiam dudum desponsabat, quando ei legem dedit in iustitia, & iudicio, & misericordia: sicut in Moyse scriptum est: Sed illa non inuenit gratiam ante oculos eius propter incredulitatem suam, & fœditatem idololatriæ. Vnde ei scripsit libellum repudij, condendo videlicet euangelium, vbi manifestissime declaratur, quod ipsa indigna fuit spiritalis huius consortij, cum Christum persequendo, tradidit ad crucem: & magis elegit sibi dari Barabban latronē, quam Dominum Saluatorem. Datus est libellus repudij in manus illius, cum potestas illi data est redemptorē crucifigi: vnde iuste meruit abijci: & dimissa est à domo sua, cum à sancta eiecta est ecclesia. Hinc quoq; in euangelio ipse Dominus præferens illis fidem Centurionis, ait: *Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham, & Isaac & Iacob in regno cœlorum: filij autem regni huius eijcientur in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium.* Quod autē sequitur, Cumq; egressa, alterum maritum duxerit, & ille propter fœditatem suam oderit eam, dederitq; ei libellū repudij, quia dimiserit de domo sua, nō poterit prior maritus recipere eam, quia polluta est & abominabilis facta, Significat, quod licet apostoli post passionem & resurrectionem Christi, synagogam ad pœnitentiam & ad fidem catholicam suis prædicationibus prouocauerint, eamq; vellent spiritalibus nuptijs copulari, tamen indigna fuit prioris mariti consortio, quia polluta errore, & in voluptatibus suis abominabilis facta, in fœditate pristina permāsit. Vnde legitur, quia Apostoli Christi Paulus & Barnabas in Antiochia excusso puluere pedum in Iudęos, dixerunt: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes.* Tropologice autem homo vxorem accipit, cum actionis terrenę suscipit curam, cuius cum fœditatem cognouerit, dat libellum repudij, & dimittit eam de domo sua: quia sæpe ipsa terrena actio, quæ prius quam haberetur, fortiter amabatur, cum habita fuerit, cuius sit fœditatis, agnoscitur, cum esse polluta, per peccata videtur. Dimittat ergo vir eam de domo sua, vt amorem eius abijciat à mente sua. Quæ egressa alterum virum accipiat. quia terrenam actionem quam tu deseris, alius concupiscit. Sed fortasse & ipsi in odium quandoq; ventura est, vt eam viriliter dimittat. Bene autem dicitur: Dimiserit eam, vel certe mortuus fuerit: quia vnusquisq; terrenam curā aut dimittit, aut moritur: i. aut non ei ex animo succumbet, aut per eam funditus in animę vita succumbet. Siue ergo eam sequens maritus dimiserit, siue mortuus fuerit, maritus prior non poterit eam in vxorem recipere, quia polluta est. Vt videlicet is qui semel curam terrenam atq; præsentis vitæ intentionem reliquerit, ad eam vltra nullo modo redeat: quoniam ipse suo iudicio iam eā polluit, qui eam prius ideo deseruit, quia pollutam esse cognouit. vnde recte subiungitur: *Ne peccare facias terram tuam quam Dominus Deus tuus tibi tradiderit possidendam.* Polluet enim terram suam, qui carnalibus desiderijs & concupiscentijs huius mundi coinquinat corpus suum: ideo necessarium valde est, vt ambitionem vitæ præsentis edomare fortiter festinet, ne forte ipsa valeat dominari. Et cum terrena actio semel fuerit repulsa, non est iterum repetenda: ne post tergum respiciat, qui super aratrum manum posuisse videbatur.

E

Matt.8.

Act.13.

F

G

Luc.9.

Capvt XIV.

De eo qui nuper nupsit, quod nulla necessitas publice ei iniungenda est.

Deut.c.24. *Cum acceperit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum, nec ei quippiam necessitatis iniungatur publice, sed vacabit absque culpa domui suæ, vt vno anno lætetur cum vxore sua.* Quid autem per hanc sententiam nobis innuitur, nisi vt quicunq; carnalibus desiderijs se obligant, ad regimen ecclesiæ, atq; spiritalem intelligentiam, se inhabilem esse cognoscant? Vnde Paulus Apostolus discipulo præcepit dicens: *Nemini cito manum imposueris,* & item: *Nemo,* inquit, *militans Deo, implicat se negotijs secularibus, vt ei placeat, cui se probauit. Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam: quia animam suam apposuit tibi.* Accipere namq; aliquando dicimus auferre. Vnde & aues illæ quæ ad rapiendum sunt auidæ, accipitres vocantur. vnde & Paulus Apostolus dicit: *Sustinetis enim si quis deuorat, si quis accipit.* Ac si diceret, *si quis rapit.* Pignus vero debitoris, est confessio peccatoris. A debitore enim pignus accipitur, cum à peccatore, iam peccati confessio tenetur. Superior autem & inferior est mola, spes & timor. Spes quippe ad alta subuehit: timor autem, cor inferius premit. Sed mola inferior & superior ita sibi necessario iunguntur, vt vna sine altera inutiliter non habeatur. In peccatoris itaq; pectore incessanter debet spes & formido coniungi, quia incassum misericordiam sperat, si non etiam timet iustitiam: incassum iustitiam me-

1.Tim.5.
2.Tim.2.
H

1.Cor.11.

A uit, si non etiam in misericordia confidit. Loco autem pignoris mola superior aut inferior tolli prohibetur, quia qui prædicat peccatori, tanta dispensatione componere prædicationem debet, vt nec derelicta spe timorem subtrahat, nec subtracta, in solo eum timore derelinquat. Tollit enim superiorem molam, si flenti peccatori, dicat non habendam veniam de commissis. Tollit inferiorem, si peccantem deceptione palpet ac dicat: Age malum inquantum potes absque metu nam Deus pius est, & ad indulgendum paratus. Sed vtiliter tunc mola vtraque habetur, si & spes sit cum emendante formidine, & formido fuerit cum spe.

C A P V T XV.

De eo qui sollicitauit fratrem suum vendiderit, & cautela lepræ.

Deut. 24. *SI deprehensus fuerit homo sollicitans fratrem suum de filijs Israel, & vendito eo acceperit pretium, interficietur: & auferes malum de medio tui.* Assidue hoc dicit scriptura, cum iubet occidi
B malos: qua locutione vsus est etiam Apostolus cum diceret:
1. Cor. 5. *Quid enim mihi de his qui foris sunt, iudicare? Nonne de his qui intus sunt, vos iudicatis? Auferte malum ex vobis ipsis.* Nam Græcus habet τὸν πονηρὸν: quod etiam hic scriptum est. Hoc autem potius malignum solet interpretari quam malum. Nec ait, τὸ πονηρὸν, id est, malignum. Ex quo apparet eum voluisse intelligi, qui aliquid tale commisit, vt excommunicatione dignus sit. Hoc enim nunc agit in ecclesia excommunicatio, quod agebat tunc interfectio. Quamuis autem illud Apostolicum possit intelligi vt vnusquisque malum vel malignum, ex seipso sit iussus auferre. Quis sensus acceptabilior esset, si hoc malum vel hoc malignum, non autem hunc malignum in Græco inueniretur. Nunc vero credibilius de homine dictum, quam de vitio. Quanquam possit eleganter intelligi etiam homo auferre à se malum
Ephes. 4. hominem, quemadmodum dictum est: *Exuite vos veterem hominem.* Quod exponens ait: *Qui furabatur, iam non furetur. Obserua diligenter ne incurras plagam lepræ, sed facies quæcunque docuerint te sacerdotes Leuitici generis, iuxta quod præcepi eis, imple sollicite.* Hic apparet omnem sacerdotem Leuitam fuisse, quam-
C uis non omnis Leuites sacerdos fuerit. Typice autem docet nos scriptura, quatenus cauti simus, ne per lepram erroris maculemur: neque hæreticorum astutia seducamur.
2. Tim. 2. *Sermo enim eorum*, iuxta Pauli vocem, *vt cancer serpit*: & si permittitur, totam conuersationem nostram contaminat, atque animum in infernum præcipitat.

C A P V T XVI.

De non repetendo pignore, & de non neganda mercede indigentium & pauperum.

Deut. 24. *CVm repetes à proximo tuo rem aliquam quam debet tibi, non ingredieris in domum eius, vt pignus auferas, sed stabis foris, & ille proferet tibi quod habuerit. Si autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante solis occasum, vt dormiens in vestimento suo, benedicat tibi, & habeas iustitiam coram Domino Deo tuo.* Non immerito videtur ad opus misericordiæ perti-
D nere, vt non intret pigneratori in domum, ne fiat perturbatio debitori, sed ex hoc etiam ipsum debitorem ammonet, pignus foras proferre creditori. Quod vero iubet egentis pignus eodem die restitui, vt in eo dormiat, qui non habet vbi dormiat, merito mouet vt requiratur, cur non potius creditori præceperit, vt non auferat pignus, quod eodem die oportet restitui. Quod si ad compellendum debitorem fieri voluerit, quomodo se vrgeat ad reddendum, cum sciat pignus eodem die se recepturum? An forte hoc fieri voluerit propter memoriam, ne obliuiscatur reddere, & tunc non reddat, si vere non habuerit: maxime quia creditoris sui misericordia vincitur: cui esse non debet ingratus si pignus recepit in quo dormiat: simul & creditor, cum ille non reddiderit, debet eum credere non habere, qui hac eget misericordia, vt pignus ei propterea restituatur, quod aliud non habet vbi dormiat. *Non nega-*

E *bis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, siue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est, sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam, ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.* Secundum historiam lex commendat nobis misericordiæ affectum, & æquitatis operis erga indigentes & pauperes. Iuxta allegoriam vero instruit plebem, qualiter erga prædicatores suos debeant esse solliciti. Ipsi enim sunt pauperes spiritu, quibus Dominus in euangelio præcepit, *vt neque sacculum, neque peram, neque calceamenta portarent in via, neque duas tunicas haberent, sed neque in zonis æs.* Vnde autem sperare deberent necessaria, Luc. 10.
subiunxit dicens: *Dignus est operarius mercede sua.* Hinc & Paulus ait: *Laborantem agricolam oportet de fructibus percipere.* 2. Tim. 2.
Vnde & Dominus ordinauit, *his qui euangelium annunciant, de euangelio viuere.* Et item: *Si seminauimus vobis*, inquit, *spiritualia, magnum est si vestra carnalia metamus.* Ante solis ergo 1. Cor. 9.
occasum pretium laboris sui à subiectis, ipsis doctoribus reddendum est: quia in præsenti vita eis necessaria præberi oportet, salua mercede futura, quam in æterna vita à largitore omnium bonorum accepturi sunt. F

C A P V T XVII.

De non occidendis patribus pro filijs, nec filijs pro patribus: & non peruertendo iudicio aduenæ & pupilli.

NOn occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus, sed vnusquisque in suo peccato morietur. Ecce non solum prophetæ hoc dixerunt, verum etiam lex dicit, sua culpa quemque interimendum: non autem patris sui aut filij sui. Quid Deut. 24.
est ergo quod Deus dicitur reddens peccata patrum in filios, in tertiam & quartam generationem? An de filijs nondum natis intelligitur, propter originale peccatum, quod etiam ex Adam traxit genus humanum? Hic autem iam natis facta distinctio, vt vnusquisque in suo peccato proximo moriatur. Non enim trahit aliquid ex patre, qui iam natus erat, quando pater eius peccauit. Sed cum ibi dicit: His qui oderunt me, manifestum est etiam illam conditionem mutari posse, si filij parentum suorum G
facta non fuerint imitati. Nam & illud ex Adam temporaliter redditur, quia omnes propter hoc moriuntur: non autem in æternum eis qui fuerint per gratiam spiritalem regenerati, in eaque permanserint vsque in finem. Quamuis & illud merito quæri possit, si redduntur peccata patrum in filios his qui oderunt D E V M, cur in tertiam & quartam generationem vel prætermissa prima & secunda, vel non etiam in cæteras permanente impietate & imitatione malorum parentum? An per hunc numerum, quoniam septenarius numerus intelligitur, vniuersitatem significare voluit? Et ideo non ipsum potius septenarium posuit, vt diceret, in septimam generationem. Ac sic omnis intelligeretur, quia causam perfectionis huius numeri, hoc modo potius intimauit. Ideo namque perhibetur perfectus, quia ex his duobus constat: ternario scilicet primo impari toto, & quaternario primo pari toto. Vnde & illud esse propheticum existimo, quod assidue repetitur, In tribus & quatuor impietatibus non auertam eum. Per quod voluit impietates vniuersas, potius H
quam tres vel quatuor intelligi. *Non peruertes iudicium aduenæ vel pupilli, nec auferes pignoris loco vestimentum viduæ.* Non declinabis iudicium aduenæ, & orphani, & viduæ: & non pignorabis vestimentum eorum. Quæ enim causa est, vt trium istorum iudicium declinare vetuerit, pignus autem auferri vestimentorum solius viduæ, non & illorum, nisi quia iudicia omnium facienda propterea commendauit, quia non habent à quibus defendantur. siue aduena, quia in terra aliena est: siue orphanus, id est, pupillus, quia parentibus caret: siue vidua, quia maritum non habet? Pignus vero cum prohibet vestimentum auferre viduæ, puto quod satis diligenter admonet, eas vere dicendas esse viduas, quæ etiam pauperes sunt. Id enim & Apostolus euidenter ostendit, vbi ait:

Si qua

A

1. Tim. 5. *Si qua autem vidua filios & nepotes habet, discat primum domum suam pietate regere, & mutuam vicem parentibus reddere.* Hoc est enim acceptum coram Domino. Quæ autem vere vidua est & desolata, speret in Dominum, & persistet in orationibus nocte & die. Hanc veram viduam dixit, quæ non habet à quibus sustentetur: quia non solum à viro, sed etiam à posteris atque omni ope destituta est. Diuitem quippe, non diceret desolatam. Pauperi itaque non est auferendum pignus vestimentum. Porro si occurrerit animo, quid si multa habeat vestimenta non necessaria, sed superflua, quomodo intelligitur vere vidua? Hoc est non solum non desolata, verum etiam quia in delicijs agit: quam subiecit dicens: *Quæ autem in delicijs agit, viuens mortua*

Ibidem. *est.* Et hanc quippe opposuit, tanquam e contrario vere viduæ: tanquam talis non sit vidua. Quæcunque autem diuites, alias nuptias experiri noluerunt, continentia in eis laudatur: non desolatio commendatur. Hæ quippe tantum maritis viduatæ sunt, non alijs rebus.

Capvt XVIII.

B

De manipulo in messe relinquendo, & de reliquijs oliuarum atque arborum.

Deut. c. 24. *Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuerteris vt tollas eum, sed aduenam & pupillum & viduam auferre patieris, vt benedicat tibi Dominus Deus in omni opere manuum tuarum. Si fruges colliges oliuarum, quicquid remanserit in arboribus, non reuerteris vt colligas, &c.* Quod ammonet, vt in messe oblitum manipulum nemo colligat: & oliuam vel vuam relictam nemo repetat, diligentius neglecta colligere, & dicit egentibus dimittenda occurrit forsitan cogitationi, quid si hæc quæ ab agrorum Dominis dimittuntur, non egentes sed improbi colligunt? Sed considerandum primo illum misericordiam facere, qui hoc animo dimittit, vt egentes habeant quod dimittitur. Deinde cum hęc populo dimittuntur, simul ammonentur hi, qui non indigent, ista non quærere. Quod si quæsierint, quid aliud quam res alienas, & quod est grauius, pauperum inuadere iudicandi sunt? Vtrique ergo commemorantur his præceptis, & quorum agri sunt, vt

C misericorditer ea relinquant: & qui indigentes non sunt, vt inde se abstineant: quando vtrunque dicitur, & à quibus dimittenda sint, & quibus dimittenda sunt.

Capvt XIX.

De corripiendis peccantibus per flagella: & vt boni triturantis in area fruges, non ligetur os.

Deut. c. 25. *Si fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint iudices, quem iustum esse perspexerint, illi iustitiæ palmam dabunt: quem impium, condemnabunt in peccato. Sin autem eum qui peccauit dignum viderint plagis, prosternent, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagarum modus: ita dumtaxat, vt quadragenarium numerum non excedant, ne fœde laceratus, ante oculos tuos iaceat frater tuus.* Si fuerit altercatio inter homines, & ascenderint ad iudicium, & iudicauerint & iustificauerint iustum,

D iudices intelligendi sunt iudicare, non illi qui dicti sunt altercationem habere. Deinde sequitur: Et reprehenderint impium. Et erit si dignus fuerit plagis qui impie egit, constitues eum in conspectu iudicum, & flagellabunt eum secundum impietatem eius ante se, numero quadraginta flagellabunt eum, & non apponent. Si autem apposuerint flagellare eum per has plagas plures, deturpabitur frater tuus coram te valde. Aduertendum est, cum ea peccata plagis emendanda præceperit, quæ non digna sunt mortis supplicio vindicari, [illegible] tam paucis plagis, cum tamen qui cæditur, appellauit impium vel impie agentem: vt nouerimus, non sicut plurimi loquuntur, locutas esse scripturas: quas incuriosius legimus, cum putamus adulterium non esse impietatem: quia in hominem videntur peccasse, qui hoc fecerint: cum illud peccatum morte plecti lex iubeat: & his peccatis grauiores diximus esse impietates, cum sint earum quædam, quæ per flagella plagis quadraginta puniuntur. Est itaque leuis impietas, quæ verbere

E digna est: & grauior, quæ morte digna est. Ita etiam illa peccata quæ non in Deum, sed in hominem videntur admitti, sunt morte digna quædam: sunt alia correptione seu verbere, seu * venia faciliore. Ita enim locutos esse Septuaginta interpretes constant: vt etiam illius qui plagis dignus est, impietatem vocauerint. Quod autem pro mensura peccati, quadraginta flagellis delinquentes arguit misit, iam prædictum, quod per quadragenarium numerum figura significetur huius temporis, in quo ecclesia per quatuor mundi partes diffusa, sub decalogo legis viuit. Quadragenario ergo numero delinquentes cæduntur, si in hoc tempore, pœnitentiæ verberibus flagellantur. Debet ergo quisque peccator temporalibus flagellis atteri, quatenus in iudicio purgatus valeat inueniri. Beatus homo qui corripitur à Domino. Nulla enim in æternum animi aduersio affligere poterit, quos hic pœnitentiæ disciplina percussit. Si enim pro peccatis cædimur, illic sine peccato inuenimur. *Non ligabis os bouis terentis in area fruges*

tuas. Non alligabis os bouis triturantis, dictum est, quod in bouis nomine vita vniuscuiusque operantis exprimitur. Dicit quodam in loco Apostolus Paulus reprehendens & dolens, quod nemo illi communicauerit in ratione dati & accepti, quod ipse alio in loco aperte exposuit, dicens:

1. Cor. 9. *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si vestra carnalia metamus?* Hoc significat, quod non alligabis os bouis triturantis. Vnde & idem Apostolus dicit alio loco. *Dignus est*

1. Tim. 5. *operarius mercede sua.* Vult ergo scriptura doctoribus præstare carnalia, à quibus spiritualia consequuntur. Quia prædicatores occupantur in doctrina, necessaria sibi prouidere non possunt.

Capvt XX.

De eo qui sine liberis moritur, vt frater defuncti accipiat eius vxorem, & suscitet semen fratri suo.

Deut. c. 25. *Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius: & suscitabit semen fratris sui. Et primogenitum ex ea filium, nomine illius appellabit: vt non deleatur nomen eius ex Israel. Sin autem noluerit accipere vxorem fratris sui, quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis: & interpellabit maiores natu, dicetque: Non vult frater viri mei suscitare semen fratris sui in Israel, nec me in coniugem sumere. Statimque accersiri eum facient, &*

G *interrogabunt. Si responderit, nolo eam vxorem accipere, accedet mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamentum de pede eius: spuetque in faciem illius & dicet: Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui, & vocabitur nomen illius in Israel, Domus discalceati.* Si autem habitauerint fratres in vnum, & mortuus fuerit vnus ex eis, semen autem non fuerit ei, vxor defuncti foras non appropiabit, frater viri eius intrabit ad eam: & accipiet sibi vxorem eam, & cohabitabit ei, & erit infans quicunque natus fuerit, constituetur ex defuncti nomine: & non delebitur nomen eius ex Israel, & nomen defuncti. Videtur hoc præcepisse lex de fratris vxore ducenda non ob aliud, nisi vt semen suscitet fratris qui sine liberis defunctus est. Quod autem ait, constituetur ex de-

H functi nomine: & non delebitur nomen eius ex Israel, id est, defuncti nomen, ex hoc videtur dictum, vt ille qui nascitur, hoc nomine appelletur, quo appellabatur defunctus, cui quodammodo propagatur. Vnde nobis visum est, magis secundum adoptionis morem soluere in euangelio quæstionem de duobus patribus Ioseph: quorum vnum commemorat Matthæus: eum scilicet, & qui genuit Ioseph. Alterum Lucas, cuius erat filius Ioseph: quoniam nullus eorum, Ioseph nomen accepit. Nisi forte hoc dictum est: Constituetur ex defuncti nomine: non vt eius nomen accipiat, sed vt ex eius nomine, id est, tanquam filius non eius cuius semine genitus est: sed illius defuncti, cui est semen suscitatum hæres constituatur. Quod autem additum est, & non delebitur nomen eius ex Israel potest ita intelligi: non quod nomen eius puer consequenter accipiat, sed quod ille sine posteritate mortuus esse videbitur,

& id-

A

& ideo permanet nomen eius, hoc est memoria. Neque enim etiam si ipse filium genuisset, nomen ei suum fuerat impositurus: vt nomen eius non deleretur ex Israel. Sed ex hoc vtiq; non deleretur, quia non sine liberis ex hac vita emigraret, & hoc iubetur ex eius vxore frater eius implere, quod ille non potuit. Nam etsi frater nõ fuisset & propinquus, ducebat vxorē eius, qui sine filiis mortuus esset, ad suscitandum semen fratri suo: sicut Booz fecit, ducendo Ruth, vt semen suscitaret propinquo suo, cuius fuerat [illegible] vxor, nec de illo pepererat: & tamen qui de illa natus est, ex nomine quidem defuncti constitutus est [illegible] qui [illegible] filius eius dictus est: atq; ita factum est, vt nomē defuncti non deleretur ex Israel: nec tamen eius nomine appellatus est. [illegible] cum ita sint, abundantius duob. modis [illegible] potest [illegible] quæsti[illegible] eorum, quos [illegible] commem[illegible] Matthæus & Lucas [illegible] ita fuerit propinquus alter [illegible] ducendam eius vxorem, vt alios etiam [illegible] tes atque maiores iste, alios ille habere [illegible] filii fuissent, vnum habuisse [illegible] Nam secundum Matthæum Mat[illegible] [illegible] secundum Lucam vero, non Ma[illegible]than, [illegible] Math[illegible] filius Leui. Secundum Matthæum [illegible] Mathan ex Eleazar genitus inuenitur: atq; ita in[illegible] [illegible] diuersi sunt patres & aui & deinde ma[illegible] [illegible] Zorobabel, qui fere est [illegible] sursum [illegible] apud Lucam. Apud [illegible] Matthæum vero vndecimus: q[illegible] [illegible] idem ipse esse credatur, quia pater eius apud vtrunq; euangelistam Salathiel inuenitur: quamuis fieri potuit, vt alius fuerit eodem nomine habens eiusdem nominis patrem, cuius & ille habuit. Nam & inde sursum versus, diuersi sunt. Alium quippe habet Zorobabel auum apud Lucam, qui [illegible] Neri [illegible] alium apud Matthæum, qui est Iechonias. Atq; [illegible] de superius nusquā est continuatio, quo[illegible] q; [illegible] tur ad D[illegible] apud Matthæum [illegible], et Sal[illegible]: apud Lucam pes Nathan. Difficil[illegible] autem videtur nō fuisse aliqu[illegible] propinquio[illegible] [illegible] qui duceret [illegible] fratris sui, quam [illegible] qui [illegible]

C

[illegible] esset con[illegible] guin[illegible] eius, tam lon[illegible] quo [illegible] propin[illegible] ate [illegible] apud L[illegible] [illegible] Ioseph [illegible] apud Matthæum at[illegible] [illegible] Ac [illegible] propinqui d[illegible] [illegible] ducendas etiam [illegible] baont, qui [illegible] femina [illegible] sanguine propinqua [illegible] non potuit, [illegible] esset [illegible] qui Ioseph genuerit de [illegible] propi[illegible], qui sine liberis decessit [illegible] esset [illegible] ex lege [illegible] omnibus patribus & auis, & [illegible] minoribus, ideo propinquitas nulla appa[illegible] [illegible] propinquarent. [illegible] nec Dauid a[illegible] patri [illegible] aut [illegible] potui[illegible] contendit. Vbi ponimus, quod constit[illegible] scripturæ [illegible], feminas in genealogi[illegible] [illegible] sicut [illegible] nullus euangel[illegible] annectit. [illegible] commemorantur mares, non [illegible] patribus Ac[illegible] propinquorum [illegible] ad [illegible] defuncti [illegible] andam, [illegible] cognationis [illegible] Dauid [illegible] adoptio fecit

D

Gregorius. alterum patrem, quem [illegible] posset habere Ioseph. Typice autem fratri defuncto [illegible] qui post resurrectionis apparens gloriam, dixit: *ite, nuntiate fratribus meis.* Qui quasi [illegible] [illegible] adhuc electorum suorum numerum non impleuit. Huius scilicet vxorem [illegible] frater sortiri [illegible] dignum est [illegible] vt cura sanctæ Ecclesiæ [illegible] regere [illegible], imponatur. Cum nol[illegible] in faciem [illegible] qua quisquis ex muneris [illegible] quæ per [illegible] aliis prodesse [illegible] bonis quoq; eius [illegible] probr[illegible] [illegible] in [illegible] calce [illegible] tollitur, & discalceati domus vocatur [illegible] scriptum quippe est: *Cal[illegible] pedes in præparatione Euangelii [illegible]* Si ergo vt nostram [illegible] curam [illegible] gerimus [illegible] pedem per [illegible] Qui vero suam cogitans vtilitatem, proximorum negligit quasi vnius pedis calceamentum, cum de decore amittit.

Matt. 28.

Ephes. 6.

Capvt XXI.

De duobus rixantibus, & vxore procaci: & quod non [illegible] habere in sacculo diuersa pondera.

E

Si habuerint inter se iurgium viri, & vnus contra alterum rixari cœperit, volens [illegible] vxor alterius eruere virum suum de manu fortioris, miseritq; manum & apprehenderit verenda eius, abscindes manum illius: nec flecteris super illam misericordia. Quid per istos duos viros rixantes, nisi dissensio inter catholicum & hæreticum exprimitur? Ibi enim necessaria est contentio, vbi dispar duorum fit intentio. Alter enim importunus sectator est erroris: alter studiosus defensor veritatis. Nec oportet vllo modo veritatem succedere, sed resistere tueteq; errori, secundum illud Sapientiæ: *Responde, inquit, stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sa[illegible] deatur.* Vnde & Paulus gloriatur se huiuscemodi hominibus, nec ad horam cedere. Vxor autem illa, quæ impudenti manu defendendo suum, alterius, qui fortiorē apprehendit verenda, nulla ni fallor aptius intelligi potest, quam subie[illegible] personæ, quæ subiugata est hæreticis. [illegible] tu, [illegible] per aliquam ignominiam falsam, aut per actionem turpem voluerit catholici maculare conuersationem, siue [illegible] famare doctrinam, omni modo tale machinamentū abscindendum est: nec vlla miseretur misericordia, quæ tantum abominandum spreuit iustitiam. *Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus: nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iustum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi, vt multo viuas tempore super terram, quam dominus Deus tuus dederit tibi. Abominabitur enim dominus eum, qui facit hæc, & aduersatur omnem iniustitiam.* Hoc etenim idem le[illegible] lator [illegible] in Leuitico interdicit. Salomone quoq; [illegible] sententiam proferente. *Pondus magnum & paruum, & mensura duplex, abominabilia sunt vtraque apud dominum: Et qui facit eam, in adinuentionibus suis comprehendetur.* Pro[illegible] non solum illo corporali, sed etiam spirituali modo studendum est nobis, vt nec diuersa pondera in cordib. no[illegible] neq; in domo conscientiæ nostræ mensuras duplices [illegible] quæ distinctionis regulam mol[illegible] indulgentia præsumentes, eos, quibus [illegible] omni prædicamus, dis[illegible] praeceptis [illegible] quam ipsi perferre possumus, ponderib. [illegible] Quod quum facimus, quid nisi diuersis ponde[illegible] [illegible] præceptorum mercedem Domini [illegible] appendimus vel metim[illegible]: Si enim aliter ea [illegible] aliter nostris fratribus dispensemus, recte increpa[illegible] Domino, eo quod statera diuersa vel mensuras duplices habeamus: secundum illam sententiam Salomonis, qua dicitur: *Abominatio est domino, pondus duplex: & statera dolosa, non est bona in conspectu eius.*

Deut. c. 25.

Prouer. 26.

F

Prou. 20.

G

Prou. 21.

Capvt XXII.

De delendo Amalech sub cælo.

H

Deut. c. 25.

Memento, quæ fecerit tibi Amalech in via, quando egrediebaris de Aegypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi resedebant cæciderit, quando tu eras fame & labore confectus: & non timuerit Deum. Cum ergo dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & subiecerit cunctas per circuitum nationes in terra, quam tibi pollicitus est, delebis nomen eius sub cælo: caue ne obliuiscaris. In Amalech ergo nomine, qui lingens sanguinem interpretatur, spiritualium nequitiarum exprimitur figu[illegible] quæ nobis per b[illegible] primum egredientibus, de spiritali [illegible] auersantur & quoties [illegible] deficiunt in itinere vir[illegible] lassati per peccatum, [illegible] student subuertere. Hos ergo populus omnibus [illegible] Dominus dede[illegible] facultatem, debemus subu[illegible] & quantum possibile est, de sede animæ nostræ suggestiones eorum eiicere atque delere: ne forte [illegible] reliquias eorum iuxta exemplum Saul in nostra mente reseruauerimus, causa inobedientiæ pariter cum eis subuertamur.

A

CAPUT XXIII.

De primitiis frugum offerendis, & de decimis dandis Leuitis.

Deut. 26. *CVm intraueris terram, quam Dominus Deus tuus tibi daturus est possidendam, & obtinueris eam atque habitaueris in illa, tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo: pergesq́ue ad locum, quem dominus Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius: accedesq́ue ad sacerdotem, qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum. Profiteor hodie coram domino Deo tuo, quod ingressus sum in terram pro qua iurauit patribus nostris, vt daret eam nobis. Susceptensq́ue sacerdos cartallum de manu tua ponet ante altare domini Dei tui. Syrus persequebatur patrem meum, qui descendit in Aegyptum, & ibi peregrinatus est in paucissimo numero. Creuitq́ue in gentem magnam & robustam, & infinitæ multitudinis: afflixeruntq́ue nos Aegyptij & persecuti sunt, imponentes onera grauissima. Et clamauimus ad dominum Deum patrum nostrorum. Qui exaudiuit nos, & respexit nos &* B *humilitatem nostram & laborem atq́ue angustiam, & eduxit nos de Aegypto in manu forti & brachio extento, in ingenti pauore, in signis atq́ue portentis: & introduxit ad istum locum, & tradidit nobis terram lacte & melle manantem. Et idcirco nunc offero primitias frugum terræ, quam dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu domini Dei tui, adorato domino Deo tuo: & epulaberis in omnib. bonis, quæ dominus Deus tuus dederit tibi & domui tuæ, tu & Leuites & aduena, qui tecum est.* Per hæc verba, quibus instruebantur Israelitæ, quomodo in terra possessionis suæ primitias in cartallo offerrent Domino per gratiarum actionem, eo quod erepti sunt de Aegypto, instituimur & nos, vt intrantes per spiritalem Iordanem, hoc est, per baptismum & fidem sanctæ trinitatis in terram Ecclesiæ: ponamusq́ue in cartallo conuersationis nostræ, primitias bonorum omnium: & deferamus Deo in altare fidei catholicæ: quatenus ea ibi suscipiat sacerdos noster ille vnicus, qui secundum ordinẽ Melchisedech, a Deo factus est nobis pontifex. Ibiq́ue confiteamur Domino dicamusq́ue ei, quod Syrus spiritalis, qui interpretatur sublimis vel humectans, C persequeretur patrem nostrum, protoplastum videlicet parentem nostrum: ita vt deciperet eum per superbiam & gulam; & transgressorem faciens priuaret possessione paradisi. Vnde incola factus est in Aegypto huius mundi: vbi peregrinatus est in paucissimo numero: quia multis idola litteram sequentib. pauci permanserunt fideles. Sed postquam per legis conditionem plures excreuerunt, qui scientiam & credulitatẽ vnius Dei percepẽre, afflixerunt eos Ægyptij spiritales, maligni scil. spiritus: qui imponentes onera grauissima peccatorum, oppresserunt genus humanum. Sed Deus omnipotens conditor & creator noster, respexit humilitatem nostram & laborem atq́ue angustiam, misitq́ue vnigenitum filium suum, qui manus Dei & brachium dicitur: vt eriperet nos de potestate tenebrarũ, & transferret in locum pacis, quatenus filij lucis efficeremur: tradiditq́ue nobis terram lacte & melle manantem, Ecclesiam videl. præsentem: vbi & lac est innocentis & facilis doctrinæ: vnde nutriãtur sensu paruuli & mel suauis atq́ue multiplicis scientiæ: vnde satientur intellectu perfecti. D Qui ergo huiuscemodi dona Deo offert, conuiuiũ spiritale in domo Dei cum Leuitis veris & aduenis potest facere; quia cum ministris Dei & fratribus suis, atq́ue cum omnibus, qui se intelligunt in hoc mundo aduenas esse & peregrinos, dapibus virtutum & scientiæ spiritalis feliciter reficietur atq́ue implebitur. *Quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio, dabis Leuitæ & aduenæ, & pupillo ac viduæ, vt comedant intra portas tuas, & saturentur. Loquerisq́ue in conspectu domini Dei tui. Abstuli quod sanctificatum est de domo mea, & dedi illud Leuitæ & aduenæ & pupillo ac viduæ, sicut iussisti mihi. Non præteriui mandata tua, nec sum oblitus imperij tui. Non comedi ex eis in luctu meo, nec separaui ea in qualibet immunditia, nec expendi ex eis quicquam in re funebri.* Quid est, quod inter illa quæ iubet dicere hominem, qui in dandis decimis, & quæcunq́ue dare vel impendere iussum est, omnia mandata compleuit, et hoc cum laude & cõmendatione sua dicere iubetur: Non dedi ex eis mortuo? An per hoc prohibet parentalia, quæ obseruare gentes solent?

CAPUT XXIV.

De lapidibus erigendis in monte Ebal & calce leuigandis: & de ædificando altari ex saxis informibus & impolitis: holocaustoque super illud offerendo.

Deut. 27. *PRæcepit autem Moyses & seniores Israel populo, dicentes: Custodite omne mandatum, quod præcipio vobis. Cumque transieritis Iordanem in terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce leuigabis eos, vt possis in eis scribere omnia verba legis huius Iordane transmisso: vt introeas in terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi, terram lacte & melle manantem sicut iurauit patribus tuis. Quando ergo transieris Iordanem, erige lapides, quos ego hodie præcipio tibi in monte Ebal: & leuigabis calce, & ædificabis ibi altare domino Deo tuo, de lapidibus, quos ferrum non tetigit, & de saxis informibus & impolitis: & offeres super eo holo-* F *caustum domino Deo tuo, & immolabis hostias pacificas, comedesque ibi & epulaberis coram domino Deo tuo: & scribes super lapides omnia verba legis huius, plane & lucide, &c.* Hoc quomodo factum fuerit, in libro Iesu Naue plenius enarratur. Superatis igitur hostibus, ædificauit Iesus altare Deo excelso ex lapidibus integris, in quibus non erat iniectum ferrum sicut præceperat Moyses, & immolauit sacrificium, & scripsit in lapidibus Deuteronomium legis Moysi. Videamus itaque, qui sint isti lapides, ex quibus ædificatur altare. Omnes ergo, qui in Christum Iesum credunt, lapides dicuntur viui. De quibus ait Apostolus: *Vos sicut* 1. Pet. 2. *lapides viui ædificati, domus spiritales.* His non est iniectum ferrum, quia incorrupti & immaculati carne & spiritu sunt: & iacula maligni ignita non receperunt. Hi vnum altare faciunt, vnitate fidei vel concordia charitatis. In his quoque Deuteronomium, id est, secundam Euangelij legem, Iesus Dominus noster rescripsit. Audiamus Matt. 5. itaque eum dicentem: *Dictum est antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, si quis viderit mulierem ad concupiscen-* G *dum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* Hanc igitur Iesus legem notat in cordibus credentium: hanc scripsit in eorum mentibus, qui altaris constructione digni sunt.

CAPUT XXV.

De his, qui stabunt ad benedicendum super montem Garizim: necnon & de illis, qui super montem Hebal stabunt ad maledicendum: & maledictionibus siue benedictionibus ibi recitatis.

Deut. c. 27. *PRæcepitque Moyses populo in die illo, dicens: Hi stabunt ad benedicendum Domino super montem Garizim Iordane transmisso: Simeon, Leui, Iudas, Isachar, Ioseph & Beniamin. Et e regione isti stabunt ad maledicendum in monte Hebal: Ruben, Gad & Aser, Zabulon & Dan, & Nephthalim. Et pronunciabunt Leuitæ ad omnes viros Israel excelsa voce, &c.* Hoc ergo ita factum H est temporibus Iosue. Steteruntq́ue sicut præceperat Moyses in Deuteronomio, sex tribus in monte Garizim, vt benedicerent populum. Et ipsæ tribus, quæ nobiliores sunt, id est, Simeon. Leui, Iudas, Isachar, Ioseph, Beniamin. Filij vero ignobiliores sex steterunt e regione in monte Ebal, vt maledicerent: inter quos & Ruben, qui maculauerat thorum parentis: & Zabulon vltimus filiæ Liæ, & ancillarum filij. Et hæc quidem veteris historiæ referuntur gesta. Sed inspiciendum, quid in narratione mysticæ intelligentiæ referatur. Qui sunt ergo isti, qui incedunt iuxta montem Garizim, & qui sunt, qui incedunt iuxta montem Ebal? Illi itaq́ue, qui in hoc loco iuxta montem Garizim incedunt ad benedicendum, eos figuraliter indicant, qui non metu pœnæ sed cœlestis promissionis amore succensi, veniunt ad salutem. Illi vero [illegible] qui iuxta montem Ebal incedunt, in quo maledictiones prolatæ sunt illos indicant qui non amore benedictionum vel promissionum, sed futurorum suppliciorum [illegible] complent, quæ in lege scripta sunt, vt perueniant ad salutẽ.

A Omnes a [illegible] qui ab [illegible] fionnon de [illegible] eff illos bonum, qui boni ipsi [illegible] tioni amore, quod bonu [illegible] is honum sectantur. Solus [illegible] est [illegible] nibus populis huiusmodi me [illegible] es animosq; [illegible] hos quidem statuere in montem [illegible] hos vero in montem Ebal [illegible] non vt male [illegible] es [illegible] sed ut meri [illegible] præscriptas maledictiones [illegible] nutas, incurrere caueant [illegible] rigant. Et pronu [illegible] ad omnes viros Israel, exce [illegible] voce. Quid est, quod [illegible] tis præcepit v [illegible] Israel loq [illegible] voce, nisi qui [illegible] doctores Christi, [illegible] gniter, ed instar [illegible] Dei verbum populis prædicare? vt [illegible] Dei mandata, quæ eis imminent pericula. Si autem obedierint præcepti Dei, B quæ eos sequantur beneficia: quum in præsenti vita solatium, & in [illegible] præmium promittitur æternum. Maledictione [illegible] benedictione [illegible] qua liber Deuteronomii con[illegible], & historialiter [illegible] possunt ad eos pertinere qui terrenam felicitatem [illegible] mabant vel qui terrena damna sibi euenire metuebant. Sed [illegible] magis est [illegible] historiis cauendum, ne propter inobedientiam, perpetualium rerum & virtutum potius patiantur penuriam, quam terrenarum indigentiam rerum. Quia sæpius legimus per [illegible] electos viros, præsentium [illegible] indigentiam pa[illegible] sed tamen virtutum copiis repleri. Sicut Apostolus Paulus sibi & cooperatoribus suis sæpissime cauere testatur dicens: *Vsque ad hanc horam esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus, operantes manibus nostris: maledicimur & benedicimus: persequutionem patimur, & sustinemus. Blasphemamur & obsecramus: tanquam purgamenta huius mundi facti sumus: omnium* [illegible]. Et item: *Libenter*, inquit, *gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in angustiis pro Christo. Quum enim infirmor, tunc potens sum.* Peccantibus autem, maledictiones huiusmodi indictæ sunt.

1. Corint. 4.
2. Corin. 12.

C *Maledictus homo, qui facit sculptile & conflatile abominationem Domino: opus manuum artificum: ponetque in abscondito illud. Et respondebit omnis populus, Amen.* Hoc enim capitulo, non solum idololatria, quæ in simulacris fit, contradicitur, sed omnis error hæreticorum. Ipsi sunt artifices vanitatis atque superstitiosorum dogmatum qui carmina & incantationes agunt abdicatur. Quicunque enim errorem prouenerit in occulto [illegible] manifesto sequitur profecto idolorum cultor dignatur: tam de ordine prælatorum, quam etiam subditorum. Quia omnes patrem & bona laudare, & mala detestari oportet. *Maledictus, qui non honorat patrem suum, & c.* Convenit ergo vnicuique, patrem suum terrenum & matrem venerari. Sed multo [illegible] vniuersorum patrem Deum, &

D matrem Ecclesiam omni veneratione ac religiositate ab vniuersis decet [illegible] atque honorari: vbi & magistrorum spiritalium re[illegible] pariter comprehenditur, quia Dominus discipulis suis ait: Qui vos honorat, me honorat: & qui vos spernit, me spernit. *Maledictus, qui transfert terminos* [illegible]. Hoc testimonio vetat auarum, hæresimque detestatur. Transfert ergo terminos proximi sui, qui non contentus [illegible] fidei atque doctrina, sed superstitiosos ac sectas superinducendo nouiter inno[illegible] ducit. Quicunque hæc agit, procul dubio æternæ maledictione onerabitur. Vnde sequitur. *Maledictus, qui facit errare cæcum in via.* Cæcum in itinere facit errare, qui simplicem atque [illegible] pro doctrinam falsam atrate scriptu[illegible] deuiare. Hoc ergo, quam perniciosum sit, Apostolus ostendit dicens: *Si quis [illegible] Iesum Dominum, sit anathema, maranatha.* Et [illegible]: *Quicunque*, ait, *hanc regulam sequuti fuerint, pax super illos, & misericordia: & super Israel Dei. Maledictus, qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli & viduæ.* Iniustum iudicium nemini [illegible] secundum historiam facere licet, sed

1. Corint. 5.
Gal. 6.

E [illegible] spiritalem populum [illegible] decet populum [illegible] *Tu Domine custodi-*
[illegible] in æternum. Viduam autem, de qua dicit Propheta [illegible] ipsa Domini ait: *Viduam eius benedicens benedicam. Maledictus, qui dormit cum vxore patris sui, & [illegible] operimentum eius.* Manifestum est enim, quod [illegible] abominatio est apud Deum. Sed tamen ha[illegible] secundum allegoriam hæreticos atque [illegible] percutit: qui sponsam Christi, qui v[illegible] quia omnium creator, aliquo mo[illegible] corrumpent. Secundum vero tropologiam [illegible] prohibet, ne quis a honore patris sui [illegible] ille male gessit, ille nequiter imitando diffa[illegible] ignominiam purgat per nomen patris, sine [illegible] vnde ille reprehensibilis est merito. *Maledictus, qui dormit cum omni iumento.* [illegible] historiam maxima stultitia est cum huius an[illegible] ignominia est, genti suæ stultitiam [illegible] vitam [illegible] al enigen [illegible] voluptates [illegible] ibi, nec quidem per delicias [illegible] cis [illegible] & perseuerant [illegible]

Psalm. 9.
Psal. 131.

F *Maledictus, qui dormit cum sorore sua* [illegible] *sua.* Sororem suam spiritaliter [illegible] mam per [illegible] maculat. Pater enim [illegible] Deus & [illegible] sancta Ecclesia. Nos autem fratres & sorores sumus. *Maledictus, qui dormit cum socru sua.* [illegible] autem socrus fœdera [illegible] mala est con[illegible] quia omnis peccati mater, concupiscentia est. Oportet hoc diligenter [illegible] qua nobis [illegible] concupiscentia [illegible] circumstantiis, & non communicare actione quia [illegible] Leuitico de hoc scelere sancitum est, gne vt usde[illegible] comburi, qui hoc perpetrauerit, quia ætern[illegible] est gehennæ ignis, si non pœnitentiæ igne ab hac macula diluerit. *Maledictus, qui clam percusserit proximum suum. Et dicet omnis populus, Amen.* In aperto & in occulto occidere hominem, peccatum est. Vnde mirum, cur eum tantum maledixit scriptura, qui clam percusserit proximum, nisi [illegible] dicamus eum clam percutere proximum, qui eum

G in corde suo oderit. Dicit enim Iohannes Apostolus: *Qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.* Hinc & in Leuitico scriptum est: *Ne oderis fratrem tuum in corde tuo: sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Maledictus, qui accipit munera, vt percutiat animam sanguinis innocentis.* Quicunque reminiscitur Iudæ factum, qui propter pecuniam prodidit magistrum, quam perniciosum sit, intelligere potest auaritiæ malum. *Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit.* Hæc sententia grauior in cæteris esse videtur, quo generaliter & ea, quæ præmissa sunt, & illa quæ nondum prolata sunt, omnia simul comprehendit. Quis est enim, qui in vniuersis sermonibus legis sine transgressione permanere

1. Iohan. 3.
Leuit. 19.

H possit, cum Paulus dicat? *Quicunque ex operibus sunt legis, sub maledicto sunt: quoniam in lege nemo iustificabitur apud Deum.* Nec minus maledictionis damnum vllus euadere potuit: etiam nec ipse legislator, nisi per gratiam Domini nostri Iesv Christi inde liberaretur. Vnde prædictus Apostolus ait: *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum*, quia scriptum est: *Maledictus omnis, qui pendet in ligno.* Vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesv. Hinc Petrus ait: *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis: vt nos offerret Deo: mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu.*

Galat. 3.
1. Pet. 3.

Sin autem audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque custodias omnia mandata eius, quæ ego hodie præcipio tibi, faciet te Dominus excelsiorem cunctis gentibus, quæ versantur in terra: venientque super te vniuersæ benedictiones istæ, & apprehendent te, si tamen præcepta eius audieris.

Deut. c. 28.

Sicut in obedientibus prædixit maledictiones & pœnas futuras, sic & obedientibus deinceps promittit benedictiones & præmia. *Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro.*

A iuxta historiam [illegible] intellectus vbi [illegible] obedientia, [illegible] quæ [illegible] prospera & fructuum atque animalium [illegible]. Secundum allegoriam autem, populi Christi [illegible] deuotionem [illegible] æternam, quam beatitudinem promittit perpetuam. Be[illegible] quia Ecclesia sancta, vacat diuinæ [illegible] benedictus in agro, qui boni ope[illegible]. Per has duas species conuersationis, [illegible] gratus erit Deo. *Benedictus fructus ventris tui & fructus terræ tuæ.* [illegible] fructus ventris, [illegible] ostendit cogitationes mentis & [illegible]: per fructum terræ, [illegible] fructus vtiles [illegible]. His enim duabus vitæ [illegible], contemplatiuæ & actiuæ, sancta [illegible] Ecclesia: & in futuro [illegible] cum [illegible] cælestis regna. *Benedictus fructus [illegible] armenta [illegible], greges armentorum tuorum & caulæ ouium* [illegible].

B Pe[illegible] ordine demonstrat subdi[illegible] Ecclesiæ quia doctoribus instructi, bonis [illegible] præbent, cum [illegible] ab eis [illegible] corporalia ministrant alimenta. Alii laborare possunt, secundum [illegible]. Alii [illegible] simplicitate [illegible] innocentiam [illegible] Deo. Vnusquisque enim proprium habet [illegible] donum: alius sic, alius vero sic. Qui autem donum perceptum iuxta possibilitatem suam secundum mandata Dei multiplicare studuerit, placebit Deo, & probatus [illegible]. *Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ.* In horreis significatur custodia virtutum: in reliquiis, bonæ voluntatis intentio. Secundum id enim, quod quis pro possibilitate sua laborat, conseruabitur sibi præmium & bona voluntas licet aliquando non habeat [illegible] effectum, tamen iustum non perdet præmium, quia diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum: & in terra pax erit hominibus bonæ voluntatis. *Benedictus eris ingrediens & egrediens.* Hoc est, quod Saluator in Euang. ait:

Ioan 10. *Ego sum ostium. Per me, si quis introierit, saluabitur, & pascua inueniet.*

C Qui [illegible] ad fidem ingrediens ad sapientiæ cibum, & pascua accipiet virtutum, & egrediens de præsenti vita, certam mercedem accipiet bonorum actuum. Ingreditur & [illegible] per illud ostium, qui aliquid per fidem catholicam interius iuxta voluntatem Dei meditatur & tractat. Egreditur, quando secundum ipsam fidem, etiam foris [illegible] hominibus ad laudem Dei aliqua bene operan[illegible], ad exemplum præparat.

[illegible] Dominus inimicos tuos, qui consurgunt aduersum te [illegible] per vnam viam venient aduersum te, & per septem fugient ante te. Q[illegible] custodit mandata Dei, malignorum spirituum [illegible] conturbat: virtutem dissipat. Et qui adunati ad [illegible] venerant, territi, per diuersa fugere tentant. *E[illegible] Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum: benedicetque tibi in terra, quam acceperis.* Cellaria benedicet, cum in cordis secreta, gratiam spiritus [illegible] infundit. Benedicet opera manuum, cum [illegible] bonis facultatem tribuit virtutum. Benedicet in terra, & [illegible] Dominus sibi populum, quando sanctos suos in [illegible] Ecclesiæ, abundare faciet gratia cælestium

D bonorum. Vnde & sequitur. *Si custodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in viis eius, videbunt omnes terrarum populi, quod nomen domini inuocatum sit super te: & timebunt te, & abundare te faciet dominus omnibus bonis.* Timent hostes populum Ecclesiæ, cum maligni spiritus, quando nomen Christi in electis Dei in eis in fide, & foris in operibus [illegible] conspiciunt, verendo fugiunt: nec eis resistere [illegible] poterunt. Vnde scriptum est:

Iacob. 4. *Resistite diabolo, & fugiet a vobis.* Et Petrus in Epistola sua ait:

1. Pet. 5. *Sobrii estote & vigilate: quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit, quærens, quem deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei, qui in mundo est, vestræ fraternitati fieri.* Abun[illegible] et Dominus sanctos suos omnibus bonis, quando hic [illegible] mentis, & in futuro [illegible] remunerabit præmiis. *Aperiet Dominus thesaurum suum optimum, cælum: vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo.* Cælum hic Prophetas vel Apostolos [illegible] Dei possumus intelligere [illegible] scriptum est: Cæli enarrant gloriam [illegible] & opera

m[illegible] eius annuntiat firmamentum. [illegible] buat pl[illegible] Spiritus [illegible] dit [illegible] nam [illegible] hoc [illegible] bonorum [illegible] *[illegible] gentibus multis & ipse a nullo fœnus accipies.* Fœnerabi[illegible] ribus [illegible], quando [illegible] firmata diuinationi [illegible] dit [illegible] ab [illegible] illatum [illegible] non [illegible] generatione [illegible] Excel[illegible] omnibus enim dono Dei, & caput [illegible] orbem [illegible] cauda, & semper supra nec [illegible] pressuras & persecutiones [illegible] patitur, tamen fortior est aduersariis, ac fide & virtute [illegible] minet vniuersis. Sequitur:

Constituet te Dominus in caput & non in caudam: & eris semper supra & non subter, si audieris mandata Domini [illegible] tui, quæ ego præcipio tibi hodie: & custodieris [illegible] feceris, ac non declinaueris ab eis, nec ad dexteram nec ad sinistram, nec secutus fueris deos alienos, neccolueris eos. Non præteribis ab omnibus [illegible], quæ ego mandauero [illegible] ad dexteram aut sinistram, neque [illegible] deos alienos, seruies illis. Quod si audire nolueris vocem domini [illegible] tui, & custodias & facias omnia mandata eius, & ceremonias, quas ego præcipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ, &c. Cum de [illegible] tur, quæ de [illegible] ille, quæ de [illegible] est qui sibi arroga[illegible] quæ Dei sunt. Ideo [illegible] bus: *Ne declines in dexteram aut sinistram. Vias enim, quæ a dextris*

Prou. *sunt, nouit dominus. Peruersæ autem sunt, quæ a sinistris sunt.* Ergo bonæ sunt [illegible], quas nouit Dominus. Quoniam

Psalm 1. *nouit dominus vias iustorum, & iter impiorum peribit,* [illegible] in Psalmo legitur. Cur ergo dictum sit, ne declines in dexteram, consequenter ostendit addendo: *Ipse enim rectas faciet cursus tuos.* Absit autem, vt dextras, quas nouit Dominus, negemus esse rectas: sed vt dixi, [illegible] in eas, est non illius gratiæ, sed sibi [illegible] velle [illegible] od rectum sit. Denique vt [illegible], adiungit & [illegible] rectos faciet cursus tuos: & [illegible] itinera tua in pace producet.

Quapropter quod isto loco Deuteronomii dictum est, Non præteribis ab omnibus verbis, quæ ego mando tibi hodie, dextra aut sinistra ire post deos alienos, seruire illis, non ideo dictum est, quia dii possint etiam in dextris accipi: sed aut terrena loca significata sunt, quia in dextra [illegible] sinistra habitabant gentes, [illegible] deos [illegible] colentes, aut [illegible] de diis [illegible] pariter pronunciandum est, vt duo [illegible] sensus. Vt [illegible] videlicet: Non præteribis ab omnibus [illegible] ego tibi mando dextra aut sinistra, secundum [illegible] intellectum, quem supra exposui. Aliis autem sit sensus: [illegible] post deos alios, seruire diis: vt & hic [illegible] subaudiatur, Non præteribis ab omnibus verbis, quæ ego mando tibi hodie. Quem totum sensum si dicere velimus, superiora verba, quæ [illegible] sensu sunt communia, repetitur sumus [illegible] quomodo ille dicitur: Non præteribis ab omnibus, quæ ego mando tibi hodie dextra aut sinistra, [illegible] repetatur. Non præteribis ab omnibus, quæ ego mando tibi hodie, ire post deos alienos, seruire illis. Prætereunda enim [illegible] verbis, quæ mandata sunt, etiam hoc [illegible], vt eatur post deos alios: non enim hoc solum mandatum est. Aut solum hoc præterire Deus non vult, quod mandauit, ne post Deos alienos eatur: sed omnia, quæ mandauit.

Hoc tamen ita præcipue, vt post generalitatem præceptorum, [illegible] monuit non esse præter[illegible] mandatorum suorum [illegible] hoc [illegible] commendare voluerit. Pote[illegible] dextera aut sinistra, etiam si [illegible]. Hæc [illegible] propter felicitatem app[illegible] propter infelicitatem fugi[illegible] deos alienos, id est, nec [illegible] contra ea, quæ odio h[illegible] poscendum esse. Aut [illegible] tur quo [illegible] vel placere [illegible] & de quibus [illegible] scriptum est: P[illegible]

Psalm. 14 *[illegible] locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera [illegible].*

A Ideo quia his rebus opinantur fieri hominem beatum, quas & boni & mali possunt habere, & ideo dextera est iniquitatis: quia iniqui sunt, qui eam dexteram putant. Non enim est vera dextera, sed dextera eorum, quorum os locutum est vanitatem. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Cum potius sicut mox adiungit & dicit beatus sit populus, cuius Dominus Deus ipsius, hæc est vera dextera æquitatis, non iniquitatis. Non eat ergo eundum post deos alienos. Neque in dextera, vt existimet homo ex ipsis se fieri beatum. Neque in sinistra, vt existimando ipsis aduersantibus se fieri miserum, ad hoc eos colat, vt auertat: aut certe si dexteram intelligimus, æterna: sinistram vero, temporalia bona. Nec propter illa nec propter ista eos colendos, sancta scriptura hoc loco ammonuisse credatur. *Quod si audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt custodias & facias omnia mandata eius & ceremonias, quas ego præcipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate: & maledictus in agro, &c.*

B Sicut his, qui custodierint mandata Dei, promisit benedictiones & beatitudinem perpetuã: sic econtrario per easdem species, quas ante in benedictionibus enumerauit, illis, qui seruare diuina præcepta noluerunt, maledictiones & vitæ prænunciat perpetuum: quia sicut boni perceptio beatificat accipientes, sic & priuatio ipsius condemnat peccatores. *Mittet Dominus super te famem & esuriem & increpationem in omnia opera tua, quæ facies, donec conterat te & perdat velociter, propter adinuentiones tuas pessimas, in quibus reliquisti me.* Famem dicit non panis neque sitim aquæ sed audiendi verbum Domini, & sterilitatem virtutum: quam impii merito suæ peruersitatis patiuntur, quia digni non sunt, ad percipiendum gratiam

Isa. 5. diuinam. Vnde scriptum est dicente Domino: *Mandabo nubibus meis, ne pluant super eos imbrem.* Verum merito suæ peruersitatis pestilentiam, hoc est perturbationem virtutum, & malignorum spirituum tolerant tempestatem, quousque de terra ecclesiæ in nouissimo per angelorum ministeria euellentur, & inferni carceribus puniendi

C tradentur. Hactenus enim sagena Domini trahit bonos pisces & malos, donec perueniat ad litus, & tunc colligentur boni in vasa, mali autem mittentur foras. *Percutiet te Dominus egestate, febri & frigore, & ardore, & æstu, & aere corrupto, ac rubigine: & persequetur donec pereas.* Percutiet Dominus peccatores febre, quando eos iusto iudicio deserit frigus infidelitatis, & ardorem carnalium desideriorum pati. Aerem corruptum dabit, cum vitam pollutam ducere, reprobos permittit. Ex aere enim bene vita carnalis exprimitur: quia ex aeris spiramine, humanum corpus viuificatur. Quod autem subiungitur, & sequatur te donec pereas, non est ita sentiendum, quasi Deus aliquem persequendo interire faciat, qui neminem tentat (ipse autem intentator malorum est) qui omnes homines saluos vult fieri, & ad agnitionem veritatis venire: sed eius facere, aliquando permittere intelligendum est. Quia nihil in rebus fit, nisi iubente aut permittente Domino. Nec est aliquid in terra sine causa.

D Quis porro tam impie desipiat, vt dicat Deum malas voluntates hominum quas voluerit, in bonum non posse conuertere? sed cum facit, per misericordiam facit. Cum autem non facit, per iudicium non facit. Quia cuius vult miseretur, & quem vult, obdurat. *Cælum quod super te est, æneum, & terra quam calcas, erit ferrea.* Elementa quibus vniuersi fructus nutriuntur, comparat durissimis metallis: quia peccata hominum faciunt, vt rerum ordo permutetur. Et quæ ad solatium condita sunt humani generis, ad correptionem eorum vertantur. Vnde scri-

Sapien. 5. ptum est: *Pugnat pro eo orbis terrarum, contra insensatos.* Iuxta allegoriam autem cælum erit æneum præuaricatoribus legis Dei, cum nullam à sanctis doctoribus merentur inuenire clementiam, sed durissimam sentient disciplinam: quoniam ipsi non cor carneum, nec mollem animum, sed cor lapideum & ferreum mentem habere voluerunt. Vnde lex vetus duro Iudæorum populo in lapide conscripta dabatur: vt ex collato munere manifestaretur, quales fuerint eius acceptores. *Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem: & de cælo descendat super te cinis, donec*

E *conteraris.* Ergo sicut puluis & cinis non sunt frugifera, ita doctrina, quæ tibi impenditur, non excitabit in te germina virtutum, sed æternum incorrecto prænunciabit interitum. Per puluerem enim possumus designatam sentire bonorum operum sterilitatem. Et per cinerem ignis æterni combustionem: quia paleæ peccatorum, comburuntur igne inextinguibili infernorum. *Tradat te Dominus corruentem ante hostes tuos. Per vnam egrediaris viam contra eos: & per septem fugias: & dispergaris per omnia regna terræ.* Sicut Iudæi propter cæcitatem cordis sui non meruerunt à Domino ab inimicis suis defendi, sed in totam mundi latitudinem ab hostibus dispergi, ita omnes inimici, qui per pœnitentiam ad Dominum nolunt reuerti, certum est, quod à potestate malignorum spirituum non merentur eripi: sed in diuersas pœnas pariter cum

Psalm. 91. illis demergi. Vnde scriptum est: *Ecce inimici tui Domine peribunt: & dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem. Sitque cadauer tuum in escas volatilibus cæli, & bestiis terræ, & non sit, qui abigat.* In cadauere, futura pœna post mortem, insi-

F nuatur. Tunc eorum bestiæ terræ & volantia cæli, quæ non alia, quam aereas potestates intelligimus, diuersis pœnis eos lacerant, qui mandata Dei contempserunt. Et non est, qui abigat: quia nullus est, qui inde eos eruat, cum Dominus eos spernat. Vnde psalmista ad Dominum

Psalm. 6. ait: *Non est, qui memor sit tui in morte. In inferno autem, quis confitebitur tibi? Percutiat te Dominus vlcere Ægypti, & partem corporis, per quam stercora digeruntur. Scabie quoque & prurigine: ita vt curari nequeas, &c.* Vlcera Ægypti, vulnera fuerunt & vesicæ turgentes. Philisthiim autem dolorem patiebantur in posterioribus, quando computrescebant anitorum. Quæ digne plagæ infidelibus & contemptoribus ingeruntur, cum retributio condigna meritis eorum, impenditur. Aliter, in vlceribus dolosa huius seculi & purulenta malitia: in vesicis, tumens & inflata superbia: In scabie & prurigine, seruor iræ, ac furoris insania exprimitur. Hæc ergo ex inimici facto ne peccatoribus merito in præsenti vita infliguntur. Cæterum

G post finem vitæ, quæ significant posteriora, fœditatem suorum scelerum æternis cruciatibus sustinebunt. *Percutiat te Dominus amentia & cæcitate: vt palpes in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas.* Amentia percussi sunt Iudæi, quando filium Dei, qui in virtute Spiritus sancti signa & miracula faciebat in Beelzebub principe dæmoniorum eiecisse dæmonia, calumniabantur. Palpabant in meridie sicut cæcus in tenebris: quando sexta hora diei, Saluatorem mundi reum esse vociferabant, & crucifigi postulabant. Vnde eis tenebræ, quos illi intus in animo habebant per obscuritatem luminarium forinsecus, in ipsa hora passionis Domini demonstrabantur. Sed cæci cordibus non dirigebant vias suas: quia nec pœnitentiam agere de peccatis suis, nec veritati credere volebant. Ideo omni tempore calumniam sustinebunt: & oppressi violentiis, non habebunt liberatorem. Similiter & omnes hæretici & schismatici percutiuntur amentia, & palpitant in meridie velut cæci, quando clarescente Euangelio in toto orbe ter-

H rarum ipsi errorum tenebris inuoluti animam suam in hoc ostendunt, quod catholicæ fidei in dogmatibus suis concordare nolunt. Idcirco omni tempore calumniam sustinebunt, quia in vacuum laborant. Ecclesia enim Christi, contemnit malignas suggestiones: *nec portæ inferi præualebunt aduersus eam. Vxorem accipias, & alius dormiat* Matt. 16. *cum ea. Domum ædifices, & non habites in ea. Plantes vineam, & non vindemies eam. Bos tuus immoletur coram te, & non comedas ex eo, &c.* Propter præuaricationem, qua præuaricati sunt Israelitæ in mandatis Dei, terram possessionis suæ relinquebant, & animalium suorum damna sentiebant. Sic & auari quique & facinoribus irretiti, licet in præsenti multum laborent, tantum perdunt laborem: quia in fine eorum, simul cum eis destruentur opera illorum. In vxore enim potest accipi plebs, hæreticorum perfidiæ sociata: quam diabolus fornicatione spiritali corrumpit, quando eam in errorem seducit. Sic & in animalium nomine subiecta persona designatur: quæ nunc ab hæreticis euellentur, quando ipsi & vita & doctrina

pariter priuabuntur. Possunt & hæc ad Iudæorum populum transferri: Quia ea, quæ ille sibi scribendo atq; docendo figuraliter præparauerat, omnia nunc in vsum spiritualiter conuertuntur Ecclesiæ. *Filij tui & filiæ tuæ tradentur alteri populo videntibus oculis tuis & deficientibus ad conspectum eorum tota die. & non sit fortitudo in manu tua.* In filiorum & filiarum nomine discipulos designat, quos siue Iudæi siue hæretici nutrierant. Traduntur alieni populo: cum populo mancipantur Christiano: vt ibi discant veritatem, quam antea per magistros priores nullo modo discere potuerunt. Hoc quippe videntes Iudæi atq; hæretici, deficient oculis: quia intentionem suam, quam in dogmatis sui commendatione exercent, nequaquam ad effectum perducere valent. *Fructus terræ tuæ & omnes labores tuos comedat populus quem ignoras &c.* Quicquid prior populus in libris vel in ceremoniis laborat legis, totum Ecclesiæ populo ad instructionem spiritalem collatum est. Ipseque fructum abundantia dum illi deficient vanitate: & impletur [illegible] quod per Isaiam Prophetam Dominus ait: Ecce serui mei comedent & vos esurietis. Ecce serui mei bibent, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini: ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis & dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis, & interficiet te Dominus: & seruos suos vocabit nomine alio in quo, qui benedictus est super terram, benedicetur in Domino. *Percutiat te Dominus vlcere pessimo in genibus & suris: sanarique non possis, à planta pedis vsque ad verticem tuum.* In genibus & in suris, vel totum corpus, vel stabilitatem loci significat. Igitur quia ipsi vel hæretici ab initio voluntatis suæ, vsque ad perfectionem operis, malitiam suam exercuerunt, merito [illegible] quod à planta pedis vsque ad verticem [illegible]. Vnde & Isaias talibus comminans ait: *Væ genti peccatrici populo graui iniquitate, semini nequam filijs sceleratis. Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel: abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos vltra, addentes prævaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vsque ad verticem, non est in eo sanitas.* Per metaphoram docet, quod à principibus vsque ad extremam plebem à doctoribus vsque ad imperitum vulgus, in nullo sit sanitas: sed omnes in impietate pari ardore consentiant. Ergo hoc, quod dicit, non est in eo sanitas, ad extremam refert captiuitatem quando post Titum & Vespasianum, & vltimam euersionem Ierusalem sub Ælio Adriano, vsque ad præsens tempus, nullum remedium est: impleturque quod scriptum est: *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: [illegible], qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Quodque infertur, non est in eo sanitas, vel in populo intellige, vel in corpore, vel in capite. *Ducet te Dominus & regem tuum, quem constitueris super te, in gentem quam ignoras tu & patres tui, & seruies ibi dijs alienis, ligno & lapidi, & eris in perditionem & in prouerbium & fabulam omnibus populis, ad quos te introduxerit Dominus.* Duxit Dominus gentem antiquam Israelitarum propter peccata sua in captiuitatem cum rege suo: sicut factum est in Osee rege Samariæ: quem Salmanassar rex Assyriorum, duxit cum decem tribubus in captiuitatem. Similiter & gentem Iudæorum Nabuchodonosor rex Babylonis introduxit in Chaldæam, cum Ioacim & Sedechia regibus Iudæ. Sed & nunc in tempore noui testamenti quicunque aberrant à fide hæretici, vel mali catholici spernunt præcepta Dei & obedire nolunt Euangelio Christi, per malignos spiritus variis vitiis captiuantur: & ad extremum, si non se correxerint, in barathrum inferni demergentur. Nec est distantia inter Dominum & seruum, militem & regem, magistrum & discipulum: sed iustum iudicium Dei vnicuique secundum propria reddet merita. Vnde scriptum est: *Disperdet Dominus ab Israel virum, qui fecerit hoc, magistrum & discipulum eius.* (Malach. 2) Commoneri autem vos volo scientes semel omnia, quoniam Iesus populum de terra Aegypti saluans, eos secundo, qui non crediderunt, perdidit. Angelos vero qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium: in iudicium Dei magni vinculis æternis sub caligine reseruauit. *Sementem multam iacies in terram & modicum congregabis, quia locustæ omnia deuorabunt. Vineam plantabis & fodies eam, & non bibes vinum, nec colliges ex ea quippiam: quoniam vastabitur vermibus. Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, & non vngeris oleo: quia defluent & peribunt, &c.* Nota lector, quod sementem deuorant locustæ, vineam deuastant vermes, oliuæ defluunt & pereunt: & cautus esto, ne forte gratiam, quam diuino munere percepisti, locustæ & vermes spiritales exedant, deuastent atque à te auferant: & quæ tibi in augmentum salutis tuæ collata sunt, propter incuriam tuam ad detrimentum perueniant. Dicit enim psalmista: *Dedisti lætitiam in corde meo: à tempore frumenti, vini & olei.* (Psalm. 4.) *Panis hominis cor confirmat: vinum lætificat cor hominis: faciem oleum exhilarat.* Et beatus, qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet.

Aduena, qui tecum versatur in terra, ascendet super te, eritque sublimior. Tu autem descendes, & eris inferior. Ipse fœnerabit tibi, & tu fœnerabis ei. Ipse erit in caput, & tu eris in caudam. Et venient super te omnes maledictiones istæ, & persequentes apprehendent te, donec intereas: quia non audisti vocem Domini Dei tui: nec seruasti mandata eius & ceremonias, quas præcepit tibi Dominus.

Manifeste hoc capitulo describitur Israelitarum abiectio, & gentium electio: quia secundum veritatis vocem, qua ad ipsos Iudæos ait: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius,* (Mat. 21.) *sic erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.* (Mat. 20.) Et secundum Annæ prophetiam, *Sterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata est: eo, quod non audiuit vocem domini Dei sui: & mandata eius non seruauit.* Ruinam populi illius Dominus præuidens, iterando ac sæpius monendo, eos conuertere voluit. Primum per legem, secundo per prophetas, tertio per sacerdotes ac doctores: nouissime per filium suum vnigenitum & per Apostolos eius. Vnde legitur, quod *cum appropinquaret Iesus Ierusalem, videns ciuitatem, fleuit super illam & dixit: Quia si cognouisses, & tu. Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* (Luc. 19.) *Quia venient dies in te, & circumdabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt: & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.* Creator quippe omnium, per incarnationis suæ mysterium hanc visitare dignatus est: sed ipsa timoris illius & amoris recordata non est. Vnde etiam per Prophetam in increpatione cordis humani, aues cœli in testimonium deducuntur. *Miluus,* inquit, *in cœlo cognouit tempus suum: turtur & hirundo & ciconia, custodierunt tempus aduentus sui. Populus autem meus, non cognouit iudicium domini.* (Ierem. 8.) Inde gentibus frequenter ad deprædandum dati: nouissime autem Romanis principibus ad subuersionem perpetuam sunt traditi: veneruntque eis omnia genera maledictionum, quæ in libro legis conscripta sunt. Similiter & his, qui gratiam frustra DEI accipiunt, certa est damnatio: quia secundum Pauli vocem, Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione, duobus aut tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est: & spiritualis gratiæ contumeliam fecerit. Scimus enim, qui dixit: *Mihi vindictam, ego reddam.* Et iterum: *Quia iudicabit dominus populum suum.* (Psalm. 134.) *Horrendum quoque est incidere in manum Dei viuentis.* Et ideo bonum est præcauere, ne peccantem & impœnitentem, æterna perditio subsequatur. *Dabit enim tibi dominus cor pauidum, & deficientes oculos, & animam mœrore consumptam.* Propter perfidiam suam datum est Iudæis cor pauidum: vnde scriptum est: *Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Dicebant autem sacerdotes eorum ad eos: *Videtis, quia nihil proficimus. Ecce mundus totus post ipsum abijt. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.* (Psalm. 52. Iohan. 11.) Hoc eis euenit, quod verebantur: sed inde, vnde non arbitrabantur. Illi æstimabant de fide CHRISTI venire sibi damnum cum hoc magis de perfidia sua & de persecutione in Christum

stum

A stum & Apostolos eius, illis euenit. *Et erit vita tua quasi pendens ante te, timebis nocte & die, & non credis vitæ tuæ.* Quasi vero quicquam sit peius inter maledicta, quæ Iudæis pro merito superbiæ & impietatis acciderunt, quam videre vitam suam, id est, filium Dei pendentem, & non credere vitæ suæ. Maledicta enim cum ex Prophetia dicuntur, non sunt de malo voto imprecantis, sed e præscio spiritu prænunciantis. Nam illa, quæ malo voto sunt, prohibentur cum dicitur: *Benedicite & nolite maledicere.* Hæc autem sæpe inueniuntur in sermone sanctorum, sicut Apostolus

2. Tim. 4. Paulus ait: *Alexander*, inquit, *ærarius multa mala mihi ostendit: reddat illi Dominus secundum opera sua.* Nam illud tanquam

Gal. 5. stomachatus & indignatus, etiam male optasse videtur Apost. *Vtinam & abscindantur, qui vos conturbant.* Quod vtique si consideres personam scribentis, magis eam elegantissimo ambiguo, bene optasse intelliges. Sunt enim spadones, qui se ipsos absciderunt propter regnum cælorum.

B Quod in his quoque verbis Faustus rapuisset, si pium palatum ad escas dominicas attulisset. Sic enim sonuit fortasse Iudæis quod dictum est: Videbis vitam tuam pendentem, & non credes vitæ tuæ. Vt inter minas vel dolos hostium suorum vitam suam videntes ex incerto pendere, victores se esse non crederent. Sed filius Euangelij cum audit, Ille n. de me scripsit, in hac ipsa ambiguitate scientiæ videt, quid prophetiæ portis proijciant, quid hominibus innuant: statimque occurrit illi vita hominum Christus pendens: eique non credentes Iudæi, ob hoc ipsum, quia pendentem videor. Et alius quidem aliquis cito diceret inter cætera maledicta illa, quæ lectione ad aliquid de Christo intelligendum non pertinent, hoc solum ibi esse de Christo, quod scriptum est: Videbis vitam tuam pendentem, & non credes vitæ tuæ. Neque n. fieri posset, vt inter diuersa maledicta, quæ impio populo prophetiæ imputabantur, hoc quoque poneretur. Sed ego & qui mecum aliquanto attentius cogitant Euangelicam illam dominicamque sententiam, quia non ait: ille enim & de me scripsit, vt alia, quæ ad Christum non pertinent, scripsisse crederetur, sed ait: De me enim ille scripsit, vt omnem scripturæ intentionem, non nisi ad intelligendum Christi gratiam perscrutando conuleremus, etiam cætera in ista lectione

C maledicta, propter Christum prædicta cognoscimus.

Capvt XXVI.

Commemoratio, quomodo eduxit Dominus filios Israel per desertum quadraginta annis, nec sunt vestimenta eorum attrita, neque calceamenta vetustate consumpta.

Deut. 1.29. *HAEc sunt verba fœderis, quod præcepit Dominus Moysi, vt ferret cum filijs Israel in terra Moab, præter testamentum, quod testatus est in Oreb.*

Septuaginta: Hæc verba testamenti, quod mandauit Dominus Moysi statuere filijs Israel in terra Moab, præter testamentum, quod statutus est eis in Oreb. Ostendit vnde appellatus sit liber Deuteronomij q. secunda lex: vbi magis illius fit repetitio, quam aliquid aliud. Pauca n. sunt,

D quæ ibi non sunt quod primum datum est: nec tamen hæc appellantur duo testamenta, quamuis ita hæc verba sonare videantur. Vtrunque n. vnum est testamentum, quod Ecclesia dicitur vetus. Nam si propter hæc verba duo testamenta dicenda essent, iam non duo, sed plura essent, excepto nouo. Multis enim locis scriptura dicit testamentum sicut illud, quod factum est ad Abraham de circuncisione: vel illud superius ad Noe

Vos vidistis vniuersa, quæ fecit dominus coram vobis in terra Aegypti, Pharaoni & omnibus seruis eius: vniuersæque terræ illius tentationes magnas, quas viderunt oculi tui: signa illa portentaque ingentia. Septuaginta: Et vos vidistis omnia quæcunque fecit Dominus Deus vester in terra Ægypti coram vobis, Pharaoni & omnibus seruis eius: vniuersæque terræ illius, tentationes magnas, quas viderunt oculi tui: signa & prodigia illa magna, & manum validam: & non dedit Dominus vobis cor scire, & oculos videre, & audire aures vsque in diem istam. Quomodo ergo ait superius. Vos vidistis tentationes magnas, quas viderunt oculi tui, si non dedit eis Dominus oculus videre, & aures audire. Nisi quia viderunt corpore, & corde non viderunt: quia oculi dicuntur & cordis: propterea inde cœpit: Et non dedit Dominus Deus vobis cor scire. Ad hoc pertinent duo quæ sequuntur, & oculos videre, & aures audire: id est, intelligere & obtemperare. Quod vero dicit, & non dedit vobis dominus Deus, nullo modo increpans & arguens hoc diceret, nisi ad eorum culpam quorum pertinere vellet intelligi, ne quisquam se ex hoc excusabilem putet. Simul enim ostendit, & sine adiutorio Domini Dei eos intelligere, & obedire non posse oculis cordis: & tamen si adiutorium Domini desit, non ideo esse excusabile hominis vitium, quoniam iudicia Dei quamuis occulta, tamen iusta sunt.

Adduxi vos quadraginta annis per desertum. Non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. Panem non comedistis, vinum & siceram non bibistis:

F *vt sciretis, quia ego sum dominus Deus vester, &c.* Hinc apparet tamen vinum in suis impedimentis potuisse portare Israelitas, quando exierunt de Ægypto, quod possent cito consumere. Nam si omnino non habuissent, vnde esset illud quod dictum est. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Non enim hoc de aqua diceretur, cum & ipsius Moysi manifestissima celebratum, non fuisse illam vocem principum belli, sed principum vini.

Vos enim nostis, vt habitauerimus in terra Aegypti & quomodo transierimus per medium nationum, quas transeuntes, vidistis abominationes & sordes idolorum, lignum & lapidem, argentum & aurum, quæ colebant. ne forte sit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus, cuius cor auersum est hodie à Domino Deo vestro, vt vadat & seruiat dijs illarum gentium, & sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem. Cumque audierit verba iuramenti huius, benedicat sibi in corde suo dicens: Pax erit mihi & ambulabo in prauitate cordis mei. Et assumat ebria sitientem, & dominus non ignoscat ei. Nunquid aliqua est inter vos vir aut mulier, vel familia vel tribus, cuius mens declinauit a Domino Deo vestro, ire, seruire dijs illarum gentium? neque est in eo radix sursum germinans in felle & amaritudine. Et erit cum

G audierit verba maledictionis huius, & opinabitur in corde eius dicens: Sancta mihi sunt, quoniam in errore cordis mei incedo, vt non simul perdat peccator eum, qui sine peccato est: nolit Deus propitiari ei: sed tunc incendetur ira Domini, & zelus eius in homine illo: & adhærebunt in eo maledicta omnia testamenti huius, quæ scripta sunt in libro legis huius. Ita dictum est: Nunquid in vobis est, vt tanquam requirentem intelligamus, ne forte sit. Si quis esset autem, terruit vehementer, ne quisquam forte diceret in corde suo, audiens illa maledicta: Sancta mihi sunt, quoniam in errore cordis mei incedo. Id est: absit, vt mihi eueniant. Non mihi sint hæc mala: sed sancta, id est, propitia & innoxia: quoniam in errore cordis mei, in eundo scilicet post deos gentium, & eis tanquam impune seruiendo. Non, inquit, erit sic. Non perdat simul cum peccator, qui sine peccato est. Tanquam diceret: Cauete ne cui vestrum talia persuadeat, qui talia cogitat. Nolet Devs propitiari ei, siue talia cogitanti, siue illi cui talia fuerint persuasa: sicut ipse opinatus est dicendo: Sancta mihi sint: & quasi hoc modo

H vertendo à se vim illius maledicti. Sed tunc accendetur ira Domini, & zelus eius in homine illo, quando putant eam se auertere ista in corde suo dicendo: Et adhærebunt in eo omnia maledicta testamenti huius, quæ scripta sunt in libro legis huius. Non possunt quidem omnia euenire in homine. Non enim eo am toties mori potest, quot genera hic dicta sunt. Sed omnia dixit pro quibuslibet: vt non sit immunis ab omnibus, cui euenerint aliqua eorum quibus pereat. Quod autem ait, Vt non simul perdat peccator eum, qui sine peccato est, quod Græcus habet ἀναμάρτητον, non sic accipiendum est, tanquam ab omni prorsus mundum & immunem, hoc dixerit ἀναμάρτητον, hoc est, sine peccato. sed eum, qui sine isto peccato esset, de quo loquebatur, sicut dicit Dominus in Euangelio: *Si non venissem, & locutus non fuissem eis, peccatum non haberent.* Iohan. 15.

A Non vtique omne, sed hoc peccatum, quod non crediderunt in eum. Dicit etiam Deus ad Abimelech de Sara vxore Abrahæ: *Scio quia mundo corde fecisti hæc.* Non vtiq; mundum cor illius ita volunt intelligi, vt similis eis esset de quibus dictum est: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Sed ab illo peccato de quo agebatur, mundum cor habebat: quoniam ad ipsum quantum pertinebat, non concupiuerat coniugem alienam. Quod autem ait, Assumet ebria sitientem, & Dominus non ignoscat ei, idem est quod alia editio habet, non perdat peccator eum, qui sine peccato est. Ac si diceret: Cauendum est, ne ille qui ebrius est, malitia atq; idololatria seducat eum in errorem, qui habet votum discendi atque sciendi veritatem: quia huiusmodi delictum non facilem habet veniam: in qua maxime sententia percutiuntur hæretici, qui pleni dolo atque fallacia, seducunt & seducuntur: quorum finis etiam certum habet interitum.

Genes. 20.

Mat. 5.

Deut. 30.

B *Deducet dominus Deus captiuitatem tuam, ac miserebitur tui: & rursum congregabit te de cunctis populis, in quos te ante dispersit. Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus: & assumet atq; introducet in terram, quam possederunt patres tui & obtinebis eam. Et benedicens tibi, maioris numeri esse faciet te, quam fuerunt patres tui. Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum & cor seminis tui, vt diligas dominum Deum tuum, in toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis viuere*

Septuaginta: Et circumpurgauit Dominus cor tuum, & cor seminis tui, diligere Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & viuas tu. Euidens pollicitatio gratiæ. Promittit enim Dominus se esse facturum, quod solet iubere vt fiat.

C a p v t XXVII.

Quod mandatum Domini non sit procul positum, sed iuxta.

C *Mandatum quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est neque procul positum, nec in cælo situm, vt possis dicere: Quis nostrum ad cælum valet conscendere, vt deferat illud ad nos & audiamus, atque opere compleamus? neq; trans mare positum, vt causeris & dicas: Quis ex nobis transfretare poterit mare, & illud ad nos vsque deferre, vt possimus audire & facere quod præceptum est? sed iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illud. & reliq.* Septuaginta: Quia mandatum hoc quod ego mando tibi hodie, non est supra modum, neque longe abs te est: non in cælo dices, id est, vt dicas. Quis ascendet nobis in cælum, & accipiet illud nobis, & audientes illud faciemus? Neq; trans mare est, dicens: id est, vt dicas: Quis transfretabit nobis trans mare, & accipiet illud nobis, & audientes illud faciemus? Prope est verbum hoc valde in ore tuo, & in manibus tuis facere illud. Hoc est verbum fidei, dicit Apostolus, quod ad nouum pertinet testamentum. Sed quæri potest, cur ea superius mandata dixerit, quæ scripta sunt in libro legis huius, nisi, quia his omnibus spiritalia significantur, ad nouum testamentum pertinentia, si bene intelliguntur. Item quæri potest, cur hoc quod hic positum est, neque trans mare est vt dicas.

D Quis transfretabit nobis trans mare, & accipiet nobis. Apostolus dixerit. Aut quis descendet in abyssum? atq; id exponens adiunxerit. Hoc est Christum à mortuis reducere. Nisi quia mare appellauit, totam in hoc seculo vitam, quæ morte transitur, vt quodammodo mare finiatur, vt mors ipsa trans mare appelletur: velut trans istam vitam, quæ maris vocabulo significatur. Deinde quod hic additum est, & in manibus tuis, non ait Apostolus, *nisi in ore tuo & in corde tuo*: & hoc vsque ad finem executus est dicens: *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Merito quod ex Hebræo [illegible] tum est, quantum à nobis inspici potuit, non habet in manibus tuis. Nec frustra tamen hoc a Septuaginta interpretibus additum existimo, nisi quia intelligi voluerunt, etiam ipsas manus quibus significantur opera, in corde accipi debere, vbi est fides, quæ per dilectionem operatur. Nam si forinsecus ea, quæ Deus iubet, manibus fiant, & in corde non fiant, nemo est tam insulsus, qui præcepta arbitretur

Rom. 10.

E impleri. Porro si charitas, quæ plenitudo legis est, habitet in corde, etiam si manibus corporis quisquam non possit operari, pax illi est: vtique cum hominibus bonæ voluntatis.

C a p v t XXVIII.

De eo quod Moyses prædixit Iosue ducatum Israelis: & quod ipse Moyses scripsit legem, & tradidit sacerdotibus filiis Leui custodiendam.

Deut. 31.

Vocauitque Moyses Iosue, & dixit ei coram omni Israel: Confortare & esto robustus. Tu enim introduces populum istum in terram, quam daturum se patribus eorum iurauit Dominus: & tu eam sorte diuides: & Dominus, qui ductor vester est, ipse erit tecum, & non dimittet te, nec derelinquet, &c.

F Ergo verba Moysi ad Iosue, exprimunt testificationem legis de Domino nostro Iesu Christo: quia hoc manifeste lex & Prophetæ testantur, quod redemptor noster terram futuræ patriæ singulis secundum propria distribuat merita: & omnia promissa Dei impleturus ipse sit. Vnde Psalmista de ipsa terra testatur, dicens: *Credo videre bona Domini in terra viuentium. Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.* Ipse enim introducet populum Dei in terram, quam daturum se patribus eorum iurauit Dominus: quia proculdubio omnes, qui ad cælestis regni gaudia peruenturi sunt, per illius ducatum illuc peruenient. Ait enim ipsa veritas: *Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis, qui est in cælo.* Qui enim vos[illegible] Christo per fidem illam [illegible], quæ per dilectionem operatur, simul cum capite gaudebit se regnaturum perpetim. Quod autem dicitur. Ipse erit tecum, & non dimittet te, neq; derelinquet te, manifeste designat vnitatem Patris & filij. Hinc quoq; ipse Dominus in Euangelio ait: *Qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum, quia ego, quæ placita sunt illi, facio semper.* Et item: *Pater*, inquit, *in me manens, ipse facit opera.* Pater quoque nunquam deserit filium, quia nunquam separatus est à Filio: cum quo & Spiritu sancto, vnus & solus est semper Deus.

Psalm. 26.

Ioan. 14.

Ioan. 3.

G

Ioan. 8.

Ioan. 14.

Scripsit itaq; Moyses legem hanc, & tradidit eam sacerdotibus filiis Leui, qui portabant arcam fœderis domini, & cunctis senioribus Israel, præcepitq; eis dicens. Post septem annos anno remissionis in solennitate tabernaculorum, conuenientibus cunctis ex Israel, vt appareant in conspectu domini Dei sui, in loco quem elegerit Dominus, leges verba legis huius coram Israel, audientibus eis, & in vnum omni populo congregato, &c.

Moyses sacerdotibus legem dedit, vt ostenderet Christi sacerdotibus, legis diuinæ sanctionem, maxime ipsis commendatam esse, ad insinuandum populo, quia in grado suo non terrestris dignitas, sed cælestis militiæ iura illis confertur. Post septem, inquit, annos, anno remissionis in solennitate tabernaculorum, leges verba legis huius coram omni Israel. Quid per septem annos, nisi præsens vita, quæ per septenarium dierum numerum currit, designatur? siue per septem annos, tempus veteris legis propter sabbatum exprimitur. Post ergo septem annos in anno remissionis, lex in conuentu populi legi præcipitur: quia post completum veteris obseruantiæ modum iam successit spiritalis ritus noui testamenti. *Postquam autem venit plenitudo temporis, misit DEVS filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret, & adoptionem filiorum DEI reciperemus.* Et quid in anno remissionis nisi annus gratiæ, quem Saluator ipse legens in synagoga ex Isaiæ Propheta, annum Domini acceptum, & diem retributionis esse manifestauit, insinuatur? Sic & solennitas tabernaculorum, non alia esse, quam status præsentis Ecclesiæ, vbi in tabernaculis incolatus nostri, sub vmbraculo frondiferarum arborum, hoc est, sanctorum virorum, doctrinis & exemplis elegimus: & pr[illegible]te-

H

Gal. 4.

A ctionis diuinæ subsidio maxime indigemus. Tunc enim legenda lex est in l[illegible] o[illegible] quem el[illegible] Dominus: qui tunc præcipue doctr[illegible]æ in[illegible]um est in Ecclesia Christi. I[illegible]sequ[illegible] est [illegible] elegit Dominus [illegible] habitet nomen eius ib[illegible]. Quan[illegible]o autem peruenerimus in t[illegible]am possessionis nostræ, iam non in tabernaculis, sed in ciuitate superni regis, hoc est, Ierusalem cælesti, semper & in æternum manebimus gaudentes: atq; illud Psalmistæ dicentes: *Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in æternum.* E

TERTII LIBRI FINIS.

HRABANI MAVRI, MOGVNTINENSIS ARCHIEPISCOPI, ENARRATIONVM IN DEVTERONOMIVM,

B

LIBER QVARTVS.

F

CAPVT I.

Quod scripsit Moyses verba legis in volumine atque compleuit, præcepitque Leuitis, vt illud poneretur in arca fœderis Domini, vt ibi esset contra eos in testimonium.

Deut. 31. *Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine atque compleuit, præcepit Leuitis, qui portabant arcam fœderis Domini, dicens: Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri, vt sit ibi contra te in testimonium, &c.*

Moyses Deuteronomium scribens, Leuitis commendauit, vt poneret illud in latere arcæ Domini, quatenus fieret ibi in testimonium. Spiritaliter ostendit, quod Euangelium Christi, cuius Deuteronomium typus est, per
C sacerdotum fidelium, hoc est, verorum Leuitarum ministerium, in memoria recondendum sit Ecclesiæ, quæ veraciter est arca Domini: quia ibi thesauri cælestes reconduntur. Ibi ergo duæ tabulæ testamenti, hoc est, libri legis Euangelij reseruantur. Ibi est vrna, quæ continet manna: quia ibi incarnatio Christi continens cibum vitæ æternæ, custoditur. Ibi virga Aaron, quæ fronduerat: quia ibi Christi sacerdotium perpetualiter manens, locatur. Vt sit ibi, inquit, contra te in testimonium. Verba legis Dei reseruantibus, ea sunt ad salutem, & ad remedium animarum suarum, contemptoribus autem & incredulis, erunt in testimonium pertinaciæ suæ, & in opprobrium inobedientiæ. Vnde Saluator in Euangelio ait: *Beati, qui audiunt verbum DEI, & custodiunt illud*, & item: *Omnis ergo,*
Mat. 7. *qui audit verba mea hæc & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat supra petram. Et omnis, qui audit verba mea hæc & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit*
D *domum super arenam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam & cecidit: & fuit ruina eius magna*, & iterum: *Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui me misit, habet vitam æternam. & in iudicium non veniet: sed transiet à morte in vitam.* E contrario autem incredulis & contemptoribus ait: *Nolite putare quia accusaturus ego sim vos apud patrem. Est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo meis verbis credetis?* Et alibi: *Ego*, inquit, *non iudico quemquam sed ille, qui iudicat. Sermo quem locutus sum vobis, ipse iudi-*
Iohan. 12. *cabit eum in nouissimo die.*

Locutus est ergo Moyses audiente vniuerso cœtu Israel, verba carminis huius & ad finem vsq; compleuit. Carmen istud quod Moyses in testimonium Israel decantauit, non simplicem tantummodo historiam sonat, sed spiritali intelligentia plenissimum est. Partim enim secundum historiam, Israelitarum pro beneficijs opulentissime sibi a Domino collatis, exprobrat perfidiam. Partim per allegoriam, de mysterijs cælestibus sacramentorum instruit Ecclesiam. Partim autem ad honestatem morum vnumquemq; fidelium prouocat per tropologiam. Vnde sobrium lectorem decet, vt in historia seruet scripturæ veritatem: in allegoria vero consideret mysteriorum cœlestium rationem: & in tropologia, bonarum disciplinarum edisceat vtilitatem: quatenus tripartita hac distinctione edoctus ad illam celsam theoriam, hoc est, ad inspectionem secretarum rerum & ad contemplationis diuinæ prouehatur sublimitatem. Neenon & illud diligenter inspiciendum est, quod dicitur loqui Moyses verba carminis & ad finem vsq; complesse, si forte hoc ammoneat, vt qui ore Deum laudare studeat, operibus non contradicat. Non est enim pulchra datio in ore peccatoris. Ideo ipse Dominus in Euangelio ait: *Qui soluerit vnum de his mandatis meis minimis, minimus vo-* Mat. 5.
cabitur in regno cælorum. Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Principium autem huius carminis, tale est. G

CAPVT II.

Canticum Moysi præsagium futurorum, & Christi mysterijs plenissimum.

Audite cœli, quæ loquar: audiat terra verba oris mei. Deut. 32.
Iuxta primordium Isaiæ Prophetæ, ita scriptum est: Isaiæ 1.
Audi cœlum & auribus percipe terra quia Dominus locutus est. Supra ergo in eodem [illegible] quis Propheta, cuius filius, quid contra Iudam & Ie[illegible]em siue per Iudam & Ierusalem, & quo tempore v[illegible]erit, titulo demonstratum est. Nunc cœlum & terram ad audiendum prouocat: in cœlo supernas significans angelicasque virtutes: in terra mortalium genus: [illegible] ab his quæ continent, ea quæ continentur ostendens. Nam quia per Moysen testes vocauerat Dominus cœlum & terram, dans populo Israel legem suam & dixerat. Attende cœlum & loquar [illegible] terra ve[illegible] mei post præuaricationem populi, eosdem in [illegible] testimonium vocat [illegible] vt cuncta elementa [illegible]scant, iuste Deum in vltionem mandato[illegible] [illegible]m, ad iracundiam concitatum. Pro cœlo Hebraice [illegible] cœlos sonat [illegible] plurali numero: max me cum audire, dixerit id est, [illegible] plurali efferitur numero, non singulari. Sed quid [illegible] volunt pluraliter quidem dici cœlos, sed singulariter intelligi [illegible] illud quod lingua [illegible] ciuitates. Thebas & Athenas vocamus. E[illegible] que Hebraici characterisid[illegible]oma, [illegible] omnia, quæ in syll[illegible]am finiuntur in masculino sint & pluralia, vt cherubim & seraphim. Et quæ in oth, fœminina pluralia, vt sabaoth. Et notandum quod cœlis dicitur per Isaiam, *Audite terra, auribus percipe.* Ea enim quæ excel[illegible] sunt [illegible]iorem habent intelligentiam: quæ humiliora, terrenis sensibus inuoluuntur. Vnde Saluator

A que sæpius ab inimicis protecti: quatenus vel hoc modo ad pœnitentiam peccatorum prouocarentur, & ab omni errore se exuendo, ad veritatem appropinquare ocyus meditarentur: Patres hic non quilibet hebetes & stulti, sed doctores legis & prædicatores Euangelij intelligendi sunt: quorum doctrinis & exemplis, potest homo ad intelligentiam diuinam proficere. Vnde Apost. ad Corinthios scribens ait: *Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos Patres. Nam in Christo IESV per Euangelium, ipse vos genui.* Et ad Hebræos: *Patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos: non multo magis obtemperabimus Patri spirituum & viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum voluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id quod vtile est, in recipiendo sanctificationem suam.*

1. Corint. 4.

Hebræor. 12.

Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam. Constituit terminos populorum, iuxta numerum filiorum Israel: Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hereditatis eius. Historiæ ordinationem dat de humani generis distributione: quia cum multitudo hominum tanta sit, vt eorum numerositas humana computatione comprehendi non possit, solos filios Israel de tanta multitudine in suam hæreditatem dominus elegit, vt nomen suum & potentiam suam notam faceret: & voluntatis suæ secreta, per legis iudicia, & Prophetarum scripturam, manifestaret: sicut superius in præsenti libro, manifestauit dicens: *Te elegit dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris, de cunctis populis, qui sunt super terram.* Non quia cunctas gentes numero vincebatis, vobis iunctus est dominus & elegit vos, cum omnib. sitis populis pauciores, sed quia dilexit vos dñs, & custodiuit iuramentum, quod iurauit Patribus vestris, & eduxit vos in manu forti, & redemit vos de manu Pharaonis regis Ægypti, & scies, quia dominus Deus tuus, ipse est Deus tuus, fortis & fidelis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se, & his, qui custodiunt præceptum eius, in mille generationes. Et reddens odientib. se, statim vt disperdat eos, & vltra non differat, protinus eis restituens quod merentur. Custodi ergo præcepta & ceremonias atque iudicia, quæ ego mando tibi hodie vt facias. Secundum aliam autem editionem vbi legitur: Statuit eis terminos gentium secundum numerum angelorum Dei & in Danielis visione, vbi angelus de Principe Persarum sibi resistente narrauit, videtur aliud nobis insinuare. Angelorum ministeria n. super gentes singulas & super homines singulos ordinata creduntur: quatenus sub eorum regimine atq. defensione humana natura iuxta dispositionem omnipotentis Dei subijciatur: atq; ab inimicis tueatur. Vnde dñs de paruulis in Euangelio non scandalizandis docens, mox subiunxit dicens: *Angeli eorum, in cælis, semper vident faciem patris mei, qui in cælis est.* Quia n. superna illa ciuitas ex angelis & hominibus constat, ad quam tantum credimus hominum genus conscendere, quantos illic contigit, electos angelos remansisse, sicut scriptum est. Statuit terminos gentium, secundum numerum angelorū Dei. Debemus & nos aliquid ex illis distinctionib. supernorum ciuium ad vsum nostræ conuersationis trahere, nosq; ipsos ad incrementa virtutum bonis studijs inflamare. Quia n. illuc ascensura tanta creditur multitudo hominum, quanta multitudo remansit angelorum, superest, vt ipsi quoq; homines, qui ad cælestem patriam redeunt, ex eis agminib. aliquid illuc reuertentes imitentur. Distinctæ namq; conuersationes hominum singulorū agminum ordinib congruunt, & in eorum sortem per conuersationis deputantur similitudinem. Pars autem dñi spiritualis Iacob, *& funiculus hæreditatis eius.* Israel verus, Ecclesia videl. Catholica, de qua per Psalmistam dicitur: *Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi.* Per funes scriptura sacra aliquando dimensionum sortes, aliquando peccata, aliquando autem fidem designare consueuit. Nam propter hæreditatis dimensionum sortes, dicitur. *Funes ceciderunt mihi in præclaris etenim hæreditas mea præclara est mihi.* Funes quippe in præclaris cadunt dum per humilitatem vitæ sortes nos Patriæ melioris excipiunt. Rursum, quia fune peccata signantur, per Prophetam dicitur: *Væ, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Iniquitas namque in funiculis vanitatis trahitur, dum per augmentum culpa protelatur. Vnde per Psalmistam dicitur: Funes peccatorum circumplexi sunt me. Quia enim funis addendo torquetur vt crescat, non immerito peccatum fune figuratur: quod peruerso corde sæpe dum defenditur, multiplicatur. Rursum fune fides exprimitur, Salomone attestante, qui ait: *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Quia videlicet fides, quæ de cognitione Trinitatis ab ore prædicantium texitur, fortis in electis permanens, in solo reproborum corde dissipatur. *Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis. Circumduxit eum & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui.* Inuenit Dominus Israel in loco horroris & vastæ solitudinis, & in monte Sina legem dans, pactum cum eo iniit, manna de cœlo illis tribuit, & aquam de petra produxit, coturnicum carnes dedit & in eadem eremo, quadraginta annis eos circumducendo, præcepta docuit sua. Sed illud quæritur merito, quomodo dicit eos protexisse sicut pupillam oculi sui, cum plurimi eorum prostrati sunt in solitudine? Nisi forte dicamus eos tam diu protectos ac custoditos esse quandiu mandata seruauerunt Dei. Cum a. ea transgressi sunt statim plagis percussit, atq; ab inimicis deuastati sunt. Mystice autem Dominus Israel in terra deserta inuenit, cum Ecclesiam de mundi errore tulit: vbi horror idololatriæ, & nulla mentio Dei fuit. Circunduxit ergo Ecclesiam dominus, cum in vniuersis mundi partibus eam dilatando, in viam mandatorum suorum dirigit: & per Spiritum sanctum voluntatem suam ei indicans, vbiq; eam plena custodia, quod per pupillam oculi designatur, contra hæreticos atq; persecutores seruat. Sequitur alia comparatio. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eos, atque portauit in humeris suis.* Narrant physici, quod aquila, quæ ab acumine oculorum dicta, tam acuti intuitus sit, vt cum super maria immobili penna feratur, nec ab humanis obtutib. videatur, de tanta sublimitate pisciculos natare in aqua videat, & tormenti instar descendens raptam prædam, pennis ad litus pertrahat. Nam & contra radium solis, fertur obtutum suum flectere. Vnde & pullos suos vngue suspensos radijs solis obijcit, & quos viderit immobilem tenere aciem, vt dignos genere conseruat. Si quos vero obtutum inflectere videt, q. degeneres abijcit. Dicuntur & aquilæ pullos suos, cum vident in nidis plumescere, alis percutere, & ad volandum eos de nido prouocare. Nidificant a. in petris & arborib. in quarum nido lapis aetites inuenitur: quem aliqui vocauerunt gagatem: qui ad multa remedia vtilis est, nihil igne deperdens. Narrant a. inde naturæ inquisitores, quod aquilæ non tam obeant senio, quam fame: in tantum superiore crescente rostro, vt aduncitas aperiri non queat. Sed cum inde viderit sibi periculum imminere, obtundit rostrum in petra durissima, donec iterum in pristinum vsum reuertatur: & inde mystico sermone in Psalmo scriptum est dicente Propheta ad animam fidelem: *Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua.* Per aquilæ similitudinem secundum literam ostenditur, quod Dñs populum suum prouocando ad terram Chanaan bellis possidendā, iuuit: & adiuuando, ab inimicis protexit. Secundum mysticum vero sensum, aquila hæc dñm Saluatorem significat: qui aquilæ similitudinem in eo tenet, quod prædam ab hoste maligno morte sua eripuit: & post resurrectionem suam carnem, quā pro humani generis redēptione suscepit, ad alta cælorum prouexit: nos dictis atq; exemplis exhortans, quatenus illuc sequamur fide tendamusq; deuotione, vbi ipse ascendit in corpore. Vnde & in Euangelio ait: *Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.* Alia etiam exempla, quæ de aquila diximus, possunt similiter ad ipsum & ad filios eius, figuraliter transferri. Nam sicut aquila acuti intuitus est, ita vt super maria immobili penna sublata, nec humanis apparens aspectib. pisciculus de tanta sublimitate natantes videns in pelago: prædando rapit, & ad litus pertrahit, sic redemptor noster supernæ ... cælos exaltatus, & ab humanis aspectibus corporaliter sublatus, in pelago tamen istius mundi, maiestatis suæ intuitu videt, quos per prædam salutiferam eruat, atq; ad litus æternæ beatitudinis, amoris sui fune attrahat.

Marginalia (left column): B; Deut. 7.; C; Daniel. 8; Matt. 18.; D; Psalm. 15.; Esa. 5.
Marginalia (right column): E; Eccl. 4.; F; G; Psal. 102.; H; Luc. 17.

Vnde & ipse in Euangelio ait: *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia ad me ipsum traham.* Pullos suos, hoc est, filios per gratiam baptismatis sibi renatos, radijs solis æterni per contemplationem obijcit: & quos viderit constantem intuendo habere aciem mentis, ceu dignos suo generi perpetualiter seruat. Si quos vero ad ima & carnalia desiderij obtutum mentis reflectere conspicit, hos quasi degeneres abijcit. In petris autem & arboribus hæc aquila nidificat, quia quos firmos fide & fructificantes virtutis aspicit, in eis spiritalis germinis fœcunditatem parit: ibique
Matt. 13. gemma illa atque margarita preciosissima nascitur, quam iacet Euangelij textus narrat, negotiatorem spiritalem omnibus pecunijs suis venditis, sibimet comparare. Quod autem aliquando superfluum rostrum in petra tundit, atque ita ad priorem modum reducit, significat, quod sancti viri quicquid in conuersatione sua superfluum ac sibi nociuum conspiciunt, allidendo ad petram CHRISTVM, confringunt: atque semet per gratiam Dei & per studium
B bonum renouantes, ad pristinum officium habiles reddunt. Dominus solus dux fuit eius: & non erat cum eo Deus alienus. Manifestum est, quod vnus & solus Deus, Israel de Ægypto liberauit, & non idola falsa, quæ coluerunt Ægyptij. Sic & in ereptione nostra de spiritali Ægypto, non alius est, quam idem Deus, qui olim Israelitas eripuit: Pater videlicet & Filius & Spiritus sanctus, vnus & trinus, magnus & omnipotens Deus: qui per incarnationem Domini nostri IESV CHRISTI, salutis nostræ effecit mysterium. Vnde agnoscunt hæretici, quam intolerabiliter à vera fide errent deuiantes, cum se per schisma ab Ecclesia Catholica sequestrant: qui quot erroribus, tot idolis obnoxij sunt. *Constituit eum super excelsam terram, vt comederet fructus agrorum.* Excelsam terram Palæstinam vocat: quia ad comparationem terræ Aegypti, quæ plana & irrigua est, montosa & aspera videtur. Aliter, excelsa terra, Ecclesia sancta: quæ virtutibus & scientia sublimis est valde. Ibi fideles quique constituti, comedunt fructus agrorum spiritalium: quia ibi germinat bonum semen verbum Dei, aliud tricesimum, aliud sexagesimum: aliud centesimum fructum: vt vnusquisque
C pro capacitate sua, cibum sufficientem sibi inueniat. *Vt sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo.* Alia autem editio sic habet: Suxerunt mel de petra, & oleum de firma petra. Sed nusquam tale aliquid iuxta historiam legitur, si tota testamenti series veteris recenseatur. Nusquam de petra mel, nusquam oleum, populus ille suxit. Sed quia iuxta Pauli vocem, petra erat Christus, mel de petra suxerunt, qui eiusdem redemptoris nostri facta & miracula viderunt. Oleum vero de firma petra suxerunt, qui effusione sancti spiritus, post resurrectionem eius vngi meruerunt. Quasi ergo in firma petra, mel dedit quando adhuc mortalis Dominus miraculorum suorum dulcedinem discipulis ostendit. Sed firma petra oleum fudit, quia post resurrectionem suam factus iam impassibilis, per afflationem spiritus, donum sanctæ vnctionis emanauit. De hoc oleo per Prophetam dicitur: *Computrescet iugum à facie olei.* Sub iugo quippe tenebamur dæ-
Esa. 10.
D moniacæ dominationis: sed vncti sumus oleo Spiritus sancti, & quia nos gratia libertatis vnxit, dominationis iugum putruit. *Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum & arietum, filiorum Basan, & hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ.* Hæc licet iuxta historiam fertilitatem terræ Chanaan insinuent, tamen altiori sensu, gratiæ demonstrat abundantiam, quam sancta Ecclesia munere largitoris sui accepit. Butyrum de armento tulerunt, qui plenitudinem fidei de exemplis Patriarcharum didicerunt. Lac de ouibus ceperunt, qui simplicitatem mentis siue facultatem doctrinæ, de innocenti vita Patrum, ad ædificationem sui sumpserunt, & hæc cum adipe agnorum & arietum, hoc est, cum pinguedine Apostolorum charitatis, & eorum quos ipsi ad fidem imbuerant, ad refectionem mentis suæ perceperunt. Arietum enim nomine Apostoli, & Apostolicæ dignitatis viri designantur: quia ipsi duces sunt gregis Dei. Vnde dicitur in psal-
Psalm. 28. mo: *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum.* Quod autem subiungitur, filiorum Basan ad eundem pertinet

E sensum; quia Basan pinguedo interpretatur: filij enim pinguedinis sunt, qui discipulatus noui testamenti sunt instructi: vbi scientiæ multitudo, & virtutum magnitudo consistit. Nec sufficiebant hæc dona, nisi adderentur & hirci. Hirci enim figuram pœnitentium habent: quia pro peccato in lege offerebantur. Non enim satis est dona virtutum habere fidelibus, nisi pœnitentiam habeant pro suis excessibus. Vnde ille, qui rex simul & Propheta fuit, & cui de incarnatione Christi promissum est, quod ex eius semine nasceretur, pro suis delictis Dominum deprecatur dicens: *Amplius laua me Domine ab iniustitia mea, & a delicto meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & delictum meum contra me est semper,* & vt hæc omnia beneficia, quæ prædicta sunt, eminentiore dono accumularentur, addidit, medullam tritici, & sanguinem vuæ. Quid enim per medullam tritici, nisi corpus Christi? Et quid per sanguinem vuæ, nisi calix noui testamenti, in sanguine Christi figuratur. Plurimis enim donis ex pie-
Psalm. 50.
F tate Dei Ecclesiastico populo concessis, hoc inter omnia excellit, quod corporis & sanguinis sui sacramenta, in panis & vini confectione, ad salutem æternam illi ministrauit. Sequitur: *Biberent meracissimum.* Quia vniuersa dona Dei sine fece alicuius nequitiæ seu improperij credentibus, & digne de eis sentientibus, conferuntur. Sed sicut carnales quondam Israelitæ donis Dei abusi sunt, & ex beneficijs largissimis peiores facti, ad idololatriam prolapsi sunt, ita proh dolor non pauci populi ingrati beneficijs Dei ad vitia relabuntur: & hoc quod sibi ad salutem collatum est, in perditionem suam conuertunt. Vnde subiungitur: *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit. Incrassatus, impinguatus, dilatatus. Dereliquit DOMINVM factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abominationibus suis ad iracundiam concitauerunt. Immolauerunt dæmonijs & non Deo, dijs quos ignorabant. Noui recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.* Hoc veteres Israelitæ historialiter fecerunt: sicut in eorum libris sufficienter expressum est. Sed & nunc spiritales Israelitæ, quando dona Dei in scientia & virtutibus sibi ad diui-
G num obsequium concessa, ad hæresim siue hypocrisim conuertunt, idolis & non Deo seruire probantur, dæmonijs vtique cultum exhibendo & non Deo, quod Patres nostri, hoc est, Patriarchæ, & Prophetæ, & Apostoli atque Euangelistæ, nequaquam fecerunt. Inde euenit illis idololatris, quod clementissimum Dominum malis suis exacerbantes, quem propitium habere possent, seuerum atque districtum perpenderunt. *Deum, qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui.* Genuit Dominus quodammodo Israelitas per legem & circumcisionem. Genuit & Israeliticum populum per baptismi gratiam & sanctificationem Spiritus sancti. Sed qui oblitus est, non timet, iuste sibi iratum Dominum per vindictam sentiet. Vnde subiungitur: *Vidit Dominus & ad iracundiam concitatus est: quia prouocauerunt eum filij sui & filiæ. Et ait: Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum.* Nihil grauius est in pœnis, quam præsentia & visione Dei priuari. Vnde Psalmista Dominum deprecatur dicens: *Ne proijcias me à facie tua.* Et item: *Ne auertas,* inquit, *faciem tuam à me.* Hinc
Psalm. 50.
Iob. 13.
H & Iob ad Dominum loquitur dicens: *A facie tua non abscondar.* Quia ergo filij & filiæ, hoc est, vtriusque sexus homines irritatores eum pro malis suis, quæ faciunt, eius misericordiam non merentur, sed ab illo deseri, in nouissimis eorum probabitur, quando pœnas sustinent, quod Deum habent iratum, h. e. eum considerare nouissima eorum, manifestari tormenta illorum.

Generatio enim peruersa est & infideles filij. Ipsi prouocauerunt me in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos. Quia ergo Israelitæ derelicto Deo idola coluerunt, deserentes verum & viuum Deum, deseruierunt vanitati, gentibus, qui populi Dei nomine necdum eo tempore vocari meruerunt, in direptionem traditi sunt. Similiter Ecclesiastici, qui deserta veritate ad errorem declinauerunt, si pro malis suis non pœnituerint, malignis spiritibus, qui superbiendo perdiderunt Angelicam dignitatem, ad puniendum, inferni carceribus tradentur. Bene ergo dæmones gens stulta dici possunt, quia odium iustitiam, & a-

A mant iniquitatem. *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima.* De his quos damnant flagella & non liberant, scriptum est: Percussisti eos, & non doluerunt: *attriuisti eos, & noluerunt accipere disciplinam.* His flagella ab hac vita inchoant, & in æterna percussione perdurant. Hinc enim per Moysen dicitur: *Ignis exarsit ab ira mea, & ardebit vsque ad inferos deorsum.* Quantum ad præsentem etenim percussionem spectat, rectè dicitur: ignis exarsit ab ira mea. Quantum vero ad æternam damnationem, apte hoc subditur. *Et ardebit vsque ad inferos deorsum.* Licet à quibusdam solet dici illud quod scriptum est: *Non vindicabit DEVS bis in idipsum,* qui tamen hoc, quod ad Prophetam dicitur de iniquis, non attendunt. Et, *duplici contritione contere eos.* & id quod alias scriptum est: *IESVS populum de terra saluans Aegypti, secundo eos, qui non crediderunt, perdidit.* Quibus tamen si consensum præbeamus, quamlibet culpam bis ferre non posse hoc peccato percussis, atque in peccato suo morientibus, debet æstimari, quia eorum percussio hic cœpta, illic finitur: vt in incorrectis

B vnum flagellum sit, quod temporaliter incipit, sed in æternis supplicijs consumatur, quatenus eis, qui omnino corrigi renuunt, iam præsentium flagellorum percussio, sequentium sit initium tormentorum. Sequitur. *Comedit terram & nascentia eius.* Terram comedit & nascentia eius, cum [illegible] peccatricem propter opera libidinis, flammæ æternæ vltionis comburunt. Nascentia enim carnis, proprie opera sunt concupiscentiæ carnalis, *quæ sunt fornicationes, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, commessationes: & his similia. Quæ qui agunt,* vt Paulus testatur, *regnum DEI non consequentur. Et montium fundamenta comburet.* Cum superborum iniqua consilia quibus se impune posse peccare credebant, æternis cruciatibus consumet. *Congregabo super eos mala.* Quando non solum mala opera, sed & cogitationes atque [illegible] pro quibus puniantur, in memoriam adducet [illegible] in eis complebit, quando iram indignationis [illegible] tormenta ostendit.

C *Consumentur fame* [illegible] non potius, sed perpetua bonorum operum sterilitate. *Et deuorabunt eos aues morsu amarissimo.* [illegible] spiritus peccata præterita [illegible] properantes, ore lacerant sæuissimo. Dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram atque serpentium. Bestiæ atque serpentes, maligni spiritus sunt. Qui bestiæ dicuntur, propter ferocitatem. Serpentes propter calliditatem. Trahunt bestiæ atque serpentes reprobos de nubibus super terram cum furore, quando hoc quod prius blandiendo carnalibus persuaserant vt seducerent, postmodum furibundo animo à peccatoribus expetunt, vt crucient. *Foris vastabit eos gladius, & intus pauor.* Foris vastabit impios gladius, & intus pauor, quando in extrema vltione, vndique corpus, ignis æterni torquet exustio: & intus mentem, angustiæ opprimit magnitudo. Vnde scriptum est: *Vermis eorum non morietur: & ignis non extinguetur. Iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.* Enumeratis vniuersis ætatibus, ostendit nulli ætati in extrema vltione esse parcendum, quos idem

D idololatriæ fœdauerat cultus. Allegoricè autem in iuuene [illegible] & [illegible]dinosum, in virgine à bonis operibus [illegible] lactentem, hebetem, in sene pigrum & [illegible] ostendit. Hos ergo omnes iuxta vindictam Dei [illegible] consumet, quos nunc ammonitio & correptio à peccatis non cohibet. *Et dixit, Vbi nam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.* Interrogatio DEI, non est ignorantia, sed correptio. Huius sententiæ expletionem facile dinoscere potest, qui Iudæos videt à terra repromissionis eiectos, & per totum orbem dispersos. Generaliter autem omnibus peccatoribus & impœnitentibus, hoc futurum imminet, quod de sanctorum terra tolleatur, & memoria eorum in cœtu electorum non numeretur. Vnde per Psalmistam in Quinquagesimo primo Psalmo, capiti omnium iniquorum, simul cum toto corpore pœna prædicitur futura, cum supplicijs singulis speciebus vitiorum subinferuntur.

Propter ea destruet te Deus in finem: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viuentium. Sed propter iram inimicorum distuli: ne forte superbirent hostes eorum & dicerent: Manus nostra excelsa, & non Deus fecit hæc omnia.

E Ideo enim Dominus sæpe proteruum populum tolerando sustinuit, ne gentes et confines, nomen & potentiam eius blasphemarent. Vnde & Moyses ad Dominum pro peccato Israel indignantem, & eos disperdere volentem ait: *Ne quæso Domine dicant Aegyptij: Callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra. Requiescat ira tua, & esto placabilis super nequitiam populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum dicens: Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cœli: & vniuersam terram hanc de qua locutus sum, dabo semini vestro: & possidebitis eam semper. Placatusque est Dominus ne faceret malum, quod locutus fuerat ad vniuersum populum suum.* Similiter & nos quando peccauerimus, propter magnam potentiam suam & longanimitatem sustinet: nolens perire quenquam, sed omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire.

F Iuxta illud Apostoli, quod ad Romanos scribens ait: *Existimas autem ô homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium DEI? An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas DEI ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij DEI, & cætera.* Ac ne forte maligni spiritus glorientur in perditione nostra de fortitudine sua, quasi victoriam viribus suis percepissent, cum hoc semper certent, vt [illegible] perdant, qui homines [illegible] locum perditorum spirituum in cœlis possidere. *Gens absque consilio est & sine prudentia: vtinam saperent ac nouissima prouiderent.* Gens Iudæorum nec non & [illegible] sine consilio salutis est, quia in futurum sibi prouidere nesciunt: quatenus imminentem pro peccatis suis euadant vindictam, & infernalium pœnarum æternum effugiant cruciatum. *Quomodo persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia. Nonne ideo, quia DEVS suus vendidit eos, & Dominus conclusit illos?* Quicunque magnitudinem DEI veraciter agnoscit,

G interitum suum non ex infirmitate potentiæ ipsius, ex permissione iusti iudicij euenire manifestè probabit: Quia nullo modo fieri posset, quod vnus persequeretur mille, & duo fugarent decem millia, nisi Dominus eos tradidisset, & exosos projecisset in manus inimicorum concluderet. *Non est enim Deus noster vt Dei eorum: & inimici nostri sunt iudices.* Dominus enim Deus noster verax & iustus est, idola autem gentium, falsa & inutilia. Quod etiam non solum nostri, verum etiam nostrorum approbant aduersarij. Vnde sæpius legitur, quod hostibus Iudæi traditi pro infidelitate atque iniustitia sua merito ab eis arguerentur, sicut Ieremias in Lamentationibus suis dicit: *Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius.* Hinc enim nobis summopere cauendum est, ne hostes nostri malis nostris prouocati, in blasphemiam contra Deum erumpant, cum viderint nos superatos, & ad nihilum propter peccata nostra redactos, hoc virtuti suæ asserant, quod non sua potentia, sed iudicio Domini redactum est. *De vinea enim Sodomorum, vinea eorum: & de suburbanis Gomorræ. Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus.* Sæpe in scripturis sacris synagoga vel Ierusalem, Sodomæ &

H Gomorrhæ comparantur, quia sicut male illæ abusi sunt donis Dei, sic & istæ beneficijs semper extiterunt ingratæ. Vnde Isaias de illis ait: *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similes fuissemus. Audite verbum Domini principes Sodomorum, auribus percipe legem Domini nostri populus Gomorræ &c.* Vinea enim Domini sicut in eodem Propheta scriptum est, domus Israel fuit: quæ tunc in fellis amaritudinem conuersa est, quando mortem Christi meditabatur. Vnde & ipsi in cruce pendenti, acetum felle mixtum, arundine porrexerunt: vt in eo demonstraretur sententia legis, quam ipsi rectam acceperunt, felle malitiæ suæ habere corruptam, cum datorem legis ad se venientem recipere noluerunt, insuper irritauerunt & afflixerunt. Aliter, hac sententia & hæreticorum nequitia perstringitur, qui licet gratiæ spiritalis à sanctis prædicatoribus purum dogma primitus acceperint, ipsi tamen

Leuit. 26. — Ierem. 5. — Naum. 1. — Iude. — Gal. 5. — Isa. ult. — Exod. 32. — Rom. 2. — Thre. 1. — Isa. 1.

A erroribus suis illud maculare non permittebant: & ideo doctrina eorum tota in felle, & absinthij amaritudinem conuersa est. *Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* Aperte Iudæorum perfidia & hæreticorum versutia, draconum felli, & aspidum veneno cõparatur: quia sicut serpentes amaritudinem & venenum in se occultãt, quatenus incautos improuise lædant, sic & Iudæi & hæretici malitiam suam dolo & fraudibus velant: quatenus imprudentes, facilius extinguant. Bene ergo dicitur venenum aspidum insanabile, quia hæreticorum error, quæcunq; inuaserit, nisi se inde liberauerit, sine dubio in æternum perimit. *Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?* Moris est humani generis, vt præterita cito obliuiscantur, & quæ aliquando grandia videbantur, spatio temporis labente, simul ipsa in recordatione deficiant. Sed non ita est apud DEVM, vbi præteritum & futurum nunc est, sed præsens semper adest. Quæ enim nobis prætereunt ibi reseruantur, nec obliuioni tradentur. Inde necesse est, vt peccata, quæ dudum commisimus, instanti
